BALDI VBALDI PERVSINI IVRISCONSVLTI

Omnium suæ tempestatis celeberrimi, ingenio acutissimi, sensúq; profundissimi,

IN SEXTVM CODICIS LIBRVM Commentaria,

ALEXANDRI IMOLEN. ANDREÆ BARB. Celsi, Philippiq; Declj Adnotationibus Illustrata,

Necnon Summarijs, & Indice vno verborum, ac rerum locupletissimo vniuersas Digest. Cod. ac In[illegible] materiam complectente, cum PACTORVM etiam ac CONSTITVTI eiusdem Authoris Tractatibus, in studiosorum gratiam exornata.

Hac postrema editione summo studio, ac diligentia ab innumeris erroribus vindicata.



VENETIIS, Apud Hæredes Georglj Varisci, M DC XV.

Titulorum, qui in Sextum librum Codicis habentur, Tabula.

BALDI VBALDI PERVSINI

In Sextum Codicis librum Commentaria.

De seruis fugitiuis, & libertis, mancipijsque ciuitatum artificibus, & ad diuersa opera deputatis, & ad rem priuatam, vel domesticam pertinentibus, Rubrica.

1 *Seruus fugitiuus est fur sui ipsius.*
2 *Præmissa præstant euidentiorem intellectum.*
3 *Principia principiorum continuationem non habent.*

IN nomine Domini. Amen. Gl. continuat rub. ad præcedentia, & ordinat ad eam sequentia. Ad præcedentia sic continuatur: nam in superioribus tractauit principaliter de actionibus nascentibus ex contractibus, vel quasi. Nunc sequebatur videre de præcedentib. ex delicto, vt Inst. de obli. §. sequens. Sed quia furtũ est delictum naturaliter iure prohibitum, vt Inst. de obl. quæ ex deli. §. furtum a ideo sequebatur videre de furtis. Verum † quia seruus fugitiuus est fur suiipsius: ideo de hoc præmittit, de furtis postea generaliter tractaturus. Et sic continuatiue illa rubrica respicit superiora. Sic. n. se continuat Imperator in d. tit. Institu. de oblig. quæ ex delic. nas. in prin. sed præmissiue respicit futura. † Sæpe enim quędam præmittuntur, quæ sequentium prestant euidentiorem intellectum, vt ff. de ori. iur. l. 1. & ff. si cert. pet. l. 1. Vel ratione perfectę doctrinę, vt nihil relinquatur intactum, vt J. de cad. tol. l. vnica, §. & cum triplici; vel ratione ordinis causæ ad suum causatum, sicut facta obligationibus, & obligationes actionibus; vt no. sup. de rei vxo. act. in gl. in rub. Vel rõne dignitatis tractatuum. Vel rõne præpotentię, vt not. inf. de secun. tab. in prin. † In principijs autem principiorum continuationem nõ habemus, quia qđ primum est aliud ante se habere non potest: vt in prima constitutio. ff. quæ incipit, omnem, §. nos vero. ibi, quia quod primum &c. Nec singuli casus continuationem habent, vt no. ff. de lib. & posthu. l. Gallus in princ.

ADDITIO.

a B D. Furtum. n. 8. ad hlem uide Io. Fab. in §. omnium. Inst. de act. Et adde, quod furti nomine omnis rei alienæ vsurpatio intelligitur, de quo alias scripsi in l. si famil. ff. de iurisd. om. iu. furtum autem quotuplex sit, habes egregiam in hoc gl. in l. si te C. de infa. & ibidem per Bal.

LEX PRIMA.

1 *Seruus fugitiuus efficitur res furtiua.*
2 *Seruus fugitiuus suiipsius an furtum facere possit.*
3 *Homo quilibet est liber de iure naturali.*
4 *Primæ hominum calamitates incęperunt a bellis.*
5 *Res non censetur eadem corporali consideratione.*
6 *Præstans opem seruo suiipsius furtum facienti an teneatur furti.*
7 *Nemo obligatur ex consilio.*
8 *Scelerum magistri tanquam factionum capita, puniendi sunt.*
9 *Concursus plurium hominum facto interueniente, auget delictum.*
10 *Ex factis probatione cognoscitur, an quis esset alias facturus uel non delictum ad hoc vt præstans consilium obligetur.*
11 *Mandans delictum, magis delinquit, quam consilium prabens.*
12 *Animus trahit ad se corpus, vt vbi animus, ibi corpus esse videatur, mediante aliquo organo.*
13 *Mandans facere dicitur, & id qualiter.*
14 *Mitius punitur, qui ficte deliquit quam qui vere.*
15 *Sermones debent verificari secundum communem opinionem.*
16 *Falsitas imago est quod est valde longe a verisimili.*
17 *Mandare dicitur qui roganda optat se vlcisci.*
18 *Dicta loquentium, ex personis causis, & moribus considerari possunt.*
19 *Mandans delictum non debet puniri, nisi probetur orda temporis.*
20 *Consilium, ad bonum & ad malum interpretari potest.*
21 *Mandans non debet puniri tanquam faciens.*
22 *Legum interpretationes naturalibus conuenire debeat.*
23 *In adulterio non punitur mandatum, vt mandatum, & quare.*
24 *Principales in facto qui dicantur.*
25 *Officij. a perdatur per furtum, quando furtum est regulare,*
26 *Lucratur satis, qui contentatur.*
27 *Statutum puniens fugientes a carcere, non intelligitur de illis, qui exierunt animo reuertendi.*
28 *Veritatem probare concludenter, & præsumptionem veritatis coniecturaliter, differunt.*
29 *Negationes plures non possunt negare, quia inuicem se perimunt.*
30 *Præscriptio longi temporis non cadit in re mobili.*
31 *Vasalli præscribi, & alienari possunt.*
32 *Veritas & non fictio debet attendi in furto.*
33 *Præscriptio longa, an habeat locum in re mobili.*
34 *Seruus per fugam efficitur vilioris pretij.*
35 *Tenere & possidere, differunt.*
36 *Tenens præsumitur possidere.*
37 *Statuliber fugiendo, sui furtum facit.*
38 *Homo præscriptibilis fugiendo a facie superioris, sui furtum facit.*

a b SEruum. a Fuga seruum afficit, b vt vsucapi, vel præscribi nõ possit. hoc dicit. Tria facit. Primo enim ponit dictum. Secundo consequentiam. Tertio rationem consequentiæ, & hoc sm primam lecturam, vel sic dicas: quia primo ponit rationem, secundo principalis quæsiti determinationem, tertio, confirmat per aliam rationem. Partes patent, & casus patet in gl. † Not. primo, qđ seruus fugitiuus efficitur res furtiua, & ideo tempore non acquiritur. Secundo nota. quod vitium furtiuitatis solo cursu, etiam longi temporis, nõ purgatur. Tertio no. quod malitia seruorum non debet verti in præiudicium dominorum. Vltimo collige idem argum. in omnibus subditis, vt eorum malitia dominis suis præiudicare non debeat, quod not. & facit supra, vbi quis decurio, vel cohor. l. 1. † Oppo. & videtur, qđ seruus non possit facere furtum suiipsius, & arguo sic. Vbi non est contrectatio, ibi non est furtum, sed nemo seipsum furatur: quod nemo seipsum contrectet patet, quia inter personam contrectantem, & rem, quæ contrectatur, debet esse differentia, sicut inter contrahentem, & rem, super qua contrahitur, vt ff. de stipular. seru. l. a. valet similitudo. per l. omnem, ff. de iudi. Solut. aliud est in delicto, aliud in contractu: nam quis potest delinquere in seipsum, & punitur, sicut si in eadẽ specie delicti relinqueret in alium, ut ff. de bo. eo. qui ante senten. sibi mor. consci. l. fi. §. & merito. Sed nemo secum contrahere potest. i. persona extrinsecus non adhibita, & sic non obstat cõtrarium. Et si tu dicis, quomodo contrectat? Resp. omnis fugitiuus dicitur lautare, & istud est contrectare. † Secundo oppo. de iure naturali, quod consideratur in furto. omnis homo liber est; ergo recedere, & stare est in eius libero, & iusto arbitrio, vt ff. de condit. & dem. l. Titio centum. §. s. Sol. dicas, quod de iure naturali primæ intentionis omnes homines liberi nascebantur: secus de iure naturali secundæ intentionis. i. de iure gentium, quod incepit post bella, quæ seruitutes inuenerunt; ar. l. manumissiones, ff. de iust. & iur. Insti. de iu. nat. gentium, & ciui. §. ius autem gentium. Nam † primæ hominum calamitates cęperunt a bellis, vt J. de cad. tol. l. j. in prin. & in Auth. qui. mo. nat. effi. sui. §. 1. coll. 7. Tertio opp. si seruus iste cõsideratur, vt hõ, & vt res: ergo eadem diuerso iure censetur, & sic est argu. contra. ff. de vsucap. l. eum, qui ædes. Sol. corporali consideratione una res non censetur diuersimode; sed intellectuali consideratione intellectus diuiden-

tis

ADDITIONES.

a Seruum. Hanc l. habeo satis bene lectam per Mar. Sil. in lect. Guil. de Cug. per C. in fin. Alex.
b And. Barb. Afficit. uide Bal. in c. 1. ad fi. qui feu. da. poss. ubi dicit, quod uerba statuti non debent intelligi, ut verba legum, quia etiam imperator loquitur grosso modo, & ad hoc quandoque allegat istam l. 1.
c A. B. Aliud. No. quod delinquens in seipsum punitur, hinc est, quod bannitus, qui impune potest occidi, non potest seipsum occidere, an autem iure poterit puniri in personam, cum sit mortuus, unde Cy. & Bal. in l. 2. infr. qui testa. face. poss. Sed si clericus seipsum vulnerauit, an sit excommunicatus. unde Ange. post Guil. in l. sed si damnum, §. fi. ff. de pec.
Cels. Adde inquantum hic loquitur de clerico, qui se percutit, unde Bart. in l. transigere, numero 14. uers. item si ipsemet se percuteret. supra de transi. in prima lectur. drai post collectarum in c. fi. in fi. in uers. excommunicauit, extra de coe. ui. & no. plene Felin. in cap. contingit in vlt. no. extra de sent. excom.

tis, vbi concurrunt plures intelligendi formæ, tunc vnum, & idem æquipollent pluribus, vt hic, & argument ff. de adoptionibus, l. si consul. † Quæro oppo. & nunc intro gloss. si fugitiuus facit furtum in seipso; ergo præstans opem fugæ tenetur furti, vt ff. de furtis, l. is qui opem, sed lex dicit non teneri, & non est alia ratio; nisi quia, vbi non reperitur delictum, ibi non reperitur operis exhibitio, ff. de furt. lege, qui seruo, in principio. ergo male hic loquitur, vel saltem impropne. Solut. ibi non loquitur in ope, a sed in consilio. † Ex consilio autem nemo tenetur secundum gl. Dicitur authen. consulere b ille; qui verbo suadet: sed ille, qui aliquid administrat delinquenti, vel eum associat tempore delicti, dicitur præstare opem, etiam si nil aliud facit, nisi, quod ex proposito associet eum. Ad hoc extra de cle. percu. capit. continentia. quod præsumitur, si secum stat armatus c secundum Innocent. nam ille, qui se armat, præsumitur de rixa, vel de bello cogitare, vt nota. supra de pact. l. licet inter priuatos. in verbo, pergentes. Gloss. nostra reprehenditur; nam immo ex consilio d quis punitur, quando tendit in eius perniciem cum dolo, si ille, cui consilium datur, aut non erat alias facturus, aut non ita cito, aut non eo modo, quia non debet parci ei, qui alium ad delinquendum aut commouit, aut instruxit, eum docet ignorantem, vel dirigit dubitantem: † quia magistri scelerum tanquam factionum capita puniendi sunt, vt infra de malefic. & mathe. l. nemo, & l. culpa. Si autem ille, cui datum est consilium, sua motus industria atque præordinatione facturus erat, consilium, tanquam superuacuum, non nocet: vt not. Institut. de obligatio. quæ ex male, §. certe. quæ distin. non habet locum in ope. cum consilio. i. cum dolo præstita, ff. de verborum significat. l. sæpe. † quia concursus plurium hominum, facto interueniente, non minuit delictum, sed auget, vt ff. de iniurijs, l. si plures, & nulli est parcenda pœna, vt infra de his, quibus, vt indig. l. minori. † Et consilium, aut facto præstatur, aut verbo, aut simul facto, & verbo primo, & tertio casu indistincte punitur consulens, d. l. sæpe. Secundo casu distinguitur, vtrum principalis esset alias facturus e necne, vel dic, quod si etiam erat alias facturus, consulens punitur, saltem extra ordinem, quando sumus in atrocissimis; quia tractator punitur, & qui consulit tractat, ff. de adulte. l. & si amicis. Et idem uidetur in omnibus personalibus maleficijs, & iniurijs personalibus, vt ff. de iniur. l. non solum. §. Atilicinus. † An autem esset alias facturus, vel non, consistit in probatione facti; f vt not. ff. de exceptio. doli. l. apud Cellum, in princip. † In mandante etiam non videtur gloss. posse sustineri; quia magis delinquit qui mandat delictum, quam qui consuluit g quod sic probo. Ille, qui mandat, facit interpretatiue, vere enim nemo facit, nisi qui per se facit immediate, licet vere det, qui rem suam per ministrum dat. Nam iura possunt per alium vere administrari, vt ff. de manu. vindict. l. pater ex prouincia, facta autem non, vt C. de caduc. tollen. l. prima. §. ne autem & ideo tenetur ratificare sua contemplatione gestum: quia † animus trahit ad se corpus, ut vbi animus, ibi corpus esse videatur aliquo organo mediante, vt ff. de rel. l. scriptus. §. fin. Dici potest, quod etiam in mandante distinguatur h an mandatum fuerit causa delicti, an nihil habuit operari, vt dixi in consil. Nam vbi ille, qui mandat nõ operatur in actu, istud sub cõsi. remanet, quia non acceptatur in forma mandati. hoc tenet Iacob. But. ff. de eo, per quem factũ erit, l. prima, idem teneri i supra quod met. cau. l. metum. k vbi omnino videas, vbi dicit, quod per minas præcedentes mandatum, si minæ erant verisimiles, probatur, quod principalis erat facturus sine mandato aliquo, & ideo non tenetur mandans secundum Iac. But. & adde quod no. in auth. qua in prouincia. in verbo, eo autem. s. vbi de crim. agi opor. & statim dicam. Et idem si mandatum a princi l acceptatur, & postea spreto mandato ex interuallo m delinquitur, vt ff. de seruo corr. l. Neratius, & idem tenet glo. in d. §. certe. Inst. de obli. quæ ex malefic. nasc. Sed Inn. aliter dicit de hom. c. audientiam, & vr factum ex mandato, nisi sit reuocatum. Non obst. l. Neratius, quia ibi loquitur in delicto connexo, non in delicto mandato fieri, & ideo illud delictum non sequitur ex hoc mandato. † Sed contra hoc. oppo. n ille, qui mandat, facit saltem interpretatiue, vt no. in l. i. §. quoties, ff. de ui. & ui ar. si facit, ergo tenetur. nulla. n. distinctio cadit in faciente. Solu. † mandans concurrit ad actum facti ficte, & non uere, & mitius agitur, cum eo, qui ficte, & impropriie delinquit, quam cum eo, qui vere delinquit. Vel dic ideo non obstare, quia nunc o dicitur mandans concurrere ad actum delicti ficte, quando mandatum est finalis causa delicti; vel saltem impulsiua; mandans enim non concurrit cũ faciente, nisi concurrat, vt causa, vel occasio. Sed vbi aliud præcise est in causa, tunc mandatum non est causa finalis, nec impulsiua, sed nulla, vt si subditus mandaret Regi Frãciæ; quia minor debet esse minister domino suo, non e contra. Et ideo in quadam inquisitione fuit manifesta falsitas, in qua continebatur, quod familiaris mandauerit domino. † Nam verificari debent p sermones secundum communem opin. habentium intellectum, vt no. ff. de euic. l. si ita quis in fi. vbi dum dicit, quod vuque nemo sanus probauerit. Idem si dicatur, quod alius mandauit patri, vel minor frater maiori, quia experimentum verorum sermonum est, vt concordent cum rebus sensatis, vel verisimilibus, vt inf. de quæst. l. milites, §. oportet. † Nam id, quod est valde longe a verisimili, est quædam falsitatis q imago, Item opp. delictum mandantis, & mãdatarij est vnum substantia, & numero, vt J. si reus, vel accu. mor. fue. l. i. per Cyn. licet cadat in eis sub diuerso noĩe, nam sæpe vnum & idem habet diuersa nomina in diuersis personis, vt l. hæredib. ff. de dolo. sicut vnum flumen in diuersis locis & prouincijs. Rñde. non est vnum, nisi prout est in patiente, sed quo ad omnia alia sunt plura, tamen in proposito, ubi mandatum non est positum in executione, non obligat ui mandati, ut s. dixi. Et probatur mandatum, ut sicut per uerba imperatiui r modi, percute, ff. de his, qui no. inf. l. ob hæc uerba. in gl. & de pœnis, c. i. in cle. in gl. s verbum tñ imperatiui modi oñque ponitur permissiue, ut ext. de transl. ag. † Et ille dicitur mandare, qui etiam rogando optat se ulcisci. & si locutus est ad aurem, & secutum est factum illo instãti, & præcedit capitalis inimicitia, præsumitur mandatum, t ff. de acq. hæ. l. si quis mihi bona, §. si. per Bar. de pri. cre. l. si uentri, §. fin. per Bartol. & argumen. sup. de Rep. l. dubium. Et si erant pariter inimici, præsumam consilium, & sic in mitiorem partem, quia efficacius u & durius obligat mandatum, quam consilium, ut not.

ADDITIONES.

a Ope. Differentia inter opem, & consilium, vide per Bartol. in l. furti, §. final. ff. de furt.

b And. Barb. Dicitur autem consulere. Not. quia stans armatus prope percutientem, dicitur etiã præstare opem, vide Bald. in l. raptores, sup. de episco & cler. Idem etiã si clamoribus vicisses, secundum Bald. in l. is qui opem, ff. de furt. alias l. non solum, § mandato, ff de iniu. vide tex. in capit. sicut dignum, §. s. de homi. & ibi dris.

Cell. Adde Ant. Cor. sing. suis, in ver. suasionem, incip. si aliquis vadit ad occidendum, vbi alleg. illum hic referentem Imo.

c Armatus secundum Ino. in d. c. continentia, ad quod etiam vide Bal. in l. raptores, & ibi dixi, sup. de epis. & cler.

d Cels. Consilio. An quis puniatur ex consilio, & an sit adhibenda distinctio, an esset alias facturus, vel non, adde Bar. in l. non solum. §. si mandato. versicu. quæro vtrum in persuadente, ff. de iniu. & etiam in fin. & Bal. in l. data opera, in 13. col. inf. qui accu. non pos. & in l. i. ver. persuadere, de ser. cor. ff. opi. Bar. videtur verior, & vide de materia per Iac. de Bel. hic, per Can. in c. i. de off. dele. per Sal. in l. 2. sup. de rap. vir. per glo. & Doct. in c. nuper. de sent. exc. & cle. i. de pe. Adde Dyn. in regu. nullus ex consilio, & ibi posui in apo. per Collectarium, in c. sane, in fin. & ibi posui in apo. in ver. ex consilio, ext. de renunc. Bel. plene in ca. sicut dignum, col. i. ver. no. etiam vbi ponit reg. & fallentias, extra de hom. dixi post Bart. hic, num. i. in ver. ex consilio, & de hoc omnino per Dom. meum Ial. May. in §. omnes autem Inst. de act.

e Alias facturus. Vide gl. fi. an quis esset alias facturus, per Angel. ff. de eo per quem fact. erit, l. i.

f Facti. Adde Bal. in l. metum sup. quod me. cau. & quid in dubio vide per Bald. in l. data opera, in 13. col. l. qui acc. & vide Bal. inf. prox. col. & aliquid per Pau. de Ca. hic. & omnino Bal. in l. ob hæc verba, ff. de his, qui not. inf.

g Consuluit. Adde Io. An. in c. nullus ex cons. de reg. iu. lib. 6. quem refert Bald. in 3. colum.

h Distinguatur. Vide Bal. in l. non solum, §. mandato, ff. de iniur. & omnino per Pa. de Cast. hic.

i And. Barba. Et idem tenet. Vide tex. in Auth. vt nul. iu. §. quoniam vero, vbi si præs. suo consilio tulit iniquam sententiam, quod debet puniri, ideo assessores nunquã dicent sententiam latam suo consilio. Vide Ang. ibid.

k L. metum. Ibi etiam Bal. & vide inf. prox. col. in fi.

l A principio. Per Bal. in d. l. si mandato, versi. quæro, mandaui, in i. q.

m Ex interuallo. Tene menti, quod si mandatum sit ex interuallo, non tenetur mandans: item dicas, si mandatum fuit repudiatum, vide Bal. in l. per diuersas, supra manda. A. b.

n Sed contra hoc op. No. quod mandans delictum videtur illud facere interpretatiue, & sic non punietur statuto puniente delinquentem. vide Host. in c. fe. ant cun. cti, de elec. lib. 6. Bal. in l. pe. ff ne quis eum post Cy. & Ang. in l. si quis id, quod, ff. de iurisd. om. iud. Bal. in l. non solum, §. si mandato, ff. de iniu. & in l. non ideo minus, inf. de accu. & l. Gallus, §. quid si is, de lib. & posth. & Bar. in l. aut qualiter, §. si. quod vi, aut clam.

o Concurrere. Bar. in d. §. si mandato, i. q.

p And. Bar. Nam verificari debent. Nos. sermones verificari secundum communem modum loquendi, & si non est verisimile, quod filius mandet patri. pondera bene quia ex d. Io. Cal. in rep. c. mãdatum, de rescr. illud dictum Bar. redditur falsum in casum contingat. ver. ego reprehendo, de rescript. vide eundem Bald. in l. i. C. de edi. di. Adrian. tollen. sup. de prob. & in rub. de positio. pral. & in tract. testimatis. vide Bald. in l. scripturę, C. de fide instrum. vbi pulchre loquitur, & in capit. afferte. de præsumpt.

q Falsitatis. Adde tex. in c. quia verisimile, & ibi Doc. de præsump.

r Imperatiui. Adde Bar. in d. §. si mandato. ver. venio ad materiam, & quæ no. Bar. in l. i. in prin. ff. mand. & quæ ibi dixi. & per Io. Ant. in c. nam concupiscentiam, de const. extra.

Cels. Tu adde omnino ad propositum mandati in delictis, & per quæ verba fiat, Bar. in l. i. nu. 4. & ibi posui in apost. ad ipsum, in ver. vindicta, inf. de his, qui ut indig. do meus Iaf. hic, col. 6. Lud. Rom. sing. 704 incip. tu scis. Mathe. singu. 188. inci. No. quod ubi creditor. & Anto. Corse. sin. suis, in uer. præceptam. incipien. famulus cuiusdam nobilis.

s In gl. Quæ gl. est sin secundum Bal. in l. i. §. persuadere, ff. de seruo corru.

t And. Bar. Præsumitur mandatum. Et vide Bal. in c. 2. de pace iur. fir. in 10. coll. vbi in materia mandati singulariter loquitur, quem omnino vide, & in ca. i. §. si quis decesserit & de feu. sue. contro. & in c. veritatis, de dolo, & contu.

Cell. Adde do. coapostillatoris mei, eius compatriotam, & discipulum Anto. Cors. sing. suis in ver. præsumptio. inci. celeritas actus.

u Efficacius. Adde titum sup. ead. l.

nota. in capito. nullus ex consilio. per Ioan. And. de regulis iuris, libro sexto. Si autem non præcesserat causa, tunc nec causatum præsumo etiam si capitales minæ intercesserat: quia plura sunt,
18 quæ terrent, quam quæ nocent. † Ex personis denique, causis, & moribus, ac animositate loquentium dicta pensamus, ff. quod metus cau. l. metum non in iactationibus, ff. de act. & obli. l. fi. infra si quis Impera. male. l. j. ff. ad legem Iulia, ma. l. famosi. §. hoc tamen crimen. &. facit extra de præsumpt. cap. literas, in
a nouell. Ratione enim familiaritatis, a vel conuersationis non præsumitur quis præscius vel culpabilis, vt extra de restitu. spol. cap.
b cum ad sedem. Item qui eam præuidere non potuit, b non vi-
c detur dedisse fauorē, nec opem, vt 23. quæst. fi. c. fi. in glo. c ordin. nec ille, q non iuuat offensum, dicitur opem præstare, licet peccet, si commode potest iuuare, & non iuuat: vt no. ff. de regul. iu-
19 ris. l. culpa est. † Item nemo punitur de mandato, d nisi probetur
d ordo temporis, s. quod mandatum fuit ante factum, vel in facto, vt ff. mand. l. si vero non remunerandi, §. si post creditam, & adde quod no. supra de tran. l. sub prætextu. & idem dico in consilio, quod est no. quia de præteritis nullum potest esse consilium;
20 sed de futuris contingentibus consulitur. † Et nota quod consi-
e lium. e quando potest verisimiliter se habere ad bonum, & ad
f malum, ille qui dat cōsilium, potest illud interpretari, f vt ff. de re iudi. l. actorum verba, in gl. immo etiam sine interpretatione hominis lex interpretatur in meliorem partem, l. merito ff. pro so-
21 cio. † Et no. quod mandans non punitur tanquam g faciens, ni-
g si delictum posset sibi inesse per rerum naturam. Vnde si pupillus doli capax mandat falsum testimonium fieri, non punitur vt falsus testis, sed alias extra ordinem, quia in impuberem non cadit periurium, de quo dicam infra ad Syll. l. finali. Idem, si cæcus
22 mandat fieri falsam scripturam: quia † interpretationes legum nālibus conuenire debent: vt de interro. actio. l. confessionibus argumen. contra; quia cæcus testatur, quasi in scriptis. infra qui testamen. facere poss. l. hac consultissima, ergo & falsum in scriptis interpretatiue committere potest, sicut & purus laicus ne-
23 sciens literas, & hoc verius. † Porro in adulter. non punitur mandatum, vt mandatum, sed vt tractatus, vel consilium: quia naturaliter in illo actu non possunt concurrere plures simul ad delinquendum, & quia non perficitur, nisi naturalibus instrumentis. & quia est delictum, in quo idem agit in seipsum, non extra se: sed alia delicta sic in alium fiunt, vt nota. ff. de adulte. in gl. rubricæ. quia ergo requirit actum intrinsecum vtriusque partis, non potest fieri per alium: vt inf. de cad. toll. l. 1. §. ne autem, gl. in versi. vel vxorem ducere, & no. in l. j. §. quoties, ff. de vi, & vi arm. in vlt. Caue tibi, quia illa gloss. non dicit, quod non puniatur, sed dicit, quod non punitur, vt mandatum, & verum dicit; quia non punitur vt mandatum: sed ex alio capite. Nunc ad propositum reuertamur, & dicamus, quare in furto isto non tenet præstans consilium? Respōde, quia hoc est furtum irregulare, quod rem afficit, sed actionem non parit. Sed quid hoc ad rumbum? nam aliud est delictum, aliud pœna, aliud processus, vt supra de infa. lege decuriones, & supposito delicto, licet vna persona eximatur a pœna, vel iudicio, tamen alij tenentur, qui non reperiuntur exempti. Vnde aliquid fit impune ab vno, & punitur in alio, cui iuris vel facti excusatio non patrocinatur, vt ff. de vi, & vi arma. l. cum fundum, & ff. de iurisdict. omnium iudic. lege si quis id quod. §. fina. Solue, quod quandoque delictum est delictū cōsiderata persona tantum perpetrantis, & tunc alius non tenetur, vt hic, quandoque attenta persona alterius tantum & tunc ille punitur, & non principalis, quandoque neutra inspecta, & tunc neuter punitur: vt ff. de furt. l. si is qui. §. si iu Titium, quandoque vtraque inspecta, & tunc vtraque persona punitur, nec est vna obligatio accessoria, sed omnes sunt in obligatione principa-
h les, h licet in facto vnus sit sequela alterius principalis, vt no. Cy.
24 infra titu. j. l. j. in 3. oppo. † Sed quæro, qui ergo dicantur princi-
i pales i in facto? Respon. caporales in faciendo, siue in fieri faciendo, vt nota. ff. de ser. corr. l. in hoc, in versicul. Princeps. Et vide quod no. de comite Alberico, qui iuit in seruitium bannitorū Bononiensium, & tamen non dicitur caporalis: nec tenetur de eo, quod ipse non fecit: vt l. 2. §. si quis vi, ff. vi bonorum raptorū. in gloss. sed caporalis tenetur de eo, quod fecit tota sua familia, quia ipse eam conduxit, vt nota. infra ad legem Iulia. de vi, l. quoniam multa, & facit extra de iniur. capitu. in nostra. Quinto oppo. si iste seruus facit furtum sui: ergo dominus perdit possessionem eius, vt ff. de acquirenda possessione l. rem quæ nobis. Sed consequens est falsum, ergo & antecedens: vt ff. de acquirenda possessione. l. 2. §. per seruum qui in fuga, & ff. de rei vendicat. l. si a bonæfidei. nisi diu sit in libertate moratus, vt dicitur de spartano, in l. 3. §. si seruus, ff. de acquirenda possessione. Vel nisi sit facta uis in persona ipsius domini: ut supra si ser. expor. ue
25 nic. l. moueor. † Solue, quod per furtum perditur possessio, quādo est furtum regulare, secus in furto irregulari: vt hic. Item seruus iste nō est talis persona, quæ posset domino interuertere possessionem, immo iram, & vindictam in se producat, qui rebellatur: vt ff. ad Sylla l. & si certus. §. si appetitus. & ff. de re mil. l. omne delictum. §. contumacia, argumen. supra de inofficio. testam. l. liberi. ad fin. Domini enim nō dependent a subditis, qui possidentur inuiti. lege male agitur, C. de præscriptio. triginta annorum. nec eis nocet proditio subditorum: vt infra de acquirenda possessione. l. fin. j. de re iure deliberan. l. cum aliquis, & Spec. de feu. §. 1. versi. 28. quæritur. Plus dico, quod si seruus, vel subditus meus ab aliquo detinetur inuitus. ipse tamen reuocat subditum meum, & in eo, quod potest, gerit se pro subdito meo,
K ego non perdo possessionem incorporalem k in ipso, ff. de acquirenda possessione. l. si rem mobilem. versic. igitur, & de usufruc. l. arborib. §. idem tractat versic. sufficere, alias est l. etiam, §. fin. eodem titu. Quæro, quid de errone. idest instabili, qui nunc fugit, & nunc reuertitur, nec habet propositum firmum in malo, nec se gerit pro libero, sed sicut auis, quæ uolat de nido huc, & illuc, reuersura tamen, quando sibi videbitur. Dicit glo. idem
26 in errore, qui ad tempus intendit lucrari se sibi. † Nam satis lucratur, qui contentatur. ut nota. in l. penult. ff. de condit. ob causam. nam si furor rem tuam, alio die restituturus, fur tamē sum, eum temporis, &. vsus furtum fiat, vt ff. de fur. l. qui iumēta, nec est in potestate nostra post delictum desinere, cum cœperimus;
l vt no. ff. de fur. l. qui ex mente. In contrarium l videtur; quia non intendit fugere ille, qui aliquo momento facere vult se absentem, argumen. ff. de condition. & demonst. l. si quis ita legauerit.
27 dum vxor mea. † Et ideo si statutum punit illos, qui aufugerunt
m de carcere, m non includit illos, qui exiuerunt animo reuertendi, vt Institu. de rerum diuisio. §. Pauonum, scilicet si cito reuertantur, secus si non reuertantur cito, & ita intelligitur gloss. ad hoc, ff. de re milit. l. 3. §. emansor, & l. qui cum vno, §. edicto Germanici. Nunc venio ad secundam partem huius legis, dicitur hic, quod ideo seruus tempore non acquiritur, quia est factum furtum. Ostendo enim quod ista ratio non est bona, quia sicut ratio in specie debet concludere in propria specie, ita ratio generalis debet concludere in quolibet contento sub suo genere, alias talis rō est contingens, & non necessaria, vt ff. de legi. l. non omnium, in gloss. & ff. de offic. procu. Cesar. l. finali. Quare enim redditur ratio, nisi vt demonstret dictum? Itaque illa, quæ non demonstrat, ratio non est, sed quædam persuasio. Sed ratio legis nostræ est generalis; quia quandoque fit furtum, & tamen res vsucapi potest, vt ff. de vsucapio. lege sequitur, §. si rem, ergo ista ratio est impertinens, & nulla; quia non est ad propositum ostendendum. Solu. ratio est bona cum suppletione. dum enim dicit, quia facit furtum; supple, & efficitur res furtiua, & sic not. quod ratio est supplenda, & sic paria sunt rationem non reddere, & tūc in obscuro est ratio, vt infra de cadu. toll. l. vn. §. sed, & varietatu, & eam perfecte reddere, & tamen assignare imperfecte. nam vtroque casu, si potest iuuari benigna, & probabili suppletione, tunc dicitur ratio reddita, vt hic, quod est nota,

ADDITIONES.

a And. Barb. Ratione enim familiaritatis Nota. quod ratione familiaritatis non præsumitur quis conscius delicti, vnde si famulus delinquit, non præsumitur dominus mandasse, vide Bal. in l. 3. supra de episc. & cle. contra tamen tenuit Bart. in l. de pupillo, §. meminisse, & §. si quis ipsi pratori. de oper. nou. nunc.
Familiaritatis. Vide Bar. in l. 1. §. si. ff. quod ui aut clam.
b Potuit. Vide Bar. in l. 1. §. sed in eo, ff. ad Sylla.
c In glo. Alleg. etiam eam Bald. in l. data opera. in versicu. sed pone, qui accusa. non possunt.
d De mandato. Adde Bal. in l. hæc verba. ff. de infam. & Doct. in cle. 1. de pen.
e And. Barb. Et nota, quod consilium, quod potest se habere ad malum, & bonum, præsumitur ad bonum, hinc est, quod si quis ius iniquum impetrauit, est necesse, quod probet de dolo, vide gl. fin. secundum Abb. in c. super literis, de rescr.
f Interpretari. Facit contra no. per Barto. in l. si quis mihi bona, §. fin. ff. de acquiren. hæred.
g Tanquam. Plene in l. sed si vnius. §. seruus. ff. de iniur.
h And. Barb. Principales. Nota, q corporales tenentur de eo, quod faciunt socij, & sic excusatur comes Albericus, qui autem dicuntur corporales, & qui adhærentes & partiales, uide Ang. in auth. de hæred. & Falcid. in prin.
i Principales. Vide quod no. Bar. & Bal. in d. l. in hoc, & Bar. in d. l. 2. §. si quis, & in in d. l. quoniam multa.
K Possessionem incorporalem. Hoc sequitur Pau. de Cast. in d. l. 3. §. si seruus, ff. de acquiren. possess. not quod Bald. dicit incorporalem, idest quasi possessionem iur. vsusfructus, si in seruo habeo vsumfructum, ita loquitur l. arboribus, & pari ratione quasi possessionem iurisdictionis in subdito, sed possessionem corporalē perdo quia tex. in d. l. etiam, §. fin. dicit, quod ibi perdo possess. & de incorporali non est mirum, quia illa conseruatur, quicunque utatur nomine meo d. l. arboribus, §. non solum, ad l. si rem mobilem. respon. quod ibi non erat apprehensus.
l And. Barb. In contrarium. Vide Barto. qui notanter excusat fugientem in l. quis sit fugitiuus, §. 1. & §. apud Labeonem, ff. de ædil. edic. uide Sal. in lege admonendi, ff. iureiurando, uide duas glo. ualde peregrinas, in l. si pecuniam, ff. de cond. ob causam, & l. si ve certo, §. nunc uidendum, ff. commoda. & aliam in lege Corne. & ad Syll. & tex. singula. secundum Sal. l. 3. infra de exac. trib. lib. 10. & quod sing. dicit Guil. de Cun. & ibi Bal. in l. succurritur, ff. ex quib. cau. ma. in inte. rest. & uide tex. in l. si quis reum, ff. de cust. reo. & in l. consiliarios de assesso.
m De carcere. Adde not. per Bald. in l. 2. de ædil. act. vide tamen d. l. si quis sit fugitiuus.

ea.† Et facit, quod testis, *a* qui dicit scio, quia vicinus *b* probet pręsumptiue scientiam veritatis. Aliud est enim probare veritatem concludenter, aliud præsumptionem veritatis coniecturaliter: vt dixi in lege fin. supra familiæ erciscun. Soluit gloss. contrariũ secundo modo; quod in furto irregulari ratio textus nostri est omnino vera, secus in furto regulari, & sic non obstat contrarium: quia ibi loquitur in eo, qui non potest rem afficere: quia dominus, nam si afficeret ipso momento purgaretur, quia residet in potestate domini, hic secus.† Secundo opp. quod cum litera intendat negare, sufficiebat vna negatio, cum plures negationes non negent. quia inuicem se perimunt, vt ff. de verborum signific. l. duobus. Sol. hic altera abundat, secundum gloss. vel dic ꝙ duæ negationes affirmant, non tres, vbicunque est numerus, negationum dispar, tunc negant vt hic, & l. j, ff. de cada. puni. & cum sim. Tu dic, *c* ꝙ aut ille, qui loquitur intendit negare, & tũc omnes abundant præter primã, vt extra de iureiur. c. & si Christus, in verbo, non. Aut intendit dialecticare, & tunc in numero pari, si ad idem referuntur, affirmant, in dispari negant, si vero singulæ negationes, singulis determinationibus referuntur: tunc quælibet est singularis, & negat: qa per se stat in suo officio naturali, vt hic, aut dubitatur, & tunc considera ex causa intentionẽ. Nam si est causa negandi, tunc negant etiam in numero pari, vt detur enim geminata negatio ad maiorem negationem. Vnde si quis respondens positioni est rusticus, *d* & dicit nullo modo non est verum, ex mente loquentis negat, quia credit agentem perimere, & non fundare, vt ff. de reb. dub. l. si is qui ducenta. §. vtrum, quod est no. inf. vnde liber. l. qui se patris, per Cyn. Tertio opp. sic, quæstio est dubitabilis, proposito interrogatiue facta, ff. ad Carbo. l. quod Labeo, & ideo vbi est casus legis, ibi non est quæstio, vt j. de fur. l. ancillę.† Sed casus est legis, quod in re mobili non cadit præscriptio longi temporis. vt infra in quib. cau. ces. long. temp. præscr. l. in seruorum, ergo fatue hic quæritur de præscrip. long. temp. cum loquatur in seruo. Solutio; hic loquitur de ascriptitio, quæ est portio fundi, & inter immobilia computatur, vt supra de sacrosanct. eccles. l. iubemus. & de lega. s. l. si quis inquilinos, Licet enim naturaliter sit corpus discretum a fundo, tamen seruus pars instrumentalis est fundi, hoc non contingit, in boue, vel in asino, nam etsi sunt instrumenta fundi, tamen mobilia sunt: vt infra de verborum signific. l. r. & a. Sed in solo homine contingit, ꝙ glebę annexus reputatur immobilis, dicamus ergo, ꝙ seruus ascriptitius longo tempore præscribitur, nisi esset res furtiua, ut hic. Sed hæc solummodo impugnatur sic, videlicet tu dicis, ꝙ ascriptitius præscribitur, si non sit furtiuus. Contra ascriptitius nõ potest alienari sine gleba: ergo nec præscribi, vt C. de agric. & cens. l. quemadmodum, lib. 11. Solue, quædam non possunt alienari *e* propter rem ipsam, vt homo liber, domus sacra, campus Martius, horti Salustiani, via publica, & similia. & ista præscribi non possunt, ut no. j. de libe. cau. l. nec si uolens, ff. de via publica, l. uiam publicam, & j. de lega. l. apud Iulianum, in fi.† Vasalli tamen possunt præscribi, & alienari: ut no. in d. l. nec si uolens, in glo. dummodo duriorem seruitutem inuiti non *f* patiantur, vt ff. de fideicom. liber. l. inuitus. Quædam sunt; quæ non possunt alienari, nec pręscribi propter fraudem, vt d. l. quemadmodum. Quædam sunt, quæ non possunt alienari propter priuilegia, & tunc pręscriptio non potest inchoari, nisi finita ratione prohibitionis, sed inchoata dudum ante potest confirmari: vt no. supra de iure dotium, l. in reb. §. si. & ff. de fun. dota. l. si fundum. Quędam non possunt alienari ratione ętatis, & dicunt, supra in quib. cau. in inte. rest. non est necess. l. fin. Quędam non possunt *g* alienari, nisi sub certa forma *h* puta cum decreto, & tunc pręscriptio habet vim decreti, vt ff. de adop. l. post mortem, & j. qui adm. l. j. & ff. de Publiciana. l. cũ qui, in princ. & sic pręscriptio iuuat pactum, facit ff. quemadmod. seru. amit. l. nam satis. §. i. & supra de dot. promiss. l. a. Item impugnatur, qa censetur immobilis: ergo non fit furtum.† Sol. in furto attenditur veritas, non fictio. unde cum vere sit res separata, siue discreta a fundo: ideo fit furtum. & sic in maleficijs magis attenditur veritas, quam similitudo, quod est no. Item infringitur ista opi. nam res immobilis non vsucapitur triennio, non quia furtiua, sed quia immobilis. Et sic dum euitas vnum contrarium, incidit in aliud, qua propter ista sol. est diuinatio, & ideo non placet glossatori. Et contrarium de l. in seruorum, soluit gloss. ꝙ hic loquitur primo de vsucapione rei, secundo loqtur de præscriptione, non rei, sed libertatis, quę non pręscribitur, quia fugitiuus semper est in dolo. Ista solu. non placet, quia non ponderatur vitium animi, vt mala fides, sed vitium *i* rei. vt furtiuitas. Et ideo soluitur tertio, ꝙ Imperator respondet quęrenti de vtroq; nam etiam si de casu legis queratur, respondendum est, sed non statuendum, vt l. ꝙ Labeo. ff. ad Carb. Tu dic, ꝙ aliquando in rem mobilem cadit vsucapio, & tunc superuacuatio quęritur de pręscriptione *k* long. tẽp. Aduerte quia nõ solum est superflua, sed immo est impossibilis, quia primo factus dominus est directo, non põt vtiliter effici, vt ff. de ad Treb. l. si hęres. An nõ procedit vsucapio, & tunc probabiliter quęritur de pręscriptione lon. tẽpo. vt no. ff. de vsucap. l. iusto. §. non mutat. Erat autem dubitã. si in vtroque par ratio: quia furtum irregulare illud esse dicitur, in quo res cum persona contenditur, tamen respondetur: vt hic vides.† Rich. *l* Malum. dicit, quod in re mobili habet locum lõga pręscriptio, licet non sit necessaria. Et nescit, quid dicat, quia existenti domino nihil operatur tempus, vt ff. de vsucapio. l. sequitur, §. lana. Quod enim semel perfectius acquisitum est, denuo, maxime imperfectius, acquiri non potest. Duabus denique causis concurrentibus celerior consumat effectum, vt ff. de verb. obl. l. si ita quis stipuletur siue nauis, & ff. de hęredibus institu. l. si ita quis scripserit, Titius, ibi. cum nõ prosit, &c. & l. si ita scriptũ, ibi plenior. &c. Nec tamen puto, quod si opponeretur exceptio longę pscriptionis, ꝙ esset inepta, quia includit in se actum, arg. ff. de seruit. l. si tã angusti. loquor iure vsucapibili. Et conclude, ꝙ in fugitiuo non cadit vsucapio temporis perfecti, nec plusquã perfecti, & hoc dicit lex nostra, & adde quod no. supra quod metus causa. l. 3. in gl. vltima. Nunc consequenter opp. contra dictũ, & rationem simul. quia video, ꝙ seruus fugitiuus vsucapitur, vt ff. de acq. poss. l. 1. §. per seruum, qui in fuga, & ff. de rei vendic. l. si a bonę fidei. Sol. ibi vsucapio erat cepta ante fugam, vnde procedit in suo processu: hic vero non erat ante inchoata: nam facilior est continuatio pręscriptionis, quam initium, sic not. infra, de vsuc. transfor. l. j §. hoc proculdubio, *m* secundum Nic. de Mata. Vel dic, quod leges contrarię loquũtur de pręscriptione eius, a quo fugit, hic vero de pręscriptione contra eum, a quo fugit, qa prius debet restitui, cũm furto sit spoliatus, vt ff. de vsucap. l. sequitur. Oppo. ꝙ non sit necesse reintegrari ei possessionem, cum duret possessio, vt d. §. per seruum, qui in fuga. Solu. ciuiliter possidet, non corporaliter, & detentiue, & hoc donec sit ab alio apprehensus, postea vero interrupta est sibi possessio, vt d. l. si rem mobilem. Opponi. cum seruus iste sit in sua potestate, ergo purgatum est vitium, sicut in re peculiari subtracta, vt d. l. sequitur, §. Labeo. Sol. seruus non est in peculio suiipsius, sed est res dominica. Et arbit. concessum sibi in peculium, non videtur concessum sibi in suam personam, quod est not. & facit ff. de pecu. l. dispoini. §. Stichus, & est arg. quod bannitus seipsum impune vulnerare non possit, licet statuto dicatur, quod bannitus possit impune offendi, quia ipse non est in banno.† Vlterius op. dicitr̃ hic, ꝙ fuga seruorum non nocet domino, cõtra. immo nocet, quia per fugam seruus efficitur vilioris pretij, vt ff. de condi. ob cãm. in l. si pecuniam. § plane. ibi dum dicit, vilior factus per fugam. Solue. ibi in sui ęstimatione potest damnificare dominum, sed non

ADDITIONES.

a An. Barb. Et facit, quod testis. No. quod probat testis, si reddat rationem, quia sum vicinus. vide Bal. in l. conuenticula, vbi tenet contra Bar. & post eum Sal. supra de episcop. & cler. & in l. data opera. inf. qui accu. non pos. & l. 1. C. de colla. eundem Bal. in c. 1. §. si tres, de pace ten. 10. col. & d. Sal. in l. 1. ff. si cer. pet. D. Ant. in c. in literis, de præsump. transit cum D. Bar. in l. 1. si cer. pet. sed D. Io. ibi dicit, quod forte non procedit, ex quo deponit de eo, qđ potest cadere plene in sensum testis, dicit tamen, quod forte in perito seruaretur opin. Bar. propter authoritatem eius.

b Vicinus. Per Bar. in l. a. ff. si cer. pet. per Bal. in rep. l. 2. de rescindenda venditione, supra.

c And. Bar. Tu dic. Vide hic & Cy. & Ang. & Bar. in d. l. duob. dec. gl. in c. & si Christus, & ibi dixi extra de iureiur.

d Rusticus. Adde Bal. in l. qui se patris, infra vnde lib.

e Alienari. An prohibita alienari possunt præscribi, per D. in l. vbi lex de vsu. io fio. Cels. Adde Bar. in l. filiusfam. §. diui Seuerus, vers. quarto, vtrum res prohibita alienari. ff. de leg. 1. Bar. Soc. in suo tract. fal. regu. 14. Pau. de Castr. consil. 290. & Alex. cons. 1. col. 6. vol 4.

f P. D. Non. Ad idem ipse Bal. in c. 5. vbi no. de capita qui cur. ven in usi. feud. & adde eundem in c. præterea. ducatus, §. insuper etiam uer. no. ꝙ dominus de prohib. feu. alie. per Fed. Et ad idem Doc. in l. inuitus, ff. de fideic. liber. & Specu. in titu. de feu. vers. 19. Et adde, quod Host. ait in c. dilecta. de maior. & obed. & ibidem Feli. quod vasalli inuiti per Francorum regem alienari non possunt, de quo per Alex. in lege prohibere, §. plane, quod vi aut clam. & per istũ in c. generali, si de feudo fuerit controuer. Et an veniant in generali venditione, uide per eundem in l. testamento, uer. & no. in d. c. 10 generali.

g And. Barba. Quædam non possunt. Not. quod præscriptio habet vim decreti. uide tex. in l. cum de in rem verso. ff. de usur. idem dicas in consuetudine. uide Bal. in rubri. qui feu. da. pos. col. 10. alias in c. 1.

h Certa forma. Adde Bar. in l. fi. supra in quibus causis. in integ. rest. non est neces.

i Vitium. Posset responderi, quia hic per vitium animi inducitur uitium rei, tamen Sal. & Ful. videntur dicere idem, quod Bal.

k Præscriptione. Illud quod dicis de præscrip. long. tempo. satis recidit in idem cum opinione, quam tenuit hic, ult. Cy. io addi. Pau. de Cast. qui hic approbat istã opi. quam ponit hic Bal.

l Rich. Malum. Opi. Richar. tenet Bar. in l. in seruorum, inf. quib. causis cess. long. tempo. præscri. si volet uti usucapionis beneficio, & redditur sen. ista lectu. secundum Ang. hic, & ibi, ad illam rationem Bal. potest responderi, quod opi. Rich. procedit ibi, quando ante completam usucapionem apparebat de animo, Ful. in alia ratione impugnat lect. istam Rich. dicit post eum hic.

m L. 1. §. hoc proculdubio. Vide Bar. in lege sequitur, §. de illo, ff. de usucapione. Bannitus. Facit l. si quis id ꝙ dom, ff. de her. inst. iuncta l. si quis, la 2. §. fi. ff. de pœnis. Sal. Pau. de Cast. hic dicunt idem quod Bal. hic.

non in sui alienatione, vel præscriptione, & est ratio: qa lex non potest plus quam possit. Non.n. potest ligare manus & pedes hominis; sed id, quod non potest exequi prohibendo, facit puniendo, & de iure obstando. 35 † Sequitur nunc vtilis quæstio. Quidam tenuit ascriptitium meum triginta annis, ego vendico eum, ipse dicit se præscripsisse eum, ego dico quod non est verum, qa aliud est tenere, aliud est possidere. Nã ego ciuiliter retinui possessionem huius hominis decem annis, ff. de vsucapio. l. sequitur & Insti. eo. §. quod autem, & sic vera possessio ciuilis, quæ requiritur in præscribendo, non fuit apud illum, nisi viginti annis, ergo infert glo. quod non sufficiat probare detentionem triginta annorum, & ita tenet Dyn. hic, & in cap. sine possessione de regulis iuris. lib. 6. & Cyn. hic, quod est. Sed Dom. Oldr. a dicit, quod sciens ab alio possideri, vt suspicatus, se posse repelli, & pdit possessionem, nisi tenens recognouerit ab eo: vt de præscriptio. 30. annorum. l. male agitur, allegat legem quamuis, ff. de acqui. pos. 36 † Inno. dicit, q ille, qui tenet, præsumitur b possidere; vt in capit. cum olim, extra de priuileg. Item tenet Archid. 7. q. 1. c. Pontifices. nam ex naturali possessione præsumitur ciuilis, vt no. de verbo. obl. l. stipso ista. §. hęc quoque. Et ex fructuum perceptione, vt l. Titia, ff. de sol. & ff. quib. mod. vsusfructu amit. l. Pomponius. Non obst. de prob. c c. licet causam, vbi possessio noua præsumitur clandestina, quia ibi loquitur, qñ paruo tempore possedit. Vel melius, ibi, vterque tenuit, & fecit factum possessoris, hic secus. Solu. Oldr. credo melius dicere, non quantum ad præscribẽdum rem, sed quantum ad præscribendum exceptionem spatio triginta annorum. cum omnis actio tanto tempore tollatur, nisi sit interim recognita, vel mota, nec requiritur vera possessio conuenti, sed mora petẽtis, vt inf. de pręscriptione triginta annorũ. l. sicut. Item scias, quod iura liberatoria sæpe ẽt sine possessione præscribuntur, vt ff. de vsucap. l. sequitur. §. si viam. Item Innoc. non credit, q in admittenda d possessione sit necessariũ decennium, vt extra de restit. in integ. c. 2. & ideo qualitas actuũ perpendenda est, argu. de acquir. hær. l. pro hærede. de acquir. pos. l. si de eo fundo, & quod no. eo. tit. l. si is, qui animo, & est simile, ff. pro suo, l. si ancilla. Vbi autem a nemine possidetur; tunc bene requiritur decennium, quia non debet ibi suspicari, se posse repelli, cum nemo teneat, & ita intelligitur ista materia, quod est not. Quid in boue, & asino, an statim desinam possidere, quãdo aufugit? Certe statim, quod alius apprehendit, ego propter neglectam custodiam desino possidere, vt d. l. si rem mobilem. 37 † Quæro an statuliber fugiendo faciat furtum sui? Rñ. sic, quia seruus est, vt l. 1. §. serui, ff. ad Syllan. & l. statuliber a cęteris, ff. de statulib. & ff. de rei vend. l. non ideo, secundum Oldr. & Nic. de Mata. Liber autem homo non facit furtum sui, vt censiti, & ascriptitii, e & homines perpetuo alieni. de quibus not. Institu. de iure personarum in prin. in versi. aut serui, & adde quod no. inf. eodem. quicunque. in glo. fi. 38 † Et sic dicas theoricæ, quod omnis homo pręscriptibilis fugiẽdo a facie sui superioris, facit furtũ sui, secus in eo, in quo non cadit pscriptio, quia ille est ita persona, q non res, & sic non cõmittit furtum etiam irregulare, & hęc sunt valde no.

ADDITIONES.

a Old. Adde Bar. in l. de eo, § fi. ff. de acqu. pos.
b Præsumitur. Adde Bal. in l. pen. de excep. rei iud. & quæ dixi post Bart. in l. pen. de cond. insti.
c And. Bar. Non ob. de prob. Vide quæ dixi in c. quærelam. de elect. vbi alle. Bald. hic pro concor. Io. de Imo. ibi, quia, ipse tamen alle. Bal. hic, vide D. Abb. & alios in c. cum venisset, de restit. spo. & gl. Bar. & Mod. in l. si. de eo, §. 1. ff. de acq. pos.
d Admittenda. Quanto tempore inducatur obliuio, & amissio possessionis, Bal. & Angel. in lege licet in fine infra, de acq. pos. allegat Innoc. quod sit in arbitrio iudicis, vide per Bar. post glo. in l. si de eo, §. si forte, ff. de acq. pos. & gl. no. in l. furtum, §. 1. ff. de vsucap. & gl. in d. l. licet in fi. dicit de decennio.
e Ascriptitii. Et de ascriptitiis, qui faciunt furtum sui, est casus in l. cum satis inf. de agri. & censi. lib. 11. vbi dicit, quod sic, & uide de illis plenius per Guid. de Suza. & per Cyn. hic.

LEX II.

1 *Index, si suspicor res meas esse apud alium, copiam perquirendi mihi facere debet.*
2 *Seruus meus si de territorio meo aufugit, eum vbique perquirere possum.*
3 *Iudicis officium, quo iure petatur.*
4 *Seruus fugitiuus habens dominum, si ab eo quæstio dominij mihi referatur an sit audiendus.*

b A. B. Puta quia est publicum, vide Bal. in d. l. si tutor. supra de periculo tu.
c Allegari. Error debet allegari. Facit in errore facti, & vide infra proxi.
d Præsumitur scia. Quando præsumitur scia, adde ꝙ præsumitur scientia, si me certiorare volentem noluisti audire, secundum Bal. inf. ea. l. in vlt. col.
e A. B. Secundo no. An ex geminato delicto gemina oriatur pœna, vide Bar. in l. vulgaris, ff. de fur. & in l. nunquam plura; de priua. deli. ff. & in l. 1. §. vnde quæritur ff. de publicanis & ibi d. Io. Bar. cons. quod incipit, Antonius commisit adulterium, vbi dicit, quod ani est idem delictum repetitum cum eadem persona, vt in adulterio, & tunc non apponit duplex pœna pecuniaria, vide eundem ibi omnino, & D. Pet. de Anch. in 4. cons. vbi singulariter dicit, ꝙ si punitur iteratio criminis, est verum, quando non refertur ad aliquem præcedentem titulum, puta, quia contraxit matrimonium illicitum, per quod decidit q. quam ibi vide omnino, vide d. Ab. in c. sicut dignum, de homi. c. mutare, 6. q. 1. vide tex. in c. sicut. de testi. vbi toties cõmittitur adulterium, quoties contrahitur copula cum eadem, facit c. ad apostolicę de re iud. li. 6. vbi toties quis est periurus, quoties venit contra iuramentum, vide ibi Arc. & d. Abb. in c. sicut. de testi. & quæ ibi dixi. & adde quod dixit Bal. in c. quęstioni. de ap. per eũ ibi. perinde, vide Ale. in l. si duo. §. semel. ff. de arbi. & Bar. cons. 17. inci. Antonius commisit adulterium, & Bal. in c. olim de rescri. ubi loquitur de eo, qui rasit rescriptum, & rescripsit aliud ibi, an puniatur ex duplici delicto, dicit quod pro vno per gl. d. l. pe. hic alle. Illud cõs. Bar. in ordine meo est primũ cons.
f Quæstione. Quæstio est no. quod quis potest teneri de vulnere, licet occiderit, adde Bar. in l. nunquam plura, hic alleg.
g Vna falsitate. Et quid si produxit instrumenta falsa, & testes falsos est vnum falsum, & adde Bar. in l. infitiando §. infans ff. de fur.
h Vt semel adde Bar. in d. §. infans.
i Leues abusiones. Vide quæ not. Bar. in l. 2. §. fi. in fi. ff. de pœnis & ibi scripsi de hac materia post Bar.

quia datur ei bibere aqua calida ad euomendum, vt supr. ex q. cau. infra arrog. l. verbum. † Et not. quod quandoque plura faciunt vnum, non coaceruatione, vt lapides acerum, sed vera substãtia vnitatis, vt syllabę dictionem vnam, quia vnũ diffinitum resultat ex omnibus ex aliqua vnione, vt ff. de vsucap. l. rerum mixtura. Et econtra quandoque vnum facit plura, vt si quis vno ictu descendente in plures partes corporis, inferat plura vulnera, quia nil refert quid ex ęquipollentibus fiat, an ex vno ictu, an ex multis, certe in passo multi sunt ictus, & pluralitas maleficiorum attẽditur in passo, sed pluralitas offendentium attenditur in personarum numero, vt ff. de iurisd. om. iu. l. si familia. Et ideo fuit consultum quod proijciens aquam putridam simul in gulam & faciẽ puniatur pęna faciei, & pęna gulę, considerato duplici loco corporis. s. partibus, in quas deliquit, & sic vna persona, vnus locus, & vnum tempus, & vnus motus non concludunt vnitatẽ delicti, si effectus fuerũt plures, quod est no. Vbi ergo plures fines, ibi plura delicta. † Item fuit consultum per Cyn. quod si de percussione in homine est pęna manus, & de cicatrice est pęna ducentarum librarum, & dicat statutum, quod non valeat concordia in cicatrice, quod isto casu si in homine fuit facta cicatrix, tollitur per concordiam pena manus, non pęna ducentorum. i. pęna cicatricis, quia de duab. qualitatibus, vna potest aboleri, arg. ff. de seru, vt. præd. leg. si domus. allegat. ff. de re milit. leg. non omnes. §. qui desertiorum cum glo. ff. de his qui deie. vel eff. leg. si vero. §. si id quod in fina. glo. & ista sunt quotidiana: & not. digna. † Et no. quod in reb. naturalibus, dicitur vnum ex materia & forma substantiali, vt homo. in reb. artificialib. dicitur vnum ex materia & forma artificiali, vt ff. com. præd. leg. si quis duas. In delictis dicitur vnum ex facto, & animo vel culpa. Nam in maleficijs dependentib. ex dolo, siue voluntas operis constans nomen formę delicti imponit, vt ff. de fur. leg. qui iniuriæ causa. Sed in dependentib. a minori culpabilitate, ipsa culpa est forma substãtialis delicti, quia forma est, quæ dat esse rei. plures tamen rationes & qualitates ad puniendum, connexę faciunt, vnum naturam factum esse plura *a* delicta, vt sup. de acc. leg. qui de crimine. Diuersę vero leges diuersas poenas faciunt, etiam sub vno titulo criminis. ff. de accusat. l. senatus. Et sic circa idem factum possunt esse diuersæ pęnæ propter diuersitatem legum, licet vna lege intentata, sit pręclusa via alias intentandis, vt not. in leg. 1. §. dixerit aliqs. ff. de publ. per Dyn. & sic interdum materia est diuersa, vt furtũ, vulnus, homicidium & robaria. Interdum est diuersa, forma, vt dolus, & minor culpa. Interdum qualitas naturalis criminis est diuersa, vt adulterium, & incestus. interdum qualitas contingẽs, vt nox & platea. Quicquid. n. aggrauat purum delictum qualitas est, siue sit qualitas temporis, siue loci, in quo, vt platea, siue loci in quem, vt facies. tempus autem est simplex concomitantia, non qualitas, & coarctat delictum. non autem qualificat, vt extra, de re iudi. cap. Abbate. & ff. de accu. leg. libellorum. & differentia loci in quo, reddit testes singulares, & quandoque falsos, & contrarios vt not. in leg. testium. de test. & de fide instr. c. cum lo. differẽtia ergo situs & temporis infringunt testimonia † Not. tertio, quod dictio, quicunque. *b* concipit fœmininum, hoc certe non est ex vi conceptionis generum, sed vi regulę, vt ff. de legi. leg. iura. vel vi substantiui homo, ut not. in leg. 1. ff. de reg. iur. uel ui rationis eiusdem, ut infra de iud. uidui. leg. fi. † Itẽ si statutum diceret, quecunque *c* persona, nam nomine personæ etiam masculi significatur, non ex conceptione generum, sed ex propria natura huius dictionis, persona, ut ff. quod me. cau. l. metum. §. animaduertendum. persona. n. dicitur uir & mulier. Item vniuersitas masculorum, & fęminarum, vel mixta, itẽ nomine vniuersitatis continentur masculi & fęminæ pariter, & nomine aquilæ continentur masculus & fœmina, quia ita antiqtus declinabatur, forte quia in illa specie fœmina dignior est: ecõtra distincta sunt iura, & nomine maris non significatur fœmina. inf. ad leg. Iul. maie. leg. quisquis. sed ibi lex & ratio vltra procedit distinguendo. secus si non procederet vltra, vt inf. de libr. præte. l. maximum vitium & J. de legi. hę. leg. fin. & inf. de col. le. illam. † Attende hic, *d* aliquo statuto cauetur, quod existente patruo, non succedat auus maternus, an succedat auia; dic, quod sic, *e* quia istud statutum non est rationabile, & ideo masculinũ non concipit fęmininum, qa non debet extendi, arg. ff. sol. mat. l. si vero. §. de viro. Sed quid si extat *f* auus & auia? Respon. auum beneficio auię admitti, arg. d. l. fi. J. de leg. hære. quia inclusus trahit ad se exclusum, nõ cõ. quod no. † Sed pone, statuto *g* cauetur, quod frater ab intestato excludat sororem, saluo quod debeat dotari, modo pater facit testamẽtum, & ita dixit, filios meos hæredes instituo in eo, quod eos tangit de iure, quæro, an includatur filia? & dico quod sic, sed in qua parte, an in statutaria, an in ea, quæ debetur de iure cõi? & dico, quod non in ea, quæ per statutum sibi datur, sed in ea ad quam de iure appellatur. s. in virili, quod verius credo, *h* quia ad ius se retulit, & sic intelligo de iure cõi, tanquam digniori, vt Inst. de iure natu. §. ius autem ciuile, & quia statutum loquitur ab intesta. non ex testamento, ad quod facit, quod not. s. de inoffi. test. l. fratres. † Sed pone, statuto cauetur, quod filij bannitorum expellantur de ciuitate, nunquid filię expellentur? & dico quod non, quia masculinum profertur causatiue, non demõstratiue. Ista sunt diuersa, vt non supra de proba. l. cum res. minor enim audacia est in mulieribus. dict. l. quisquis, Et sic non est eadem ratio pręsumenda. † Sed pone statuto cauetur, quod nullus vadat de nocte, *i* vtrum puniatur fœmina; isto casu dic, quod sic, quia magis delinquit, ar. l. 1. de ven. inspi. nam maxime mulier odit lucem, cũ male agit. Sed pone statuto cauetur, quod viri bannitarum expellantur de ciuitate. nunquid econtra expellentur vxores bannitorum; resp. quod non, quia odiũ irrationabile nõ debet extẽdi, ut s. de secun. nupt. l. fi. & ff. de cõtrata. l. 3. §. si emancipatus. † Item statuto cauetur, *K* quod pater teneatur assignare *l* legitimam filio in uita patris, quid in matre: dico non teneri, sed stari iuri cõmuni. ff. de legi. l. de quibus. t. resp. a prio sensu. † Quid si fit mentio de fratribus minoribus *m* an contineantur sorores minores sanctæ Claræ, dic quod illud fęmininum non est ex dicto masculino, quia alio iure uiuunt, & differunt in alio, quam in sexu, quia differunt in regula, & in specie, & adde quod no. in c. j. de elect. in clem. & in c. j. de regula, eadem compilatio. & in c. generali, de elec. li. 6. de uerb. sign. l. j. per Dy. & Bar. sol. & hic per Cy. & de elec. c. j. per Paul. de Leaz. in clemen. † Et in summa si statutum punit abusionem, punitur fęmina, sicut masculus, qa fęmina semper est abusio maior. Idem si punit uerum delictum, sed si punit pręsumptum delictum,

ADDITIONES.

a Plura. Vnum vide in l. si gemina ff. arb. fur. ce.

b No. tertio quod dictio quicunque. Et quid in rescriptis, dic quod masculinum cõcipit fœmininũ, c. significauit de rescri. quid in contractibus, Arch. tenet quod sic 33. q. 4. c. si quis suadente & l. cum mulier. C. de dona. ante nupt. & vide do. Io. vbi notanter loquitur in l. si ita scriptum. in princ. de leg. 2. & est not. dignum & in isto articulo melius dixit, quam aliquis. ita refert. Bald. in l. Gallus in princ. ff. de lib. & posthu. & vide Bald. in l. si quis in tantam infra vnde vi. ubi refert quendam vicarium fuisse punitum in syndicatu, quando statutum loquitur per verbum si quis, an comprehendat mulierem, & vi quod no. per Bar. ff. de legib. l. iura. & an sit de primo significatiuo, an de interpretatiuo, quod masculinum comprehendit fœmininum: vide glo. not. in l. 1. ff. de ver. sign. secundum Bald. in præall. l. Gallus, vide Bald. & ibi notata in l. 1. infra qui admit. vbi cauetur, quod minor non possit contrahere sine consensu propinquorum, non veniunt fœminæ. Et uide test. & ibi Nic. de Neap. in l. Lucius, §. quæsitum de leg. 3. vbi si fiat legatum fratribus, veniunt etiam sorores, vide Bald. in consi. inci. In Christi nomine amen de filio scriptum est vbi dicitur, quod masculinum concipit fęmininum ratione dignitatis & illa dicitur extensio, si ex affectione, dicitur coniectura, si ex identitate rationis dicitur expositio, & non extensio. Alij contra, sed ibi ipse dicit, quod si ratio, tacite & inuariabiliter dicitur expositio, l. scire §. sed & si maxima. de exc. tu. l. fin. de indi. vidui & l. his solis. de reuo. do. adde Ioan. And. in capitu. 2. de rescri. lib. 6. vbi per illam clausulam, quidam alij veniunt fęminę, licet aliter ibi dicat Io. de Lig. & Dom. & vide Barto. in l. iura ff. de le. & an genus fœmininum comprehendat masculinum, dic, quod non in materia pœnali. gloss. est in cle. credentes ver. recedisse. de sta. reg. & in cle. 1. de elec. text. in ca. quoniam. de simo. & ibi dixi, in l. si ita scriptum, de leg. 2. vide Pet. de Anc. in consi. 105. Ioan. de Imo. consi. 39. vbi tenet, quod non compręhenditur fœmininum in contractu, vide Lodo. Roma. consi. 90. & Bald. in l. multus. ff. de sta. homi. vbi dicit, quod si cauetur, quod nullus audiatur contra instrumentum, quod non comprehendis fęminam vtentem beneficio Velleiani, quod est ipsius sexus, sed si vellet opponere alias exceptiones, s. quod sit nudum pactum, nullo modo posset. quia tunc concipitur, alleg. not. hic, & in cle. 1. de electis & in l. fi. C. de indi. vidui. uide ibi Bal.

c Quæcunque. Vide Bal. in § animaduertendum hic allegato, cum concor.

d A. B. Attende hic No. quod licet statutum excludat auuum, nõ tamẽ excludit, sed includit auiam, quod est no. Vide Bald. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur.

e Dic quod sic faciunt not. per Cy. & Bald. in l. quisquis infra ad leg. Iuliam maie. & Doct. in c. generali. de elec. li. 6 & Arch. in c. si quis suadente 17. q. 4.

f Sed qui si extat. Vide no. per Bar. in l. 2. §. videndum, §. de Tertul. in l. si quis infra ad Tertu. per Bald. & quod dixi post Bar. in l. illam in prin. inf. de col.

g A. B. Sed pone, statuto. Tene menti, quod verba relata ad ius comprehendunt ius cõmune, & non statutum, & sic si partes volunt causam expediri secundum ius, intelligitur de iure cõi, non de statutario, vide Io. An. in tit. de arbit. & Aug. in q. duo ad inuicem litigantes vide Bal. in l. 3. de confess. infra, vbi dicit quod si in libello detatur, quem condemnari secundum ius, intelligitur secundum ius municipale, sed dic quod istud fit, ut actus valeat.

h Quod uerius credo. Vide pro hoc, quid in simili ponit Io. And. in addi. Spec. in ti. de arb. §. ea cipitur. versi. Item quod compromis, in addit. quæ incipit Guid. in additionibus suis, sed Petr. de Anc. in cap. canonum statuta. post medium, in ver. sed occurrit iuxta prædicta quæstio in notabilis. de consti. dicit, quod sibi videtur Bald. non bene dicere, per cap. quod dilecto. de consan. & affin. & quia ad vulgarem intelligentiam referenda sunt uerba capit. ex literis de spon. & uide etiam per Lud. Roma. in rubr. de arbitr. & uide similiter quæstio per Bald. in l. maximum uitium infra de libe. præter. contra Bald. etiam facit quod not. Bartol. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Tre. circa contrarium ibi formatum de l. pe. sup. imp.

i De nocte. adde Barto. in l. iura. ff. de leg. & Cyn. hic, & in l. 1. infra quæ sit lon. con consue.

K And. Barb. Item statuto cauetur. Not. quod si pater tenetur assignare legitimam filij, non extenditur ad matrem, an autem de iure rationabili teneatur pater assignare legitimam, est glos. sing. quod sic. in Authen. de hære. & falcid. prope princi. licet communiter reprobetur, tenetur tamen in casu singul. c. cum simus, de regula secundum Bal. in aut. ingressi. supra de sacrosan. eccle. sed propter statutum cogetur, vide glo. fin. secundum Docto. in rubr. de decre. decur. lib. 10. quod bene nota, vide remissiones in l. generaliter infra, de institu. & substitu.

l Assignare. adde Cy. & Bal. in l. quisquis infra ad legem Iul. maiesta.

m De fratribus minoribus. Vide quæ dixi post Bar. in l. Lucius §. quæsitum ff. de le. 3. & sequitur Petr. de Anch. in c. canonum statuta in ver. querela in casum quo sec. de consti.

ctum,mitius agitur cum fœmina,vt no.in l.vbi.in gl. super vers. nisi dolo malo proxima,ff.de eden. & ff.de adult. l.si adulterium cum incestu,quod not. Quæro de pęna alternatiua,circa quod sic dicas,aut est pęna alternatiua, aut arbitraria, aut mixta ex alternatiua,& arbitraria, aut est pœna simplex.primo casu,aut est pęna ciuilis ipsi parti applicanda, & electio est debitoris: nam si habet electionem in alternatiua fortis, quæ est fauorabilis, vt ff de iu.do.l.pleruneque,§.si.ergo & in alternatiua pęna, quæ est odiosa ita tenet hic gl. Aut est pęna criminalis, & pecuniaria fisco applicanda,& idem per l.interpretatione.ff.de pę. quia in dubio fit interpretatio in mitiorem partem , & mitior est pars, ꝙ reus eligat. Aut est pęna criminalis , & corporalis,puta manus,aut pedis,& tunc dicunt quidam,ꝙ est electio iudicis, siue procedatur per accusationem,siue per inquisitionem,xi.ff.de pę.l.hodie,
a quia ad eum pertinet causa cognita deliberare *a* de pęna , vt in l. quid ergo,§.pęna grauior,ff.de his qui no.J.Alij dicunt , ꝙ aut p condemnationem efficitur seruus pęnę,puta dicit statutum,decapitetur,vel suspendatur,& tunc est electio iudicis,quia seruus pęnæ non potest eligere,argu.ff.ad Treb.l.ex facto,§.si quis. Aut non efficitur seruus,pęnæ,& tunc electio est rei,secundum Andr.de Pisis.Ista ratio non placet, nam illa electio, non in iure,sed in facto consistit,vnde etiam seruo competit,quia nam commu nis est,vt ff.de accus.l.hos accusare,§.omnibus. Item distinctio
b inter *b* pęnam pecuniariam, & corporalem, non placet, cum in pęnis corporalibus mitius sit agendum, si presertim persona nō sit vilis. Item per l.interpretatione,præalleg. & ideo puto rei esse electionem,quia utraque pęna est certa, & purgat delictum , & de hoc ante sententiam interrogabitur per iudicem, & si nō eligit,tunc eliget iudex per potestatem sibi datam,per d.l.hodie.de pę.& sententia feretur certa, non alternatiua, cum trahere secū debeat executionem, vt ff.de pę.l.qui vltimo, quod alternatiua sententia non faceret,vt no.s̄.de rei vxo.ac.l.1.§ exactio. Non obstat,quod not.ff.de lega.a.l.Lucio. quia ibi loquitur in creditore fauorabili,hic in odioso,vt J.com.de leg l.si § 1. licet ergo statutum dicat,ꝙ iudex faciat extrahi oculum , vel amputari linguā, interpretabor tamen prout reus eligent.i. miserabili electione sibi tunc concessa.Quoniam illa est mitior pęna,quæ ipsi eligenti videtur mitior , vt intelligatur legislator aliquid misericordiæ inter asperrimas pęnas immiscuisse.Secundo casu,scilicet in pęna arbitraria , omnino iudicis arbitrium est , nam arbitrium in iudice nihil aliud est,nisi iurisdictio,quę priuato,&maxime reo non datur. Item si esset electio, & declaratio rei nunquam idoneam eligeret pęnam,ff.de effr.l.1.§.expilatores. Tertio casu.s. qn̄ est mixta,idem puta,ut s̄.l.proxima: nam tunc intelligitur de simili poena, sed assimilare pertinet ad iudicem, non ad partem,
c vt ff.de legi.l.non possunt.Quarto casu,*c* quando est vna sola pęna,ibi non cadit electio,sed dispēsatio, & ista ad iudicem ex causa pertinet, vt si statutum dicat de amputatione manus , & xl qs
d est ita puer,vel senex. *d* quod statim moreretur, potest iudex dispensare:tamen nec cogitur, nec propterea potest appellari,arg. ff.ad Syllan.l.qui posthumos, in fi. in ratione literæ,secus esset in
e hoc casu: dicit statutum,ꝙ occidens occidatur, *e* vt in eo,in quo deliquit puniatur. Modo culpa , non dolo te percussi , & mor-
f tuus,es vtique non debeo mori, & hæc est interpretatio , *f* non dispensatio,& a male interpretāte appellatur,nisi appellatio specialiter sit prohibita,vel interdicta ff.de orig. iur. l.2. §. postea ne
19 diutius,& ista interpretatio est de iure naturali, & ideo habet locum etiam in statuto.† Nam de ratione naturali est,ꝙ non puniatur quis ad mortem,qui noluit delinquere. Item non debet puniri æque dolus, & non dolus , vt ff.de sicar. l. 1.§.sed si claua. Item non est similitudo, occidit te non ex proposito,ego ex proposito occidar, nā sententiam mortis, nisi ex proposito iudicantis pati non possim . Item pro hoc. ff. ad legem Corn.de sicar.l. in lege. quia vbicunque de pœna corporali , vel capitali loquimur,subintelligitur dolus,vt not.in l.in actionib.ff.de in litem iurand.& Inst. de suspect.tuto. §.suspectus . secus in pœnis pecuniariis,quia ibi non subintelligitur dolus, sed subintelligitur cōditio,si culpabilis sit , ne innocens condemnetur vt supra de noxa.l.si serui vestri.& ff.ad Syllania.l.1.si quis in villa. Or lex & sta
g tutum non sunt intelligenda Iudaice, *g* vt nota.ff.de damno in-
20 fecto.l.damni.§.si ts.in gl.quidam iudaice. † Scias autem,ꝙ id, quod consuetum est fieri, non dicitur arbitrarium , sed necessarium,vt ff.de extraordinar.crimin.l.sæcularii,nota.in l.quid ergo.§.pęna grauior.ff.de his qui notant.infam.& quia consuetudo est actus practicus: ideo est seruandus ad vnguem, & hæc sūt
21 notabilia,& vtilia.† Scias etiam, quod in arbitrariis iudex debet
h inclinare in mitiorem pęnam,*h* vt extra de officio deleg.cap.de causis,per Bar. Non tamen debet esse nimis gratiosus, vt in cap.
22 primo,de re iudica.lib.6.& ibi Io.Andr in nou. † Nota quinto not.gl.quod ex iteratione delicti augetur pęna . Dicit Iaco. But. quod non augetur,quia nec intensiue,nec extensiue iterat. Sed bene dicit,quoad pœnam pecuniariam , sed quoad pęnam fustigationis acrius fustigabitur pro pluribus,quam pro vno. Item quoad pœnam criminalem iste, suscipiens seruum fugitiuum

pluries acrius punietur,quasi receptans furem. Inueterati enim malorum dierum sunt acrius puniendi, vt ff.de pœnis, l.si diutino.& l.aut damnum,§.quisquis,& supra de episcopali audient.
i l.3.& dixi supra auth.proxime lecta.cū simil.Sed dubitatur *i* nunquid propter istum excessum poterit mitti ad confinia.& dic qd sic,si iudex habet merum Imperium,alias non vt J.de sen.& interloc.om. iud.l. nullis. Sed quid si aduersarius non vult aliam
K vindictam,nisi quod teneatur in carcere,*k* donec soluat Respōdeo,aut fidem habebit de debito vsque ad pinguiorem fortunā, aut fustibus cędetur , & sic absoluetur : nam in carcere postquā de crimine constat,tenendus non est,ad hoc.ff.de iure patronat. l.Diuus Vespasianus,§.fi.& adde quod no.ff.de minor,l.quod si minor,§.si seruus,sed quid si quis vult potius detineri,donec soluat,ꝙ fustib.cedi,puta eum audiendum,facit quod no.J.de ces-
3 si bo.l.1.† Sed quid si est soluendo, & vult potius fustigari *l* quā
l soluere respondeo,cogetur omnino soluere,& bona sua vendere? vt ff de pol l.de pollicitationibus. Sed pone statutum dictat, ꝙ si homicida non poterit soluere mille, decapitetur, nunquid
m expectabitur diu, *m* vt possit soluere, dic ꝙ non, sed inspicitur si tempore sententiæ non potest, vel parum post,quia hic est actus qui non requirit moram temporis,simile no.J.de his, qui vt indig.l.1.& per Bar.ff.de hæ.inst.l.suus,debet ergo,an possit reus soluere dicta mille, iudex discutere accersitis amicis , & vicinis, vt J l.2.quando fiscus vel priuatus. Et dato discussore,vt l.2.de vsu. & fru.leg. & facit quod no.in l.2.J.quādo & quibus quarta pars
4 deb.lib.10.† Per Inuentarium *n* & bonorum æstimationem æq;
n negatiua,sicut affirmatiua probatur, ff.de probat.l.cum de leg. & in Authen.de hær. & fal.§.si vero absunt.adde quod no.ff.de susp tu.l.3.§.tutores q.& extr.de off.del.cap. P. & G. per Innoc.
25 † Not.6.in ver.si seruus,ꝙ parciturus est ei, *o* q facit bona fide. Et sic est ar. ꝙ si commodem alicui equum.arma, vel famulum, quia dicebat se velle ire in villam,& ille ibat ad occidendum hominem,ꝙ non teneor,quia non venit delictum in mentem meā facit quod no.J.de fur.l.apud antiquos in fi.& ff.de penis, l.Me-
26 trodorum.† Item facit ad statutum de tenente vxorem alterius
p ꝙ parcitur ignoranti,*p* si non dissimulet ignorantiam, vel cum aliquis vellet eam certiorare,noluit audire, vel hoc cognito, nō dimisit eam,vt de ince.nupt.l. qui contra, nam ex perseuerantia patet id iudicium animi fuisse , vt de re iu.l.quicquid calore , & ff.de adult.l.si adulterum cum incestu.§. Idem Pollioni. Et no.
q ꝙ in his,quæ sunt contra speciem honestatis *q* rusticitas non ex-
27 cusat,vt s̄.de inter.ma.l.1.† Vlterius vides,ꝙ propter honestum titulum quis excusatur a dolo præsumpt. pone Bertam vxorem Titij de facto desponsaui , & habeo inde instrumentum, certe excusor in dubio , secus si in colorato complexu eam cognoui. Sed pone,ꝙ non habeo instrm nec testes, sed ego dico, ꝙ accepi
r eam in vxorem scienter , & ipsa fatetur , nunquid creditur *r* ad

meam

ADDITIONES.

a Deliberare, Vide Bart.in l.1.ff.de effrac.
b And.Barb.Item distinctio.Vide text.sing. in l.aut damnum, §.1.ff. de pœnis, ponentem illam quæstionem,& pondera bene illum tex. si hoc probat. & vide quæ ante dixi in c.sicut de iudi.
c And.Barb.Quarto casu.Nota.quod iudex potest alterare pœnam, nisi ex illa pœna quis statim moreretur,quia esset puer,vel senex.Idem dicas si esset homo vilis, vide tex.valde sing.l.ad bestias,ff.de pœ.hinc est,quod propter eminentem industriam hominis receditur a statuto communi.ita singulariter dixit Bald.in l.sed & reprobari,§.pen.ff.de exc.tuto.quod bene not
d Puer vel senex Iudex potest dispensare pęnam manus in puero, vel sene ex causa, si tamen non dispensat,non potest appellari Ad primum,vide Bal.in l.1.§.sup.si aduer.delict.ad secundum vide in l.si qua pœna de verbo. sign. & vide gl.in l.quid ergo §.pœna grauior,ff.de his qui no.infa.
e Occidatur, Si statutum punit occidentem,hoc modo videlicet,vt qui occidit,occidatur.& sic vt in eo,in quo quis deliquit,puniatur,intelligetur dolo,& vide Bal. in l.data ope.inf.qui ac.non possunt,& in l.oēs populi ff.de iust. & iur.
f Hæc est interpretatio.Vide tex no.in l.ita fidei. in prin. ff. de iure fis. quod facies contra interpretationem l. facit contra ipsam legem , & sic singulariter loquitur, quod non valet statutum,quod statutum, vel lex non possit interpretari,ubi opus est Interpretatione vide Bal.in d.§.postea.
g Iudaice.Ita etiam dicit Bal.in l.omnes populi de iust.& iure.
h Mitiorem pœnam. Vide Bal.in l.fi.in prin.inf.de poe. iud. qui ma.iud.& in l. 1.in prin.ff.de his qui sunt sui vel alie.iu.& Bal.in l.si fugitiui. sup.eo.& dum hic all.c. de causis,de offic. deleg.dic vt in reg.in pœnis.de reg.iu.lib.6.
i Sed dubitatur. No.qd̄ pp excessum quis est ponendus ad confinia,quid aūt veniat appellatione excessus,vide tex.in l.si quis in hoc genus.C.de epi. & cle. & Bal.ibi.
K Carcere.No ꝙ quis non est perpetuo pro debito tenendus in carcere, vide Pau.de Cast.in l.fi.ff.de in ius uocan.& ibi Bal.
l Fustigari.adde quod not. Bal.in l.fi. ff.de in ius uo.
m Vt possit. Vide quod no. Bar.in d.l.1.infra,de his quib.vt ind.& no.hic de hac excussione,quam ponit hic Bal.& Adde hic Bal.in l.fi.ff.de in ius uocan.
n Inuentarium.adde Bar.in l.1.de uerb.obl.
o Parcitur.Per Bar.in l omnes,inf.de agr.& cen. & l.2.de uerb.obl.
p Parcitur ignoranti,uide supra,ea.l.in prin.
q Contra speciem honestatis. Vide Bald.in d.l.1.
r Cell. Nunquid creditur,adde de hac materia illum omnino in l.po.post.glo. ff.de fideiu ubi uidetur hoc dictum restringere,& quod posuit in add.ad Lanf.in c.quoniam contra §.confessiones,nu.7.uer.quarto Petrus & Berta.in uer.euitabunt condemnationem,extra, de prob.An. Are. in tract.mal. in uer. che has adulterata la mia donna char §.uer.pone,quod quidam, Bar. Cæp.cautę.44.& cons. 57.inc. super querela,& omnino Ale.cons.127.inc.ponderat.

meam excusationem, videtur quod sic, ipsa tamen est torquenda, vt l.hue.& videtur glo.ordi.j.de iidem l.l.pe.& illa glo.non est alibi. Septimo nota quod ille, a quo coepit malitia, non potest accusare de calumnia. Octauo not. quod in secretis delictis a tractatibus, & consilijs propter probationis difficultatem peruenitur ad torturam, & quandoque ad cōdemnationem & absolutionem ex solis indicijs, si sunt ita certa, quod vix denegare sufficiat infra de quæstio.l.milites.§.oportet.de excusa.tuto.leg. 2.per Dyn.† Deinde conuertens b ad notabilia colligenda ex gl.& not. quod vbi moneta c est diffinita siue taxata per legem, de illa est statuendum, vel intelligendum, non de moneta vulgari, seu currente. Et si dicatur illa antiqua est perempta. Responde, non est ita, quia id non est peremptum, quod in sua initia redigi potest, de leg.3. l. quæsitum. §.illud.& quia bonitas intrinseca est pondus, & perire non potest, & quia genus non perit, & quia æstimatio succedit, quæ perire non potest.vt l.cum quid & l.vinum.ff.si cer.pet.& in cap.fi.de deci.in clem.† Deinde no. d gl.ibi.Item not. quod ius fisci e facilius remittitur, quam ius priuatorum, adde s.de in ius vocando.l. venia. & ideo compositiones dominorum non officiūt iuribus subditorum, secus si sint compositiones vniuersorum, vt extra.de iniur.ca.in nostra.& hoc potest fieri per generale statutum populi, f vel per ducem belli, cui sit ab vniuersis commissum vt ff.de pactis.l.legitima, ea enim, quæ communiter omnibus prosunt præferuntur specialium personarum commodis, vt infra communia de lega.authe.res quæ.& j.de cadu.tol.l.1.§. hoc autem.ibi, sed communiter omnibus prodest &c. & vox publica præfertur priuatæ, vt de hered.insti. l. testimonio domini. vbi de hoc. † Deinde not. glos. quæ dicit aggrauati pœnam g propter sequens delictum, nam ille, qui falso accusat, tenetur lege rhæmia, sed si vlterius delinquit, producendo falsos testes, vel falsa instrumenta, fortius punitur, vt ff.ad l.Cor.de sic.l.1.& ff de fal.l.si quis obrepserit.quæ lex debet intelligi in obreptione probatoria, non in narratoria, quia illa pertinet solum ad l.rhæmiam, in qua prodest desistentia, sed in le. Cor.non prodest desistere, vt infra de fal.l.falsos,& sic producens falsam narrationem non tenetur falsi sed producens falsam probationem tenetur falsi, ista est veritas.& ideo ex falsa accusatione non tenetur in aliquo capite legis Corneliæ, sed ex falsa probatione sic. Aliquando qui nihil probauit, tenetur falsi, cum sine citatione in causa procedi non possit, & iste obrepsit faciendo reum citari, ergo semper tenetur falsi. secundum Bart. qui in hoc valde errauit, cur enim distincti sunt titu.de cal.quod fal.alias si falsa accusatio fieret ad pœnam. 10.librarum, puta de damno dato, vt ff.de pri.deli.l.fin. in gloss.talis calumniator puniretur valde vltra pœnæ similitudinem.l.Cor.de falsis.quod nemo sanus dicere potest, vt infra de acc.l.fin.& inst.in proœ. in versi. calumnientium. † Insanus enim est, qui legislatorem infringit, vt ff.de euic.leg.si ita quis. in fi.ergo non omnis obreptio falsitas & est, tamen est delictum,& introductum est crimen stellionatus.facit.ff.de his qui nota. infam.l.debuit. † Deinde not.vltimam glo.de diuersis h speciebus hominum, qui sunt quasi serui.& not.eam. & adde quod not. Insti.de iure perso.circa principium.

ADDITIONES.

a Secretis delictis. Vide quæ dixi post Bar.in l.absentem.ff.de pœnis.

b And.Barb. Deinde conuertens. No.ubi moneta est a lege taxata per legem perire nō potest. Vide Bal.in l.illud, supra de sacros.eccl.& quod not.in ca.quanto, de iureiu. vide tex.sing.l.cum certum.ff.de auro,& arg.leg.Lud.Ro consi.13.& 17. alias 18. & Bal.in c.conquerente.de offi.or. & ibi gl. Bal.in l.si duob.C.com.de le.dixi in c.quanto, de iureiu.

c Moneta. Vide in l.paulus, ff.de solu.& quæ ibi dixi,& Bal.in l.illud.vlt. col. supra, de sacrosan.eccl.& Bar.in l. quod te.ff.si cer.pe.

d And.Barb. Deinde no. Et vide gl.valde no ibi secundum Bal.quod ubi fiscus remittit pœnam, quæ partim applicabatur sibi,& partim parti.nō videtur remittere pœnā competentem parti.

e Ius fisci. Facit l.no puto, cum ibi no.ff.de iure fisc.

f Per generale statutum populi. Vide But.in l. Antiochensium.de priui.cre.ff.& Inno. in c.quæ in ecclesiarum.de const.& ibi etiam Ioan.And.in nouel.Ang.in l.bene a Zenone infra de quadri.præscri.

g Aggrauari pœnam. adde omnino Bal.in l.debuit.ff.de his qui not.infa.& Bal.le.si vt proponis la 2.infra quomodo & quando iu.& communiter Doc.hic op.tenent Bald contra Barto.& vide per Bar.in d.leg.si quis obrepserit.& vide quæ ibi dixi post eum.

h Diuersis. Quid in fidelibus & subiectis. Vide Bar. post gl. in l.scimus §. primo. ff. de vsufruc.

L E X V.

1 *Iudex, qui non vult libellum querimoniarum recipere, facit litem suam.*
2 *Iudex male iudicans tenetur insolidum.*
3 *Iudex si malum elegerit consilium, est in culpa.*
4 *Negligentia quanto tempore inducatur.*
5 *Officialis negligens an sit deponendus cum distinctionibus.*
6 *Priores habentes arbitrium non possunt absoluere potestatem a syndicatu.*
7 *Iudici soluenti litis extimationem nullum ius acquiritur.*
8 *Vis ablatiua dicitur maior, quam inquietatiua.*

Mancipia. Officialis in suo officio negligens condemnatur, nec potest absolutorium rescriptum impetrare, nec ista absolutio dat iudici regressum contra partem, cui fecit litem suam. hoc dicit. † Aduerte hic, quomodo iudex dicatur negligens, a nam si noluit recipere libellum querimoniarum, facit litem suam. & ex hoc vidi condemnari quendam, qui portauit accusationem sibi productam ad cameram suam, & noluit super ea procedere. Idem si recepit, sed noluit examinare testes productos, vt ff.de edendo l.argentarius.§.cū autem.versi.iudice. Idem si non fecit restitui furtum.damna dānum passo, vt hic, & talis negligentia est lata culpa, seu dolus præsumptus, & ideo tenetur insolidum, b vt hic. † Si autem iudex male iudicat, qualiter teneatur, certum est, quod insolidum, si cum dolo, & ideo si absque sententia damna infert: vt ff.de præscrip.& comm.rei vē.l.lectores.nisi ex causa efficiat, vt ff. quod met.cau.l.2.communi diui.l.si iscum quo.& de pig.act.l.fi.§.fi. Si autem se credit iniure facere, aut facit ex suo capite.& tenetur.l.2.quod quisque iuris.& l.si iudex.de vari.& extraor.cogn. Si autem ad id inducitur propter diuersitatem c opinionum, tūc si passus est multum subtilis & arduus, parcitur sibi, vel minus punitur, vt not. Insti. d de oblig. quæ ex quasi delict.in prin. forte, quod non teneatur, nisi ad purum damnum partis, & nō ad alius interesse.† Si autem ad id motus est propter consilium sapientes, e & tunc, aut ipse eligit sapientem, & ipse tenetur, quia mala electio est in culpa, aut partes eligunt, & tūc sibi imputēt partes.arg.ff.de re iud.l.si conuenerit.vel dic, vt ibi per Barto. & vide omnino de offic.dele. cap.si pro debilitate.per Inn.& Ioā. Andr.in nou.† Quæro quantum tempus inducat negligentiam Sol.vt not.infra de his quibus vt indi.l.1.& ff.ad Syll.l.in cognitione per Bart.† Quæro, an officialis negligens sit deponendus f. Rñdeo, quoddam est officium perpetuum, & tūc nō debet deponi, nisi culpa inducat depositionem, vt quia deliquit in officio, vt infra de susc.& arch.l.si aliquid.in gloss.lib.10.& ff.de his qui not.infa.l.3.§.miles.& talis dicitur extinctus, vt C.de Primicerio.l.præclaram,& ad id officium nunquam redire potest, g vt not.in Aut.de armis.in fi. coll.7. quoddam est officiū h ad tempus, vt officium potestatis, & tunc propter enormia cassari potest, vt infra ad l.Iul.rep.l.fi.hoc tamen non potest facere nisi solus superior, vt in Aut. de defenso.ci.§.interdum.pro minorib. autem culpis nō deponitur ab officio, sed punitur tempore syndicatus, vt supra, vt omnes tam ciuiles. legi. in authent. vt iudices sine quoquo suffragio. §.necessitatis.& §.oportet. & si est condemnatus in syndicatu, nunquam redibit vlterius, per dictam gloss. quæ est in dicta Authentic. de armis.nuncij autem communes possunt de facili remoueri ab officio, vt ff de sportu.l.secunda.Item procurator absentis, vt pupilli, vel similis personæ, si est suspectus, potest remoueri a Iudice quod est mirum vt supra de procura.l.cum qui.† Item nota argum. i quod priores k habentes arbitrium non pñt absoluere potestatē a syndic. cum Princeps non possit: nisi dicat nō obstante hac l.per clausulam derogatoriam, de qua dr in authen.inter liberos.j.de testa.& in auth.omnes peregrini.cum simi. † Item nota, quod Iudici l litis æstimationē soluenti, nullum ius acquiritur contra illum, cui iniuste fauit,& est ratio.quia quo ad Iudicem est mera pœna. quod perpetuo not.† Vltra not.arg.ad quæstionem. Statuto cauetur, quod

ADDITIONES.

a Negligens. Vide Inno.in c.significantibus.de offi.delega.extra.

b Insolidum. Bar.aliter loquitur in l.fi.de ua.& extraor.cog.

c Diuersitatem. Vide in l.1.infra, de pœ.iu.qui male iud.

d Vt no.Inst. Hanc gl.allegat Imo.in l.4.§ in eum.ff.de dam.infe.

e Sapientis. Facit quod not. in l.j.ff. quod quisque iur.& Bal.in rubr.de pœn.iud.qui male iudi.

f Deponendus. Facit quod not.Bald.in l.1.§. qui æs, in fin.ff.de offic.præfec.vr. vbi etiam propter seueritatem priuatur.l.j.& ibi Barto.in fi.& etiam Bal.& quod ibi dixi post Barto.ff.de his, qui sunt sui vel alie.iu. & propter delictum remouetur.l.2.& ibi Barto.supra de Ipor.& l.properandum.§ si autem vtraq;. sup.de iud. Vide Bal.in auth.statuimus.sup.de episc.& cle.per Bar.in l.j.in fi.ff.de his, qui sunt sui vel alie.iu.per Ang.in l.2.eo.ti.quæ dixi post Bar.in l.fin.ff.de uar.& extraord.cog.& Ro.in l.diem fu.ctio.ad si.ff.de offi.asses.

g Nunquam redire potest. Adde Cy.in d.l.si aliquid,& text.in l.j.supra si quacunque prædi.pote.Cy.& Bal.in c.1.§.si duo.de pace tenen.& in l.iudices inf.de dign.li.12.& quod ibi dixi post Bar.ex quo infert vnum no.Bal in l.2 inf.de vir.lib.& Barto.no.in l.2.in fi.de li.& eorum li.& illis adde l.si quos, supra de offi.præfe.præt.orien.

h And.Barb. Quoddam est officium. An autem iudex negligens magis puniatur quā male iudicans, vide Ang.ibi,& bonam gl.in l.argentarius.§.cū autem.ff.de eden. vide eundem.& ibi do.meum de Imo.in l.4.§.in eum, ff.de dam.infe.& l.j.ff. de appel.

i A B. Item no.ar. Vide no.limitationem ad hoc per Bal.in c.1.§.Iudices.de pac.iu.fir.10.col.& ibi plene de materia iudicis.

k Priore. Et est gl.supra l.proxi.

l Quod iudici. Dixi post Barto.in l.1.in fin.princ.ff.de appe.facit contrarium quod not Bartol in tra.represa.in 1.c.q.in 1.q.uide Ang. & Imo.in l.quis dolo.§.1.ff.de re iu.& omnino Ang. & Pau. de Cast.in l.si per alium. §. hoc iudicium. ff. ne quis eum, qui in ius vocan. ubi dicunt, quod quia est mera pœna, absolutio facta a iudice, non prodest illi, pro quo fuit lata iniqua sententia, argu.d.§. hoc iudicium.

a ꝙ turbãs a & expellens aliquem de possessione restituat possessionẽ, & soluat centum, quæritur, an turbans, sed nõ expellens turbatum, teneatur ad centum? dicit Iac. Bu. quòd non: quia statutum loquitur copulatiue, & si non habet locum vna pœna nec altera: vt hac l. secundum tex. & gl. Iac. Bu. Ego dico, quòd debet puniri in centum, late interpretando statutum, vel saltem procedendo de similibus ad similia: cum vis turbatiua quandoque criminaliter puniatur, vt ff. de act. & obli. l. seruus nõ in omnibus. arg. notatorum in l fi. de priua. delict. & possessorem in pace dimittet, vt de acqu. pos. l. per misceri, §. species. & de li. leg. l. Aurelius, §. centum, in gl. quia verba grossa intelliguntur grosso modo, vt de dona. ante nup. l. si cū ante. & quod ibi per Cy.

ADDITIO.

a Turbans. Vide gl. hic in ver. auocandũ. & pro hoc vide l. 1. in verbo, restitutorum, & ibi gl. & Bart. ff. quo. bo. & l. verbũ reddendi. de ver. sign. & l. cũ esset. & ibi Bal. de re. cre. sed in contrarium facit gl. in d. l. verbum. quę dicit ex interpretatione. & ideo forte verior est opi. Ia. Bu. Itẽ pro eo facit, q̃a maior est vis ablatiua, quàm inquietatiua, patet in l. si quis in tantũ. inf. vnde vi. & l. extat. ff. quod me. causa. prӕterea in pœnalibus nõ fit extẽsio ex identitate rationis, sed ex maioritate sic, secundũ Io. And. in c. odia, de reg. iur. in vj. & Ia. de Bel. in l. si quis non dicam rapere. sup. de Epis. & cle. & ad similem q. per An. & Imo. in rub. so. mat. in gl. fi. Sal. hoc tenet cum Iac. Bu. contra Bal. ita etiam Ful. sed Pau. de Ca. tenet cum Bal. Ad not. in d. l. j. cum simili. quo. bo. potest responderi, quod non potest adaptari.

LEX VI.

1 *Spoliatus est ante omnia restituendus.*
2 *In condictione ex lege venit pœna.*
3 *Rei vendicatione si ageretur hic, ita confestim non ageretur, licet in possessorijs celeriter procedatur.*
4 *Exceptio de iure tertij opponi potest. & quando, nu. 7.*
5 *Nemo excipere potest de non suo iure.*
6 *Excipiens dicitur agens.*
8 *Sententia lata, reus de iure tertij opponere non potest.*
9 *Opponere an possit quis de iure suo in processu alieno.*
10 *Inquisitor non est citandus in processu eiusdem, cum ab ipso processu appellatur.*
11 *Opponere an possit quis de eo, quod alteri est restituendum.*
12 *Exceptio iuris seruitutis tertij non admittitur.*

Cum seruum. Si repetẽdi seruũ fugitiuũ est pœna, quæstio dominij refertur p iniurã serui: illico aperta veritate lis dirimitur. hoc dicit. Opponitur, si
1 is a quo seruus fugitiuus aufugit, agit: ergo spoliatus agit. † sed
a spoliatus a est ante omnia restituendus, ergo sibi non põt referri quæstio dominij, vt infra, de agrico. & cẽsi. l. si coloni. libro xj. Solue. distinguitur modus agẽdi: aut enim agit ad solã possessionẽ reintegrandã, tanquàm spoliatus: & tunc ante omnia debet restitui, vt ibi, & infra, ad l. Iul. de vi publ. l. si quis ad se fundum, quia nõ debet spoliator delinquẽdo suã conditionẽ meliorẽ facere nec ex delicto lucrum consequi. Aut agit ad proprietatem rei venditæ: & tunc libello cætera consonat. & ideo est de pro-
b prietate b disputandum, vt hic. ¶ Et sic nota, quòd in lege nostra agebatur rei vendicatione, secundum glos. quæ reprobatur per Iacob. But. quia immo hic agebatur condictione ex l. qui
2 cunque. supra, eodem. † in condictioni ex lege venit pœna. & hoc probat textus dum dicit, quod reus hoc fecit, vt euitaret pœnam: at rei vendicatio non est pœnalis actio: ideo de ea non loquitur hæc lex, secundum Iacob. Butr. Cyn. etiam dicit, quod hic agebatur cõdictione ex lege vel officio Iudicis: sed dum dicit, vel officio Iudicis, male dicit: quia ex delicto oritur obligatio. & non officium Iudicis, nisi quando non subest materia sufficiens ex parte actoris, tamen æquitas suadet remedium dari,
3 vt no. de condi. fur. l. & ideo. §. Neratius. ¶ † Item si ageretur hic rei vendicatione, non ageretur ita cunctestim: licet in possessorijs celeriter procedatur, vt infra, vnde vi. l. momentaneæ. similiter si agitur de ecclesia, vt de beneficio, summatim proceditur: secus si vt de proprietate, vt not. in c. dispẽdiosam, de iudic.
c in ele. Et adde qđ modus agendi c semper est considerandus, vt nota. iij quęstio. vij. capi hæc quippe. Quæro, de quo dominio tractabatur hęc quæstio. vtrum de dominio rei contẽti, vel tertij.
4 respondet glossa quod etiam tertij. † Et sic nota quòd etiam de iure tertij potest opponi, ad hoc semper ista glossa allegatur.
5 † Sed contra d gloss. oppo. quòd de nõ suo iure nemo potest ex
d cipere, vt ff. ii ser. vendi. l. loci corpus. §. competit. nam ius tertij nemo potest intentare nec in iudicium deducere sine mãdato, & si lex diceret contrarium, esset lex fatua: nam si posset intentare. ergo succumbendo præiudicaret iuri alterius, quod es-
6 set absurdum, vt C. res inter alios acta, per totum. ¶ † Item excipiens dicitur agens: sed agens non potest intentare ius tertij. vt ff. si pars hære. pe. l. j. in princ. & ff. si vsusfru. pe. l. vti frui. ergo nec excipiens ¶ Item non interest opponentis: ergo non debet audiri: quia in opponente requiritur interesse, vt extra de test. c. veniens. Item exceptio, quæ non adiuuat excipientem, non debet admitti: sed exceptio de iure tertij non fauet excipiẽti: ergo non debet admitti tanquàm impertinens ¶ Item in opponendo de iure tert. i. requiritur mandatum, cessio, vel successio: ergo aliàs opponi non potest. argu. ff. de eui. l. si rem quam a Titio. ¶ Sol. aut ius tertij releuat opponentem: & tunc potest opponi de iure tertij, vt hic. aut non releuat opponentẽ: & tunc non potest opponi, vt in contrario. vel dic, quòd aut ius tertij pbatum eneruat probationem actionis, & tunc potest opponi, quia sine oppositione sufficit probari: aut non, & tunc nõ, nisi ille tertius haberet regressum contra non opponentem. nam tunc opponere potest, quia ex iure tertij dependet ius opponen-
7 tis, vt ff. ad Car. l. iij. § cũ extaret. sm Old. Vel dic, ꝙ † aut e talis exceptio, q̃ requirit ius opponentis. & tunc distingue: aut requirit ius opponẽtis ex forma sui, aut ex materia. si qdẽ ex forma sui requirit ius opponentis, & nõ põt excipi de iure tertij. exẽplũ in exceptiõe, dolo facis petere qđ restituturus es, vt ff. de exc. doli. l. dolo. nã ex forma sui debet continere ius opponẽtis, vt dolo facis, quia petis qđ mihi vel quasi mihi restituturus es, vt ff. so. ma l. si socer. §. Lucius, & de cõd. ob cau. l. si donaturus, § fi. Interdũ ex materia exigitur ius opponẽtis, vt d. §. cpetit. aut exceptio nõ requirit ius opponẽtis: & tunc refert, aut ius tertij positũ in esse excludit intentionem actoris a veritate esse: & tunc potest opponi & sine exceptionẽ probantem repellit actorẽ tanquã non probantem, vt hic. aut non excludit veritatem causæ agentis, nec venit negatiuè, sed obijcitur priuatiuè: & tũc, aut est priuatio facta ipso iure, & cũ effectu, & obijci potest, sicut obijcitur hæredi post restituta hæreditatẽ ex Treb. vt no. J. ad le. Fal. l. ex testamento. Aut ipso iure, sed non cũ effectu, & nõ potest obijci, vt ff si ager vect. l. ij. in gl. ff. fa. erc l. hisc õsequenter. §. j. si autem nec ipso iure, nec in effectu, sed solũ in spẽ, adhuc nõ potest obijci, ff. de rei vẽdi. l. nõ. ideo ff. de con. fur. l. si seruus, & J. vt in pos. leg. l. cum Archimedorã nisi propter ius tertij agentis interim sit suspen-
8 sum, vt J. communia de success. antequam. † Scias, ꝙ lata sententia reus nõ opponit de iure tertij, vt l. is a quo. ff. de rei vend. Ista sunt breuia verba. & vera secundum Bart. aliter se extendit de
9 excep. rei iudic. l. ij. ¶ † Econtra, nunquid in processu alieno possum opponere de iure meo. & dic, ꝙ aut oppono de iure personæ: & dic, vt l. Titia. sol. mat. aut de iure causæ, & dic, vt l. si suspecta. de inoffi. testa. aut de iure conscientiæ, vel famæ, & non possum, vt ff. man. l. Quintus. nisi processus tãgeret me propter factum meum in eodem processu, vt in teste, & Iudice qui defendunt factum suum & adhuc citandi sunt, non ex necessitate, sed ex honestate, vt ff de infa. l. Lucius. & de fo. compe. c. ve-
10 rum. per Inno. ¶ † Adde ꝙ etiam in processu inquisitoris, cum appellatur ab ipso, non est inquisitor citandus. nec est summus pars iudicij, nisi se apponat, vt extra de pro. c. in nostra. per Inn.
11 ¶ † Vltimo an possim opponere de eo quod alii restituturus
e sum. dic vt J. ad Tre. l. fi. & si pars hære. pe l. pe. ff. de dote præle. pater. & ff. de le. j. l. fideic. §. interdum & quando pluribus e teneor debeo conseruari indemnis per cautionem legitimam, vt ff ꝯmo. l. vnde quæritur, nisi ordo iuris me ipso iure seruet illæ-
12 sum, vt d. l. fi. quæ sunt no. ¶ Ex præmissis s. apparet ꝙ exceptio iuris seruitutis tertij non admittitur: sed de iure ꝓprietatis sic, si iudiciũ proprietatẽ desiderat, vt no ff. de con. ind. l. indebiti. §. si nummi. quid in iurisdictione. Respon. idem quod in dominio, ff. de sta. ho. l. qui furere & ade quod no. ff. de rei ven. l. fructus, licet sit quædã species seruitutis, esse sub alterius iurisdictione vt no. de vsufr. l. sicut, § j. si autem natura iudicij fundatur in cõtractu, & fide pactionis, non in dñio: tunc non obstat exceptio dominij, vt l. & ita. nau. cau. Et adde qđ no. so. ma. l. si alienam, J. de præsc. xxx. an. l. si quis emptionis, §. sed hæc super illis, & l. si quis conductionis. s. loca. & in c. qui ad agendum. per Dyn. de re. iu. li. vj. & l. nam & si fur. ff si cer. pe. per glos. & Guil. de Cug.

ADDITIONES.

a Spoliatus. Adde latius inf. eo. per Bald.
b Et ideo de proprietate Hic no. quòd licet spoliatus agat ad dominium, tamẽ ei potest obijci quæstio dominij, & adde Bal. in l. si quis ad se fundum. infra ad l. Iul. de vi pub. in ij. no.
c Modus agendi. Adde Bal. in l. etiam. in prin. inf. ti. i.
d Sed contra. Tractatur hic quando de iure tertij possit opponi, &c. vide apud Bal. aliquid pro ratione hic posita in l. ii. in prin. inf. quib. res iu. nõn no. & in l. indebiti. §. fi. de cond. inde. & in l. si status. inf. de ord. cog. & in l. ii. in ii. co. inf. de sen. Quid si actor confitetur positiones de iure tertij. vide Bal. in l. i. inf. de cons. & de materia vide etiam Bar. hic in fi.
e Pluribus. Quando pluribus teneor, debeo seruari indemnis per cautionem. facit in simili l. si pupillus. in prin. ff. de noua. & l. non solum. ff. de rei vend. & l. is a quo. ff eo. tit.

LEX VII.

1 *Pœna si apponitur per nomina respectiua, potest excedere quadruplum.*
2 *Pœna imposita p nõia multiplicatiua ponitur habito respectu ad ipsam rẽ.*

Si quis seruum. ¶ Qui occultat seruum fisci, pœna huius legis tenetur. h. d. ¶ Opp. ista pœna excedit quadruplum: & sic est contra, Insti. de act. §. oẽs,
i ¶ Sol §. dicit gl. ꝙ aut pœnæ apponitur per nomina respectiua: & tunc põt excedere quadruplũ, vt in pitario. aut apponi certa pœna &

pena: & tunc nō debet excedere quadruplum, vt hic. idem no. J. de sen. q̄ pro co. l. j. Et † est ratio differentiæ: quia pena quæ imponatur per nomina multiplicatiua, ponitur habito respectu ad rē ipsam. & ne in infinitum excedat, taxatum est vsque in quadruplum: sed vbi imponitur certa pœna, tunc talis pœna imponitur habito respectu ad delictum simpliciter. & ideo non commensuratur cum re: & per consequens non dicitur excedere quadruplum. quia excessus dicitur habito respectu ad suum positiuum, sed hic nullum est positiuum, ad quod referatur excessus. vel dic quòd §. omnes. loquitur in pœna debenda priuatis, hic in pęna fiscali.

LEX VIII.

1 *Filius sequitur conditionem patris.*
2 *Per consequentiam quis eum sequitur, quem alias non sequeretur.*
3 *Conditio matris in tribus temporibus proficere potest filio.*
4 *Nobilitas generis denominatur a patre, & non a matre.*
5 *Compositum omne participat de forma, & materia.*

a se, quod hęres singularis res apprehendat, an sufficiat, ꝙ possideat domũ hæreditariam, vt per ɔ̃ñs possidere intelligat omnes res contentas in domo? Resp. qui possidet continens, possidet contentum, vt ff.de ɔ̃h. emp.l.clausib.& arg. de iure do.l.si ego. §.dotis ver.quid.n.interest.& s̃.ne vxor pro mar.l. ob maritoruũ. Sed nunquid nouerca pt̄ cogi ad iudicandas res mobiles, quas hęres vult ponere in inuentario? Dic ꝙ sic offõ iudicis, ut no.in

3 l.2.inf.qñ,& quibus quarta pars debetur.lib.10.† Quæro nunqd

b b crimen expilatę hęreditatis dicatur largo modo furtum? dicit. glo.hic, quod sic,& quod est improbius furtum, vt no.s̃.de infa.

c l.si te.& hoc est vtile.& no.ad statuta, c quæ loquuntur de furtis vt publicus,& famosus expilator hęreditatis, procedēdo de similibus ad similia, imo de minoribus ad maiora, seu de positiuo ad comparatiuum, per locum a minori, possit furca suspendi, vel alia pęna affici vigore statuti loquētis de furtis, qđ est notandũ.

4 † Quærit gl.nunquid nouerca, quæ expilauit heredi, teneatur actione furti ex noua contrectatione,& dicit ꝙ sic.sed ɔ̃dicit sibi ipsi, cũ superius dixerit, ꝙ ei, qui nunq̃ possedit, non datur actio furti, & expsse dicit ɔ̃ casum d.l.si homo, q̃ sup. proa.declaraui.

5 Nõ obst.infra eo.l.ancillæ.quia resp.& sol.ut ibi dicam.† Ex prędictis apparet, quod quãdoque vnum factum est unum, & idē simpliciter & respectiue, vt ff.eod.l.inficiando.§.Infans. qñque secundum quid sunt plura quod cõtingit vel mutatione dominij,& hoc quo ad partes, vel mutatione territorij,& hoc quo ad iudices,& adde quod dixi supra tit.j.l.quicunque.Bal.

ADDITIONES.

a Sed pone.vide gl.& Bar.in l.3.in princ.ff.de acquir.possess.contra Bal.multum facit.l.quis uniuersas.in prin.ff.de acquir.pos.nisi dicas, ꝙ ibi non habebat animum possidēdi in totũ.sed in quæstione Bal.sic per.d.l.3.in prin.vel melius, ut per Ang. in d.l. q. vniuersas. Fallit tamen decisio Bal.in casu.l.3.§. Neratius, ff de acqu.pos.

b And.Barb.Quæro nunquid.ista quæstio fuit de facto perusij, vide Mod.in l. gest. ff.de acquir.hæred.

c An statuta. Facit quod in simili not.Bart.in l.si nondum.supra, eodem.tamen crimen expilatæ hæreditatis non facit rem inusucapibilē, sed furtum sic.tex.est sing. in l.homo.ff.de usuc.sed glo.in l.si te.hic alleg.dicit contrarium eius, ad quod allegatur per Bald.& hic adde l.1.§.cum glo.in uersic.atrociores, ff.de effract.

LEX XII.

1 *Partus ancillæ furtiuæ dicitur furtiuus.*
2 *Quæstio dicitur propositio dubitabilis.*
3 *Alter, dictio est distributiua trium.*
4 *Neuter, dictio quid sit, Vterque, dictio ibidem.*
5 *Titulus excusat propter scientiam rei alienæ.*
6 *Hæres in vitium defuncti debet succedere.*
7 *Partus an vsucapi possit.*
8 *Authoris mala fides non nocet successori.*
9 *Publiciana per statutum non potest excludi, si res est habilis ad præscribendum & persona habilis.*
10 *Publiciana non est derogatum per ius canonicum.*
11 *Præscriptio est contra naturalem æquitatem.*
12 *Rei natura in aliquo non mutatur, quando tempus pro tempore ponitur.*
13 *Publiciana semper competit ei qui fuit bonæ fidei possessor.*
14 *Emens agrum pendentibus fructibus, habet titulum specialem in omnib.*
15 *Natura dedignatur, vt homo inter pecudes extimetur.*
16 *Possessor bonæ fidei qualiter fructus industriales faciat suos.*
17 *Fructus industriales, qui dicuntur, qui naturales, & qui mixti.*
18 *Possessor bonæ fidei tenetur de fructibus, quatenus factus est locupletior.*
19 *Partus ancillę furtiuæ dicitur vitiosus in quinque casibus.*
20 *Persecutoria excludit pęnalem.*
21 *Persecutoria pœnalem tollit.*
22 *Rei vendicatio tollit actionem vi bonorum raptorum.*
23 *Sorte electa an sit sublata pœna & quando, cum distinctionibus.*
24 *Excessus, vel minoritas an consideretur in pęnis.*
25 *Condemnatus, qui soluit, habetur pro absoluto.*

Ancillæ subtractę. Partus ancillæ furtiuę editus penes furem est furtiuus & non potest vsucapi: pro eo competit condictio furtiua, & rei vendicatio,& furti actio,& persecutoria non tollitur per pęnalem, nec econtra.& dicitur fur, etiam, qui a fure scienter mercatur.hoc dicit. Et diuide, quia primo ponit duplex dictum. secundo ponit illationem. Tertio ponit rationem illationis. Quarto ponit rationem rationis. Quinto ponit conclusionem per argumentum sumptum a minori. Secũda ibi, qua propter. Tertia ibi, cum altera. Quarta ibi, nam extra pœnam. Quinta ibi, cum etiam. casus

1 patet. † Not. primo, quod partus ancillæ furtiuæ furtiuus. est, & inusucapibilis & pro eo competit actio furti. Secundo nota

2 ꝙ actio persecutoria non tollit per pęnalem, nec econtra.† Ter-

a tio not a ꝙ vbi est casus, legis ibi nulla est quæstio, quia quæstio ɔ̃ dubitabilis propositio, vt ff de Carbo.edi.le. quod Labeo. Et

b ideo si statutum b dicit, ꝙ omnis quæstio debeat compromitti, intelligitur de quæstionibus facti, non de quæstionibus iuris, qa iura sunt certa, sicut dicimus in simili in l.ornamentorum.ff. de aur.& arg.leg.sed si mixta est quæstio in iure & facto, tunc propter factum debet compromitti, vt sup.de reb. cre. l. cum propo-

3 nas.† Quarto not.quod dictio, alter, c est distributiua trium, vt

c hic cum glo. quod contra regulam grammaticæ, secundum

d quam est distributiua duorum tãtum. Et facit ad quæstionem, d si sunt tres accusati in eadem accusatione de vulneribus, & est adiectum in accusatione, quod vnus alteri præstitit auxilium, & fauorem:

ADDITIONES.

a And.Barb. Tertio.no quod si quæstio debet compromitti, intelligitur de quæstione, quæ est facti, nõ quæ est iuris. uide quod no.in l.si.infra de iur.de lib. uide Bar. in l.non distinguemus.§.de liberali ff.de arbit.& an ueniat causa tutelæ. dic quod non. uide Bal.in l.cum proponas.C.de reb.cred.& gl.ibi.

b Si statutum. Facit quod no.Bal.in l.quæ ex relationibus, in fi.supra, de leg.& Imo. in l.si sic.la 1.de uerb.oblig.

c Dictio alter. No.de dictione alter.& uide per Bal.in l.si duo patroni.in princ. ff. de iureiurand.

d Et facit ad quæstionem. adde Bald.per illum tex.in l.1.infra, de dona.cau mor. & Bart.hic,& intellige dictum Bal.quando probationes similiter erãt obscuræ, sicut inquisitio, libellus uero bene procedit,& uerba improprіantur.l. sed etsi possessori.§.item si iuratero, ff.de iureiuran.& interpretaĩ pro libellãte.ita tenẽt Doc.hic,

fauorem: q pet hæc verba omnes complectantur, quia dictio al ter, potest dici de pluribus; sed contrarium videtur verius ex propria significatione vocabuli. Item cum ista verba possunt dupliciter intelligi, saltem accusatio non procedit in hac particula, quia
4 incerta, & ita fuit iudicatũ, & bene. † Quid autẽ de dictione neuter, vide gl. in l. pe. ff. rem rat. habe. de dictione vterque, vide gloss. de verbo. oblig. l. quidam cum filiũ, & ff. mand. l. creditor. §. duobus. & ad prædicta adde. ff. de rebus dubi. l. qui duos, in fi. principij, ff. de iudi. l. nonnunquam, ff. de arb. l. sed & interpellatur, §. si ab altera. de leg. 1. l. si ex toto. §. 1. de condi. ex cau. l. ea lege. & Instit. de rer. diuisio. §. quod si casu. † Vlt. not. quod titulum habẽs,
5 propter rei alienæ scientiam non excusatur, multo minus excusari potest ille, qui nullum titulum habet: nam si quod magis potest excusare non excusat, ergo nec quod minus. & econtra, si
6 quod minus videtur excusare, ergo & quod magis. † Opp. & videtur, quod partus possit vsucapi, licet mater sit furtiua; vt infra de vsuca. pro empt. l. si matrem. Sol. hic partus fuit editus apud furem, ibi apud possessorem bonæ fidei. Oppo. secundo & videtur, quod etiam si sit editus apud possessorem bonæ fidei, sit furtiuus, licet tunc non competat actio furti pro partu, vt l. qui vas. §. ancillæ ff. eo, ergo præcedens solutio est falsa. Solu. intellige, q partus non est furtiuus, scilicet quando concepit & peperit, penes bonæfidei possessorem, secus si apud furem concepit, & peperit, vel concepit tantum. vel peperit tantum, quia non potest vsucapi. Op. tertio, & videtur, quod licet concipiat apud furem; tamen si pariat apud bonæ fidei possessorem, quod possit vsucap. ff. de vsucap. l. si aliena, §. fi. Solu. aut concepit apud furẽ, & non potest vsucapi, aut concepit penes hæredem furis, sed postea peperit in domo emptoris. & tunc potest vsucapi, & ita intel
7 ligitur ille §. secundum Iacob. But. † Sed contra hoc oppo. 4. nã
a hæres a succedit in vitium defuncti, & eodem iure censetur cũ defuncto. ff. de public. l. si ego, §. partus. ver. sed hæres furis. Solut. hæres succedit in vitium quo ad seipsum, sed non quo ad singularem successorem habentem ab eo causam, vt ff. de public. l. cũ
8 qui §. proinde. † Sed contra hoc quinto instatur, quod mala fides auctoris officiat etiam singulari successori, vt inf. de præscriptio. longi temporis authen. malæ fidei. adeo quod, licet bonæ fi
b dei emptor sit, non vsucapit, nec habet Publicianam, b si cadit a possessione, quia a quo remouetur vsucapio, remouetur Publiciana, & cui competit vnum, competit reliquum, ff. de public. l. cum qui. & l. quicunque. & ff. de contrahen. empt. l. clauib. Solu.
c illa authen. c loquitur in re immobili, & sic non obstat. Item illa auth. non est simplex prohibitio, sed modificata permissio, permittitur enim domino sciente alienationem factam, & ius suũ, sed eo ignorante, non permittitur Publiciana, tamen bene conceditur bonæ fidei emptori, quia illa auth. facit esse vtilia illa tempora, quæ erant continua iure veteri, eod. tit. l. fin. & ideo nõ currit ignoranti, supposito, quod alienatio facta sit a malæ fidei pos
9 sessore. † In Publiciana autem, ex quo res est habilis præscribi, & persona est habilis præscribens, licet fieret statutum, quod præscriptio non curreret ignoranti, non propterea esset exclusa publiciana. potius enim debemus cõsiderare aptitudinem præscribẽdi, q̃ actum, & ideo dico, quod in Publiciana illa aut. nihil corrigat de iure veteri, licet gl. dicat contrarium. ff. de Publicia. l. cũ qui. §. prætor. in gl. super verbo, dolus: fuit opi. Iac. & est ipsa veri
10 tas. † Sed an per ius canonicum, d quod dicit, q mala fides sup
d ueniens impediat præscriptionem, est derogatum Publicianæ: & detur, q sic, nam nisi bona fide quis agat, audiri non debet vt d. §. partus. ver. si modo. In contrarium videtur per gl. ibi positam, & licet sciat rem esse Titij, tamen quo ad Seium, qui bona fide possidet, improbe agit, & ideo æquitas canonica, quæ tuetur dominum, ne contra eum præscribatur non propterea tuetur improbum possessorem, ne contra eum agatur, cum ipse non possit excipere de iure tertij, argu. de præscript. 30. an. l. si quis emptionis, & hæc est opi. Iac. de Rau. quam tenet Cyn. in suis addi. in d. §. prætor. Hoc fortifico, quia in Publiciana non nocet naturalis interruptio possessionis, interrumpens præscriptiones. ergo, non nocet interruptio ciuilis, nec canonica. Nõ minus enim potest natura, quam ars. ff. de vsucapio. l. naturaliter. Præterea statim q quis possideret momento bona fide, fuit nata Publiciana, causalis & in habitu, licet non formalis in actu, quæ oritur cum desinit possidere, non prius. l. 1. supra de alie. iud. per Cyn. ex quo semel nata fuit, & radicata, non desinit, imo incipit intentari posse. ar. ff. de iureiu. l. sed & si possessuri. post prin. & alias contingit, q actio, quæ est informis, postea recipit formam a casu, vt not. ff. de dolo. l. heredibus. & etiam inuenitur, quod actio formalis, vt rei vendicatio competens domino nõ possidenti, ab eo cessa, reuersa possessione ad dominum, potest contra eum intentari, licet non posset eam nunc cedere contra seipsum. ff. de rei vendi. l. si
11 culpa. & quod no. in l. fi. supra de hæred. vel act. vend. † Et confir
e matur e prædicta, quia præscriptio est contra naturalem æquitatem, sed Publiciana secundum naturalem æquitatem: quia tuetur eum, qui plus iuris habet, contra non habentem ius. Et ideo licet authent. malæ fidei. ponat nouum ius in præscriptione, nihil tamen corrigit de iure veteri, quod disponit in Publiciana, quia non est eadem ratio, & quia legum correctio est euitanda vt no. supra de sacrosan. eccle. l. authen. quas actiones, quia in d. auth. malæ fidei. non mutatur nisi tp̃s longum, & longissimum,
12 non autem mutatur qualitas iuris acquirendi, & quando † tempus pro tẽpore ponitur, natura rei in aliquo non mutatur, nisi in numero temporis, vt de vsucap. trans. l. 1. & ideo si per statutum omnia tẽpora præscriptionum essent alterata, tamen Pu
13 bliciana remaneret in suo esse. † Ex his conclusiue apparet, quod non solum, dubitanti an res sit sua, sed etiam scienti rem alienã esse tempore, quo agit, qui tamen in primo fuit bonæ fidei possessor, competit Publiciana, quicquid dicat glo. & Rofred. in libel. in titul. de actio. public. & hanc opin. tenent Iacob. de Raue. Cyn. & Rayn. de hoc per Guil. supra si aduer. credi. l. 2. Sexto op
f po. & f videtur, q partus non possit vsucapi, nam, vt dicit gloss. in d. §. partus. emptor matris non habet titulum in partu, sed sine titulo non procedit vsucapio, vt Instit. de vsucap. in princip.
g & d. l. 1. de vsu. transfor. Odofr. g recitat, Azo. dicere, quod titulo pro suo, ut ff. pro suo. l. 3. ipse tñ probat, q eo. titulo vsucapio partum quo vsucaperem matrem, vt d. §. partus, & si dicas, si partũ
h vsucapio titulo: ergo superueniens scientia non impedit h l. 1. infra de vsucap. transfor. quod est contra id, quod gloss. dicit. Respond. q in ueritate titulum non habeo, sed quantum ad vsucapionem lex fingit me titulum habere, vel licet non habeam titulum. habeo tamen quasi titulum, ut alias iusta causa est loco tituli, vt ff. pro lega. l. pro legato, secundum Nicol. de Matarell. Oldr. dicit, quod in partu, vel fructu non habet quis titulum specificum, vt ff. de euictio. l. si prægnans. & l. vaccæ, sed in consequen
14 tiam tituli specialis habet generalem titulum pro suo. † Ego dico, quod vbi quis emit ancillam, vel vaccam prægnantẽ, vel agrum pendentibus fructibus, quod tunc habet titulum specialem in omnibus, id est, non discretiue, sed concretiue, quia pretium concernit rem principalẽ cũ accessorio, vt ff. quæ in fraudem credito. l. fin. §. pen. Sed quando ancilla, vel vacca, vel fundus est vacuus tempore emptionis, tunc vera est opinio Old, & sic tunc titulus pro suo, est titulus emergens, & mala fides superueniens tollit ipsum titulum, non solum bonam fidem, & ideo abrupto titulo, & bona fide, simul ambo principia seu causæ vsucapionis sunt interruptæ, quia titulus pro suo est titulus accommodatus a iure, & non potest ei cõpetere, qui non possidet domini cogitatione, vt infra eodem. l. apud antiquos emptio vero, vel titulus contractus est facti, & semper remanet. & ideo super
i ueniens scientia eius effectum non tollit. Septimo oppo. & uidetur, quod nõ sit necessaria vsucapio, nam si peperit apud bonæ fidei possessorẽ, statim fit dñs; ergo non vsucapit. ff. de vsuca. l. sequitur. §. lana. & ff. de furtis. l. qui uas. §. ex furtiuis. Solut. ibi
15 in fructu seu fœtu. hic in partu. † Nunquam. n. homo inter pecudes æstimatur, quia natura dedignatur, vt ff. de vsufr. l. fœtus. Sed
K oppo. octauo. quod idem in fœtu, k quod in partu. d. l. qui uas. §. idem in pecudibus. Sol. ibi concepit bos apud furem. sed ego loquor vbi concepit, & peperit apud bonæ fidei possessorẽ, & sic no. quod ementes a furibus vaccas prægnantes, non faciunt ipsos fructus suos: nec vsucapiũt eos, si autem tunc non erant præ
16 gnantes, bonæ fidei possessor facit ipsos suos, † Sed dubitatur cum

---

ADDITIONES.

a Nam hæres. Vide Bald. in l. nihil. infra pro hæred.
b Publicianam. Vtrum successori in mala fide competat Publiciana, adde Bald. in l. nihil, inf. pro hærede. Bar. in d. l. cum qui, §. prætor, & ibi etiam Bald. & Ang. & Bald. in l. 2. infra si plur. vns sentent. sed quod competat, videtur velle Barto. in l. fin. § sed cum in secundam, in uersicu. quæro, quid si ad aliquem infra eodem, & quod not. Bald. in l. in ciuile, supra, eod. Anton. in cap. sæpe, de restitu. spol. transit cum Barto. in d. §. sed cum in secundam, glo. 3. in cap. Abbate sane, de re iud. in 6. tenet contra Barto. uide per Lud. Roman. in l. rem, quæ nobis, ff. de acquir. possess.
c Solut. illa authen. Vide Bar. in l. Pomponius. §. cum quis, ff. de acquiren. posse. uide infra eod. l. prox. & sequen. Bal. & Ang. in d. authen. malæ fidei. Item dicit Bald. hic, quod habet locum domino sciente. idem nota. Barto. in dicta lege, Pomponius, & Doctn. in d. authen. malæ fidei, uide quæ ibi dixi post Ang. & Salyc.
d Sed an per ius canonicum. Adde Barto. in dicta l. cum qui prætor, & ibi hoc tenet hic.
Celsus. Adde istum in l. quibus diebus, §. dominus, ff. de cond. & demonstra. Ang. & Imo. in l. sequitur, §. si uiam. ubi reprobatur opin. Bart. ff. de usuc. dixi post Guil. de Cun. in l. si quas actiones, nuner. 2. uersicu. requiritur bona fides, supra, de seru. & aqua. dixi post Dyn. in reg. possessor. in versic. non præscribit, & post Panorm. in ca. perueniti, num. 3. in uersicu. cum mala fide, extra, de emptio. & vend.
e Confirmatur. Ad auth. malæ fidei. uide sup. ead. l. in prox. dictis.
f Sexto opp. & adde istis Bar. in l. 1. cum seq. ff. pro suo.
g Odof. idem glo. in d. ff. partus, in uerbo, pactum.
h Impedit. L. 1. §. hic tantummodo. infr. de usuca. transfor. & sic not. ex istis, quod si quis possidet pro suo causato uero titulo, superueniens mala fides non interrumpit præscriptionem, clarius per Bal. in l. 1. de usu. trans. in uer. hic autem, intellige tamen ut hic.
i Septimo opp. Vide Bar. hic.
k In fœtu. Quid autem in alijs fructibus fundi. infra, eo. l. proxi. in uer. item dubitatur, quare si partus conceptus &c.

a cum fętus sint fructus naturales, e quia ibi non interuenit cultura, vel cura, quomodo bonę fidei possessor faciat suos? iam videtur obstare. quod no. ff. de rei vend. l. si fructus. Sol. hoc est propter impensas, imo etiam propter curã, quæ habetur in animalibus custodiendis, & alendis. † Et hoc scias, b qui fructus sint naturales, qui industriales, & qui mixti. Naturales fructus sunt poma, quæ si mutantur de sua materia in aliud materiatum, corrumpitur naturalis vsus eorum. Frumenta vero dicuntur fructus industriales, quia digressio de materia in materiatum non corrumpit, sed inducit finalẽ vsum rei, vel dic, quod fructus naturales dicuntur, qui sine semine proueniunt, vt in dicto exemplo de pomis, & idem videtur in lignis syluæ cędu(ę), & similibus. Sed contra hoc obstat, quod lex dicit de oliuis, & idem in vuis, quia sunt fructus industriales, vt ff. de rei uendi. l. si eius fundi, & ideo videtur considerandum, an sint tales fructus, qui requirant exactam, & diligentem culturam, vel in vsu eorum perspicacem industriam, an nullam, vel modicam, vt primo casu dicantur industriales, secundo casu dicantur naturales, cum natura in eorum productione, & vsu plurimum possit, & hęc est ueritas.

18 † Item dubitatur, cum bonæ fidei possessor teneatur de fructib. quatenus locupletior factus est, & teneatur officio iudicis, quod videtur durare triginta annis, vt infra de præscriptio. triginta annorum. l. sicut. ergo magis expediret sibi, quod non fieret dominus, cum vsucaperet triennio. Solu. etiam nunc vsucapit c triennio, non dominium. vt ff. de vsucapio. l. sequitur. §. lana. sed retentionẽ fructuum sic. ff. de capti. l. in bello. §. si quis seruum. † Item dubitatur, quare si capellu aliquem de possessione fundi fructibus pleni, & vendo bonæ fidei emptori, ille fructus percipiendo facit suos, & secus in fœtu? d Respondeo, quia possessio rei mobilis est vilis, & abiecta, & ideo non sic efficaciter operatur in fructuum acquisitione, sicut possessio rei immobilis. ff. de acquirenda possessio. l. si idem. & l. 3. §. ex contrario. Item dubitatur, quare si partus conceptus tantum e apud furem, est furtiuus, tamen non competit pro eo actio furti, vt ff. eodem. l. qui uas. §. sed si hoc; resp. quia non interuenit separata cõtrectatio. & in actione furti matris prægnantis etiam partus includitur. Si uero nascitur apud furem, ibi interuenit separata contrectatio; quia duo corpora sunt, & ideo est actio separata, vt hic, & facit. ff. de condictio. furti, l. si seruus. §. bonæ. Item dubitatur, an dicatur apud furem nasci, si post venditionem, & traditionem, casu ancilla redeat ad domum furis? & dic quod non. ff. de fundo instru. l. cum quidam. & l. cum de lanionis. §. Sabinus. & l. Seię. §. Pamphilæ. & ff. de auro, & argento legat. l. si vxori fundus. & ff. de pignor. l. debitor, & de hęredibus instituendis. l. ex facto, §. rerum. † Deinde

20 in ista materia conclude primo circa vitium ancillę furtiuę. & dic quod est vitiosus in quinque casibus. Primus, si ancilla fuit surrepta prægnans. Secũdus, si concepit, & peperit penes furem. Tertius, si concepit tantum. Quartus si peperit tantum. Quinto, si concepit, & peperit apud malęfidei emptorem. Secundo, circa actionem furti, dic quod pro partu non competit actio furti, nisi pro ipsius contrectatione expressa, vel tacita. Tertio circa vsucapionem, dic partum effectum vsucapi non posse, alias sic, secundum distinctionem. l. si ancillam. ff. pro suo. & sic secundum glossam conclude. Extra oppo. quod pro partu nunquam competat actio furti, quia nunquam possessus a domino, vt ff. de vsucapio. l. si homo. & dixi supra l. proxima. Solut. hoc est in consequentiã matris. argumen. ff. loca. l. sed addes. §. si quis mulierem. Vlterius opp. f dicitur hic, quod actio persecutoria cum executione non tollit pœnalem. contra, quia soluenti rem, vel interesse dimittitur pœna. l. si cum exceptione, §. satis clementer. ff. quod metus causa. Solutio, aut pœnis actio uenit in consequentiam persecutoriæ ex contumacia, vel mora, aut originaliter, & principaliter. Primo casu ignoscit prætor restituenti ante sententiam. Secundo casu non. Et est ratio, quia in primo casu cessat causa finalis pœnę, in secundo vero non cessat. Nam in primo delictum omissionis purgatur. in secundo delictum commissionis non purgatur, nisi pœna soluatur, & distingue vt hic per Iaco. de Are. Item oppo. quod persecutoria excludat pœnalem supra eod. l. 1. Solut. illud est ratione contrarietatis. Et dic, aut ciuilis persecutoria actio includit crimen, vt condictio furtiua, quæ includit furtum esse perpetratum, & tunc non tollitur pœnalis, vt hic. Aut excludit crimen, vt actio mandati, quando excludit crimen furti, & tunc tollitur pœnalis, vt in l. contraria. & ff. eod. l. si venditor. §. si Titius. Aut non tangit crimen, ut rei vendicatio, &

21 tunc non tollit pœnalem actionem, vt hic. † Item oppo. ad idem, quod persecutoria tollat pœnalem. l. Idem. §. fin. ff. naut. caupo. stabu. Solut. ibi est speciale, quia persecutoria erat ordinaria, pœnalis extraordinaria, remedia autem extraordinaria facilius tolluntur, quam remedia ordinaria, vt nota. institu. si quadru. pau. fecis. dica. §. fi. Oppo. nam si habeo actionem vi bonorum raptorum ad quadruplum, & detur receptio ad simplum, non vr̃ ad triplum esse prodita vulgaris formula, quia in quadruplũ formata est, ergo sine actione non potest experiri. ff. de fur. l. si seruus nauem. Nam forma edicti prætoris, nec supra modum suum aperte procedit, nec intra subsistit, vnde videtur libellus ineptus petendo triplũ, sicut petendo quintuplum, quia verbis edicti nihil potest addi, vel detrahi. Solu. qui petit residuum,

22 quod debetur, non dr̃ inepte agere, vt infra eod. l. post. † Opp. rei vendicatio tollit actionem vi bonorum raptorum quæ est pœnalis. ff. vi bonorum raptorum. l. 1. Sol. actio vi bonorum raptorum est mixta, quia includit rem & pœnam, & quantum ad rem ipsam tollitur, quia est persecutoria, sed quantum ad meram pœnam non tollitur, minuitur ergo, sed non perimitur in totũ. Sed contra hoc op. quia actio mixta, i. simul includens rem & pœnã impositam per nomina quotitatiua, tollitur per simplicem persecutoriam. ff. de act. & obl. l. qui seruum, §. fi. Sol. illa l. non dicit hoc, sed dicit de augmento sortis ex repetitione 30. dierum. nã illud augmentum non potest absque principali remanere. vnde illa pœna est diminutio sortis, non autem est pœna per se stans. nam & ille qui recipit rem deterioratam in pretio, videtur interesse renunciare, vt no. ff. de dolo. l. eleganter, §. non solum. Opp. vlterius, ff. de publica. l. 1. §. dixerit aliquis. Sol. vt ibi eleganter ha-

23 betur per Dyn. & per Iac. de Are. hic. † Oppo. quod electa forte, g pœna sit sublata, ff. si quis cau. l. a. §. 1. Solu. hic in pœna maleficiorum, ibi in pœna iudiciorum. Et dic, quod interdictum aliquando est sors & pœna legalis, vt hic. Interdum sors & pœna iudicialis, vt ibi. Interdum sors & pęna conuentionalis & extraiudicialis, & dic vt l. si pacto quo pœnam. supra de pac. per Cyn. interdum sors & pœna arbitralis, & tunc, aut pœna committitur, quia non sistitur, & hoc casu non tollit sortis persecutionẽ. quia non habet relationem, vt debitum soluatur, sed vt contemptus puniatur. ff. de arb. l. si quis rem. aut pęna committitur, quia non soluitur, & tunc est succedanea loco debiti, & ideo soluto debito euanescit pœna. ff. de arbitr. l. Celsus. & istud est, ex natura relationis, scilicet. quod succedat loco debiti, nisi esset clausula, Rato manente pacto, quia tunc non fit nouatio, sed accessio, & augmentatio, vt supra de transact. l. cum proponas. per Cynum.

24 † Opp. quod in pęnis nõ consideratur minoritas, vel excessus, vt ff. de inur. l. quod senatus. Sol. illud in pęnis ad vindictam inuentis, hic de re familiari. ergo in criminali sufficit soluere minorẽ pœnam, & statim est maior abolita. hoc verum, quando minor pęna est ordinaria, sed si extraordinaria, tunc non tollitur ordinaria, quæ est grauior. l. nullum. sup. de testi. l. 2. supra de spor. & ff. de offic. proc. l. si quid erit. alij dicunt, quod maior pęna nõ tollitur per minorem sed extenuatur, arg. ff. comm. l. vnde quærit, h de condic. fur. l. si seruus, §. boue. Alij h dicunt, q̃ si aliqua qualitas fuit omissa, tunc possit pœna suppleri, & integrari. arg. infra eo. l. post decisionem. 2. respond. quia ratione qualitatis omissæ potest denuo agi. & hoc quando prima pœna põt compensari, alias non, vt quia fuit manus amputata. nam hoc irrecuperabile est, scilicet mors hominis, vel membri mutilati redintegratio, vt no. ff. de verb. sign. l. si qua pęna. si autem non fuit omissa qualitas, sufficit semel. ff. de accusat. l. senatus. Quod verum credo, si non est collusum inter accusantem, & accusatum, alias ratione

25 solius qualitatis, non recte instituitur nouum iudicium, † cum condemnatus qui soluit, habeatur pro absoluto. ff. de except. rei iud. l. si quis cum totum, §. plane. & ad istam partem negatiuam consuluit Iac. But.

ADDITIONES.

a Fętus, sint fructus naturales. An fętus sint fructus naturales. est gl. & Cy. ibi per ar gu. in l. sequitur. §. fructus, ff. de vsur.
b Ex hoc scias. Plene in l. & ex diuerso. de rei vend. ff.
c Vsucapit. Vide gl. in l. sequitur, §. fructus, ff. de vsucap.
d Secus in fœtu. Dictum est supra in 2. opp.
e Conceptus. Idem tenet Bar. hic, & in d. l. qui vas.
f Vlterius op. Vide per Bar. in l. 1. §. dixerit. de publica. ff.
g Electa forte. Adde Bar. in l. ita stipulatus, in 11. op. vltimæ partis, ff. de ver. obl.
h Alij. Plene in l. senatus. ff. de accus.

L E X XIII.

1 *Transactio in dubio an sit intelligenda super toto facta.*
2 *Damna in guerris data an per communitates remitti possint.*
3 *Fur in foro pœnitentiali an teneatur ad aliud, quam ad rei restitutionem.*

Post decisionem. Transactio, non partis perceptio, impedit petitionem residui. hoc dicit. Concordat cum primo dicto ff. ad Treb. l. Lucius. §. fin. & diffinitio transactionis, quæ dicit, aliquo dato, vel retento, nec dicit quali, vel quanto, & ideo. l. Lucius. §. fi. fundatur super diffinitione trãsactionis, & facit, quod notatur supra de plus peti. l. 1. Cum secundo dicto concordat. ff. de leg. 2. l. qui solidum supra de transactio. l. si quidem. de inoffic. testam. l. si quando, §. 1. de excep. l. si ea maiore. quandoque tamen vnum recipitur, & aliud per consequentiam dimittitur, ut l. commissoriæ. de pactis inter empt. quandoque vnum defertur, & aliud in consequentiam aufertur. ff. loca. l. cum in plures. §. lege dicta. & ff. de præto.

a stipulatio. l. penultim. † Quæritur hic, an in dubio intelligatur super toto transactum. Sed dic, vt l. 1. ff. qua. re. act. non datur. Se-

cundo

eundo queritur, an super male ablatis & incertis possit transigi cum Episcopo. a Solu. dic vt no, in c.1. de poenis, in clem. per Paulum. † Tertio quæritur, an damna b data in guerris singularibus personis possunt per communitates remitti. Sol. vt no. extra de iniurijs. c. in nostra. per Inno. Quarto quæritur, c an in foro poenitentiali † fur teneatur ad aliud, quam ad rei restitutionem. & dic, qd non, vt no. 12. q. 2. c. fraternitatis, & 6. q. 1. c. imitare Petrū.

ADDITIONES.

a Transigi cum Episcopo. Et vide Ang. in disputa. Asten sis in 2. dubio.
b Damna. Vide per Bal. in l. bene a Zenone. inf. de quadr. præscript.
c And. Bar. Quarto quæritur. Not. quod in foro conscientiæ fur non tenetur restituere, nisi rem, tu vide pro illa gl. Bald. in auth. ad hæc, C. de vsur. & in l. iubemus, §. sane. de sacros. eccl. & l. id quod pauperibus. C. de epis. & cler. & D. Pet. in c. 2. de consti. & Ludo. Rom. in ru. ff. de acqu. hær. Abb. cap. primo, de constitut. & capitu. si egressus, de iniur. & c. audiuimus. de simo. & do. Ant. in c. 1. de dol. & contu. c. si. de præscrip. & vide quæ dixi in rub. ff. de acq. hær.

LEX XIIII

1 *Furtiuas res scienter receptaat tenetur furti.*
2 *Fœnerator accipiens in pignus res furtiuas tenetur furti.*

1 **Eos qui.** † Recipiens a in custodiam res furtiuas furti tenetur. Not. hanc l. contra sciēter receptātes b furtiuas res, & vidi ex hoc semel suspendi quandam mulierem, & 2 idem † dicas in feneratoribus, c qui scienter accipiunt pignori res furtiuas, vt ff. de condi. indeb. l. seruus cuiusdam.

ADDITIONES.

a Eos qui recipiens. &c. hanc doct. Bal. referunt & approbant hic Paul. de Castr. & Sal. pro qua est tex. in l. vnt. C. de crim. pecu. & ibi omnes, & vide eund. Bal. in l. data opera, col. 5. in fi. C. qui accu. non pos.
b Receptātes. Adde l. crimen & ibi Bal. inf. ad l. Iulia. de vi. & in l. 1. ff. ad l. Iulia pec.
c In fœneratoribus. Adde Bal. in l. seruus. hic alleg. & an præsumatur scientia, vide in l. 2. sup. eod.

LEX XV.

1 *Pœnalis actio non transit contra successorem.*
2 *Hæres tenetur ex delicto defuncti vsque ad vires hæreditatis.*

1 **Furti actione.** † Actio pœnalis non transit ꝫ successores, secus in persecutoria. h. d. Quæro nunquid a de iure canonico hæres teneatur ex delicto defuncti, si ex tali delicto nihil peruenit ad hæredem? & dic, quod sic, 2 tam in foro iudiciali, quam in foro pœnitentiali † vsque ad vires hæreditarias, & non vltra facto inuentario, vel nō facto, vt extra de vsu. c. q̄q̄. & est ratio, quia de iure canonico oīa bona delinquētis sunt tacite obligata pro satisfactione, arg. extra de sepul. c. parochiano & posito, quod non esset tacita obligatio rerū, tamen personalis obligatio transit in hæredem. de æquitate canonica.

ADDITIO.

a Quæro nunquid. Adde Bal. in l. 1. supra, si ex deli. defun. & vide gl. in cap. tua nos, de vsu. extra.
And. Barb. Quæro nunquid. Vide Lud. Roman. de ista q. plenissime in repet. authen. similiter. infra, ad leg. Falc. prope fi.

LEX XVI.

Si seruum. Si pastor efficitur lupus, tenetur furti. hoc dicit.

LEX XVII.

1 *Crimen expilatæ hæreditatis non potest intentari contra vxorem defuncti, sed rei vendicatio.*

1 **Quamuis.** † Crimen expilatæ hæreditatis non potest cōtra vxorem defuncti intentari, sed rei vendicatio intentabitur. hoc dicit. Adde quod dixi supra eodem l. de his. Bald.

LEX XVIII.

1 *Lex noua, licet nouam pœnam imponat, non tamen tollit pœnam legis antiquæ.*

In eum qui. Qui ex naufragio vel incēdio surripit, intra annum ad quadruplum; post annum 1 tenetur ad simplum, & poterit criminaliter conueniri. h. d. † No. in tex. ibi, dum dicit, præter pœnam olim statutam, quod licet noua lex imponat nouam pœnam pro delicto, non tamen per hoc tollitur pœna legis antiquæ, sicut patet ff. de act. & obl. l. quoties, & de sepul. vio. l. qui sepulchra. Nam certum est, quod plures leges pœnales possunt super eodem facto disponere, vt ff. de accu. l. senatus. & no. in l. 1. ff. de calum. quod dic, vt ff. de pœnis. l. sanctio legum. per Bar. & hoc est verum, nisi appareat aliud ex mente legislatoris, vt quia est certum, quod pœnam antiquam vult aggrauare, vel minorare, nam tunc recessum est a pœna veteri, vt ff. de re milit. l. qui cum vno. §. qui post. in ver. recessum. simile videmus in legis ministro pœnam alterante, vt l. quid ergo. §. pœ-2 na grauior. ff. de infam. In pœnis etiam statutorum a dico, quod si statutum loquitur imperatiue, dirigendo verba in ipsum iudicem, quod ipse iudex non potest imponere aliam pœnam quam pœnam statuti, quod seruare iurauerit. & adde quod dixi supra tit. 1. in auth. sed nouo iure.

ADDITIO.

a Statutorum. Vide per Bar. in l. 3. ff. vi bon. rapt.

AVTHENTICA.

1 *Res naufragiorum auferri non possunt prætextu alicuius consuetudinis, vel statuti.*
2 *Clausula, Non obstante, sufficit in constitutione Principis; quia non tenetur scire singulares consuetudines.*
3 *Pyratæ æquiparantur hostibus, & possunt a quolibet impune derobari.*

a 1 **Nauigia.** a Res † naufragiorum auferri non pñt prætextu alicuius consuetudinis, vel statuti, nisi essent res pyratarum, vel hostium Christiani nōis, vel imperij, & puniuntur in ꝯtrium transgressores. h. d. † No. ꝙ in ꝯstōne Principis b sufficit generalis clā. Non obstante, &c. quia non tenetur scire singulares consuetudines, & statuta, vt in cap. 1. de const. libro 6. c Item no. ꝙ consuetudines c & statuta, quæ sunt cassata a Principe, non valent, nec excusant transgressores a pœna. † Item no. ꝙ d pyratæ d æquiparantur hostib. fidei & Principis, & pñt impune a quolibet derobari, quia sunt ipso iure diffidati, facit s̄. de sacros. eccl. auth. cassa. & qd notat in 10. coll. de mili. vasal. q ꝯt. est. c. j. & in tit. hic finitur lex Conradi. c. dño guerrā faciente, colla. 10.

ADDITIONES.

a Nauigia. Ad istam auth. Vide c. excommunicationi. de rap. extra.
b No. ꝙ in constitutione Principis. Vide plenius Bal. in auth. omnes peregrini. infra, commu. de suc.
c Consuetudines. ita etiam allegat Bar. in l. 2. infra quæ sit longa consuetud. & vide etiam per Bar. sup. l. prox. & Bal. in auth. omnes peregrini. infra, commu. de succes. in prin.
d Item no. quod pyratæ. Vide quod dicit Bar. in l. 1. in fi. inf. qui bono. ced. poss.

LEX XIX.

1 *Procurator dicitur tripliciter falsus.*
2 *Factum procuratoris falsi per ratificationem conualescere non potest.*
3 *Nuncij falsi factum ratificari non potest.*
4 *Procurator falsus an sit procurator.*
5 *Exigere verbum qualiter sumatur.*
6 *Excipiendo verbum est gerundium.*
7 *Iuramento an quis se excusare possit.*
8 *Citra dictio quando super loco, & tempore apponitur, qualiter debeat interpretari.*
9 *Furtum qualiter dicatur manifestum.*
10 *Fur dicitur manifestus qui per clamorem interpellatus cū furto aufugit.*
11 *Decem hoīes faciunt manifestum, & maior pars populi facit notorium.*
12 *Hæresis. & vsurarum crimen est generale & probatur per specialia.*
13 *Procurator falsus, in quem est translatum dominium, an teneatur furti.*
14 *Condictio ob causam non oritur ex delictis.*
15 *Actio furti supponit interesse.*
16 *Mandatum quod legitime fuit reuocatum, non videtur durarē propter ignorantiam.*
17 *Ignorantia habet se pariter ad verum & ad falsum.*
18 *Duo si sunt delegati cum clausula, quod si ambo non poterunt, vnus exequatur, quomodo intelligatur.*
19 *Delegatus, ante receptionem literarum suæ delegationis non potest exercere iurisdictionem.*
20 *Procurator ante literas receptas non dicitur procurator.*
21 *Executor ignorans quod esset executor, si quid facit, an valeat quod per eum est factum.*
22 *Sententia scienter lata parte contumace, an valeat.*
23 *Factum a iudice reuocato valet ante acceptas literas reuocationis.*
24 *Priuilegia quæ non continent aliquid in se perfectum, sed ad aliquid faciendum conceduntur, sunt similia epistolæ.*
25 *Factum a nuncio reuocato eo ignorante, valet.*
26 *Factum a procuratore reuocato ratificari potest.*
27 *Solutum scienter procuratori reuocato repeti potest.*
28 *Procurator si producit generale mandatum, cum requiratur speciale, non valet iudicium.*
29 *Iurisdictio consistit magis in auctoritate iuris, quam in consensu.*
30 *Producens duo mandata diuersa in forma, vltimo statur, & quid si consonat, vel in vno sunt rasura.*
31 *Mandatum falsum, si est iudicio productum, an valeat iudicium.*
32 *Mandatum an possit probari per testes.*
33 *Mandatum dubium, non sufficit ad recipiendum solutionem.*
34 *Genus perire non potest.*
35 *Debitores expulsorum de ciuitate, possunt compelli soluere in commune.*
36 *Soluens sponte nunquam liberatur, nisi ciuitas, vel fiscus habeant nomen obligatum. 37.*
38 *Procurator, qui portat veras literas mandati sub falso sigillo, an sit falsus.*

a 1 **Falsus.** a Præmitte ad euidentiam, quod † falsus procurator b dicitur tripliciter, scilicet proprijssime, vt quia b nec

ADDITIONES.

a Falsus. Hanc legem habeo satis bene lectam per Mar. Syll. post lectu. Gul. de Cū. super C.
b Falsus procurator. Quot modis dicatur falsus procurator, adde Cald. in l. licet. sup. de procur. circa princip. & vide gl. in c. ex parte De. ani. de rescr. in hoc, quod si procurator habet veras literas mandatas cum falso sigillo, vel contra, an dicatur falsus procurator, vide Bar. infra, ea. l. in fi. hic, adde Archid. in c. qui ad agendum de procur. in 6. per Ang. hic in repet. in antep. col.

nec nomine, nec re est, vel fuit procurator, sed falso prætendit mandatum, quod nunquam habuit, & hoc est falsum mandatum, & falsa intentio. sed si non habet mandatum, sed credit se habere, falsum est mandatum; sed intentio est recta: vnde tu animo est veritas, extra mentem est falsitas, quod ergo nunquam habet originem veri proprijssime, & simpliciter dicitur falsum, merito, quia falsum, & nullum conuertuntur. ff. de sol. l. qui hominem. §. si nullo. & ff. de verbo. signific. l. Paulus. Istud est omni consideratione falsum, scilicet, origine, & effectu, adeo quod quicquid hoc prætextu fit, alias non facturo eo, qui facit, si sciret eum falsum procuratorem, ipso iure non tenet, vt supra de procurat. l. licet. extra de rescript. ca. ex parte Decani, & l. multũ, supra si quis alteri, vel sibi. Secundo modo dicitur falsus procurator ille, cuius mandatum apparet, sed post mandatum fuit legitime reuocatum, & iste non est falsus origine, sed perseuerantia, quia mãdatum est caducum. i. reuocatum, vel alias annihilatum expresse, vel tacite, ff. de sol. l. cum quis. in princ. & in §. 1. & l. si cum Cornelius. & ff. si cert. petat. l. eius qui, in princ. Iste est falsus, & proprie, quia vere caret mandato, tamen interdum secundum quid habetur pro vero. Nam origo veritatis multũ aliquãdo operatur de lega. 2. l. cum filius. §. hæres meus. Et pro vero interdum ponitur, quod est falsum. ff. de petiti. hæred. l. pro hærede. Tertio dicitur falsus procurator, qui habet mandatum, nec est reuocatum: sed est nullum ipso iure, nam non proprie hoc dicitur falsum, sed dicitur non solenne; vel insufficiens mandatum, sicut aliud est testamentũ esse falsum, aliud iniustum, aliud irritum, ff. de his qui. vt in d. l. post legatum, & ff. de iniust. testa. l. 1. ille etiam videtur non habere mandatum, qui non produxit ipsum, licet habeat, & iste nõ est falsus procurator, sed insufficiẽs appellatur, ff. de iniurijs. l. sed si vnius. §. procurator patris. Insufficiens enim dicitur, qui non est constitutus secundũ naturam causæ, vt in ca. 1. de procura. in cle. Insufficiens autem dicitur inhabilis. ff. de procuratoribus. l. neque femina. vel non satisdans. ff. de procu. l. minor. §. fin. † Secundo præmittit, *a* quod factum per falsum procuratorem *b* in audientia Principis non conualescit per ratificationem. d. c. ex parte, per Inno. argu. infra de his, qui a non do. manu. l. fi. propter vitium obreptionis, quia est valde detestabile in auditorio Principis. & ideo puniendum. Sed si alijs inferioribus obrepitur. si quidẽ re, & consilio dicunt quidam, quod non potest ratificari, nisi in præiudicium ratificantis, sed si bona fide, tunc bene potest ratificari, etiam citra suum præiudicium, de exce. rei iudicatæ. l. si mater. §. hoc iure. & l. si tutor. in quib. causis in integrum restitutio non est neces. per Cyn. nam si nõ potest *c* ratificari factum procuratoris reuocati. ff. de sol. l. dispensatorem. nisi in præiudicium ratificantis, ergo multo minus ratificabitur factum procuratoris funditus falsi. † Factum vero *d* falsi nuncij non potest ratificari, vt d. l. multum. per Petr. & Cyn. sicut nec factum coram vicinis, vt no. ff. de actio. & oblig. itio. l. consensu. & de sacrosanct. eccles. l. illud. quia vbi nil geritur, ratificatio nil inuenit, vbi figat pedes suæ confirmationis, nam confirmatio non est actus per se stans: dicitur enim confirmatio, quasi cum alio firmatio, ff. de liber. leg. l. Aurel. §. testamento. vbi ergo non est confirmabile, confirmatio non procedit, & maxime hic, quia omne falsum peccat in iure naturali, quia deficit consensus. His præmissis, uenio ad legem, quæ hoc intendit. Quod falso procuratori soluitur, tanquam a fure condicitur, & ad pœnam dupli tenetur. hoc dicit. Diuiditur in duas partes, nam primo dicit, in quod crimen labatur, secundo qua pœna, & quibus actionibus conueniatur, notabilia ea summario patent. † Oppo. litera dicit, falsus procurator. quod falsus non dicitur procurator, quia a quo remouetur diffinitio, remouetur & nomen, sed diffinitio remouetur a falso procuratore, ff. de procurato. l. 1. ergo si est falsus, non debet dici procurator, sed procurans, vel prætendens se procuratorem. Sol. hic est oppositio in obiecto. vt homo mortuus non est homo. quia nec iste est procurator, vt ff. de verborum significat. l. Paulus. nec ille homo, ff. de verborum obligation. l. si homo mortuus. & ff. de condictio. indebit. l. seruo manumisso, & sic obiectum destruit subiectum. † Secundo oppo. litera dicit, falsus procurator exigendo. *e* & sic implicat contradictoria. nam si falsus, ergo non potest exigere. quia nec mouere actionem. ff. de negoc. gest. l. si pupilli. §. penult. Solut. duplex est actio, vna per viam iuris, & ista non competit falso procuratori, alia per viam facti, & ista proprie dicitur extorsio, si fit ab inuito, sed si fiat a uolente, dicitur proprie protestatio, tamen largo modo etiam exactio dici potest, ut hic. Quapropter dubitatur, *f* vtrum procuratori constituto ad exigendum possit sponte solui extra iudicium, vel in iudicio per modum voluntariæ iurisdictionis, dicunt quidam, quod nullo modo potest solui, quia exigere ponitur pro agere. ff. soluto matrimonio. l. nõ solum: ergo est procurator litis, non contractus, nec distractus, idest solutionis, ff. de pactis. l. sed si rantũ. & ff. de sol. l. hoc iure. exigit ergo ministerium adhærendo compulsioni, non receptioni: vt ff. de procurator. l. si reus paratus. & hoc videtur *g* tenere Spec. in titulo de procuratori. §. vt autem. ver. notabiliter autem. Non obstat. ff. de institu. l. quicunque, & l. cum qui. si cer. pet. quia ibi erat præpositus cuidam vniuersitati, in qua huiusmodi includuntur, quia mandatum est vniuersale. Secundi dicunt, quod potest exigere ab his, quos facit per iudicem condemnari. ff. de lega. 3. l. vndecim, §. si rem. quia incidit mandato ad lites. Tertij dicunt, quod potest recipere ab omnibus, & facere eis instrumentum quietationis, non tamen potest cõfiteri, quia verbum exigere significat realem satisfactionem, vt infra de noua. l. non abstulit. ff. eodem. l. si debitorem. de pign. actio. l. solutum, §. solutam, ff. de sol. l. si quis seruo. hoc tenet Io. Gui. & Cyn. puto verum, maxime, quia mandatum est contractus bonæ fidei, & sic late debet interpretari, nisi faciat, quod dominus non esset verisimiliter facturus. ar. ff. mand. l. si hominẽ. & ff. de verb. obl. l. qui Romæ. §. Callimachus. Non ob. l. nõ solum. nam si arguis ex tex. ibi strictissime ponitur verbum; exigere. si vero arguis ex glos. illa non dicit aliud, quam dicat lex hac in re. Præterea, cum dicit, ad agendum, & exigendum, copula illa cadit inter diuersa, & debet ampliare mandatum, ff. de leg. 3. l. ea tamen. nec enim vnum verbum debet superfluere, si cœna duci potest sine superfluitate, & tandiu durat mandatum, donec sit effectu demandatum, vt extra de off. del. c. in literis, per Inno. & componitur exigo, ab. ago & ex, idest extra, vel intra agere, vt ait Catholicon. † Et not. hic in dictione. Excipiendo, quia hæc dictio est gerundium: *h* vt not. supra de eden. in rubric. Gerundia autem quandoque designant actum procedentem ab aliquo, vt associo te osculando, infra de his qui latro. l. 1. quandoque significat actum procedentem in aliquem, vt offendo te insultando, vel vulnerando. Et natura gerundij est, vt significet modum & formam rei, vt cum dico, talis immiscuit se diuinis, missam publice cantando. & interdum declarat actum verbi, vt loquor legendo, interdum informat actum verbi, vt vim facit exorando l. uim facit. de ui & vi arm. interdum transformat, & impropriat actum verbi, vt occidit consulendo, de officio delega. cap. secundo, in gloss. fideiussit mandando &c. de pact. l. in personam §. qui pecuniam. & sunt interdum gerundia communis significationis, scilicet actiuæ & passiuæ, ut no. in c. 1. de postu. lib. 6. in nouel. vt si dico, venio causa eligendi, vel causa testandi. nam duplex est electio, ut testamenti factio, scilicet actiua & passiua, sed in actiuo tantum, in passiuo non habet, nisi vnam significationem, ut uenit derobando. uel causa derobandi, quia significat actum procedentem ab ipso, & sic actiue. Item iste uenit causa patiendi, nam iste genitiuus gerundij meram, & absolutam passionem significat. Adde quod natura gerũdij est qualificare: tamen quandoque facit conditionem, ut cum iungitur cum futuro tempore, ut ff. de acqui. hære. l. si tu ex parte. in fin. & ibi per Bart. & not. ista, quia gerundia multum sunt in vsu, maxime in libellis accusationum, & dicuntur gerundia, quia gerunt vim uerbi. idest sumunt, uel transferunt, uel transumunt. Tertio opp.

ADDITIONES.

a And. Barb. Secundo præmitte. No. quod facta per falsum procur. in aditorio Principis non cõualescunt per ratificationẽ, vide d. Abb. in c. nõnulli, § extra de rescr. allegauit hoc dictum, & illud reprehendit do. Car. alle. ibi Bal. hic, & reprehendit do. Abb. & Io. de Imo. sequitur illum reprehendentem & Card. ibi cõtra Bar. Ang. hic in repe sequitur dictum Imo.

b Factum per falsum procuratorem. Plene in d. l. si tutor, & per Ang. in repe.

c Nam si non potest. Dixi post Bar. in l. si tutor, hic alleg. & latius Bal. infra ver. tertio quæritur.

And. Bar. Nam si non potest. An sententia lata falso procuratore poterit per dominum ratificari, vide Angel. dantem nouam opi. post Bal. in l. licet, ff. de iudic. vide Bal. in l. 2. supra qui pro sua iurisdictio. & d. l. si tutor. in quibus cau. in integ. restit. nõ est neces. ff. qui satisd. cog. leg. Iul. d. c. significasti. de fo. comp. & an quando dominus scit aliquem gerere se pro procuratore suo, & non contradicit præiudicet sibi, vide do. Abb. in c. ex parte Decani. de rescrip.

d Factum vero. Adde Bal. in l. si pupilli. §. sed si ego. ff. de neg. gest. & Bal. alleg. Bart. & Bar. in d. l. multum. sup. si quis alteri, vel sibi. & Bar. in l. si procuratori falso. ff. de cond. ob caus.

e Exigendo. Quomodo sumatur verbum, exigere, vide hic etiam per Barto. licet glo. aliter dicat.

f And. Barb. Quapropter dubitatur. An procuratori constituto ad exigendum possit solui, vide Bald. in d. l. non solum. ff. solut. matr. l. 1. infra qui. res iud. non noc. l. item magistri. ff. de pac. l. quod quis supra de proc. Ang. in l. si proc. vide glo. 2. infra ad Carb. vbi exponitur verbum, exigere, a volente, & volente Pet. de Anchar. sequitur op. Bal. in c. qui generaliter, de procu. in 6. vide Mod. in l. non solum præalle. vide Bal. in l. 1. inf. qui. res iud. non noc. & ibi allegauit glos. l. 2. infra de Carb. edi. vide Pet. de Anch. in c. in nostra. de iniur. vbi dicit, quod procurator constitutus ad petendum non potest sponte recipere. Allegauit quod habetur in d. l. non solum ff sol. mat.

g And. Barb. Et hoc videtur. Sed pro opin. Spec. facit text. in d. l. non solum. & clarius l. fideicommissa, §. si rem. de leg. 3. & not. tex. l. 2. C. sol. matrim. vbi dicit, nec exigere, nec accipere, & hæc opi. fuit glos. in l. licet, & si lege §. quod ait, ff. de petit. hæred.

h Gerundium. Adde quod Bartol. etiam fecit tractatum de gerundijs scripsit post Imo. in d. l. si tu ex parte, hic alleg.

Celsus. Adde tu de gerundijs, & eorum potestate, & qualiter accipiantur per ist. ũ sup. in rub. de eden. nu. 3. & quod ibi posui in addi. in vers. importatur necessitas, & ibi etiam posui in apo. ad Bar. nu. 2. vers. quæro ergo in apo. in eo. verb.

11 *Ius commune non trahitur ad maleficium fictum per statutum.*
12 *Excommunicatio episcopi pro furto indicta non habet locum in casu fictionis, quia non habet locum in delictis imperfectis.*

Si quis seruo. In delictis quæ possunt trahi in exemplum, punitur factum, licet non sit perfectum. h. d. vel sic, punitur delictum consummatum facto, & animo delinquentis, licet secundum veram diffinitionem delicti non sit perpetratum. h. d. Oppo. ff. de furtis. l. inter omnes, §. recte, & ff. de crim. expil. hæred. l. fin. vbi dicitur, quod in delictis non attenditur opinio delinquentis, sed ipsius rei natura, & veritas: hic autem attenditur opinio, & propositum potius, quam id, per quod circumscribitur delictum, quare male. Sol. hoc est speciale, & hoc patet, quia hęc lex fingit in odium tentantis cor- 1 rumpere, vt patet, in fin. legis, ibi, tanquam, &c. † Nam dictio, tā- 2 quam, est nota fictionis, seu improprietatis. † Circa quod dic. a aut veritas *a* & opi. habent se, vt contraria: aut habent se, vt excedentia, & excessa, aut vnum alteri consonat per omnia: si quidē habent se ut contraria, & tunc aut veritas est causa delicti, sed opinio non, & tunc magis consideratur opinio, quam veritas, vt d. §. recte. & de fals. l. impuberem. §. item. Si autem ex parte b opinionis est delictum, *b* non ex parte veritatis, & tunc veritas consideratur, vt ff. eo. l. falsus. §. qui aliena. & l. si seruum. §. ait prætor. ff. de acquiren. hæredit. Fallit in casu leg. nostrę. aut ex vtraque parte est delictum. & tunc, quod minus delictum inducit consideramus. l. scientiam, §. a. ff. ad leg. Aquil. & dict. l. fina. de crimin. expil. hęred. & hoc quando plus est in opinione, quam in veritate. Idem quando plus in ueritate, quam in opinione, vt l. item apud Labeonem. §. si quis uirgines. ff. de iniur. & l. si ignorans. ff. loca. Si uero habent se vt excedentia, & excessa, tunc aut opinio excedit veritatem, & consideratur neritas. ff. eo. l. vulgaris, §. si quis æs. Si autem ueritas excedit opi. & tunc, aut in diuersis delictis, & consideratur opi. quia uoluntas, & propositum &c. ff. eo. l. qui iniuriæ. aut in eodem delicto, & tunc aut in diuersis personis, & tunc consideratur opin. ff. de iniuriis. l. eum qui nocentem. §. cum aliquis. aut in eadem persona, & tunc consideratur veritas. ea. l. §. si iniuria. secundum Ant. de Pisis. Et hæc sunt vera in delictis, in quibus animus requiritur. Sed vbi animus non est de substantia delicti, ibi veritas inspicitur, dummodo delinquenti culpa possit imputari, ff. de vsufru. 3 l. si ius. §. de præteritis. † Item scias, quod delictum quandoq; se extendit ad casum improuisum propter ipsius facti naturā, quæ ad talem casum verisimiliter se extendit, vt in c. fin. de homicid. lib. 6. & inf. ad l. Iul. de vi. l. quoniam multa. Si vero veritas & opinio per omnia sibi consonant, tunc non est dubium, q vtrumq; inspicitur, & qualiter opinio probetur, vide quod not. in d. §. recte, & Inst. de ob. quæ ex delic. §. placuit. & facit. J. de his, qui sibi alieni. l. Senatusconsulto. & ff. de acqu. hęr. l. cum quidam, §. quod dicitur, & ff. de fun. instr. l. cum de lanionis, §. asinam. in fi. Secundo opp. & vr, q actio serui corrupti non possit competere domino, quia actio serui corrupti competit ad interesse, vt l. si quis, §. fi. ff. de ser. cor. sed domini non interest, quia seruus non est effectus deterior, ergo &c. Sol. fingitur īteresse, ac si esset corruptus. 4 † Dubitatur ergo, an actio serui corrupti in casu istius l. sit vtilis, vel directa, videtur q sit vtilis, quia procedit ex quadam fictione. In contrarium, q sit directa, quia procedit ex mente, & verbis huius l. ergo est directa, ut no. ff. de neg. gest. l. actio, & hoc est ne- c cessarium *c* scire, propter cessionem, quia si est directa, non separatur a cedēte oīno. si est vtilis, sic, ut no. ff. ad Treb. ex asse, & dic, q aut mens legis est certa per eandem leg. quę defert actionem, & tunc actio est directa, vt ff. de verb. sig. l. nominis & rei. §. verbum: aut per aliam legem, & tunc aut illa lex uenit declaratiue, & idem, ar. ff. de test. l. hęredes palam, §. sed si notam, & infra de indic. uidui. tol. l. fi. aut uenit extensiue, & tunc aut est omnimoda similitudo, vel maior ratio in casu, ad quem fit extensio, & nunc similiter est actio directa, vt l. illud. ff. ad legem Aquil. Aut d est minor ratio, & tunc actio est utilis, *d* ut l. pen. ff. si quadr. pauperi. dicatur, quare vr, q in le. nostra actio sit utilis, quia lex nostra procedit extēdendo actionem prætoriam ad casum, in quo est minor ratio, vt patet in tex. in vers. extendatur. Si autem non est assimilatio legis, sed iudicis, quæ inest magis interpretationi declaratiuæ, quam extensiuæ, cum ad iudicem non pertineat legem extendere. ff. sol. mat. l. si vero, §. de uiro. tunc dico, quod actio est directa, ut ff. de leg. l. non possunt. & in l. ideo, quia. & fa- 5 cit inf. de reuo. do. l. his solis. † Et adde, q constitutio pœnalis nō e dicitur extendi, *e* quando extenditur ex mente eiusdem consti- 6 tutionis, vt no. in c. si postquam, in fi. de elec. li. 6. in nouel. † Quærit gl. nunquid hęc constitutio habeat locum in filio? determinat gl q sic, & assignat rationem, quia est eadem æquitas. nam lex quantumcunque pœnalis dr̄ æqua, cum pro vtilitate communi polita sit, vt ff. ad l. Aqui. l. ita vulneratus, & ibi tex. dat istā doctri- f nam ad æquitatem cognoscendam, quod id dr̄ æquum, *f* cuius 7 contrarium est absurdum. † Est autem valde absurdum, mala exempla non puniri, quæ redundare consueuerunt in proprios auctores. Item alle. gl. l. ut tantum. §. 1. ff. de ser. cor. vbi dicitur q 8 pro filio corrupto utilis actio compet. † Ex hoc not. quod id, q g est statutum speciali ratione *g* contra ius commune trahitur ad casum similem. quod est contra l. q uero ꝯ rationem. ff. de legi. h Sed dic, q hic non deficit ratio: *h* enim sit oīno eadē, ad hoc de no. ope. nun. l. de pupillo. §. si qs riuos. & q no. s. de sacros. eccl. l. illud, & hinc est, q statuta ciuitatis, licet sint stricti iuris. pñt trahi ad ꝑitatem, dummodo casus, ad quem trahūtur, non sit inclusus de iure cōi. probatur optime per l. de quibus. ff. de legi. secūdū Old. Sed Bar. dicit, q gl. nostra dicit verum, alia ratione, videlicet, qa illa l. non extendit per hoīem ad illū casum de filio, quia hoc non posset fieri: vt in d. §. de uiro. sed extenditur per regulā iuris antiqui, quæ dicit, q ea, quę dīr de seruo, habent locum in filio, 9 s̄m Bar. † Nec mireris, q regula antiqua trahatur ad casū nouæ legis. Nam in generali virtute legis continetur oīs eius spēs, vt l. 1. ff. de condi. ex lege, & sic ad futuros & improuisos casus extendit

ADDITIONES.

a Cels. Aut veritas. Adde quod no. in l. si quis non dicam rapere, sup. de epis. & cler. & de hoc late per Bal. in l. diuus, ff. de sic.
Adde tu an, quod, quando, & in quibus præualeat veritas op. cōi Car. nōno in cle. 2. §. 2. vbi remissiue hoc tractat, extra de pęnis, & remissiue dixi post Pan. in c. nuper, nu. 3. in ver. veritas, in lec. Ant. de But. extra de biga.
b Delictum. Adde Bal. in l. 1. inf. de sic.
c Necessarium. Vide plene in l. curatoris, sup. de neg. gest.
d Vtilis. De hoc est tex. & gl. in l. 1. ver. ostenditur, inf. de intendie.
e Extendi. Illud etiam tenet Cy. & ibi refert Bal. in l. 1. inf. de in tend. & ibi uide pulchras quæstiones.
f Æquum. Quid dicatur esse æquū. adde q no. Bal. in l. ementis, ff. de contrah. emp.
g Speciali ratione. Sequitur etiam Pe. de Anch. in c. canonum statuta. in vers. quærit etiam Bar. verum statutum &c. de const. & uide, quod no. ... fi. hic alleg.
h Ratio. Adde ad l. prospexit. ad quam etiā vide Bal. in l. 1. inf. quæ sit longa consue.

tendit se regula, secus in dispensatione, vel relaxatione, quia non respicit futuros casus, vt dixi sup. de leg. l. leges. † Ex his apparet, quod etiam in statutis consideranda est ratio, sed contra. ff. qui & a qui. l. prospexit. quidam dicunt, quod illa litera caret spiritu. i. ratione, quæ magis debet attendi, quam verba legis, quia mens est sicut anima; verbum est, sicut corpus, siue superficies, & ideo magis debet attendi intellectus, quam vocabulum. Nam dictum generale restringitur per subsequentem rationem expressam, vel tacite intellectam. & hoc est, quod vult dicere, quod dicitur quod generale dictum restringitur per subsequens, vt ff. de re mili. l. milites agrum. & de acq. poss. l. fratris qui animo. Ego dico, quod si l. prospexit, quo ad Vlpianum illius leg. latorem, habet in se rationem, quia ante legislator nihil commiserat iudici examinandum, sed simpliciter statuerat dilationem, & dilatio legis æquiparatur dilationi iudicis statutæ cum causæ cognitione, vnde nihil est innouandum interim, nisi pro tuitione dilationis, vt supra, de dila. l. siue pars, & extra de app. c. significante, per Inno. † Quæro nunquid ius commune trahat ad se maleficium fictum per statutum? & dic quod non, quia minor est fictio, quam veritas, ff. de nego. gest. l. 3. §. hæc verba. & quod oppo. ff. de leg. 1. l. talis scriptura. Quid econtra, nunquid dispositio in casu ficto trahatur ad verum casum? dic vt not. in c. sciant cuncti. de elec. li. 6. in nouell. Item scias, quod constitutio, quæ extenditur, non trahitur ad casus veteres, vt sup. mandati. l. ab Anastasio, secus si declarat factum terminis non mutatis, nec additis, nec detractis, vt no. in c. constitutionem de regulari. lib. 6. † Item vltimo quæritur, si constitutio Episcopi excommunicat facientes furtum (quod potest, quia pœnas spirituales potest adiicere temporalibus, vt in c. 2. de const. lib. 6.) An dicta pœna habeat locum in casu fictionis? dic quod non: quia pœna, sexcommunicationis vel censuræ quæ ipso facto imponitur non habet locum in delictis imperfectis, vt in c. perpetuæ, de elec. lib. 6. in nouell.

ADDITIONES.

a Innouandum. No. ad sim. l. siue pars. & est dictum Inn. in c. significante.
b Maleficium fictum. Sequitur Pet. de Anch. in c. canonum statuta, in ver. circa tertium ... verum statutum trahatur ad casum fictum &c. de constit. vide hic in fine.
c Casu ficto. Vide Bar. in l. 2. §. lex Falc. ff. ad le. Falc. & in l. 1. §. & hæc autem. Senatuscon. ff. ad Sylla.
d Facientes furtum. Sequitur Pet. de Anch. in loco sup. proxi. alle.
e De quod non. Adde Bal. in l. si quis non dicam rapere, supra de Episc. & cler. & in ... ff. ...
f An. Bar. Quia pena. No. quod pena, quæ ipso facto imponitur, non habet locum in delicto imperfecto. vide Bal. in l. si quis non dicam rapere, sup. de epis. & cle. & l. data opera, C. qui accu. non poss. & in l. is qui cum telo, inf. de sica. & c. 1. §. iniuria, de pac. iur. firman. l. si fugitiui, supra præ. tit. & vide Ange. in l. 1. ff. quod quisque iur.

LEX XXI.

1 *Temporum distinctio scripturas facit.*
2 *Testis dictum continens tempus & non referens in ratione dicti tempus, tacite fit relatio temporis ad dictum, ne præsumatur varius vel falsus.*
3 *Argumentum a contrario sensu an dicatur a coniecturale.*
4 *Argumentum a contrario sensu, an decidatur per contrarium sensum.*
5 *Argumentum a contrario sensu, tam in contractibus bonæ fidei, quam stricti iuris sumi potest.*
6 *Possessor bonæfidei dicitur, qui domini cogitatione possidet.*
7 *Dominus non tenetur pro facto sui seruitoris.*
8 *Possessor bonæfidei soluens pro libero homine, quem putabat esse seruum, an repetere possit.*
9 *Dapifer qui hodie furatur vnam rem, & cras aliam, an furti conueniri possit.*

Apud antiquos. Pro seruo bonafide possesso conuenitur bonæfidei possessor furti noxali, dum eum possidet. h. d. vsque ad ver. Sin autem. Ipso vero desinente possidere, potest agi furti contra verum dominum. h. d. vsque ad §. de eo. Vltimo dicit, quod pro libero hoīe non habet locum actio noxalis. h. d. vsque ad fi. Et diuide l. istam in duas partes. Primo loquitur, quando seruus facit furtum. Secundo quando liber homo bonafide possessus, secunda incip. ibi, de eo. Item prima subdiuiditur, quia primo ponit duas quæstiones, vsque ibi, cum quo. generalis. secundo ponit applicationem cuiusdam regulæ ad d. q. secundum antiquos, vsque ibi, nunc autem tertio applicat dictam regulam ad q. secundum auctorem legis. Ex quo colligitur solutio quæstionis vsque ad finem primæ partis. Nota quod cum serui nomine quis tenetur noxali, secundum illud tempus non agit, sed potest vno casu teneri, & alio agere. fac. Butr. Iacio no. quod error antiquorum erat, quia regula antiquorum, quæ debebat intelligi secundum illud tempus intelligebatur simpliciter, & committebatur fallacia secundum quid, & simpliciter. † Item nota illam vulgatam propositionem, distingue tempora, & concordabis scripturas. Sed interdum interuenit totum contrarium, quia distingue tempora, & vitiabis scripturas, quod est, vbicunque requiritur idem contextus, vt infra de testa. l. cum antiquitas, & ideo diuersitas temporis vitiat testimonia, quia reddit testes singulares. licet interdum excuset eos a præsumpto vitio falsitatis, si dictum eorum potest diuersimode intelligi, vt extra de test. cum tu filii. & not. de pœn. dist. 1. cap. periculose. Si autem non potest diuersimode intelligi, tunc talis singularitas reddit testes contrarios, vt no. in l. testium. sup. de testi. quod dic, vt no. Bart. ff. quem ad test. aper. l. 1. & ff. de auct. tut. l. j. & ff. solu. matri. l. insulam. & ff. l. si cer. pet. l. 2. Et † no. quod si testis continet tempus in dicto, si in ratione dicti non refert tempus, quod tacite fit relatio temporis, ne testis præsumatur varius, & falsus, vt no. Barto. ff. de sup. legat. l. Labeo. † Item no. aliud dictum vulgatum. scilicet quod ar. a contrario sensu dicitur coniectura, alibi vero dicitur, quod sit tex. legis. ff. de testam. l. qui testamento. §. mulier. † Circa quod dic secundum Iaco. Butrig. aut casus, qui venit a contrario sensu, est decisus per alias leges, & tunc per contrarium sensum non deceditur, sed tanquam omissus ab illa leg. remanet sub dispositione iuris communis, & venit decidendus per alias leges, vt ff. sol. matr. l. si cum dotem. in princ. & l. extraneus. de cond. ob caus. Aut ille casus non est decisus per alias leges, & tunc argum. a contrario sensu venit decidendus ex mente seu interpretatione legis, potius quam ex verbis. alleg. ad hoc l. pecuniam, ff. si cert. petas. ibi, tanquam subsidiaria conditio, & e. quæ dictio tanquam no. improprietatem, vt l. si pater. §. qui duos. ff. de adopt. & sic potest intelligi ista gloss. † Et no. quod illud argum. sumitur etiam tam in contractibus bonæfidei, quam stricti iuris, vt d. l. pecuniam. & ff. de pac. do. l. inter. §. cum inter. & hoc est verum, si in casu contrario est ratio contraria, sed si est eadem, vel maior ratio, tunc sumitur argum. a simili, vel ab equipollentibus, non a contrario, vt d. l. si extraneus, nam quia ibi deficit causa finalis, nuptijs non contractis: merito datur repetitio, sicut si nuptijs contractis finalis causa resolueretur a suo esse, argum. ff. de condit. & demonst. l. Titio centum. §. ante nuptias, & de hac materia plene dixi in l. conuenticulam. de Episc. & cler. vbi videas. † Item no. quod bonæfidei possessor dicitur, qui possidet dominij cogitatione, quod semper præsumitur in eo, qui percipit fructus, & commoda. ff. de sol. l. Titia, quod dic, vt dicam in l. pen. J. de præscr. long. temp. Quid ergo si aliquis possidet pro parte temporis sine titu. & pro parte temporis cum ti. Respon. distingue tempora, vt hic per Cy. & adde quod no. ff. de rei vend. l. certum. & de pe. her. l. cogi. per Guil. & facit

ADDITIONES.

a And. Barb. Et nota quod ar. a contrario sensu dicitur coniecturale, vide quod no. in l. licet, de legi. & glo. no. in c. humanum genus, dicit quod est ex tacita mente legis, arg. a contrario sensu, & vide dom. Ric. de Salyc. in consi. quod incipit licet statutum disponat, quod statuto stante, quod in processu, vbi debet fieri certa conditio, si non fit, non vitiatur processus, si statutum aliter non procedit, quia hoc fieret arguendo a contrario sensu statuti, quod esse non debet, quia si illa conditio non fuit apposita, puta quod in processu satisdet, remanemus in dispositione iuris communis, prout dicit, quod satisdatio non debuit offerri, nisi petatur, l. fin. §. 1. ff. quo. leg. fatetur tamen, quod iudex potest ex officio petere satisdationem, ex quo fit ad municipij vtilitatem, quod perpetuo tene menti. Et an in statutis valeat ar. a contrario sensu, dic quod sic, iuxta ... nisi induceretur correctio alterius statuti. ita no. dixit Bar. in l. 1. §. per vim, ff. quod vi aut clam. Secundo, nisi statuentes incurrerent pœnam ex illo arg. gl. est sing. in clem. fi. de vsu. Bal. in aut. ad hæc de vsu. an autem valeat in rescripto, vide no. glo. in l. procuratorem, §. si ignorantes, in glo. a contrario sensu, ff. man. quid in sententia, vide quod no. in l. si cum dotem. ff. soluto matrimo.
b Arg. a contrario sensu. Et ista sequitur Pet. de Anch. in c. canonum statuta. in ver. quid etiam dices, de ar. &c. de const. & etiam vide Bal. in l. conuenticula in prin. supra de epis. & cle. & per Barto. in l. omnes populi, ff. de iusti. & iure, quid si statutum dicit, quod statutum non recipiat absonum, vel subauditum intellectum, an tunc recipiat ar. a contrario sensu? & dicit Bal. in l. ex facto, de hære. instit. ff. quod non, & sequitur Paul. de Cast. in loco, supra alleg. ad finem, in versicu. de statuto, quo cauetur, &c. & idem dicit Abb. in c. cum apostolica, §. pen. de his, quæ fiunt a præla. per illum tex. in uerbo indirecte. per quem dicit, quod si statuto cauetur, quod statuta intelligantur plane, absque extraneo intellectu, & absque subauditione, non habebit locum ar. a contrario sensu, vide etiam quod in simili no. Bald. in l. maximum uitium, de lib. præte. Bar. in l. conuenticula, per illum tex. supra de epis. & cle. quod illud uerbum quod non respicit causam finalem non inducit ar. a contrario sensu, & ibi etiam Bal in prin. & illud dictum Bald. in d. l. ex facto, adde repetit ipsemet Bal. in l. 2. inf. de cond. inser. & ibi etiam in princ. ponit quando in statutis habeat locum tale arg. & ibi est tex. no, & glo. in ca. 1. in uerbo permittimus, de æta. & qual. in 6. & de illo ar. a contrario sensu, vide quæ scripsi post Imo. in l. si cum dotem, in si. princ. ff. sol. mat. & dicit Ang. in l. si ita, ff. de libe. & posth. quod si statuto cauetur, quod uerba statuti intelligantur, ut iacent, sub simplici non comprehenditur mixtum, & quando lex prohibet interpretationem, quod nihilominus possit interpretari, ponit Io. And. in regula possessore, in merc. quid si statuto cauetur quod uerba statutorum accipiantur proprie, vide Bal. in l. si non fine inf. de bo. quæ libe. Adde quod ar. a contrario sensu uenit indirecte, ca. cum apostolica, de his quæ fiunt a præla. siue cons. ca. dicitur tamen esse expressum illud, quod uenit a contrario sensu, ut glo. in d. c. humanum genus, & ideo sententia lata contra ar. a contrario sensu, est lata expresso iuris errore.
c Improprietatem. Adde Bar. in l. 1. in fi. ff. de officio ciuis cui man. est iurisd.
d Contractib. Quod intellige, ut hic, Adde Bar. in l. uendit, supra de actio. emptio. item limita, ut per Bal. in l. 2. inf. de fideic.
e Arg. a simili. Adde Io. An. in Spe. de dil. & alle. §. post hoc, super uer. non ob. facit quod no. glo. in l. cum prætor, in prin. in uerbo uidetur, ff. de re iud.
f Bonæfidei possess. dicitur. Vide per Bal. in l. post sententiam, inf. de sent. in uer. extra no. & Bar. hic.
g Pro parte. Vide Bar. hic.

facit.ff.de euic.l.si rem,quam,& faciunt oẽs leges,quę loquũtur de distinctione temporum,vt d.l.certum,& s. de pet. hæred.l.t. 7 cum si.† Item no.in fi.huius l.quod dominus pro facto a sui seruitoris liberi hominis non tenetur. concordat extra de restitu. 8 spol.c.cum ad sedem.† Modo quæro,quid si bonęfidei possessor soluerit aliquid pro libero homine,quem credebat esse seruum suum,an repetet ab eo:quidam dicũt ꝙ sic, per l. soluendo, ff. de nego.gest, alij dicunt contrarium, quia ea quo soluit putans rẽ suam esse, noluit sibi alium obligare: ergo non potest agere. ff. communi diuid.l.in hoc iudicio.gl.tenet,repeti posse, & hoc est verius,vt ff.de lib.cau.l.igitur.in fi.de pec.lega.l.Stichus.ver. quid.† Extra quæro b hic.si mercenarius siue dapifer hodie furatur vnam rem vtilem domino,& cras aliam, & ita multis vicibus multas res furatur,nunquid potens conueniri furti: dicunt quidam ꝙ non,vt ff. de pœnis.l.respiciendum. §. furta. sed tu dic contrarium secundum Io.& Odof.arg.s.de episc.aud.l.nemo in fi.& no.de pœnis. l. capitalium. §.crassatores. secundum quod dicit Nic.de Mat.

ADDITIONES.

a Dominus pro facto. Vide in l.1.familiæ.ff.de Publiciana.

b Anc.Barb.Quæro. Vide quæ dixi in c.testimonium, de test. ubi allegaui istud dictum,vide Bal.in c.1.de appe.& quæ ibi dixi,& eundem Bal. in c.1. in §. iniuria. de pa.iur.fir.ubi allegaui C.y.hic uide tex.in c.3.de adul.ubi dicitur, quod debet sæpe maritus admittere uxorem adulteram. facit §. criminis, alias eadem in a 1. dist.de peccato ueniali,facit quod voluit Bar.in l.sicut ff.de act.empt.

c Si mercenarius. No.pulchram lim.ad l.respiciendum,§.furta, ff.de pœnis. Adde Bal.in c.1.§.iniuria,de pace iur.fir.

L E X XXII.

1 *Actio furti datur ei,cuius interest.*
2 *Actio furti non datur ei,cuius non interest surripi.*
3 *Violentia dicitur iniuria personalis,*
4 *Possidens, & non vsucapiens actionem furti intentare non potest.*
5 *Delinquens non dicitur habere probabilem causam.*
6 *Actio furti inter proprietarium,& vsufructuarium.*
7 *Fullo domino inuito furti agere potest.*
8 *Ignorans,sicut eligere non potest,ita nec dubitans.*
9 *Dominus si de præsenti non uult eligere, sed differre, terminus ei assignari debet.*

1 Manifestissimi. † Quia furti actio dat̃ ei, cuius interest, & plurium põt interesse diuersis respectibus.cuiuslibet insolidum, ideo sunt hic dubitationes.an omnib.detur hęc actio furti.lex.h.d. Actio furti ei, cuius interest datur,& si res commodata subtrahatur, est in electione dñi,vtrum agat ꝯ furem: an ꝯ commodatarium, & vno electo ꝯ alium non põt agere,si fuerit sciens:secus si nescius,vel dubitãs, nisi sibi a commodatario fuerit satisfactũ. h.d. vsq; ad §. sed cũ in scdam.& diuidit vsq; ibi in tres partes principales. qa primo ponit rĩam,scdo mouet q̃dam dubia, & auget dubitationes ex opinionib.veterum,tertio determinat eam. partes patent in lr̃a. Et qa rĩa est fundamentum huius l.& recipit multas oppositiones.io gl.limitat rĩam multis modis, bñ tñ loquitur, sed vt cla-2 rius intelligatur.† op.dr̃ hic,ꝙ actio furti detur ei, cuius interest, nõ surripi. Cõtra,furis interest,nõ surripi sibi ab alio fure, qa tenetur de casu: tñ ei nõ dat̃ actio furti.vt ff. eo. l. itaq; fullo, quia nemo de improbitate sua quęrit actionem,ergo rĩa falsa. Solu. rĩa dẽt intelligi de interesse causato ex honesta causa, non ex dãnabili. Sed contra hanc solut. obstat. quia etiam ex damnabili causa possidens spoliatus agit,vt ff.de vi.& vi arm.l.1. §. qui ui a me. Sol.ibi agit ex delicto in se commisso, non a se: nam ibi loquitur in violẽtia,quæ est iniuria mixta personalis,& realis, hic in furto,quod est iniuria realis tantum,vt ff de pet.hære.l.at vbi. 3 † Et sic nota. a ꝙ violentia est iniuria personalis,furtum, nõ sed hæc solutio nõ videtur bona.quia sequeretur, quod actio vi bono.rapto.daretur furi. quod est falsum,vt l.2.§.generaliter. ff. vi bon.rapt.& ideo dic,ꝙ furi datur actio onerosa, idest ad repetitionem possessionis, quia causam onerosam habet delinquens, quia nullum delictum est sine onere, sed actio lucratiua ad pœnam non datur furi,& sic non ob.contrarium. Aduerte, ista so-b lutio, pręsupponit, b ꝙ fur ꝯ furem habeat actionem ad redintegrationem possessionis,& hoc tenet gl.ff.eo.l.inficiando.§. Infans.contrarium tamen tenuit eo.tit.l.qui rẽ.§. 1. Sed veritas est, quod habet triticariam.vt ff.de tri.l.1.& no.ff de reg. iur. l. cum par.quia furtum dicitur spoliatio quædam.ff.de acq.poss.l. rem quæ nobis. Secundo opp.principaliter ad idem.ff.eo. l. eum qui emit in prin. nam emptoris interest non surripi, & tamen ante traditionem non agit furti.Sol.ibi interesse non est coniunctum cum iure reali,nec cum possessione, vel detentione, licet cum mera personali obligatione, & ideo non sequitur fundum. arg. ff.ad Trebel.l.3.§. si hæres. Attende, quia sæpe quidam petunt c reuocari tenutas c concessas eis non citatis,& quærebatur, quare intereat eorũ,& dicebant,quia emerant rem, sed non receperant per traditionem. Sed Iaco.Bur. dicebat, eos non audiri debere,quia solus titulus non dat probabiliter interesse,sed ius rei vel possessoris,secundum eum in lec. quod est no.& verum, quia quod potest fieri per contractum, vt s.de rei vend.l. quoties põt fieri per iudicem, quia in iudicijs quasi contrahitur.arg.ff.de manu.l.seruus hac lege. & ff.de act.empt.l.Iulianus.§. idem Celsus. 4 † Tertio opp. ad idem de l.is cui.§.2.ff.eod. vbi ei, cuius interest, qa possidebat,& vsucapiebat, actio furti non datur. Solutio, interesse vsucapionis est interesse lucri cum iniuria tertij, & est incertũ,quia potuisset interrumpi vsucapio alijs modis. Vnde realis interesse lucratiuũ iniuria est depẽdens a casu & fortuna: ppea n considerat: secus autem dixit lex interesse hæreditatis delatæ, quia est fauorabile, & dependet a voluntate non ab insidijs fortunæ,& ideo consideratur,vt no.ff eo.l.si quis, §. 1. per gl. & Dy. Distingue ergo interesse,probabile,& non probabile,sm gl. Et si est interesse probabile, adhuc subdistingue: aut est interesse certum,& consideratur,aut non certum, & non consideratur, vt l. 5 2.§.portio.ff.ad l.Rhodiã de iac.sm Iac. † Quarto opp. quod ista oppositio est ꝯ gl. nam glo.dicit,quod fur habet probabilem causam,sed non honestam: nam nullus delinquens habet probabilẽ causam, vt ff.de minori.l.Papinianus exuli,& ff.cõi diuid.l. cõi diuidundo,§.inter prædones. & de noxa.l.non solum, cl 1. Præterea quæro,quam probabilitatem habet fur in re furtiua? Respõ. probabilitatem habet in possessione,non in causa possessionis,qa sunt diuersa secundũ Oldradum. Nunc venio ad ver.sed quære-6 batur, dicitur hic, quod dominus habet electionem. † Contra, imo videtur,quod vtrique detur actio, sicut in vsufructuario dicitur, & creditore,vt ff.eodem l.inter omnes.§.si seruus.& l.itaque,§.fin. Solut.aliud in creditore,& vsufructuario, aliud in cõmodatario;nam inter proprietarium,& vsufructuarium diuiditur actio, quia neutrius interesse concernit totã rem. Item nec creditoris interest,nisi crediti tenus, vt ff.eo.l.cum quem, §. Idẽ scribit, sed domini & commodatarij interest insolidum, cũ ad eos respiciat periculum totius rei, a quo periculo commodatarius liberatur fure electo per dominũ, & sic cessat in eo causa finalis agendi, & per ꝯ̃s ipsa actio.& ista est rõ l.nr̃æ. & adde l. si 7 fur.ff.de vsufr.† Quinto opponi.quia l.dicit,quod fullo agit furti, etiam inuito domino.vt ff.eo.l.Itaque fullo. Sol.aliud in fullone, & aliud in commodatario.nam commodatarius tractat de mero lucro, sed fullo prætendit onerosum contractum. & ideo licet actio furti sit lucratiua,tamen non concurrũt in eo duæ cãæ lucratiuę, sed in commodatario totum est merũ lucrũ, & ideo minus est ei sauẽdum. itẽ quia lucrũ commodatarij ad similitudinẽ precarij debet dependere potius a domino,quã lucrum fullonis,qui ex sua industria ius prætendit. arg.ff.ad l. Fal.l.si hæres, g deinde distinguẽdo concludit in materia,vt in glossa. † Vlterius nota in ver. Sin autem nescius,ꝙ sicut ignorans nõ potest eligere,ita nec dubitãs. Et est rõ, quia electio debet esse cũ intellectu, sed ille,qui dubitat,non clare percipit,ergo nõ intelligit, ut l.fin. de cond.

ADDITIONES.

g Et sic not. Et facit pro statuto puniente eum, qui non respondet simpliciter. vide Bart.in l.1.ff de vulg.& pup.& quod eleganter dicit in l.de ætate, §. quod autem. & §.nihil,& optima verba quæ ibi no.ad cum.ff.de inter.act.& vide Bal.in l.1. supra, de redhi.& quod notanter dicit Bar.in l.1.§.accusationem,ff.ad Tertul.& vide d.Ant.in c.dilecti.de iudi.vbi notanter loquitur, & Bar.in uer.summarie,in extrauag.ad reprimen.& vide quod no.in Spe.in tit.de depo.§.7.ver.11.& quando sit positio,quod Titius cognouit Titiam vxorem Sẽpronij carnaliter,si respondet simpliciter,quod cognouit Titiam carnaliter. videtur confiteri fore vxorem, & an sit necessarium,quod iudex eum cogat in termino respondere simpliciter, in hoc consuluit Bar.quod non videtur confiteri illam qualitatem,ut refert d.Roger.de pecu.secundum do.meum in tit.& vide quod ipse no.in l.gerit, ff.de acq. hær. in uersic. simpliciter.uide tex.c.1.de postu.præl.lib.6.& Doc.in c.1.de sum. trin. uide Bald. in l.si seruus plurium,§.fi.ff.de le.1.ubi alle.Bar.& Spe.in præal.q.in titu.de depo. §.7.uer.11.licet d Bal.non allegauit & uide Bal.in l.Gallus, §.1.de libe.& posthu. ubi dicit, quod si conditio inest ex natura rei, licet exprimatur, dicitur responsio simpliciter emanasse,quod est ualde no.pro statuto & uide tex.& Bal.in l.a. C.de don.promi.de ista dictione simpliciter, & de statuto, ut l.iubemus,inf.de app.uide tex in c.pe.de peniu.lib.6.& ibi per Do.glo.c.le sæpe,de uer.sig.in uer. simpliciter,uide tex.in c.scriptura,de consec.dist.2.Bal.in c.super literis,de rescr. & tex. in c.præterea,de offi.dele.c.cum contingat.eo.tit.uide c.2 de postu.in uer.semper,& in l.institato,ubi.de suis & legi. Raph.fu.de tem.Pau.de Cast. in d.§. si quis simpliciter.Ang.& Ioan.de Imo. in l.qui liberis,ff.de uulg.& pupil. quid si statutum dicit,quod simpliciter respondeat ad accusationem, & respondendo dicat fecisse ad suam defensionem? uide Ange.in d.§.si quis simpliciter. Bal.in d.l.iubemus,& in l.2.C.de confes.& in l.si quid C.de trans.Bar.in l. Aurelius, §.pen.ff.de libe.leg. Bal.in l.1.ff.de vulg.& pup.uide c.ueniens,de iureiur.in uer.simpliciter. c.ad audientiam,de app.insti.de le.ag.fuc.§ & hæc quidem,c.rescriptum, de consec.d.2. & insti.de fideic.hære.§.sed quia stipulationes,c.sic ut.de accu.c.postulasti.de homi.c.pe.de fal.

b Ista sol.præsupponit. Adde Barto.in dict.l.qui rem,& in dicto §. Infans, & in lege rem, quæ nobis, in princip.ff.de acquir.pos.& in l.itaque fullo,ubi plene,ff.eodem.

c Reuocari tenutas. Adde quæ no.Bar.in l.a diuo,§.si super,ff.de re iudi. Docto. in l. ob maritorum, supra, ne uxor pro ma.& uide Bald.in le. final.infra de edic. diui Adria.toll.& quod ibi Bar. dum tractat de citatione, & qui sit legitimus contradictor.

de cond.indeb.nisi poterat se de facili certificare, & noluit, vt ff.
a de acq.poss.l.locus.a Et prędicta sunt in arg.quod ille,qui omisit
b exceptionem b ratione dubitationis, videatur eam omisisse per errorem,& possit eam opponere,eum primum est de ipsa certificatus,vt extra de excep.c.pastoralis.secundum Iaco.de Aret.&
9 Cyn.† Quæro,quid si dominus non vult de præsenti eligere,sed differre? Respon.assignabitur ei terminus ad eligendum.arg. infra de inge.l.diffamari.ff.de accu.l.cum Titia.ff.de fideiuss.l.si contendat.ff.de acquir.hære.l.quamdiu.quod no.infra de succ.edic.in rubr.secundum Iac.de Are.& Cy.Sed quid si est datus terminus ad eligendum,& intra terminum non eligit? Respon.commodatarius poterit agere, & quod nomine pœnæ excussit, non tenetur domino restituere, vt infra eadem l.§.sed cum in secundam. Sed quid si est certum, quod non vult eligere, tamen terminus non est elapsus? Respon.expectandum est, q terminus labatur,cum interim posset mutare voluntatem & eligere.ad hoc facit quod not.extra de elect.c.vbi periculum.lib.6.& de eta.& quali.c.vt hi qui.& ff.de verb.oblig.l.cum stipulatus sum mihi a Proculo.per Bar.& hoc verum,nisi renunciasset electioni,vel iuri eligendi, nam tunc nō debet amplius expectari.arg. C.de pac.l.postquam. Extra no.quid est dictum simplr,vel simplicitas, & hunc tex.allegat Bar.ff.de verb.obl.l.j.§.si quis simpliciter.

ADDITIONES.

a Locus. Adde l.regula,§.sed facti,ff.de iur.& facti igno.
b Ille,qui omisit excep. Idem dicit Sal.in l.licet supra de procu.licet ibi gl.pen.aliter dicat,cum qua simpliciter videtur transire ibi Bar.

---

a *Commodatarius an habeat realem actionem.*
2 *Commodatarius furti actionem intentare non potest.*
3 *Cōmodatarius si litē cum fure fuerit contestatus,dominus non est audiēdus.*
4 *Sententia si super rei restitutione pro commodatario fuit lata, dominus nō potest petere eam mandari executioni.*
5 *Ambasciatores sibi donata non possunt cogi reddere ciuitati.*
6 *Varietas venit erubescenda.*

§.Sed cum in secundam.

Si commodatarius a fure rē & pœnam exigit, non tenetur domino pœnam reddere, quia suo periculo est expertus.h.d. Opp.quod iste §.præsupponat impossibile.
a a † Primo in eo, quod dicit, q commodatarius exigit
1 rem: nam cum non habeat ius in re, ergo nullam realem habet actionem. Item non possidebat,ergo non competit ei triticaria, nec aliquod possessorium,vt no.ff.de acquir. pos.l.rem quæ nobis.Sol.habet actionem in factum, quæ competit ex varijs figuris causarum,vel officium iudicis,quod ex mera æquitate competit,vbi obligatio deficit secundum Azo.arg.supra de arbi.l.ne in arbitris,§.pen.& supra de peti.hær.l.si.ver.q si petitor.& ff.de donatio.l.Aquilius Regulus.& quod no.ff.de cōd.fur.l.& ideo,
2 §.Neratius.& dic,vt dixi sup.eo.l.a.† Secundo opp.q iste §.præsupponat impossibile in furti actione, nam cōmodatarius non potest eam intentare, nisi prius exploratum sit, quam dominus eligat,vt supra,§.precedenti.& argum.de le.a.l.si tamen, & sup.qui tut.da.poss.l.quod dicis.Solu.hic contra furem de facto commodatarius agit,& ideo quod habet iudicis errore non restituit.ff.ad Trebel.l.creditor.§.fi.& hoc casu non tollit,quin dominus non possit agere contra furem.argum.ff.de interro.act.l.qui seruum.in princ.& licet fur patiatur iniuriam, hoc prouenit culpa sua,vel iudicis iniuria, & ideo aut de se, aut de iudice queri debet.ff.de eden.l.Argentarius,§.cum autem. vel dic, quod commodatarius agit de iure propter moram domini, & tunc clarus est intellectus huius §.& cessat quęstio gl. quia dominus non potest agere furti propter moram suam, & q soluendo fur cōmodatario est liberatus,argum.ff.commo.l.si ut certo.§.fi.cū l.seq.sed Nico.de Mat.dicit indistincte, quod postquā exigit commodatarius a fure, non est dicendum furem teneri domino, vt sic duplici pœna affligatur.argum.d.l.si ut certo.& de stipul.ser.l.1.§.r.Nec obest supra pro si.§.quia ibi nō erat facta exactio, sed Gui.de Suza.dicit furem forte a domino conueniri posse, nec ob.q fur duplici damno afficiatur, quia hoc non pcedit ex una culpa,sed ex duplici,vna in furando,alia in litigando, quia non excipit contra commodatarium: q dominus habebat electionem,arg.ff.de regu.iur.l.quod quis. Vel dic secundum eum,q si dominus non habet ratam exactionem, possit cōuenire furem, vt ī.§.tales.& fur repetat a cōmodatario,ut ff.de cond. sine cau-
3 sa.l.j.in fine.† Sed quid si lite contestata per commodatariū cum fure,veniat dominus,& velit agere cum fure, respondeo, quod si negligentia possit ei imputari ex eo, quod sciens passus est aliū contestari,non auditur,alias sic,vt ff.de adult.l.a,§.pe.& l.si maritus prętuenerit.§.pen.in fin.secundum Nic.de Mat. Sed Iac.de Are.tenet furem soluentem commodatario liberatum, qa purgatum est vitium furti secundum eum, quæ ratio parum valet, quia non est purgatum vitium,ita q sit sublata actio furti, vt supra eo l.ancillę.& ideo tu tene,quod in prin.dixi.nec est verū,qd dicit Guido de cond.sine causa:cum fuerit solutum per sententiam,quæ transiuit in rem iudi.vt ff.man.l.si fideiussor.§.in omnibus.Se posset dicere verum,si fuisset solutum sponte extra iu-
4 dicium. † Quæro si sententia fuit lata pro commodatario super rei restitutione,an dominus possit petere causa executioni mandari pro se,sine aliqua cessione; Cyn.dicit,q sic,q non puto ve-
5 rum,per l.In hoc iudicio,ff.fam.erc.† Item Cyn & Iac.de Aret.
b tangunt hic aliam quæstionem vulgarem,b de donatione facta
c ambasciatorib.c an teneantur donata reddere ciuitati, & est dicendum,q non in dubio.arg.ff.de vsufr.l.si.in fin.pro soc.l.socius
6 qui in eo.§.fi.cum sim.† Vltimo no.q Papinianus mutauit consilium:tamen erubescenda varietas est,vt sup. de modo mulc.l.eos.Et est arg.q ille, qui male consuluit,possit consilium emen-
d dare:d nam,& licet non emendet, non debet sequi iudex causæ errorem consultoris,vt ext.de arb.c.cum olim, & no.per Bart.in l.si conuenerit,ff.de re iud.§.1.& de bo.poss.l.tutor.

ADDITIONES.

a Præsupponat impossibile. Vide infra q.proxi.
b Quæstionem vulgarem. Vide per Bar.in l.socium,hic alleg. & idem dicit Bal.in l.qui proprio,§ procurator vt in cæteris, ff.de procur.
c A.B.De donatione facta. Not.de donatione facta ambasiatoribus,an teneantur illam restituere ciuitati,vide,ff.de vulg.& pup.l.sed si plures,§.ad substitutos.
Celsus. Adde de hac quæstione vltra alleg.hic Iaco.Rebuf.in l.vnica,& ibi posui in apo.in vers.remanere,infra pub.lætitię lib.12.dixi post Pan.in c.postulasti, nu.3.in vers.lucro eorum,ext.de concess.præb.& post Phil.Fran.in ca.a collat.nu.3.ext.de app.lib.6.& p illum omnino consi.58.vol.1.
d Emendare. Consultor potest emendare consilium, facit quod dixi post Bart.in l.si quis apud ff.quod quisque iuris,& adde tex.in Aut.vt infra.filij, in prin.de hac q.per Io.And.in addi.Spec.in tit.de requir.consi.in add.quæ incip.occurrit.

---

5 *Vxor si commisit furtum domesticum,non conuenitur furti, nisi in subsidiū.*

§.Cum autem.

Si marito res commodata ab vxore subtrahatur,si vxor a dño eligatur,conuenitur furti,si eligatur maritus,tenetur ei vxor actione in factum,pp res amotas: nec potest vxor eligi a dño rei, si maritus extiterit soluendo etiam si hoc affectauerit manus. hoc d.
1 † Nota singularem casum de isto furto domestico, quod fit per vxorem viro de re aliena, cuius periculum pertinebat ad maritum: q cō eam non agitur furti, nisi in subsidium. Item no.quod
a vxor dr coniuncta persona,a & est verum coniunctione sacramentali,& ita intelligitur,quod no.in l.quintus,in fi. ff.de auro,& arg.lega.& facit J.de lega.l.cum alienam, cum sim.

ADDITIO.

a Vxor dicitur coniuncta persona. Vide in l.4.& quod ibi Bal. & Doct.inf.vnde vir,& vxor in l.non ideo.infra de hære.insti.& videtur etiam tex.in l.1.§.si ubi uxor.cum seq.& quod ibi Bar.in §.affinitates,in fi.alias incipit,lex cui eorum, §.affinitates,de postul.& Bal.in d.§.fi.per Cy.& alios in l.maritus, sup.de procur.& ibi Iac.But.Franc.Tigri.& Saly.aliquid per Rom.in d.l.1.in princi.vnde vir,& vxor,& Sal.hic placet opi.sua.

De operis libertorum. Rubr.

1 *Opera non præstantur de nocte,nisi tempore necessitatis,*
2 *Opera quot modis dicatur.*
3 *Pater non potest indicere filio operas pro emancipatione.*

a ¶ Opera a dicitur diurnum officium,ff.eo.l.1.hoc est ab ortu solis vsq; ad occasum:nam hoc tempus est aptum ad operandū,& melior pars diei est mane, vt ff.de annu. leg.l.1.quia tunc ho-
1 mo est operosior, & clarior intellectu. † De nocte autem non sunt præstandæ operæ,nisi tempore necessitatis,vt ff.de verb.ob.l.continuus,§.cum ita,in ver.noctibus,& ff.eo. l.nec audiēdus,& hoc verum in operis,quæ non habent tps determinatum a iure, uel ab ipsarum operarum natura: nam si habent determinatum a iure,vel ab ipsarum operarum natura: nam si habent determinatas horas seu diurnas,siue nocturnas, illis horis exhiben-
2 dæ sunt,ut in c.a.de eta.& qual.in cle.† Quot āt b modis dicatur
b opera.no.ff.eo.in rub.& ff.de cond.inde.l.si non sortem.§.liber-
c tus, & quot modis dicatur c officium, perquirantur dictionarij in suis repertoriis. Quandoq;.n.dicit officium.i.publica auctoritas,vt s̄.de off. mag. off.patet per totum, & tunc offm idem est, quod potestas in se residens. Qnq; dr offm,i.actus,siue exercitium publicæ auctoritatis.ff.de iurisd.omn.iudi.l.1. & ff.de ædil.edi.l.ædiles.Quandoq; dicitur officium mādatum a lege, vel ab homine

---

ADDITIONES.

a Opera dicitur.Quid in opera,& an operæ sint præstandæ de nocte, vel de die,adde etiam Bar.in l.si non sortem,§.libertus,ff.de cond.indeb.& omnino.gl.Ange.& Imo.in l.stipulationes commodissimum,ff.de verb.obli.
b Quod autem. Adde quod dicitur in l.legatis seruis,§.si ex officin.de leg.3.per Ange.in l.1.in prin.ff.de iuris.omn.iud.
c A.B.Quot modis dicatur. Quot modis dicatur officium,vide D.Pet.in rub.de off.de leg.& in c.1.de consti.lib.6.vide D.Card.in c.1.de off.iud.ubi pulchre loquitur.

hominę susceptum, vt no.in l.fœminę.ff.de reg. iur. Quandoq; dicitur officium quidam actus naturaliter persuasus. vt C.de nego. gest.officio. † Quæritur nunquid pater a possit indicere filio operas pro emancipatione præstandas, & dic q non, l.penul.ff.si quis a pa.fue.manu.

ADDITIO.

a Quæritur nunquid pater. No. quod pater non potest indicere operas filio pro eo emancipando, etiam si accedat iuramentum, casus est sing. in l.pen.ff.de obsequ. pa.præst.

LEX PRIMA.

1 *Operæ tempore manumissionis impositæ exigi possunt.*
2 *Ius patronatus perditur propter auaritiam domini exigētis pretium operarum impositarum libertis.*
3 *Necessitas victus excusat patronum ab exactione pretij operarum liberti.*
4 *Libertus tenetur patrono ad operas obsequiales absque impositione.*
5 *Operæ qua actione petuntur.*
6 *Omne factum etiam formaliter designatum verbis est incertum.*
7 *Pactum nudum an vestiatur iuramento.*
8 *Relaxatio iuramenti præstiti in contractu simulato dicitur declaratio, quod iuramentum non teneat.*
9 *Actio ex iuramento nunquam nascitur si iuratur super pacto nudo.*
10 *Idem tempus intelligitur pro toto tempore operæ, seu actus necessarium, cui cohæret.*
11 *Donatum filio tempore emancipationis intelligitur, etiam ante. & post emancipationem incontinenti donatum.*
12 *Dominus suo subdito pro seruitijs operarum potest imponere charitatiuū subsidium.*

Si tempore. Operæ promissę debent pręstari, non earum pretium, nisi ex causa necessitatis. h. d. Diuide, primo loquitur, quando operæ sunt impositæ, an peti pñt, vsque ibi. solet. secundo an possit peti p̄cium operarū, vsq; ibi, cum, & si operę. Tertio loquitur, qñ operę non sunt impositę, vsq; ad fin. † No. q operæ impositę tp̄e manumissionis, pñt exigi, sed si exigatur precium, qd difficilius est pauperi; arg. j. de agri. & censi. l. dñi prædiorum. libr. 11. dñs, † vt eius auaritia puniatur. argum. s. de inof. test. l. si quis in suo, perdit iura patronatus, quæ lex ei propter libertatem cōcesserat, & hoc verum est † nisi in casu inopię, quia necessitas victus excusat. Opp. ad primum dictū. a dicit hæc lex, si operæ sunt impositę tempore manumissionis, &c. immo videtur. q tempus ante manumissionē & post manumissionem consideratur, argu. ff. de sol. l. Modestinus. Sol. eo tempore factum multipliciter intelligitur: primo eo tempore conclusum, ut l. contractus. supra de fide instrumentorum. Secundo modo incontinenti ante, vel post. ut l. petens, supra de pac. Tertio modo, quando tempus ante trahitur ad tempus post ea præcedēti prouidentia, vt ff. de pac. l. item quia. §. fi. Quarto modo, quando post trahitur ad antedicta, ut d. l. Modestinus. Quinto, quando eo tempore confirmatur, ut sup. de test. tut. l. 2. † Secundo opp. q operę etiam sine impositione debeantur, vt l. si non sortem. §. libertus. ff. de cond. inde. Sol. ibi in obsequialib. hic in alijs. infra titu. 1. l. fin. † Nunc quęro, qua actione petantur. b dicunt quidam, q aut interuenit solum iuramentū, & tunc agitur in factum. arg. supra de re. cre. l. actori, sed ibi loqtur in iuramento decisiuo, hic in iuramēto promissionis, quod non vestit pactum nudum, & ideo dic, q interuiatur officium iudicis, ut not. Inno. in c. cum venissent. extra. de insti. aut interuenit stipulatio, & tunc distinguendum est, quia aut pro certa opera, & tunc agitur certi cōdictione, aut pro opera incerta, & tunc agitur actione ex stipulatu secundum omnes, quod gl. reprobat, & bene, quia † omne factū est incertum, etiam si est formaliter designatum verbis, quia eius substantia, & natura est incerta, cum sit de futuro, & de futuris incerti sumus, vt ff. de ver. obl. l. ubi autem non apparet, §. qui id quod. & sic no. q vbi non est certa substantia, ibi non potest esse qualitas certa. † Modo solet dubitari, c nunquid quodlibet pactum nudum d vestiatur iuramento? & dic, q aut est nudum, id est sine consensu, & tunc non vestitur, & ideo † quando iuratur super contractu simulato, e ibi non est propie relaxatio, sed declaratio, q non teneat, licet ad Episcopum pertineat, secundum iura canonica, sed secūdum iura ciuilia pertineat ad iudicē causę, quia non hēt sup iuramento disponere, sed declarare. vt supra plus ua. quod agitur. l. emptione. & l. fi. de non num. pec. & nescio f quare Canonistę reuocent hoc ad suum Imperium in c. vlti. de so. comp. lib. 6. licet ipsi persuadeant sibimet, q ista causa sit spiritualis, sed non est verum, quia iuramentum, quod non habet consensum, non habet spiritum, & iudex secularis potest cognoscere super consensu, ergo est nostra cognitio super iuramento. Sed domini mei Canonistę dñt, q in dubijs spiritualibus ecclesia cognoscit, & quicquid est dubium trahunt ad suum forum, & in hoc facto communiter ecclesię defertur, & est pars tutior. Aut est nudum idest sine stip. vel alio vestimento, & tunc quidam dicunt vestiri per iuramentum, & sic probāt, nam potentius debet operari illud, quod ordinatur directe ad vnum effectum, q̄ illud, quod ordinatur oblique, vt l. precib. inf. de impu. sed iuramentum pmissorium ordinatur directe ad obligandum, ergo fortius, vel saltem ęque obligat, sicut iuramentum probatorium, vel confirmatorium. Ad hoc respondet Iac. But. quod in iuramento probatorio est alia ratio, scilicet litis decidendę ęquitas, quę responsio nihil valet, vt patet in iuramento voluntario, & confirmatorio. † Et ideo g tutius dic, q si iuretur super pacto nudo, nunquā ex iuramento nascitur actio, siue sit promissorium, siue declaratorium, siue cōfirmatorium. Nam speciale est in libertate, ergo in contrarium est ius commune. ff. eodem. l. iurisiurandi, & ff. de fideiuss. l. si quis pro eo. Non ob. aut. sacramēta, quia ibi iuramentum repręsentando legitimam ętatem, tollit impedimentum ętatis, sed non consensus, vt no. supra de rescinden. vend. l. 2. Ad secundam partem oppon. quod tex. sibi contradicat, dum dicit solet, &c. & licet &c. Sol. ut in glo. & tene illam solutionē, quod pretium pręteritarum operarum potest patronus petere, nō futurarum, secundum Iac. But. Item opp. q libertus non teneatur alere patronū, vt l. si quis a liberis. §. si quis. ff. de lib. ag. Solu. vt in gloss. Item opp. de l. libertus. ff. eod. Solue vt in gloss. secundum Iacob. Butr. litera legis hic est ęquiuoca. & ideo intelligitur dupliciter. scilicet in exactione operarum, & tunc exponitur diuersum, scilicet a iure succedēdi, vel exactione mercedis, & tūc exponitur ibi diuersum, scilicet, a reuerentia, vel dic, q in casu necessitatis, quicquid exigat patronus, nil perdit secundum Nico. h de Mat. extra no. h in glo. ubi. i. statim post, q qñ aliquid debet fieri certo tempore, intelligitur illo tempore factum, quod est immediate factum ante, vel post, † quia in iure nostro idem tēpus capitur pro toto tempore, quod actui est necessarium, & cohęrens. † Secundo no. i ea eadem gl. quod dicitur donatum K filio tempore emancipationis, quod donatur ante emancipationem, vel post incontinenti. facit de priui. cre. l. si ventri. §. fin. & q sit eodem die, & loco præsumitur factum eodem contextu: l qa non pręsumitur interuallum temporis, vbi habet actum vitiare, facit qđ no. ff. fa. erc. l. item Labeo. §. 1. & j. de col. l. vt liberis, in fi.

Vltimo

ADDITIONES.

a Oppo. Ad primum dictum. Vide inf. ad fi. huius leg.
b Petatur. Vide hic per Bar.
c And. Barb. Modo solet dubitari. An quolibet pactum nudum vestiatur iuramento. vide Mod. ff. de verbor. obligat. in l. 1. & Bal. in auth. sacramenta, supra si aduers. ven. Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. Bal. in l. cum aliena, supra de arb. Angel. in l. iurisgentium, §. quinimo, ff. de pac. d. Ant. in capit. cum contingat, de iureiur. & not. quod pactum constitutum non conualidatur iuramento, nec dicas oritur actio si est nudum a causa l. iurisgentium, §. sed cum nulla, ff. de pact. Bal. in l. petens supra de pac.
d Pactum nudum. Vide quæ plene dixi post Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. sed quod vestiatur, videtur tenere Bal. in l. fi. infra de donat. In contrarium Bar. hic, q tenet, quod sit speciale in liberto, & quod non vestiatur, tenent etiam Bald. & Sa. hic. in auth. sacramenta, sup. si aduer. uen. & Inn. in c. cum contingat de iureiuran. in illa q. an oriatur actio ex iuramento, licet ibi Ant. contra, cum quo Ang. per rationem suam concor. cum And. in d. l. si quis pro eo. allegans Host. in c. quintauallis, de iureiur & l. si quis maior. sup. de trans. & Adde Bal. in c. 1. §. item sacramenta, de pa. iur fir. per Lu. Ro. in l. 1. de ver. ob. & ip. in rub. eo. tit. tenet, quod vestiatur per d. l. si quis maior. vide per Bar. in d. l. si quis pro eo. in 6. membro per Sal. hic.
e Contractu simulato. Et an declarare, quod tale iuramentum non valeat spectet ad Episcopum tantum, vel etiam ad iudicem secularem, vide Bal. in d. l. emptione, an causa iuramenti spectet ad iudicem secularem vel ecclesiasticum, scripsi in disput. mea Sigismundus in vlt. dubio, & per Io. An. in c. laicus, extra de foro comp. & adde, quod quando recurritur isto casu ad iudicem ecclesiasticum pro relaxatione iuramenti, quod etiam erit postea iudex super ipsa stipulatione & super contractu principali, secūdum Bar. no. in l. ordinarij, supra de rei ven. & Bal. hic, quod non requiratur relaxatio, adde Bal in l. neque, infra eo. & in l. 1. vlt. q. sup. de inoff. do. Adde tamen, quod vbi intercessit metus & nimia reuerentia, requiritur absolutio a iuramento secundum Bal. in l. pen. in 1. q. 1. de eo. & quod ratione iuramenti causa deuoluatur ad ecclesiam, vide Bal. in l. 1. cum concord. supra de reb. cred.
domum facere ad certum terminum, etiam postea faciendo liberatur. ff. de ver. ob. l. si insulam, & l. si ita stipulatus essem abs te cum l. seq. & ff. locati, l. si in lege, §. colonus. Paucis enim dieb. cessasse non nocet, maxime si fuit impeditus in veniendo, vel in suo itinere prosequendo, argum. ff. de publicanis. l. Cæsar. Solutio, cum quæritur, an ille debeat præstare operas, a quas si non præstitit vno tempore, possit præstare alio, sic dicas quandoque ex illis operis debet resultare aliquod certum corpus, cuius figura, & qualitas eadem esse potest vno tẽpore sicut alio, vt puta, promisi ędificare domum, vel scribere librum tunc, quia domus est eiusdem qualitatis, si postea fit, sicut prius, & liber est eiusdem substantię, & æstimationis, potest opera præstari post tempus, quia eius forma, vel qualitas non consistit in tempore, nec in commẽsuratione temporis: vt d. l. si insulam, & l. si ita stipulatus. Quandoque ex illis operis non debet resultare certum corpus, & tunc, aut est certum tempus limitatum operi, quo ad prin. & finem sui, ita quod sit de forma contractus, & tunc, quia pactum temporis est pactum formę, vitiat, nec potest poni tempus pro tempore, quando tempus dat esse rei, ergo potestas, de quo queritur, debet sibi imputare casum, ff. de condi. ob cā. l. si pecuniam, in prin. J. de re mil. l. I. lib. 12. Non obst. l. Cæsar, quia ibi casus allegatur ad accusationem, non ad alterius obligationem, & quod potestas, qui non venit in termino possit respui, nisi steterit per aduersarios, vt extra de iud. c. si ponit Bar. ff. de verb. obl. in l. & ideo hæsitatur, & quod non debeatur salarium, nisi post administrationem, ponit Bar. ff. de don. l. absenti, & quod qui non administrat, salarium non habeat, patet, ff. ad mun. l. Tiro medico. tamen debetur salarium etiam pro dieb. itinerum, quia pro diurna opera debetur, vt no. Bar. in d. l. suo uictu. ff. eo. Et est rō, quia tempus absentiæ pro seruitio computatur, vt not. ff ex qb. caus. maio. l. qui mittuntur, §. pen. non tamen si quis de sero discedat, b totum diem computat, vt ff. de ann. leg. l. 1. aut non est tempus operæ limitatum a contrahentibus, & tunc, aut est limitatum a natura, ita quod a tempore pendet effectus rei, & tunc nō succedit tempus tempori, secus si inde non pendet effectus. ff. de vsufr. leg. l. si vsusfructus mihi in biennium. ff. de cōh. emp. l. si debitor, §. verisimile. ff. de verb. obl. l. inter stipulantem. §. sacrā, ff. de statulib. l. seruus, §. seruus, J. de condict. insert. l. cum quidā, & ff. loc. l. si vno. §. item cum quidam, in fin. mag. glo. † De Berroariis siue famulis potestatum īfirmis occasione officij, vtrum illis debeatur salarium? dicit Bar. quod non in l. opera, ff. de vsufruct. leg. quia esset eis lucratum salarium, cum operas non impẽdant, quod est contra naturam contractus locationis, & conductionis, quæ vult implementum hincinde. Item quia opera consistit in futuro, & impedimentum contingens in futuris pertinet ad incommodum impediti, quasi nondum perfecto contractu, argumen. ff. de peric. & commo. rei vend. l. necessario, & quia videtur habere conditionem, & tacitam distinctionem tẽporis, scilicet, quatenus operatum sit, vt l. si seruus communis Męuij. §. fin. ff de stipul. seru. Nunc extra prædicta, quæ ad operas proprie pertineant, dat mihi Cyn. causam tangendi aliqua, quæ post eum per Barto. preceptorem meum fuerunt aliqualiter, sed non plenarie, tacta. † Quæro igitur primo de tali quæstione, pater emit quendam redditum ad uitam suam, & filij, quæritur, vtrum uiuo patre filius habet aliquod ius in reddito? dic, quod non. & idem in emphyteusi, & feudo, quia copula cadens inter ea, quæ habent in se ordinem temporis, & rationis, intelligitur secundum debitum ordinem, non simpliciter, ff. de lib. & posthum. l. Gallus. §. 1. & probatur, quia si pater stipulatur operas sibi, & filio, patre uiuente, nihil debetur filio, ff. eod. l. ut iurisiurand. §. si liberi. & l. nihil. Sed hic quæritur, si filius non est hęres patris, an mortuo patre aliquid filio debeatur? Respondeo in feudo dic, vt dicam, J. vnde lib. l. qui se patris. In emphyteusi; dic, sicut dixi, sup. de sacrosanc. eccl. authen. si quis ruinas. In alijs dic, vt l. si tibi, §. si pactus, ff. de pact. in gloss. [illegible]. † Sed dubitatur de tali quęstione, concessum est regnum c Domino Carolo, & suis hęredibus, ita quod semper perueniat ad primogenitum, modo primogenitus decessit superstite patre, & filio, deinde Rex decessit. Queritur quis succedit. an filius Regis, an filius primogeniti, qui est nepos Regis? Solutio dicit Richar. Malumb. & Cyn. & Bar. post eos, quod filius Regis succedit in Regno, excluso nepote, J. de bon. mat. l. si uiua matre, quia non debet nepos Regis pręferri filio Regis, per illum textum. d Sed hanc quæstionem. Nicol. de Matarel. aliter decidit in l. fin. de iurisdictio. omnium iudicum, in fine sui commenti, sic distinguens, quod aut sciri potest intentio concedentis ex verbis, vel ex consuetudine regionis, vel ex consuetudine cedentis, & tunc seruabitur, quod actum est. Si autem hoc apparere non potest, si quidem hęc iurisdictio est feudum, & iure feudi concessa tunc pertineat ad nepotem, quia sic est in quolibet feudo, vt nepos succedat auo in locum sui patris, vt in usibus feudorum, de successione feu. c. 1. circa principium, & ibi nota. Si autem non erat feudo data, tunc magis ad filium debet pertinere, quam ad nepotem, argumen. eius, quod dicitur de iure patr. vt ff. de bon. libe. l. si libertus præterito patrono. §. primo, de op. lib. l. a duobus, & de legi. tuto. l. tutela, §. si duo, quia talia non iure successionis, siue hæreditatis veniunt, sed ex proximitate liberorum, vt d. §. si liberi, secundum Nicol. de Matarel. cuius membra non videntur vera, cum in regno Siciliæ successerit Robertus, & non filius primogeniti, vt dicitur declarasse Bonifacium, & patet in cap. pastoralis, de re iudicata, in Clem. de hoc alibi late dicam, scilicet in lege, cum in antiquioribus, & ibi videas infra de iure deliberan. Item secundum membrum e non videtur verum, & contrarium fuit determinatum istis diebus de Regno Angliæ, nam ex persona filij debeatur tantus honor nepoti. Nam primogenitus viuo Rege, erat quodammodo Rex, & sedebat ad dexteram patris, vt nota. septima quæstio. 1. cap. quam periculosum & facit cap. grandi, de supplen. negligen. prælatorum, & de voto. cap. licet. Ista ratio habet locum etiam in feudo, ideo nescio, an Papa Bonifacius determinauerit veritatem, & ideo in illo cap. pastoralis, sunt quædam dicta quę sapiunt, & quædam quæ non sapiunt veritatem iuris, & Papa ibi fuit partialis, magis quam qualis esse debuerat. † Modo formatur hic alia quæstio. f Rex Francorum concessit cuidam nobili castrum in feudum dicens concedo tibi, & tuis hæredibus, qui nobilis decessit sine liberis superstitibus agnatis. g Dominus Rex dicit feudum ad se reuersum: agnati negant, quæritur quid iuris? glos. in l. ex facto, §. fin. ff. ad Trebellianum, est pro domino Rege. Idem Dyn. in l. in cōuentionibus, ff. de verborum sign. & probatur in cap. primo, §. & si clientulus, de alie. feu. colum. x. & Bart. in dicto, §. si liberi. Sed Iacob. & Petr. dicunt ad omnem hæredem transire, ubi nomen hæredis exprimantur ab homine, quia fit ad ampliandum, præcipue quando profertur a Rege, in quo præsumenda est liberalitas, argumen. ff. de donatio. l. filius. Sed si tacite intelligitur a iure ex natura feudi, tunc secus, vt in contrarijs, sed opin. glos. & Dyn. est verior, quia natura feudi semper videtur inesse, etiam si nomen hæredis exprimatur ab homine, nec est verum, quod fiat ad ampliandam, sed ad specificandam naturam feudi, argumen. ff. mandati. l. qui mutuam, & ff. de assignan. lib. l. alimentorum. † Denuo quæro. Imperator concessit cuidam nobili iurisdictionem in quodam castro, non dico in feudum, sed simpliciter, an intelligatur concessio realis, an ad vitam tantum? Bartol. dicit, quod realis h argum. de const. principum, l. beneficium, ita no. Bartol. in l. pater, ff. de seru. le. Tu dic, quod aut est simplex commissio, & est in personalis, de offic. del. c. vno delegatorum. Aut est concessio. & tunc aut est facta dignitati, & est perpetua. Idem si territorium territorio sit cōcessum, de inst. c. cum venisset. Aut est facta personę, & tunc est psonalis, ff. de seru. tit. gña. l. vt pomum, & de seruit. rust. pręd. lege pecoris. Aut dubitatur, & tunc

ADDITIONES.

a Operas. Adde Bart. in l. si vno, §. Item cum quidam, in fi. ff. loc.

b De sero discedat. Adde quod no. Bar. in l. de diuisione, in fi. ff. sol. mat. & ibi Dyn. alleg. illam l. ad id quod alleg. Barb. hic.

c Concessum est regnum. Vide Bartol. in authen. post fratres, infra de leg. hæred. & ibi dixi.
Cels. Tu dic ad quæst. De qua hic per modum summarij discursus, quod communis opin. est pro nepote contra filium, vt not. in l. maximum, de lib. præt. Card. in clem. pastoralis, extra de re iud. Fran. Por. in tract. de duobus frat. par. 3. q. 54. Ant. Cors. in tract. de succ. ab intest. col. 34. Pau. de Cast. cons. 159. licet Alex. consil. 4. vol. 4. dicat contra, & male.

d Sed hanc quæst. Vide de hac l. per Io. And. in add. Spe. in rubr. de feu.

e Andrea Barb. Secundum membrum, Vide Bald. in leg. ex hoc iure, ff. de iust. & iur.

f Alia q. Per Bar. in l. Gallus, §. Etiam si parente viuo, ff. de lib. & posth. & Bald. in l. etiam, & ibi Io. de Imo. in prin. ff. sol. mat. sed Iac. de Aren. ibi, & Pet. de Bel. Per. dicebant contrarium, quando dictum est de hæredibus, secus si simpliciter tibi conceditur feudum, & male, per c. 6. in tit. si de feu. fuer. contr. inter dom. & agn. & refert Bald. hic, & hic etiam per Cyn. ad cap. si posset responderi, prout hic respondet Cyn. ad l. ex facto, §. si hæres, ff. ad Trebell. placet mihi opin. communis per Innocen. per Bald. in d. l. etiam, & ad hoc adde Bald. in l. 2. in 49. q. ff. de rerum diu.

g And. Barb. Agnatis. Si conceditur castrum in feudum Titio, & hæredi suo, an transeat ad agnatos, vel ad hæredem extraneum? vide casum singul. secundum Bald. in cap. 1. hic alleg. & in l. etiam, ff. sol. matr. qui tenet opi. Iac. & Pet. quod trāseat ad hæredem extraneum, arg. l. sæpe. ff. de verb. sig. & contra eum Mod. in d. l. etiam, allegant text. in cap. 1. §. Titius, quod est si. si de feu. fue. contr. inter dom. & agn. vbi in contractu feudali fuit facta mentio hæredis, tamen intelligitur de filio quod no. Sed fallit, nisi fuisset dictum quibuscunque hęredibus, ita tenet Bald. in l. 2. ff. de rer. diu & c. 2. de prohib. alie. feu. per Fed. arg. l. in conuentionibus de verb. sig. & videtur in cap. 1. de feu. non habente naturam proprij feu. & fallit, nisi sit feudum pro quo quis non sit obligatus ad seruitium, quia in isto feudo succedit fœmina, quæ alias prohibetur, vt cap. 1. §. hoc autem notandum, qui feu. da poss. & cap. 1. de success. frat. & est casus sing. in c. 1. de cap. Conra & refert Bal. in cap. 1. §. est, & alia, quæ fuit prima causa benef. amit. quia ex quo succedit fœmina, eadem ratione extraneus, quando nisi præstetur seruitium reale. ita dicit Cyn. in authen. ingressi, sup. de sacros. eccl. quinto, nisi sit feudum emptionis iure quæsitum, vide Mod. in l. etiam, ff. sol. mat. Bal. in c. significauit, de rescr. Lud. Rom. consi. 358. ubi loquitur de fœmina tertij ordinis, an succedat in feudo. vide in consi. in fœmina succedat in feudo, & cons. 30.

h And. Barb. Quod realis. Si feudum concedatur simpliciter, an ista concessio sit realis, vide quod no. Bal. in l. omnes, sup. de sacros. eccl.

tunc vr potius commissio, q̃ concessio, quia talia non consueuerant concedi, nisi cum maxima deliberatione, vt no. in l. humanum, s̃. de legi. & quia in ardua videtur electa industria, & sicut merum imperium non delegatur, ita non transmittitur, & pro hoc facit. c. j. de feu. Mar. coll. x. Aut non est mera concessio, sed cessio, & vera translatio, vt si Baro vendit suum territorium, vel 27 donat, tunc est realis, vt leg. si pactum, de prob. cum sim. † Quæro, nunquid filij a inæqualiter instituti in allodialibus æqualiter succedant in feudo. dicit Iaco. de Are. quod sic, in d. §. si liberi, & 28 idem videtur in emphyteusi, vt inf. dicam. † Quæro ulterius b quid si filius renunciauit hæreditati paternæ, & vult bona emphyteutica, quæ pater recepit pro se, & pro filio, an potest? dic, q sic, de inof. test. aut. vnde si parens, argum. s̃. de vsufr. l. fin. secus si dixisset pro se, & suo hærede, in Auth. de non alien. §. emphyteusim. sed in feudo dic, vt dicam in leg. qui se patris, J. vnde lib. 29 † Sed an quando c non requiritur, q sit filius, & hæres sufficiat, quod sit hæres in re certa? Bart. consuluit, & in illa q̃one erãt, ut ipse refert, duo dubia. Quidam receperat emphyteusim pro se, suisque filiis legitimis masculis, & fœminis, quæritur an debeãt d pariter admitti, vel primo masculi, deinde his deficientib. fœminæ, in feudis est expeditum, quia fœminę admittuntur demum deficientibus masculis. a. coll. Episc. vel Abb. c. j. Sed illud est propter consuetudinem feudi, quæ inuenit numen & naturam feudi, non sine ratione, quia in virili officio, propter quod feuda sunt instituta, fœmina est extra ordinem, & ideo ordinarium auxilium præfertur fœminę, quæ, vt ita dixerim, est actio subsidiaria, sed in emphyteusi, sicut in locatione æqualiter par-30 tiuntur, ut ff. de pact. leg. tres fratres. † Sed quid e si est statutum, e q filia cum masculo patri succedat? Respõ. masculum præferri, quia verba 2ctus debent intelligi, secũdum ordinem iuris communis, vel municipalis secundum Bar. argum. ff. de acq. hęr. le. si duo. & quod no. Cy. J. de iure deli. l. fin. §. in computatione. Istud est uerum, si statutum disponit specialiter de forma succedẽdi in emphyteusi, sed si disponit de vniuersali successione, tũc, aut emphyteusis transit cum vniuersitate, & idem. Aut est propria dispositio per se stans a iure hæreditario diuisa, & tunc statutum nihil loquitur de hoc, vt ff. de verb. sig. l. verba contraxerunt, & ideo in themate prædicto male dicit Barto. si pro filio tanquam filio pater recepit. Si autem tanquam pro hærede, tũc ordo succedendi in hæreditate dat ordinem succedẽdi in emphyteusi. ſ. 31 ab intest. Ex testamento autem dic, vt statim dicam. † Secundum f dubium est ex testamento, si emphyteuta f masculum institui g t hęredem uere, & proprie g i. vniuersalem, filiam vero im-h proprie. i. in re certa, an filia succedat h cũ fratre. dicit Bar. q sic. et si pater prohibuit filiam plus petere, q̃a ista prohibitio non respicit bona emphyteutica, & si respiceret, pater non potest priuare eam lege 2ctus, nec grauare eam, ex quo non h̃et vltra legitimam, secundum Bar. Item quod illa verba, q plus nõ possit petere, intelliguntur de bonis defuncti, secundum Bar. in d. l. ut iu-32 risiurandi, §. si liberi, ff. de ope. lib. † Attende tu, si pater recipit emphyteusim pro se, & filijs simpliciter, non dicendo hæredib. non est vis, si sit filia instituta, vel non, & ideo qõ non procedit, q̃ñ nõ requiritur, q sit hęres. Si vero dicit, hæredib. sol. q. est falsa, quia cum verbum hęredib. intelligatur proprie. i. de quota institutione, ff. de eden. l. q̃dam, §. is autẽ. non continetur res certa hæreditati noĩe, quia nomen hoc. l. hęredib. non tam demonstrat, q̃ distribuit, & in nullo hẽs quotam nil põt proportionaliter distribuere, vel sortiri, J. de imp. & ali. subst. l. j. aut ergo qõ nulla, aut decisio Bar. falsa, & licet alleget Spec. non loquitur pbabiliter. facit quod no. s̃. de rei uen. l. cum a matre, & ideo mortuis masculis sine liberis, post emphyteusim eis infixam, res ad ecclesiam reuertitur libere, & filię institutę in re certa, tanq̃ non consorti, non accrescit, quia consortium est radix, & fundm iu-33 ris accrescẽdi. ff. de vul. inbst. l. ex facto, §. fin. † Item in eo, quod i dicit, q prohibitio non refertur ad emphyteutica, i non dixit verum in emphyteusi hęreditaria, quæ potest vni concedi per patrem, quia est ius patrimoniale, sicut nec dicit verum in superficiario, vel colono, vt s̃. loc. l. viam veritatis. Instit. de loc. §. adeo. sed si non per successionem, sed sola morte, i. quodam mortalitatis ordine defertur ex 2ctu, tunc illa verba, q non possit plus K petere, nõ obstant petenti ex alia cã, non ab hærede, k sed a dño qui concessit hanc emphyteusim, vel ab hęrede, nõ ut hr̃de, sed tanq̃ a quolibet possessore per rei uendicationem. ff. ad exhi. l. de eo. §. fi. de re iud. l. Nesennius. §. fundum, & de pet. hęr. l. nõ tm̃, 34 §. fi. † Sed dubitatur, an si sit filia instituta vltra legitimam suam, & dotem matris, & prohibita plus petere, possit petere dotem maternam? & vr̃, q nõ, pp animum compẽsandi, qui præsumit ex hac adiectione. s. de lę. ae. l. si adulta. Bar. dicit 2trium, q̃a petit vt æs alienum, vt d. §. si liberi. Pro Bar. alleg. l. p̃tor, §. emancipatus. ff. de coll. bon. ad hoc. s̃. de inof. test. l. si qñ. §. fin. & quod not. ff. de transl. de his. per Guil. de Cu. Attẽde tamẽ, q aut dixit simpliciter, q non possit plus petere, & tunc vr̃ animo compensandi relinquere, & clausula, uẽr aliquid operari. ad leg. Fal. l. si debi-l tor, aut apposuit verbũ super bonis suis, l & tunc, q̃a quod peut est extra bona testatoris, quia ista sunt æs alienum, non ur̃ phibitio trahi ad ęs alienũ, & ita põt intelligi dictum Bart. Vel dic, aut testator erat debitor speciei, & tunc non fit cõpensatio, aut quantitatis, & tunc, aut testator habuit respectũ ad bona ppria, ut quia dixit relinquo filiæ meę pro sua legitima centum, & q non possit plus petere, & tunc non phibetur petere dotẽ mẽnã. Aut dixit, relinquo centum pro oĩ iure, quod posset p̃tendere super hęreditate mea, & q non possit plus petere, & ce. & tunc nil petet. Si aũt res est in obscuro, cũ ista prohibitio sit q̃dam puisio facta hęredi vr̃, late eam interpretor, sicut p̃legatum. ar. ff. de re. iu. l. in testamẽtis. & sic aĩo 2pensandi factũ interpretor nõ obst. d. l. p̃tor, §. emancipatus, vbi noĩe bonorũ suorũ nõ includit dos vxoris, quia illud est s̃m significationẽ uerborum legis, sed hic sumus in interpretatione extẽsiua uerborũ testamenti, q̃ latius accipiunt. l. cogi. in prin. ff. ad Treb. & de dictione sup. uide J. cõia de leg. l. j. in uer. sup his. Si aũt testator diceret, non possit plus petere de bonis meis, tunc non includit, ne petat de alienis l. j. §. nũc uideamus. ff. de 2iun. cum eman. li. nã dictio, de significat decisionẽ. i. q ut aliqd decidit ab alio, vt frustũ a carne, sed dictio, super, significat accessionẽ, & ideo non sunt eiusdẽ significationis, qd ergo si filia cedit oĩa iura, q̃ hẽt super hęreditate, vel bonis patris, an uideatur cedere iura dotis maternę; & vr̃, q sic, si dicit super hęreditate, secus si dicit sup bonis, s̃m Bart. Tu dic hoc scdo casu, q̃ñ dixit sup bonis, q si nullũ ius hẽbat nisi dotis, illud ur̃ cedere, ne inutilis sit cessio, sic de fun. inst. l. fundus, q locatus. Si aũt habebat aliud ius, & tunc, aut cedit ius in bonis ex 2ctu stricti iuris, & restringit vocabulum bonorũ, vt non includatur ęs alienũ, aut ex bonęfidei, & tunc late interpretatur, qd̃ non placet, vt ff. de iur. do. l. mulier bona. & l. subsignatum. §. bona, ff. de verb. sig. & hoc uerum, nisi pro cessione sit datum pretium, nã tunc ex quantitate pretij ęstimar̃, ut no. ff. de super fil. l. 1. §. 1.

ADDITIONES.

a Filij. Vide tamen Bal. in d. § si liberi. & in auth. si quis, sup. de sacros. eccl.

b Quæro vlterius. Vide gl. & Bar. in l. item uidendum, §. fi. de pet. hęr. & in d. §. si liberi, & Bal. in auth. si quas ruinas, sup. de sacros. eccl. ubi late, sed pone, concedo tibi castrum, ut habeas pro te, & tuis descendentibus masculis, alias reuertatur ad me, decessisti cum unico filio masculo, qui decessit sine descendentib. masculis, an castrum reuertatur ad me? Cy. & Bal. in auth. sed & si quis, in 6. col. sup. de in eccl. imp. tenent, quod non.

Adde quid si ex conuentione in concessione feudi, facta, debeat esse filius, & hæres & ipse vult renunciare hæreditati paternæ, vide quod posuit in apostil. ad titulum in authen. unde si parens, num. 6. ver. inducitur, in versi. emphyteusim, supra de inoffi. test.

c Sed an quando. Vide plene no. per Bart. in d. §. si liberi, & Bald. in auth. si quas ruinas, sup. de sacros. eccl. & inf. videas.

d Pariter. Vide Barto. in d. §. si liberi, & scripsi post Imo. in l. Gallus, §. 1. ff. de libe. & posthum.

e Sed quid. Vide Barto. in d. §. si liberi, & mihi placet multum opi. Bald. hic, & uide Bal. in auth. si quas ruinas, in 6. col. sup. de sacros. eccl. & Sal. in l. 2. in 17. q. supra de iure emphyt. & Ang. in cons. 191. ubi tenet cum Bar. & no. q Doct. Bar. & sequaces, cum vr̃ esse contra communem opi. in l. Gallus, §. quidã recte, ff. de lib. & posth. dum alleg. c. Ray. & c. Raynal. extra de testam. contra quæ ista dixit Bart. in d. §. quidam recte, dixi in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Treb. & sic videtur melior Doct. hic Bal. & Sal. in l. 2. uide tamen Io. de Imo. in d. §. quidam recte, in fin. ubi post Ang. uidetur etiam dicere in contractibus, contra inductionem, quam fecit, de c. Raynal. sed ibi responde post Ang.

f Emphyteuta. Bar. ponit in d. §. si liberi, & Bald. in d. auth. si quas ruinas, & Bald. & Imo. in l. ex facto, [illegible] unde, in vers. vlterius iuxta prædicta, per duas col. ff. de hæred. insti. & ibi qu[illegible] filio instituto in legitima, & in l. Gallus, §. etiam si parente, vbi per Ang. & Imo. ff. de lib. & posthu. quid autem si fuit accepta pro se, & suis successor. Bald. in l. quædam, §. nihil, ff. de eden. dicit, quod non ueniret hæres in re certa, & uide Bald. inf. eod. l. ver. sed quid si quidem, & ver. sequ. & Pau. de Cast. in [illegible] nihil, & Imo. in c. potuit, extra de locato. & Ang. in consil. 191. & sequ.

g Proprie. Vide per Bar. inf. in antep. col. & fi.

h And. Bar. An si filia succedat. An filia instituta in re certa æqualiter succedat in emphyt. cum fratre. vel instituto, not. hic, de facto concessa fuit ciuitas [illegible]. & hæredibus suis legitime descendentibus, an ueniat filia instituta in dote, vr̃, q non, per id, quod hic dicit Bald. facit, quod not. Sal. in l. quoties, de hær. insti. infra vbi hæres institutus in re certa dr̃ quoddam medium inter hæred. & legatarium. ego consului per Doct. Bar. hic alle. & per eundem Bal. in l. ex facto, ff. de hær. inst. vbi dicit, q venit filius, vel filia insti. in legitima, licet hic aliter loquatur, quod perpetuo no. uide Fed. de Sen. in cons. 219. & D. Pet. de Anchar. in c. 2. de iu. pa. vbi filia instituta in testamento particulari potest eligere una cum fratribus in iu. pa. & uide quod pulchre no. Ang. ff. de pet. hær. sed Bal. in l. quædam, §. nihil, tenet contra, ff. de eden. vide quæ dixi in c. cum iclm, de iure pa. uide Ang. in l. quędam, §. nihil, de eden. ubi tenet, quod comprehenditur filia instituta in dote, in re quæ transit ad filios, vide pro ista q. quæ dixi in consi. hoc Ferrarię contra illos de Vayro. & quæ etiam dixi in consil. pro D. Ant. Maria scriptore apostolico, uide Bal. in auth. si quas ruinas, sup. de sacros eccl. in l. pen. sup. de hær. act. & in authẽ. unde si parens, sup. de inoff. testa. & in consil suo prope. fi. uide Ang. in cons. 181. D. Pet. in Clem. 2. de iure pa. & in c. potuit, de loc. & in cons. 119. & in cons. 319. & & in cons. 313. Io. de Imo. in d. c. potuit, ad fi.

i Emphyteutica. Vide quod no. Bar. in auth. si quas ruinas, sup. de sacros. ecc. & in l. quoniam nouella, sup. de inof. test. Pet. de Anch. in cons. 306.

K Hærede. vide Bal in l. 2. in fi. sup. de iure dot.

l And. Barb. Bonis suis No. de istis verbis, de bonis suis, uide Bal. in §. si pater, in l. 1. inf. de his quæ poen. nom.

35 §.1.† Sed an ista actio, & ꝙ plus petere non possit connexa vni a legato intelligatur reuocare alia legata eiusdem testamenti? dicit Bart. ꝙ sic, si sunt relicta vniformiter, secus si difformiter diuersis causis. & tpib. ff. de leg. 3. l. Paulo Callimacho. §.1. & l. fidei commissa. §. si quis ita, per Bart. Attende, quia ego dico, ꝙ legatū relictum in eadem voluntate, non intelligitur adimere, arg. ff. de cond. & dem. l. non ad ea, nisi expresse de legatis fecerat cōmemorationem, arg. l. talis scriptura, ff. de leg. 1. sed si esset relictum in alia voluntate, tunc præsumitur ademptio. nisi aliqua coniectura sit in ɔ̄trium, vt d. l. Paulo Callimacho, & facit quod 36 no. in simili, ff. de ɔ̄h. emp. l. pacta conuenta.† Sed quid b si quidam extraneus dicit ita, lego hæredib. Titij decem, an contineatur filia instituta in re certa? Rñd. ꝙ aut sensit de hærede. i. de vlt successore, & non continetur. de hær. inst. l. quoties. aut de hæredib. i. de filijs. & continetur, vt ff. de vsuf. accr. l. si quis Titio. Aut dubitatur, & tunc late intelligo vltimam volunt. vt intelligatur de filijs etiam ex re certa hęredibus, & fiat diuisio utiliter, ar. de inof. test. l. 3. & not. in Spe. de test. §. 1. ver. item pone. A. sed aliud in ɔ̄ctu, si quis recipit emphyteusim pro se, & suis hęredib. Nam ex tali ɔ̄ctu institutus in re certa, sicut non obligatur ad pensionem, ita non agit, vt sic nec actiue, nec passiue in eum descendat oblo, vt no. s̄. de rei vend. l. cum a matre, & d. l. quoties ne ɔ̄ctus claudicet, & ad hoc facit. ff. de verb. obl. l. continuus. §. fin. & ff. de 37 pact. l. auus, in gloss.† Quæritur c de eo, qui pręscripsit feudum, c vtrum feudum acquisitum ex præscriptione transeat ad hæredem? Rñ. cum præscriptio nō contineat qd diffinitum ab hoīe, sed contineat id, ꝙ diffinitum est a iure, vel consuetudine, qa ęquiparatur pacto tacito simplr, vt not. in l. 1. s̄. de ser. & aqua. & ideo hi tacite includuntur demum, q ueniunt ex nā feudi ɔcessi sim-38 plr. ar. de uerb. sig. c. super quibusdam. §. præterea.† Quæritur, an d hęs d feudatarij sit periurus non faciendo seruitia? dic, ꝙ nō, nisi ipse iurauerit. nam iurm̄ defuncti, non trāsit ad eum. de iureiur. c. veritatis per Inn. & ideo hæres dēt reuocare iurm̄. de vsufr. l. si cuius. in princ. in gl. Quid significant ista verba, concedo tibi, & cui dederis? Rñ. vt in c. fundum, si de feu. defuncti col. x. ar. ff. de 39 seru. urb. præd. l. cum oēs, §. fin.† Quid significant ista verba, cōe cedo tibi, & cui e uis dabis? Rñ nil aliud importāt, nisi puram, & meram feudi naturam, quia ad ius se retulit pactum, & uide in simili. ff. sol. mat. l. Caius, per Bart. & uide J. de ɔ̄hē. & com. stip. l. fin rñsum. per ista verba, prior de iure legis erit, prior ēt per legem conuentionis, vt l. qui mutuā, ff. mand. vbi gl. dicit, pactum tacitum ius cōe est. & facit, ff. de leg. 3. l. cum quis decedens. § pr̄ emancipato. Sed pone, ꝙ frater renunciauit fundum fratrib. postea illi decedunt absq; hēdib. an est aperta uia dño feudi? videt, ꝙ non, per not. in l. auus. ff. de pact. per Guil. in ɔ̄trium facit. s̄. de inof. test. l. si in hæredum. in fi. uide x. col. si de feu. fue. ɔtr. c. i. § si 40 Titius.† Et not. quod postq̄ est aperta f uia dño feudi, ex natura f feudi. nunq̄ redit ad feudatarios. x. col. de eo, q interfecit fratrem 41 dñi sui cap. 1.† Item no. g quod feudatarius æquiparatur libertis g facit quod no. de mil. vasal. c. 2. coll. 10. in glo. in verb. reuerentia, & ideo libertas uasallorum non pōt pœna constringi. ff. quare 42 act. nō da. l. 1. §. q̄ onerādæ. ff. de oper. lib. l. si ita stipulatus.† Item h no. ꝙ si in strm̄ dicit, concessam rem in feudum h pro annua quātitate frumenti, ꝙ istud non est proprie. feudum. sed magis est emphyteusis, vel ɔ̄ctus innominatus, ff. de p̄scr. verb. l. naturalis, §. at cum do. Et not. in auth. ingressi, de sac. sc. eccl. in antep. q. p Cy. & ideo ille dēt prestare iurm̄ fidelitatis nec eēsetur iure feu 43 datarij.† Quid ergo i si iste in isto instumēto dicit, quod est facta i concessio sibi recipienti pro se, & hęredib. suis masculis, an transeat ad hæredem suum extraneum masculum? & dicit, quod si quia adiectio masculi de iure, & de facto refertur ad ascendentes, de iure s. scripto, & de facto, s. de consuetudine. x. col. de eo, qui sibi, vel hæredib. suis. c. qui sibi. & vide Bar. ff. de lib. & posth. 44 l. Gallus. §. etiam si parente.† Quæro, K an vasalli possint diuidi K numero inter dños? & vř, ꝙ non, sicut nec liberi. ff. fam. ercisc. l. quædam mulier, de ɔ̄h. empt. l. & liberi. ɔ̄trium seruatur, cū sint in bonis. arg. s̄. commu. utrusq. iud. l. possessionem. sed liberi non 45 sunt in bonis matris. l. naturalis, in fin. de præscri. verb.† Sed l an iudex l ecclesiasticus possit cognoscere de omni fundo? videtur ꝙ sic, propter iuramentum. Tu dic, vt extra de iud. c. cęterum, & c. nouit. per Innoc. dic. ꝙ si dominus agit ɔ̄ vasallum de periurio, quia hoc est proprie crimen ecclesiasticum, ꝙ ecclesia potest de hoc cognoscere. c. fin. de fo. comp. lib. 6. Si autem agit de feudo, & tunc sequitur forum rei, vt l. 2. s̄. de iuris. omn. iud. in l. 2. s̄. vbi sena. vel cla. vbi de crim. agi opor. auth. quia in prouincia, ubi in rem actio. in l. fi. de hæred. actio l. 1. de rescr. c. statutū, §. cum autem. in glo. olim dicebamus. lib. 6. E contra autem dñs de periurio conueniri non potest, quia nihil iurat dominus vasallo, & ideo ecclesia se non intromittit, nisi dominus feudi nō recognosceret superiorem in temporalibus, vt Rex Francorū, 46 & Ecclesiæ denunciaretur ratione peccati, vt d. cap. nouit.† Du m bitatur, m vtrum creditor patroni possit facere capi libertum, vt operatur sibi, & præstet illas operas, quas debet præstare patro n no, & videtur ꝙ sic. n ff. de acq. hær. l. pro hærede. §. si quid tamē 47 & dic, vt ibi no.† Quid de vasallo, vtrum possit capi pro debitis domini, vt soluat creditori cētum, quæ debetur domino? & vř, o ꝙ sic pari ratione, seruato tamen ordine l. o a diuo Pio. ff. de re iud. Et si ex primo decreto ius vasallorum potest capi, ergo ex secundo decreto possunt vasalli dari insolutum, idest ius, quod dominus habet in eis, ad quod præstandum vasalli possunt cogi per capturam personæ, vt s̄. vbi de criminali, vel cohortali. l. 1. & adde huic l. quod dicam. J. tit. seq. l. 1. & l. fi.

ADDITIONES.

a And. Barb. Sed an ista. Tene menti, si testator multa legata fecerat Titio, postea dicit Titio esto contentus tali legato, nec plus petere possit, an videatur adempta facultas residuum petendi? Vide Bar. in l. fideic. §. si quis, ita de leg. 3. & l. Paulo Callimacho, §. 1. & l. vt iuris sint. §. liberi, ff. eo. quem vide omnino.

b Sed quid. Vide Bal. & Imo. in l. ex facto, ver. vlterius iuxta prædicta, per 2. col. ff. de hęr. inst. & quæ dixit idem Bal. sup. in ver. secundum dubium, & dixi post Bal. in l. in conuentionibus, ff. de verb. sig.

c Quæritur. Vide Bald. in l. 2. sup. de iure emph. & in l. 1. in 31. q. ff. de rer. diu. & aliquid per Lud. Rom. in l. 3. §. ex contrario, ff. de acq. poss.

d An hæres. Vide no. per Bal. in l. 1. sup. de reb. cred.

e Concedo tibi, & cui. Vide tex. in c. 1. de eo, qui fe. agn. & quod no. glo. in l. plane, ff. quod cuiusque vni. nom. & in c. 1. de feu. non habente, propr. naturam feu.

f Aperta. Bart. in l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quot. & ęsti.

g Item no. Differunt tamen, vt habes per Bal. in prox. ver. quæro, an vasalli.

h Feudum Vide per Bal. in add. Spe. in tit. de emphyteusi, & Bart. in l. 1. de iure emphy. & quod no. Bal. in rub. eo. tit. & in l. si quam, sup. eod. & expressius, de pace const. in ver. firmellarum, & Spec. in tit. de loc. §. nunc aliqua, ver. 4. in fi. & ver. 5. & Iac. de Bel. in prin. feud.

i Quid ergo, Vide quod no. Bal. & Imo. in l. Caius, ff. sol. mat. & Bal. in l. Gallus, §. et si parente hic alleg. sed secus de Imo. ibi tenet contrarium, & uide in l. ex facto, §. fi. ad Treb. & aduerte, quia Bal. hic continuando ad præcedentia loquitur in feudo. & vide, quod no. Bald. in auth. nisi rogati, inf. ad Treb.

K Quæro Vide Bal. in l. si plures, inf. de cond. insert. & quæ dixi post Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verb. obl. in x. q.

l Sed an iudex. Vide Bart. & quæ ibi dixi post eum in l. 1. & plus operis, ff. de oper. noui. nunc.

m Dubitatur. Vide per Bar. in l. si finita, §. si de vectigalibus, ff. de dam. infe. in 1. q. ad fi. & in 5. q. & Bal. in c. 1. §. rursus, de contr. inuest.

n Andr. Barb. Breuiter, ꝙ sic. No. ꝙ creditor patroni potest cogere libertum eius, ut sibi operetur, uide Ang. & do. meum de Imo. in d. l. pro hærede, §. si tamen, ff. de acq. hær.

o Ordine legis Imo. in subsidium, vt no. Imo. in d. l. si finita, § si de vectigalibus, de damno infec.

LEX XI.

1 *Matrimonium potentius, quam ius patronatus, ideo filij libertorum sunt ingenui.*

2 *Liberta nupta non tenetur ire ad domum patroni causa suspicionis uitandæ.*

1 Quod ex liberta. Filij† libertorum sunt ingenui, & potētius est matrimonium, 2 quā ius patronatus. Not.† quod causa vitādę suspicionis liberta nupta non tenetur ire ad domum patroni, & facit contra dominos suas subditas ad impudia inuitantes, nam per leg. retractare. C. ne fiscus rem quam vendidit, euincat. lib. x. ab omni superioritate ius honestatis videtur exceptum.

LEX XII.

1 *Vxor maritum vagabundum sequi non tenetur.*

2 *Vasalli tenetur sequi dominum, si vires feudorum suppetunt.*

Qui manumittuntur. Liberti possunt morari vbi volūt. & est argum. ꝙ postq̄ monachus est licentiatus, ꝙ transeat ad aliam religionem, non pertinet deinceps ad Abbatē primi monasterij inquirere vbi moraretur, nec eum ad monasterium reuocare, ma 1 numissus. n. est.† Quæro, si maritus est vagabundus, vtrum vxor possit morari, vbicunq; sibi placet, honeste, tñ, & uř, ꝙ non, quia tenetur seq virum, si pōt honeste, cum sit eius familiaris. & domestica, & sequitur virum expēsu uiri, vt ff. de ann. leg. l. Mæuia. a in l. fin. In ɔ̄trium vř, ꝙ non tenetur virum sequi, a vt ff. eo. l. quod nisi, in fi. Cy. dicit, s̄. eo. l. libertę tuę, ꝙ si vxor sciebat a principio virum esse huius propositi, quod debet ipsum sequi, alias vir nō tenetur eam alere, quia non est in eius obsequio, secus si ignorabat, arg. s̄. de spon. l. fi. nam tunc tenetur eam alere, quia non dr̄ stare per vxorem, sed per virum. idem no. Guil. in leg. obseruare, §. proficisci, ff. de off. proc. & hoc est verum, nisi de facili posset virum sequi, quia tunc tenetur sequi ipsum. Ad hoc extra de cōiu. lepro. c. 1. sm̄ Bar. qui ita no. in d. l. Mæuia, & ibi Dyn. ponit de a vasallis, qui tenentur sequi dominum, b ꝙ si vires suppetunt feub dorum, alias non, nisi sumptibus domini. adde quod dixi, s̄. eod. l. liberti, libertæque.

ADDITIONES.

a Andr. Barb. Virum sequi. An vxor teneatur sequi uirum uagabundum, vel bannitum, uide do. meum de Imo. alleg. gl. sing. 13. q. 2. alias 3. cap. 2 bron. alias incipit vnaquæque, in leg. 2. ff. sol. mat. bene facit glo. in c. 1. de coniugio lepro. & in cap. 1. qui ma. accus. poss. 32. q. 2. c. si quis ineuitabili, vide quod no. in l. quod nisi, §. sed qui dies, & l. libert. de oper. lib.

Cels. Tu vide omnino Ant. Cors. sin. sua, in ver. vagabundus, post med. ubi refert do. suum eo apost. meum alle. gl. hic per ipsum alleg. & Io. de Imo. vbi ēt ultra do. suum Bar. alleg. alias gl. & sic Imo. allam pro sin. alle. per errorem.

b Sequi dominum Vide quod no. Bar. in l. si non fortē, §. libertus, ff. de condi. ind. & Lud. Ro. in l. recusare, §. si quis alio, ff. ad Treb. Oldr. in cons. 334.

Adde dicendum, ut per Ant. Cor. in sua sing. in ver. uagabundus, in prox. præcedenti apost. alleg.

L E X XIII.

5 *Receptores bannitorum pro eis debitum soluere tenentur.*

In redhibitione. Qui alienum libertum occultat, tenet loco ipsius ad operarũ præstationẽ h.d. † Et est ar. a contra receptantes bannitos, & debitores, ad hoc vt non capiantur, nec soluant debitum, quod ipsi tenentur pro eis soluere, b ad hoc, j. de exac. tri. l. quoties, lib. xj. & s. de assci. leg. 3. Sed certe speciale est in casibus istarum legum, alias non tenentur ad debitum, nisi vt eximant. ff. ne quis eum, q in ius vo. est. l. pe. §. 1. alias titulus esset superfluus.

ADDITIONES.

a Et est arg. Vide tamen in l. 1. & 2. ff. de recepta. & Io. de Pla. in d. l. 2. & no. Bal. in l. addictos, sup. de epis. aud. per Io. Fab. in §. it. in aduersus, Inst. de act.

b And. Barb. Eis soluere No. q receptantes debitores, ne soluant debitum, tenentur soluere, vide casum sing. in l. 3. inf. de exact. trib. lib. 10. Sal. in leg. admonendi, ff. de iureiu. in rep.

De bonis libertorum, & iure patronatus. *Rubr.*

1 *Ius patronatus, an veniat in generali confiscatione bonorum.*

Super ista rubr. no. quot sunt iura patronatus, & dic, vt inf. eod. l. fi. Et es qb. cau. l. perdantur. ibid. in gl. mag. † Et an ius patronatus veniat g̃nali confiscatione. j. eo le. j. Et quot sint specialia in successione patronorum. j. si quid in frau. patr. l. j. Et an reuerẽtia & honor possit remitti. j. eo. l. fi. & liberto condemnato, quis preferatur, fiscus, an patronatus, ff. eo. l. ... libertus.

L E X P R I M A.

1 *Seruus quicquid acquirit, domino acquirit.*
2 *Ius patronatus non publicatur, sed filijs delinquentis reseruatur.*
3 *Fiscus non habetur loco liberorum.*
4 *Ius patronatus liberis connexum non potest confiscari.*
5 *Bona conditionalia veniunt in confiscationem.*
6 *Filius vasalli delinquentis, an possit feudum perdere.*
7 *Ius patronatus ecclesia vendi potest cum vniuersitate bonorum.*
8 *Pater non videtur remittere ius filiorum.*
9 *Ius patronatus in crimine lesa maiestatis potest transire ad posteros.*

MVltum. Datio pecuniæ, & pactũ de manumittendo cum futuro dño impedit cõtra tabulas. secus si cum præsenti. Item fiscus succedit in iure patronatus. hoc d. Diuiditur in duas part. Nam primo ponit quoddam dictum, cum distinctione, secundo infert ex secundo membro distinctionis, secunda ibi, & ideo, No. quod cũ quis suis nummis emitur, & manumittitur, tunc manumissor non habet ꝯtab. Secundo no. quod aliud est, si habens liberum dñium, & iam plenitudinem iuris fundatum accipit pecuniam, vt manumittat, nam tunc habet ꝯra. Tertio nota q si filius patroni, ad quẽ ius patronatus pleno iure deuenerat, vt hostis publicus condemnatur, q ius patronatus confiscatur, & fiscus habet ꝯtab. tanquã vetus patronus. † Opp. quod seruus non possit hr̃e suos nummos, quia quicquid acquirit est dñi, vt ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. 1. Sol. improprie dñr sui, sic ff. de cond. & dem. l. quibus, §. dominus, & ff. de manu. l. 4. Secundo opp. q dominus, qui accipit pecuniam a seruo pro manumissione, cogatur manumittere, & non dicitur beneficium præstare, quod est ꝯ rationem huius legis, & l. Titius, ff. de obseq. Vnde vr̃ huic legi obstare, j. de liberali cã. l. cum affirmes, Sol. vt in gl. adde quod no. s. de transl. l. interpositas, & ff. de ler. export. l. 3. Tertio opponitur, & videtur, q ius patronatus a nõ publicetur, sed filijs delinquentis reseruetur, vt ff. ad legem Iul. Maie. l. corũ Solutio. hęc lex debet intelligi, secundum illam, quia hic nõ habebat liberos, secundum Rog. sed hęc solutio non placet gloss. quia est diuinatio, & quia lex expresse dicit, q ius patronatus aufertur liberis delinquentis, ff. de interd. & releg. leg. cum qui. Et ideo dic, q aut condemnatio patris infert pœnam filijs, quia pater damnatur crimine perduellionis, & tunc filijs auferuntur iura patronatus, quia omni honore priuantur, vt inf. ad leg. Iul. maiest. l. quisquis. Aut est aliud delictum, ex quo proles innocens nõ damnatur, & tunc ius patronatus remanet filijs, vt in le. ꝯria. Sed ista solutio vr̃ falsa per l. iura, ff. de iure patr. Dic ergo, quod quædam sunt iura patrona. quæ ad hæredem extraneum non transeunt, & ista remanent liberis, quia fiscus non succedit in iure, in quo non possent succedere extranei, vt in legibus cõtrarijs. Quædam b vero sunt iura, quæ transmittuntur in extraneos, & ista confiscantur, vt hic. Non obstat, aut bona damnatorum, inf. de bonis dam. quia respondeas, quod hic loquimur in crimine lęsę maiestatis. † Ex prædicta ergo distinctione diligenter not. q fiscus, licet habeatur loco hæredis, c non tamen habetur loco liberorum, & adde quod notatur, ff. de nouat. leg. nouatio. † Ex hoc patet, quod quædam sunt iura, quæ non confiscantur, vt ius patron. connexum liberis. Item si quis est patronus d ecclesiæ vt notatur in cap. pastoralis. de re iud. in Clem. Item non confiscãtur vsusfructus, e vt s. de vsufr. l. corruptione. in fi. Item non confiscatur feudum. nec emphyteusis ecclesiæ, vt hr̃ in Authen. de alien. & emphyt. §. 1. Item non confiscatur legitima, f si filius delinquit uiuo patre. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. si qua pœna. † Sed quæro, g an in publicationem bonorum veniunt bona conditionalia: & vr̃, q non, vt ff. de noua. l. quoties, argu. ff. de bon. lib. l. si bona, & ff. man. l. si tibi mandauero, §. is cuius bona. In contrarium h facit l. inter socerum. §. fin. ff. de pact. dot. Item non confiscantur dotes constante matrimonio, vt ff. de bonis damn. l. quinque legibus, & ibi no. & extra de pig. cap. ex literis. † Et prædicta faciunt ad quęstionem de vasallo delinquente, an pp̃ hoc filius perdat feudum. dici potest secundum Oldr. q aut feudum fuit auitum, vel proauitum, & non perdit. aut ab ipso delinquente habuit principium, & tunc, aut delictum est commissum in ipsum dominum feudi, & ad ipsum reuertitur, aut in extraneum, & tunc filijs defertur. facit s. coll. si vasallus feu. pri. c. 1. de hoc no. per Dy. in c. non debet aliquis, de reg. iur. lib. 6. & per Cyn. j. de lib. & eorum lib. l. 3. in vlt. q. & dic, ut ibi dicam. & oo. in d. l. cum qui, de interd. & rel. per Bart. & Dy. & j. de reuoc. don. l. 1. per Old. & Nic. de Mat. in gl. & si crimine, in fi. vel dic, secundum Odofr. aut libertus fuit auitus, aut proauitus, aut paternus. primo casu ex delicto patris non transit hoc ius patronatus in fiscum, vt l. ꝯria. secundo casu sic, vt hic, & in corpore, & hęc solutio potest probari, ff. de Sena. l. emancipatum, in fin. & de in ius voc. l. adoptiuum, & hoc est intelligendum de eo iure patronatus, quod transit ad extraneum hæredem, secundum distinctionem scriptam. ff. de cond. indeb. l. si nõ sortem, & libertus, de hoc fit mentio, s. ti. 1. l. libertatus, vt illud tale possit trãsire ad fiscum secũdum distinctionem prædictam. Aliud autem ius quod non transit ad hæredem extraneum, indistincte remanet apud liberos, quia non cadit in extraneum. Et eodem modo potest solui i alia quæstio, quæ est, si patronus remisit liberto iura patronatus, an talis remissio tenet in præiudicium liberorum, videlicet, si est libertus paternus, vel auitus non preiudicet libera. & ad hoc ff. eo. l. diui fratres, & de bo. lib. l. fi. & de adop. l. si arrogator, & ibid. hoc not. & hoc intelligo, nisi liberi sint hęredes remittentis, quia tunc esset secus, vt s. de restit. mil. l. ea quę a patre, & ff. de reg. iu. l. ex qua persona. † Et est hic K argum. quod ius patronatus ecclesię possit vendi cum vniuersitate, vendendo omnia bona, vel hęreditatem patris, & ad hoc est argum ff. de fun. do. l. j. de acq. rer. dom. l. quędam, & de ꝯh. emp. l. in modicis, & in Auth. de sanct. epis. §. si quis oratorij domum, secus si titulo singulari, cum sit res quasi sacra, vt Instit. de emp. & vẽd. §. fi. secundum Odof. Hodie tamen tales res nulli vendũtur, sed renunciatione perdũtur, vt j. ad legem Iul. maiest. l. quisquis, fm Nic. de Mat. hic. Quod Nic. dicit in remittente, non placet Petr. dicit enim, q conuentio patris nocet filijs in omni iure ad patrem deuoluto, vt j. eo. l. fin. & ibi per Cyn. † Tu distingue, q aut liberi sunt hęredes, aut non, & si sunt hęredes, aut in tota, aut in quota, aut in re certa, vt no. s. de rei vẽ. l. cum a matre. vel dic, q in dubio pater non intelligitur remittere ius filiorũ, sed proprium duntaxat. arg. ff. de lega. 1. l. seruum filij. in princ. Et quod dixi de iure patronatus ecclesię, dic vt latius dicam. j. de edi. diui Adr. toll. l. fin. † Item in eo, l quod dixi per l. quisquis, apparet, quod licet ius patronatus nõ esset ꝯfiscabile: tamen crimina lę- lę

ADDITIONES.

a Ius patronatus Vide infra.

b Quædam. Vide Barto. hic.

c And. Barb. Loco hæredis. Quod fiscus habeatur loco hæredis. intellige quo ad obligationem iam contractam, secus quo ad contrahendam. text. est no. in l. quoties. ad fi. ff. de noua. No. non haberi loco liberorum, licet habeatur loco hæredis gl. est fin. secundum Sal. l. intelligitur. §. cum ex causa ff. de iure fisci.

d Patronus. Facit quod no. Bal. in l. venia sup. de in ius uoc. & plene Imo. in l. insulã ff. sol. mat. & vnum uerbum ponit Bar. in l. si ita. §. fi. ff. de lib. & post.

e Vsufr. Vide in l. si finita §. fi de vectigalibus. ff. de dam. inf. & quę infra sequuntur & vide Bald. qui ponit unum Verbum in l. si ita. §. fi. ff. de lib. & posth.

f And. Bar. Legitima. No. q si filius deliquit uiuo patre, non cõfiscatur legitima, an autẽ teneat illã assignare p filio, si statutũ hoc dicat gl. est fi. in rub. de decur. li. 10.

g Sed quæro. Vide glo. & ibi Barto. & Imol. in l. quod traditum. ff. de condit. & dem. ibi dixi post Bar.

h And. Barb. In contrarium. Si condemnatus sit pater, an confiscatur peculium filij dico, quod non, casus est sing. cum gl. in l. 3. §. vtrum. ff. de mtuo. quid econtra vide casum. l. 3. infra de bon. pęscrip.

i Solui. Vide infra sequuntur.

K Et est hic. Vide gl. in l. modicis. hic alleg. & Ino. in c. ex literis. extra de iure pat. & Bar. in l. hanc legem. ff. de contrah. empt. & quod no. Bal. in l. si quis prioris. §. certum, supra de secun. nup. Et de hac q. quando ius patronatus transeat cum uniuersitate, vide plenius Bal. in l. fi. in 11. q. infra de edic. diui Adr. toll. & Pau. de Leaza. in q. inci. patroni ecclesie. & in commento. c. a nobis extra de sen. ex communic.

l And. Bar. Item in eo. Vide do. Ant. in Cle. pastoralis. de re iud. & quæ dixi in c. vergentis de hær.

a læ maiest. *a* non transit in posteros: sed remanent liberti sine patrono, & vr mirabile, quod sint liberti, & nullius tamen sint liberti, simile no. ff. de mino. & l. etiam ei, & l. 4. sed vtrum, & ff. de sol. l. Stichum aut Pamphilum, in prin. & apparet, q hodie correcta est l. eorum, & l. iura, quæ leges sunt superius allegatæ, in quã tũ dicunt in cri͞e læs. maiest. iura progenitorũ posteris reseruari.

ADDITIO.

a Læsæ maiestatis. No. quod hodie confiscatis bonis propter crimen læsæ maiest. licet non transeat in fiscum, secundum distinctionem sup. positam, & et ius patronatus, liberi tamen remanẽt apud filios patroni per l. quisquis, inf. ad l. Iul. maie.

LEX II.

Si liberti. Dissimulans pro consentiente habetur, & ius suum perdit. h. d.

LEX III.

1 *Remissio facta inter viuos, & in vltima voluntate æquiparantur.*
2 *Reuerentia remanet, si omnis reuerentia durat.*
3 *Restitutio natalium qualiter sit intelligenda.*
4 *Patronus beneficio, quod debetur patronis, non potest renunciare.*
5 *Artificialia debentur iure patronatus, & non naturalia.*

4 † Sed dubitatur, *a* nunquid statutum possit facere eum successibilem, non obstante, quod sit spurius, & vr, quod sic, quia hæreditates fiunt de iure ciuili: ergo possunt per statutũ deferri, ut ff. de leg. & Senatusc. l. j. nec est mirum, quod aliquis possit statuere de rebus non de statu, ut s. de ord. iudi. l. j. præsertim si pater non habet filios legitimos, sic Imperator legitimat *b* filios incestuosos, quo ad succedendum, ut ff. de rit. nup. l. qui in prouincia, §. 1. & tñ nõ potest contra ius diuinum inducere veram legitimationẽ, nec fictionem, quia licet sit quoddammodo Vicarius Dei in temporalib. 5 † tamen contra legem diuinam non potest dispensare, nisi ex magna cã argum. ff. man. l. si hominem. Præterea statutum potest differre successionem spurio, tanquam extraneo, argum. ff. de vulga. subst. l. si is qui. Præterea ius canonicum disponit, quod spurij possint hre alimenta, vt extra de eo, qui dux. in mat. quam pol. per adul. c. cum hret. ergo saltem pars hæreditatis eis deferri potest, argum. ff. de hær. inst. l. si quis solidum. In contrarium vr, quia quod prohibetur disponere in causa, vr prohiberi disponere in causato, & etiam per locum ab antecedenti destructo. arg. ff. de spon. l. oratio. Sol. dicit Iac. Butr. & est communis opi. quod statutum non valet, & est verum in natis ex damnato coitu, ut dicit text. s. de nat. lib. auth. licet, quia prohibita ex eis successio pp iustitiã publicæ honestatis, & ne detur mã delinquendi. In alijs uero spurijs, sicut valet statutum iuris cõmunis, quod succedant matri ita valet statutum municipij, quod succedant patri. Nam ubicũq; non est necessaria clausula, non obstante potest ius commune per statutum extendi, ut l. omnes populi, ff. de iust. & iu. de hoc dixi in l. cunctos populos, de summa Trin. & fide Cath. & quicquid c alij cantent, ita teneo, sed Iac. But. *c* vadit hic ad pacem Constantiæ, & dicit, quod populi Longobardi habent iurisdictionem imperialem ex capitulis illius pacis, sed non dicit uerũ nisi ex capitu-5 lis ibi specificatis. † Item, nec potest præscribi *d* ius singulad re, & proprium ipsius Principis, & solius, nec ius statuendi vbicunq; est necessaria clausula, non obstante, quia derogatoria Principis potentior est, q̃ derogatoria statuti in auth. nauigia. s. de fur. sed hoc forte fallit in populo Romano, vt J. de adop. l. 2. & vide quod no. in Authen. de defen. ciui. §. nulla, in fi. magnæ 6 gl. † Item quæro, nunquid Imperator possit legitimare *e* in terc ris ecclesiæ, idest in successione fienda in terris, & subditis ecf clesiæ, & dicit Iac. Butr. *f* quod non, quia in illis terris oĩs iurisdictio est fundata in Papa sm opi. plurimorũ, ut dixi in procemio huius libri. Et ego ita consului, quia diuisum Imperium cum loge Cæsar habet, unde caueat sibi Cæsar, ne plus sua parte iurisdictionem interponat, vt extra qui fil. sint leg. c. per venerabilem. & hoc sentit Bar. ff. de rit. nup. l. qui in prouincia. §. 1. arg. ad hoc ff. de acq. hær. l. duo fratres, & hæc est ipsa veritas, quia si non potest ei dare tutorem, vt s. qui tut. da. poss. l. neque, & s. ubi petan. tu. l. j. nec iudicem, vt s. qui pro sua iurisd. l. 1. ergo nec designa-7 re hæredem, quod faceret legitimando. † Item legitimatio est similis arrogationi. s. de nat. lib. l. iubemus. Sed decretum arrogationis non potest Imperator inter non subditos interponere, ergo nec legitimare. Sed idem Bar. to. consuluit contrarium in consilijs suis 81. consil. quod incipit uiso instrumento, quia successiones. sunt de iure imperiali, & in quocunque loco terrarum dantur, si exercens est ordinarius, sed si delegatus, vel locum tenens secus. ff. de off. procon. l. 2. allegat Io. Andr. in c. per venerabilem. Iac. de Bel. in auth. quib. mod. nat. effic. sui. in pub. disputatione. 8 † Tu dic, vt distinxi, quia aliud est disponere de loco, aliud in loco, nam inter subditos extra locum potest quis voluntariam iurisdictionem exercere, seu prouisionem. vt extra de offic. dele. c. nouit, sed inter non subditos, & de rebus non subditis secus, & maxime quod ad successionem intestati, in qua inspicitur forus rerum, siue realis, vt in l. cunctos populos, de summa Trin. 9 per Guil. & alios. † Et quia legitimatio ius debet facere inter omnes. ut ff. de lib. agn. l. 1. non potest dici, quod sit facta prorogatio, cum nõ consenserint omnes, de quorum præiudicio tractatur, vt ff. de adop. l. nam ita diuus. Et hoc maxime est verum g post aditam *g* hæreditatem per alios legitimos, ar. optimum. ff. ad Tert. l. filij mater. §. 1. in ver. antequam. & quod not. ff. de libe. & posth. in l. Gallus. in §. & quid si tantum, nam dñium est acquisitum de iure gentium, licet modus acquirendi sit de iure ciuili: vnde per priuilegium principis non perditur. vt s. de resc. uend. h l. ratas, cum sim. licet Dy. in quodã consi. *h* quod incipit. In Christi nomine amen. Qõ talis est. Quidam nomine G. & est in ordine consilium 12. dicat, quod legitimatio fingit retro, sicut postliminium. arg. l. si quis filio. ad fin. ff. de iniust. test. Sed (salua reueren-10 tia) non dicit verum, quia † fictio tenet interim iura in suspenso, vt J. de sent. pass. l. fi. secus in legitimatione futura, & ideo gesta interim habent plenum effectum irreuocabilem.

ADDITIONES.

a Sed dubitatur. Vide plene de q. ista per Pet. de Anch. in repet. cap. canonum. statuta in 3. quinterno. circa 6. folium. extra de constitut. Sed an statutum possit facere filium illegitimũ legitimum quo ad successionem, vide Bald. in l. neminem. supra de nup. dicit tamen Bald. in l. & si contra in fin. supra, de nu. p. quod Imperator potest per statutum facere, quod spurij succedant. & vide Bal. d hoc in l. eam quam inf. de fideic. & de q. Bald. uide plene Bart. in l. si testamentum, ff. de test. & quod non teneat statutum, firmat etiam Pet. de Anch. in d. c. canonum. ver. ad idem quæritur & c. post Bal. hic, sed an tale statutum possit validari respectu pœnæ impositæ contradicenti, vide Bal. quod non in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. & in l. fi. supra de na. lib. & vide quæ not. Bal. in l. consulta diualia. in fin. vers. sed quid dicemus infra de test. & Bart. in l. Seius, ff. ad legem Falcid. & Bald. in l. eam quam. C. de fideicomm.

b And. Barb. Legitimat. An Legitimatus excludat substitutum d. Pet. in c. canonum dicit illis diebus habuisse istam quæstionem, substitutus. n. alios eius fratres quidã, & si morerentur superstites sine filijs naturalibus, & legitimis &c. modo fuit legitimatus filius naturalis, an excludat substitutum, quidam ex mij Doct. dicebant quod non, ipse dicit contra, quia legitimatio a l. viua retrotrahitur, vt consuluit Dyn. vide ibi quæ alleg. Ang. in disputa. Nobiles quidam genere.

c And. Barb. Iac. But. Vide sing. in Aut. de defen. ciui. §. sed interim. Bald. in l. imperium, ff. de iuris. om. iud. Bar. in l. 1. de da. infect. l. summa. §. Labeo. de aqua plu. ar. & ibi Io. de Imo. c. 1. p. conquerente, de off. ord. & c. querelam, de ele. cap. 2. de capel. mona. & c. literas, de rest. spol.

d Præscribi. Probatur in c. super quibusdam. extra, de ver. sig. in no. d. l. vectigalia sup. noua nc. insti. non poss.

e Legitimare. Et quid econtra cum opi. Bal. hic, quod non tenuit glo. & Imo. in cap. per venerabilem, extra qui filij sint leg. & Spe. tit. de le. alias de disp. §. fi. ver. sed si hid quæritur, & glo. 10. dist. c. 1. licet Gasp. & Io. Cal. tenuerint contrarium etiam consulendo. Sal. hic dicit, quod Imperator hoc potest, sed si facit, est periurus, per cle. Rom. de iureiur. uide per Bal. in l. eam quam, in 12. col. inf. de fideic. cum sim. & Bal. in l. emancipati, & ibi Ang. ff. de adopt.
Cell. Adde quod plene, & diffuse, no. in add. ad istum, sup. in procem. nu. 2. in uers. sed Iac. de Bello. uisu ut etiam per Bar. cons. 75. inc. uiso instrumento locationis.

f And. Barb. Iac. But. An Imperator possit legitimare in terris ecclesiæ, uide Ang. in l. apud, ff. de ma. uin. & in cons. suis, & in trac. le. & Bal. in procem C.

g Post aditam. Legitimatio. n. non trahitur retro in præiudicium iuris acquisiti. & uide Bar. in l. eam quam, inf. de fideic.

h Consilio inc. In Christi nomine amen. quæstio talis est, quidam nomine, &c. & in ordine meo in 12.

LEX II.

1 *Imago non representat proprium esse, sed similitudinem.*
2 *Legitimationis instrumentum producens, probat se illegitime natum.*
3 *Ius originis non potest mutari, nisi per fictionem.*
4 *Ciuitas duplex, originaria, & in genere,*
5 *Gabellæ, & collectæ non sunt fraudandæ.*

Aureorum. Ius aureorum annulorum non est vera restitutio natalium: sed habet similitudinẽ 1 eius. h. d. Not. † quod imago non repræsentat proprium esse rei sed 2 similitudinem. † Item no. quod qui producit instrm a legitimaa tionis, ex hoc probat se illegitime natum, quia omnis dispensatio præsupponit veritatem in contrarium esse, quod est notatu dignũ. 3 † Et facit ad statutum, quod comitatini habeantur pro ciuitatensibus. nam hoc nomen ciuitatẽsibus, ponitur naturaliter, & ius originis non potest mutari, nisi per fictionem, vt ff. ad mun. l. assumptio. & J. de incol. l. fi. Sed Bar. dicit, quod illud statutum in veritate disponit, non in fictione, ff. de vsuc. l. si is quis pro emptore. 4 † Sed tu *b* dic, quod duplex est ciuilitas, s. origiuaria, & quo ad istam b est fictio, & ciuilitas in gñe, & quo ad istam; est ueritas, quia prædicatur de multis speciebus, & ideo species cõtenta sub gñe ex prope pria natura generis, inest ei secundum veritatem ego, & cæ. vt J. de incol. l. ciues. lib. 10. adde de verbo, habeatur. quod uut. ff. de vulg. 5 & pup. subs. leg. patris, & filij. † Tangit hic Iac. Butr. nunquid sit d licitum fraudare *d* collectas, & gabellas, quæ imponuntur per communitates terrarum, & dicit, quod non, præsupposita iurisdictione imponentium, alias sic. Idem tenet Bal. ff. de publica. l. uectigalia. hoc est uerum, nisi forte haberet in se magnam extensionem, & maxime quo ad forenses. argu. eorum, quæ not. extra de immu. eccl. c. quia plerique. per Inn.

ADDITIONES.

a Instrumentum. Legitimationis probat illegitime natum, sed Ludou. Roman. in l. 1. in princip. ff. de op. nou. nuntiatio. simpliciter dicit, quod illud dictum est falsum. Paul. de Castro. in l. decem, ff. de verborum obligat. hoc dictum sequitur, & ibi vide.

b Sed tu. Vide etiam Bald. in l. quæ fortuitis, sup. de pign. act. & in l. fine possidetis, sup. de probat.

c And. Barb. Est veritas. An autem ciuis ex priuilegio gaudeat immunitate data ciuibus uide sing. dictum Bar. in l. 3. §. emãcipatus, ff. de contra tab. & in l. omnes populi, ff. de iust. & iure, & l. si maritus, §. lege, ff. de adult. & l. si is qui pro emptore, de vsuc.

d And. Barb. Fraudare. An liceat fraudare gabellam. Vide Bal. in c. 1. quæ sint regalia, in l. veluti, ff. de iust. & iu. l. 2. C. de uect. & l. cum proponas. C. de nau. fœn. dom. Abb. in c. 1. de consuet.

AVTHENTICA.

1 *Seruo debet representare id, quod voce significat.*
2 *Ius patronatus nemo intelligitur remittere.*
3 *Habens ius aureorum annullorum tenetur eum deferre, vt dignoscatur ab ingenuis.*

1 Sed hodie. In tex. ibi, denuntiant. No. † sermones debere id, quod voce significant, repræsentare efficaciter. † Item not. quid est dicere ciuis Romanus. Item not. 2 quid est dicere regeneratio. † Item no. quod nemo intelligitur re-3 mittere ius patronatus. † Item no. quod habentes ius aureorum annulo-

annulorum tenentur eos deferre, vt ab ingenuis dignoscantur, vt no. in corpore huius auth. per Iac. de Bel.

Qui admitti ad bonorum possessionem possunt, & intra quod tempus. Rubr.

1 *Prætor quod non est tractatum in legibus, potest supplere.*
2 *Filius per authoritatem edicti habet successionem in bonis paternis.*
3 *Diffinitio essentiam, descriptio intelligentiam rei ostendit.*
4 *Possessio bonorum generalis non reperitur.*
5 *Donatio tacita non dicitur donatio insinuata*
6 *Iudicis præsentia vel propinquorum, vbi ad validitatem actus requiritur, debet ibi actus clare intelligi quia si actus esset simulatus, nō dicitur ibi præsentia interuenisse.*
7 *Possessio bonorum, non dicitur actio.*
8 *Actio præsupponit aduersarium.*
9 *Actio est instrumentum agendi.*
10 *Possessio bonorum non dicitur actio personalis.*
11 *Citatio non debet interuenire in bonorum poss. contra tabulas.*
12 *Agnitio simplex sufficit in bonorum posses. contra tabulas.*
13 *Appellatio suspendit in bonorum possessionem.*
14 *Iudicis authoritas requiritur in insinuatione.*
15 *Possessio bonorum an sit ius, vel factum.*
16 *Decreta alicui bonorū possessione an ille possit sua authoritate ingredi bonorum possessionem.*
17 *Possessiones bonorum, an sint necessaria vel utiles.*
18 *Possessio bonorum peti potest, infra annum si infra 30. annos hæreditas nō sit adita.*
19 *Tempora utilia tempore excommunicationis currere non possunt.*
20 *Hæreditas, si defertur infanti tutore carenti, amici eius possunt facere decerni bonorum possessionem.*
21 *Iudex potest supplere defectum absentis.*
22 *Remedium quod competit absenti in petenda bonorum possessione.*
23 *Statutum præsidis prouinciæ dicitur ius prætorium.*
24 *Tutor pro infante maiore hæreditatem nō adit, sed bonorum possessionem petit.*
25 *Agnoscens bonorum possessionem, non uidetur adire.*
26 *Agnitio cum creditoribus & legatarijs inducit quasi contractum.*
27 *Possessio bonorum est de iure prætorio.*
28 *Petens bonorum possessionem voluntatem declarat.*

a ¶ Circa hanc rubr. sciendum est, quod cum certi *a* habuerint potestatem condendi leges, vt populus, vt plebs, & alij, qui habuerunt a populo immediate, vel per aliquod medium, de quib. hēmus. Insti. de iure nat. §. constat, & §. seq. & ff. de orig. iur. l. 2. §. eo. tpe.
b Prætor *b* nunquam talem potestatem consecutus reperitur; verum, quia iurisdictionem habebat generalem reddendi ius, &
c magnus *c* erat defectus in iure, & magnæ duritiæ ibi reperiebantur, ideo assumpsit sibi proponere edicta generalia pro suo officio melius explicando ratione iurisdictionis, quā habebat, sicut hodie potestas ciuitatis proponeret sua banna, licet non posset facere statuta.
1 † Et per hoc supplebat, quandoque, quod non erat tractatum in legib. & Senatusconsultis, vt patet in tit. de dolo, & quod metus causa. & ff. Aliquando adiuuabat tractando ea, quæ per leges erant introducta, & condendo edicta super eis: vt patet in petitione hęr. & commodato, vt ff. si pars hær. pet. l. 1. ff. commod. l. 1. quandoque corrigebat duritiem legum iuris ciuilis, edicta proponendo contra id, quod leges nimis duræ statuerant, sicut hodie facit potestas in bannitis suis, quia quandoq; facit bannum, de quo nō est statum, nisi propter aliquā causam facit bannum, quod nullus portet
d aliqua arma, eundo per districtum ciuitatis. Quandoq; *d* de eo, quod est statutum, vt enim statutum sit, quod quilibet possit portare arma ad defensionem, proponit edictum siue statutum, quod quicunque vult portare arma talia, si petierit licentiam a potestate habebit eam, & quandoq; contra id, quod est statutum: vt statutū est, quod non licet alicui portare arma aliqua per ciuitatem, & ptās vidēdo, quod homines pp hoc occiderentur, proponeret bannum, vel edictum ex quadam æquitate, dicendo, quicunque petierit licētiam portandi arma ad defensionem, præstando bonam securitatem de non offendendo aliquem, ego cōcedam, & posito, quod non liceat per statutum, licebit per licentiam concessam ex authoritate edicti. Et hęc omnia faciebat prætor respiciendo solā æquitatem, & publicam vtilitatem, vt colligitur optime, ff. de iust. & iu. l. ius prætorium. Ideo dicit lex, quod magistratus authorita
e tem huic iuri dederunt. Inst. de iur. nat. §. prætor. Et quia Iurisconsulti, qui habuerunt postea authoritatem a Cæsare leges, & iura interpretandi, & ordinandi, vt Insti. de iure nat. §. responsa. viderūt hæc edicta prætorum respicere æquitatem naturalem, & publicam vtilitatem, fecerunt expositiones super eis, & ipsa edicta cum eorum expositionib. (retēto edictorum, & iurium ex eis descendentium nomine, & distinguēdo ea ab alijs iurib.) ordinauerunt, interserendo ea in compilatione huius scientiæ. Et ideo cum iure ciuili certę personæ vocabantur ad hęreditatem, & illæ dicebantur hęredes. Instit. de hęr. qual. & diff. §. fina. Aliquę autem repellebantur contra æquitatem naturalem, vt emancipati, cognati, & similes; ideo prætor edicta proposuit aliqua contra id, quod iure ciuili cautum erat dicendo, quicunq; liberi emancipati petierunt a me possessionem bonorum patris dummodo alij existētes in potestate proximiores non existant, patre mortuo ab intestato, ego concedam, vel similia verba, &
2 sic de alijs. † Sed adhuc ex vigore huius edicti filius emancipatus non habebat successionem in bonis patris, sed per authoritatem edicti poterat ire corā prætore, & poterat petere, quod ipse prętor vniuus hanc bonorum possessionem concederet, & quod prętor cognosceret, si erat in casu habendi bonorum possessionem & si reperiebat ipsam esse concedendam, concedebat, & ex tunc appellabatur bonorum possessor, & habebat hoc beneficium ex concessione prętoris vivi facta authoritate edicti; sicut sup. dictum est de licentia potestatis. Et quantum ad effectum erat hæres per hanc viam obliquam, quod non poterat prætor facere directa, quia non habebat tantam potestatem, vt supra dictum est. Et hoc voluit dicere text. Insti. de bon. pos. §. quos autem, & ibi hoc no. quod quis non pōt facere directo, pōt facere per obliquū, dum tñ illud in se habeat equitatem, & iustam causam. Et quia istud beneficium non erat secundum ordinem legis, sed ex quadam ęquitate per obliquum; ideo erat debilius, & certo tēpore tollebatur, & certis solennitatibus omissis perdebatur, vt ex inferioribus parebit hoc ti. & sequ. Et nomen assumpserunt istę bonorum possessiones, vel a principio edicti, quod sic incipiebat, vnde liberi, &c. secundum alios a mente, & affectu, quia dabatur venientibus ad successionem ea ea parte, vel ex eo iure vnde veniunt liberi. His ergo visis super rubr. ad intellectum huius materię, omnia quæ in hoc ti. dicentur, & sequenti, erūt magis intelligibilia, secundum Nic. de Mat. Adde tu, quod Impera
f tor dicturus de bonorum possessione in specie: *f* præmittit titulum generalem, vbi quæritur, an sit aliqua bonorum possessio gñalis, & vr̃ quod sic, nam bon. possessio diffinitur in gñe, ergo repe
g ritur in gñe. nihil. n. pōt diffiniri, quod nō sit. cum *g* diffinitio signifi
3 cat, quod quid est. Vnde dicit Boetius, † quod diffinitio essentiā, descriptio intelligentiam rei claudit, & fm hoc si quis comparet co-
h ram iudice, & dicit, domine delata *h* est mihi pos. bonorum in bonis Titij ex morte eius, quare putans mihi expedire eius successionem, ideo eam agnosco coram uobis, satis vr̃, per hoc bonorum possessio generalibus uerbis agnita. Cum enim eam sit
4 in genere reperire, ergo in genere potest agnosci. † In contrarium quia omnis bonorum possessio est ex aliquo capite edicti prætoris, ergo quęlibet est specialis, vt ff. si tab. test. nul. ex ta. l. 1. in princ. & ff. quis ord. in bonor. posse. ser. l. 1. & facit, quod not. ff. de

ADDITIONES.

a Certi. Et vide Ant. de But. in c. per. venerabilem. in 13. col. cum seq. extra qui filij sint legi.
b Prætor. Et ista omnia usque ad fin. seq. col. sunt verba Nic. de Mat. vt etiam dicit Bald.
c Et magnus. Quærit hic Pa. de Ca. cum ius prætorium dicatur uiua vox iuris ciuili, an etiam sit eius pars, quia multæ sint. l. ff. de iust. & iu. l. nam & ipsum, quare bo. pos. inuenta a prętore, non est ita efficax remedium, sicut remedium iuris ciuilis, quod est perpetuum, & facit hęredem directo, sed bono pos. utiliter respon. quod prætor non habebat potestatem legis condendæ per prius, sed per posterius, non in erat sibi data potestas condendi leg. in eo modo, quo Principi, vel plebi, vel senatui de senatusconsultis, sed data sibi erat potestas reddendi ius inter partes secundum leges scriptas, & in his in quibus illę deficiebant, secundum quod sibi uidebatur iustum, & ęquum, & ideo prætores in casibus iure ciuili non prouisis, ad hoc, vt quilibet se præmuniret, & scirent quale ius erant reddituri, faciebant edicta in paucis verbis, & illa ponebantur in albo publico, vt quilibet legere posset, & illa edicta postea per populum recipiebantur pro lege, si populo placebant, & sic per posterius, vt dixi. & hæc habentur in l. 2. §. eod. tempore ff. de orig. iur. ideo autem remedia prætorum erant annalia, quia eorum officium durabat solum anno, & tribuebat iura utilia, & non directa, quia non erat tantę authoritatis, sicut leges, postea per iurisconsultos interpretabantur edicta, & multa super eis, dicebantur. vnde multum fuit auctum ius ciuili per talia edicta in triplo plusquam esset per l. 12. tabu. vel per leges principum, vt patet in uolumine. ff. & illud quod hæreditatis aditio tribuit in effectu de iure ciuili, etiam tribuit bo. pos. de iure prætor. l. 2. ff. de bon. pos. secundum eum, ista etiam in effectu ponit Nicol. de Mat. hic vt refert Bald. licet per alia verba, & aliquid per Ful. in l. fin. in princ. in 4. q. vnde legit.
d And. Barb. Quandoque. Et sic unum statutum uno tempore est æquum, alio tempore iniquum, vide bonum tex. c. cum ad hæc, de cler. non resi. cap. non debet, de consan. & affi. & quod no. in cle. statutum, de elec.
e And. Barb. Dederunt. Et uide Bal. in l. omnes populi, ff. de iust. & iu. quod si potestas iurauit seruare statuta, si euenit casus inopinatus, populus potest eum absoluere a iuro antequam incidat in periurium. l. pe. ff. ad mun. quia princeps iurō habet uim apostolici, vt est gl. sing. l. adire. §. fin. ff. de iure pa. & si statuentes iurassent statutum, & pro bono publico postea reuocant, non sunt periuri, quia est reuocatum, sed si iurassent non reuocare, essent periuri, quia est iurata res, non statutum, vide eundem in c. 1. in princ. qui feu. da. pos. & D. Ant. in c. 1. de his quę fiunt a prælato sine consen. cap.
f In specie. Vide Bal. & Sal. in rub. unde legi. & Rayn. in l. fin. eo. ti. & quod de actione in generali notant Doc. & gl. in l. seruus communis Mauij, & Castrensis peculij, §. fi. ff. de stip. seru. & in l. 3. cum gl. fin. inf. unde legi.
g And. Bar. Non sit. Et scientia Philos. quia quod non est, sciri non pōt, nam scibile est de ente, in 1. Posteriorum, vide qd no. in l. si ex facto la. grā de ff. de hær. inst.
h Delata. Vide Bar. in l. fi. inf. eo. ubi aliter loquitur, & per Rom. hic.

de inoff.test.l.3.& sup.de dolo.l.2.per Cy. & ſm hoc non ſufficit dicere coram iudice, domine agnoſco bonorũ poſſeſſionẽ, niſi dicat, quam, & quare. Quod.n.requirit præſentiam iudicis, ſic dẽ fieri, q iudex intelligat, quid ſit coram eo, ignorans autem non intelligitur præſtare præſentiam nec conſenſum, ff.de verb.ſig. l.coram, ff.de arb.l.diem proferre.§.coram, ff.de teſta.l.heredes palam.§.in teſtamentis.in ver.certiorentur, & no.J.de bo poſſe. ſec.tab.l.1.† Et ideo de facto dicebam, cum partes ſimulant vendere, cum tacitam donationem celebrant, licet iudex interponat decretum, non tamen dicitur donatio inſinuata, quia non erat notum iudici, q intenderent celebrare donationem, aperte itaque, & intelligibiliter nam negocij exponenda eſt, & declaranda iudici, vt J.de edi.diui Adr.tol l.fi.alias non intelligitur factum cum præſentia eius, ad hoc, ff.eo.l.ſeruus, † & idem eſt, ſi in aliquo actu requiritur præſentia propinquorum, vel amicorũ nam debent factum clare intelligere, alias ſi actus eſſet ſimulatus, non dñr fuiſſe præſentes.h.d.gl.ff.eo.l.tutor.dum dicit, amicis eius, & iudice ſcientibus, q̃ gl.ſingulariter ad no. Non obſt. q bonorum poſſeſſio diffinitur in genere, nam genus ſicut quędã regula diffinitur, & animal, prout eſt genus, diffinitur, & tamen nullum animal, quod ſit ens, naturaliter inueniretur. extra ſuas ſpecies, ſed eſt quoddam abſtractum, & prædicabile intellectũ. † Secundo quæro, an bon.poſ.ſit actio, & vr̃, q ſic, quia bo.poſſ. eſt eius perſequendi, vt ff.eod.l.3.§.bonorum, ſed actio eſt ius pſequendi, vt l.nihil aliud, de actio. & obl.ergo bonorum poſſeſ. eſt actio.† In ꝯtrium, quia actio præſupponit aduerſarium, ſ. de alien.iud. leg. 1.ſed bonorum poſſeſſio non præſupponit aduerſarium, & ideo nemo citandus eſt, vt no.ff.eo.l.3.§.pen.in gloſ. & per Cy.J.eo.l.fi.ergo bonorum poſſeſſio non eſt actio.† Pręterea actio eſt inſtr̃m, quo proſequimur, ſed bonorum poſſeſſio non eſt inſtr̃m agendi: ergo bonorum poſſeſſio non eſt actio. † Pręterea non eſt actio perſonalis, quia ceſſat obligationis materia, nec edictalis, quia ceſſat dñium, vel quaſi, ergo non eſt actio, quia non habet principia inferentia in actionem, & hęc vera. Item edictalis poſſeſſio non eſt officium iudicis, nec eſſentialiter, nec quo ad implorationem, ſed decretalis olim erat officium decernentis, vt no.J.de ſec.tab.l.1.& J.ea.l.in gl.immo, & in gl.fi.in fi. Sed hodie ſufficit ſimplex agnitio, & ſic hodie bonorum poſſeſſio non eſt actio, nec officium iudicis. † Tertio quęritur, an aliquis ſit citandus in bonorum poſſeſſionem ꝯtab. & vr̃, q non, nam nemo læditur, niſi quatenus edictum prætoris lædit. Lex.n.& conſtitutio perit effectum ſuum abſque citatione. Si.n.ius alterius ſemper intelligitur ſaluum, & intelligit ſemper conditio, ſi preces veritate nitantur, vt ff.eo.l.3.§.bonorum, & l.1.inf.quo.bon.ergo nemo eſt citandus, quia nemini præiudicatur, ar.ff.de fideic.lib.l.ſi eum.§.fi.† Pręterea ſufficit ſimplex agnitio, & non requiritur libellus, nec aliquid concludit iudicij vel patri, ſed quædam declaratio voluntatis, quæ debet fieri coram iudice, vt videtur aliquid differre ab aditione hereditatis, quæ fit de iure ciuili. Nemo.n.poteſt impedire, ne voluntatem meã declarem, vt no.ff.de leg.j.l.Lucius.§ fi.& facit, quod no.in l.pen.in fi.inf.ad Treb.ad hoc facit, quod no.in l. fi. ff.de cur.fur. In contrarium videtur, q immo læditur hæres ſcriptus, cum teſtamentum reſcindatur.inf.de col.l.vt liberis. Item in bonorum poſſeſſionibus, quæ in ius non tribuunt, exigitur citatio, & diſceptatio: ergo multo fortius in his, quæ tribuunt. Pręterea iudex debet intelligere narrata ſibi eſſe vera, nam ſi non intelligit, non vr̃ eſſe pręſens, ſed non poteſt hoc ſcire, niſi partibus conuocatis, vt J.ſi per vim, vel alio modo.l.fi.† Pręterea appellatio bonorum poſſeſſionem ſuſpendit: ergo recipitur ꝯdictio, vt inf.de ſec.tab.l.1.pro hoc facit gl.inſti.eo.§.fin. in ver.dies vtiles. Præterea in poſſeſſorio facti requiritur iudicis interlocutoria, vt inf.de edi.diui Adria.toll.l.fi.§.ſancimus, ergo multo fortius in poſſeſſorio iuris. † Pręterea in inſinuatione requiritur iudicis auctoritas, ut in Auth.vt non fiant pig.§.fi.col.5.ergo hic ſaltem iudicis approbatio requiritur: alias quare iudex adiretur, ſi nullæ ſunt iudicis partes: omnis enim actus, qui fit coram iudice vr̃ redigi ad iudicis poteſtatem, vt ff.qui ſatiſd. cog.l.de die.per Iac. But. Vel dic, q quantum ad agnitionem, non eſt neceſſaria citatio aduerſarij, ſed quantum ad teſtamenti reſciſſionem, ſi comparet ꝯdictor opus eſt cognoſcere, & decernere, q non vr̃ verũ; quia cum agnitio non expectet poſt ſe decretum iudicis; ergo ipſa trahit ſecum ſuum effectum. Suus autem effectus eſt emendare vitium teſtamenti, & iſta ſunt connexa, & inſeparabilia. Dico ergo, q valet agnitio, & teſtamentum reſcinditur re vera, tñ apud iudicem non hr̃ pro reſciſſo, donec cauſa ꝯdictionis ſit per iudicem declarata, ff.eod.l.cum quidam, & hoc in emancipato prętermiſſo cum cã, ſed ſi abſq; cauſa, vel in ſuo prætermiſſo non eſt opus declaratione, quia non eſt cognoſcendum de cauſa in hoc articulo. Et in hoc apparet, q ſufficit iudicis pręſentia, nec requiritur eius auctoritas, ſic J.de teſ.l.omnium, hoc verum, niſi qñ iudicis ſuppletio eſt neceſſaria, quia tunc requiritur eius actus, & auctoritas, vt J.eo.l.bonorum, & J.de iu.deli.l.ſi infanti, in fi. Sed certe ibi auctoratur agnitioni, non tñ eſt neceſſe, q decernit bonorum poſſeſſionem.† Quarto quæritur, an bonorũ poſſ.ſit ius, vel factum? & vr̃, q ſit factum: primo, quia requiritur animus, qui eſt facti, ff.de acq.rer.dom.l.bonęfidei. Scdo, quia poſſeſſio plurimum facti hẽt, ff.ex quib.cauſ.ma.l.denique. In ꝯtrariũ. ff.eo.l.3.§.bonorum. Nec obſt.quod requiritur aĩus, quia requiritur quo ad acquiſitionem efficaciter faciendam, non quo ad eſſentiam.quam ex edicto metimur. Simile, quia modus rei diſtat a re, nã per viam, & modum facti acquirimus dñia, vt ff.de acqu.poſ.l.1.in prin.& tamen ipſa dñia iuris ſunt, vt Inſti.de re.cor.item non obſ.l.denique, quia illa loquitur in poſſeſſione rerum, non in bon.poſſeſ.prout eſt vna dictio compoſita, nã modus ſignificandi ei datus ab intellectu meram ius ſignificat.† Quinto quęritur decreta alicui bon.poſſ.an ille poſſit ſua auctoritate ingredi bon.poſſ.& vr̃, q ſic, quia prætor eum tueri debet. ff.ne vis fiat ei.l.ſi quis in ſſum, & ff.de carb.edic.l.1.dic, quod ſi poſ.vacat, licite põt ingredi, ſecus ſi non vacat, quia debet citari poſſeſſor, & nõ permittitur, q bon.poſſeſſor accedat ad fundum niſi cã cognita, vt no.J.quor.bon.l.1.de edic.diui Adr.l.fin.& de prob.ca.in pſentia.per Inn. † Sexto quæritur, an bonorum poſſeſſiones hodie ſint neceſſarię, vel vtiles, gl.dicit, q ſm tab.interdum eſt neceſſaria ꝯtabulas ſemp eſt neceſſaria. Item bon.poſſeſtio vnde uir, & vxor, eſt ſemper neceſſaria. inf. vnde leg. l.ceriuni, & no.Inſt.eo.§.fi. Ego dico, q aliquo caſu omnis bon.poſ.eſt neceſſaria: puta ſi ius ciuile repudiatum eſt, ſupereſt ius prætorium, unde ſi quis dixerit, repudio ius adeundi, vel nolo eſſe hęres de iure ciuili, poterit ſuccedere beneficio ptoris, vt inf.de iur.delib.l.ſuum hęredem ſecus ſi repudiaret ſimpl̃r, referendo ſe ad ipſam hęreditatem, non ad modũ ſuccedendi, vt no. Bart. ff.de acq.hęr.l.nec is.§.hæres.† Item ſi quis intra 30.annos, non adiuerit hæreditatem, ignorant ſibi delatam, poſt 30.ann.poteſt petere bon.poſſeſſionem intra annum, vel centum dies a die ſcientiæ, ut ff.quis ord.in bo.poſ.ſer.l.2.p Dy.† Item ſi iudex fuit excõicatus, nam tpe excõicationis iudicis vtilia tpa non currũt facit quod no.in l.1.de iur.& fac.ign.nam excõicatus auctorabilem pſentiam præſtare nõ poteſt.† Item ſi hęreditas defertur infanti carenti tutore poterunt venire amici corã iudice, & facere decerni infanti bo.po.ita q ſi infans moriẽ, trãſmittit.ff.eo. l.tutor.in gl.& l.pe.qđ remediũ nõ eſt in aditione de iure ciu. Item

ADDITIONES.

a Iudic. Vide quod no. Bald.in l.1.in 2.q.infra eodem, & Bart. in l.2.in fi.& quod ibi no.infra in u.2.

b Præſentia. Vide aliquid per Lud. Rom.hic, & no.pro declaratione horum, quæ dixit Bartol.in l.Modeſtinus, ff.de exceptio. dum dicit, quod non requiritur cauſæ cognitio.

c Bonorum poſſeſſio. Vtrum ſit actio, vel officium iudicis, vide gloſ.in l. Titia, §.bonorum, & ibi Bart.ff.de bon.poſſ.in generali, & Bar. in rub.ff.de oper. nou.nunc. & quod ibi dixi.

d Citandus Vide per Bart.in l.1.infra quor.bon.& an requiratur patris citatio, vide l.2.ff.de bon.poſſ.

e Agnitio. Vide Bar.in l.1.infra quo.bon.

f Non videtur eſſe præſens Aduerte, ne erres, quia ubi ex diſpoſitione ſtatuti, vel alias requiritur præſentia alicuius, vt in contractu minoris iudicis præſentia, quod non ſufficit, quod talis ſit præſens illi actui, niſi clare illum actum intelligat, ita decidit Cardinalis in c.un.extra de maior.& obedien.ubi alleg.Bald.hic, pro quo alleg.gloſ.fin.ſecundum eum in l.tutor, ff.de bon.poſ.in.generali refert, & ſequitur Conſ.ſing.lt.3, in verſ.minor, incip.Si ex diſpoſitione ſtatuti, & de hoc meminit ... dixiſſe in apoſt. ad ſtum in l.Ielium, nume. 5.in verſic.præſens, ſupra de teſt.

g Sui. Vide Bart.in l.2.ff.de bonorum poſſeſ.infan.vel furi, del.& aliquid per Roman.hic.

h Auctoritate Facit quod no.Bal.in l.fi.in ver quæro, an hæc lex, inf. eod.

i Neceſſarię.illa reaſſumit Pa.de Ca.in l.fi.inf.vnde leg.aliam vtilitatem, vide per Bal.in l.qui in alienatio, in.ff.de acq.hær.

K Neceſſaria. Si quis repudians ius adeundi, poteſt petere bon.poſ.de iure prætorio, & vide Bal.in l.2.curatione, infra qui accuſ.non poſ.& Bal.& Sal.& Ang. in l.ſuũ hæredem, infra de iure delib & not. Bald.in l.fi.in 7.col.infra vnde cog. in l.vnica, infra quando non peten.par.& iſta loquitur Pau.de Caſt.in l.ſi filius qui pa.ff.de vulg.& pup.in l.fi.infra unde legi.

l Intra annum de iure prætorio, vide Bal.in l.licet, in 4.col. verſ. aduerte, & verſicu.ſeq.infra de iu.del.& ſequitur Pau.de Caſt.in l.ſi filius qui pa.ff.de vulg.& pup.& in l.ſi fratru, infra de iure del.& Ful.in l.fi.infr.eo & Lud.Rom.hic. In contrariũ vide Fulg.in l.2.inf.eo.& in l.licet, inf.de iure del.ſed cum Bal.tenet Pau.de Caſt. in l.quandiu, inf.eo.& dicit illud eſſe ſingulare, & dic, q eſt dare aliam utilit.bon.poſ.quæ colligitur ex tex.l.ſuum, inf.de iure del.quia repudiato uno iure, non excluditur ab altero, ut ſup.prox.dixi, & cum Bal.hic concordat R.ph.in l.quandiu, l.2.ff.de acq.hær.& ibi Lud.Ro.idem tenet.

m Infanti. Vide quæ dixi poſt Bar.in l.pen.ff.eo & ſequitur Pau.de Caſt. in l.ſi infanti, inf.de iure del.& uide ibi tex. qui etiam promiſcue in iure adeundi, & dic, q l.ſi infanti loquitur, quando pupillus adit, hic quando alius nomine eius petebat, & uide per Ang.in l.ii.inf.unde legi.

n In aditione in qua non reperitur, quod iudex poſſit ſupplere defectum tutoris, quia aditio de ſui natura non requirit adiutorium iudicis.& ſic non refert, an interuenerit auctoritas iudicis, & idem no. in l. ſiue apud acta, ſupra de tranſa.& idem dicunt Pau.de Caſt.& Ang.in l.fina.infra unde legit.ubi loquitur in pupillo, ſed certe hæc deciſio uidetur contra legem ſi infanti, in fin.inf.de iure del.ubi pupillus per ſe adire poteſt cum auctoritate iudicis, ſed in infante petitur tantum in poſſeſ.q petente pro eo, acquiritur incontinenti abſque alia ratihabitione, d.l.pen.hic alleg.& ibi Bar.& hoc eſt, quod uult Bal.hic.

21 † Item si hæreditas sit delata absenti, qui vagatur per mundum & nescitur vbi sit: possunt amici comparere pro eo sine vllo mandato, & facere decerni ei bonorum possessionem, & si moritur, transmittit, si iudex intendit supplere defectum absentis, vt ff. eo. l. si seruus. secus si non intendit supplere pro absente, vt ff. eo. l. 3. §. acquirere. Vel dic, quod illud decretum valet, sicut beneficium collatum absenti, a non tamen acquiritur ius, nec transmittitur, nisi ratificetur, ff. de acq. hęr. l. Pantonius. & d. l. 3. §. acquirere, & poterit ratificare extra iudicium, quia trahitur ad locũ iudicij per fictionem, nam quod fingit in tempore, fingit in loco, quia istę duę concomitantiæ actus non possunt separari ab inuicem, de re iud. c. Abbate sane, lib. 6. & hęc verior. Item omnis bonorum possessio est necessaria absenti, b quia scit hęreditatem sibi delatam, nescit tñ an hereditas sit lucrosa, vel damnosa. Nam per se non vult adire, sed per procuratorem constitutum ad euodem hęreditatem, sub conditione, si hæreditas est bona non potest adire, quia sicut non potest per se conditionaliter c adire, sic nec per ministrum, ff. de reg. iur. leg. actus, & ff. de acqu. hęr. l. Paulus.

22 † Quod ergo erit sibi remedium? certe, quod constituat sibi procuratorem ad petendum bonorum possessionem, explorato prius, si hęreditas est idonea, necne. ff. eod. leg. 3. §. acquirere.

23 † Itẽ si statutum d Marchionis Marchiæ, vel Ferrariæ, vel Ducis Venetorum, vel Genuę, vel decretum Domini paduani deferat alicui successionem, est necessaria bonorũ possessio, quia statutum præsidis prouinciæ est ius prætorium, quod non defert hæreditatem e etiam iure ciuili, sed demum per bonorum possessionem, quod est not. vt habes per Bar. ff. eod. l. j. in fi. Sed si fieret statutum a prioribus locorum statuentib. vice, & nomine totius populi, licet cum pręsidis auctoritate, f esset ius ciuile, & ex eo posset perpetuo hęreditas adiri. item peti bonorum possessio, ex illo titulo, vt ex legibus Senatusueconsultis.

24 † Item solus tutor pro maiore infante non adit, sed bonorũ possess. petit, vt no. Doct. j. de iure delib. l. potuit. tu vides quanta vtilitas sit in bonorum possessione. reliqua dicam in d. leg. certum quo ad hunc cassum.

25 † Septimo quæritur, an ille, qui agnoscit bonorum possessionem, videatur adire g de iure ciuili? & videtur quod sic, j. de iure delib. l. puberem. & facit j. de testam. l. oĩum §. ne quid sane. alias non transmitteret in casu, qui sequitur. Pone. n. quod agnitio non tenuit, quia iudex erat excommunicatus. vel exauctoratus, nam si iste moritur, non transmitteret hęreditatem de iure ciuili, vel pretorio, nisi videatur agnouisse, quia paria sunt non factum, vel minus legitime factum, j. de suc. edi. l. 2. Et adde, quod no. j. de col. l. 1. in gl. pen. in contrarium. nam aditio defert iura directa, prætor autem vtilia, vt Inst. eo. §. quos autem. sed ius directum, & vtile sub nominib. istis directi, & vtilis in eadem persona simul non cadit. ff. ad Treb. l. si hęres. Item hoc tenet gl. ff. eodem. l. sed cum patrono. §. 1. non obst. si dicatur, quod habet animum adeundi, & ex solo animo fit hæres, quia non intendit adire de iure ciuili. Et actus agentium, &c. ut l. non omnis, ff. si cert. pet. & l. obligationum substantia, ff. de actio. & obl. illud ergo, quod quis eligit, illud quærit, ff. ad Treb. l. recusare. §. si Titius. Nam uia tua operi tuo nomen imponit, ut l. si mulier. §. fi. ff. quod met. cau.

26 † Octauo quæritur, an olim decernendo bonorum possessionem istud decretum induceret quasi cõtractum cum creditoribus, & legatarijs, & hodie idem faciat agnitio, vel quæ sit causa particularis, i. immediata obligationum istarum producendarum, i. extendendarum in bonorum poss. Istæ. n. obligationes originem habent ex semine, i. ex contractu originali in personam defuncti, sed uelut propagines in nouam terram extensi progrediuntur vsq; ad hęredem, & bonorum possessionem, vt no. ff. de bonorum poss. hęred. pet. l. fi. Quę est ergo causa extendens? Respon. sicut adeũdo hęreditatem quasi cõhitur, ita fictus cõtus initur ex tacito consensu, quia qui adit, consentit se teneri, quatenus teneri debet ex dispositione legali. & iste tacitus actus, non requirit pręsentiam aliorum, arg. s. de pact. l. 2. & quod ibi per Cyn. Sic & in bonorum possessione acquisita contingit iuris intellectu, & prætoris auctoritate. idem contingit ex restitutione Trebelliana, nam ibi quasi contrahitur ẽt cum absentibus, sed vbi est restitutio, sed non ex auctoritate senatus, tunc non quasi cõhitur cum absentibus. ff. de acq. hęr. l. qui in aliena. in princ. sm Bar. ibi, & quasi cõtus non habet locum, nisi in casibus expressis in iure.

27 † Nono quæritur, nunquid ius ciuile deferat alicui bonorum possessionẽ, & videtur, quod non quia omnis bonorum poss. est de iure prætorio. h ergo tribuit iura utilia. in contrarium vr, quod sic, vt ff. ex legi. Sen. veconsul. l. j. Sed prætor imitatur ius ciuile in fauorib. vnde vbicunq; lex, vel statutum successionem defert ibi pretor offert, i & tanquam in fauorem concurrit, quia omnis sucessio dicitur esse fauor, vt est tex. no. Inst. de bonorum pos. §. quos autem. Bonorum ergo possessio semper est de iure prætorio, aut intentione; aut imitatione, & ideo habet annum, vel centum dies, nam si esset de iure ciuili, esset perpetua, k iuxta no. Insti. de perpe. & temp. act. in prin. & licet omnis bonorum pos. sit prætoria tamen eius transmissio potest esse de iure ciuili, j. eod. l. emancipata, per Doct. & j. de his: qui ante aper. tab. l. 1. & ff. de cõtab. l. Illud, §. fi. cum. l. seq.

28 † Decimo quæritur, nunquid ille, qui petit bonorum poss. dicatur hre uoluntatem l defuncti. glo. dicit, quod sic, ff. de bonorum pos. l. sed cum patrono. §. 1. sed melius dic, quod aut præcedit aliqua ordinatio testatoris in cõtum, & non dr habere testatoris uoluntatem, vt no. j. vnde leg. l. certum. Aut non præcedit in cõtum ordinatio testatoris, & tũc dicit gl. j. pro a. alleg. aut talis potest succedere de iure ciuili, & tunc habet tacitam voluntatem testatoris, aut non potest succedere, nisi de iure prætorio, & tunc non dr habere ea tacita voluntate testatoris, sed prætor voluntatem, vt no. ff. de colla. bonorum. l. 1. §. vel maxime, & ibi est glo. solitaria, & per hoc dicendum uidetur, quod non dicatur alienare, m qui habet successionem de iure prætorio tantum. Sed dic, quod immo videtur alienare, quia vbi quis tenetur ad factum negatiuum realiter adimplendum, debet facere curare, ne id per legem, vel hominem fiat, ff. de leg. 2. l. codicillis. §. pe. ff. de verborum ob. l. si ita quis. §. ea lege, & ibi glo. ord. vnde prohibitus alienare. in A. est prohibitus alienare etiam si A. succedat. nedum ab intestato, sed per contratabulas. Bald.

ADDITIONES.

a Absenti. Alia vtilitas etiam resultat, quia solus tutor, sine pupillo potest petere bonorum poss. non autem adire potuit, inf. de iure deliber. & Bald. in l. bonorum, ini. eo.

b Absenti. Sed sequendo opin. Iac. de Rau. & eiusdem Bal. in l. j. in 29. & 30. opp. infra eodem, non erit isto casu necessaria bonorum possessio. & uide Bal. in l. qui in alienat. in princ. ff. de acquiren. hęred. & sequitur Pau. de Cas. in l. fi. inf. unde legi.

c Cõditionaliter. Ad hoc posse responderi, quod minister adhibit pure, licet detur ei mãdatum cõditionale, & tamen sustinetur dictum Bald. quia aditio pendet a mera volũtate animi, & non potest explicari per alium, vt plene Probat Bar. in l. Paulus, hic alleg. & ita Pau. de Cas. in l. fi. inf. unde legi. sed bonorum poss. bene potest agnosci per alium, vt no. in d. l. Paulus.

d And. Barb. Item si statutum. Vide Bar. & Ang. in l. stipulationem, ff. de verbor. ob.

e Hæreditatem. Vide Bal. in l. certum, inf. unde cogn. in ver. sequitur uidere, de bonorum poss. & Lud. Ro. hic, & per Bart. in l. 1. ff. de bon. pos. & Lud. Ro. in d. l. certum.

f Auctoritate. Vide Bar. & Bald. in l. omnes populi, ff. de iust. & iu. & Barto. in l. 1. in prin. ff. de verb. obl.

g Adire. Vide Bar. & Bal. in d. l. puberem, & Lud. Roma. hic ad fi. & Pau. de Cas. in l. certum, inf. unde cogn. vbi refert. Bal. hic, & dicit eum tenere, quod agnoscens bon. pos. non uidetur adire, ut tenet glo. secundum eum in l. sed cum patrono, hic alle. & in l. suum, inf. de iure delib.

a Prætorio. Vide Bar. in contrarium. in l. 3. in prin. in ver. uenio ad tertium, ff. de bo. pos. faciunt not. per Bal. in l. certum, in ver. sequitur uidere, de bono. pos. septima inf. vnde cog. & uide Fran. Tigr. hic.

i Offert. ista non est bona respõsio ad l. quæ expresse loquitur, quando ciuilis deferebat expresse bon. poss. absque prætore, & licet prætor hic de bon. pos. locutus fuerit & eam approbauerit, non per hoc desinit esse ciuilis, l. 1. in princ, cum gl. 1. ff. si pars hær. pet.

K Perpetua. Non est inconueniens, antequam remedia iuris ciuilis essent temporalia. vt no. Inst. de perpe. & temp. act. in prin. in ti. de conti. in fi.

l Voluntatem Vide Bar. in §. vel maxime, hic alle. & uide, quod si tempore mortis defuncti, quis non erat in primo gradu, sed ex post facto effectus est in primo, non dr habere uoluntatem defuncti, secundum gl. no. in d. l. non tultam, inf. ad Tre. & ibi Bal. ad fi. vbi etiam dicit, quod succedens de iure prætorio non habet voluntatem defuncti, per gl. hic alle. in §. vel maxime, & uide per Ludo. Roman. hic.

m Alienare. Vide Bal. in l. emancipati, in 8. opp. §. 1. de coll.

LEX PRIMA.

1 Possessio bonorum defertur filio.
2 Filium possessionem bonorum patre ignorante non potest agnoscere.
3 Possessio bonorum non potest peti tempore feriato.
4 Filiusfamilias, an habeat legitimam personam in petendo bonorum possessionem.
5 Iudiciorum strepitus non est dandus in bonorum possessione petenda.
6 Consensus partis in petitione, an requiratur, & an cõtradictor admittatur.
7 Libellus ciuilis, & criminalis potest afferri die feriato.
8 Libellus stans in meris finibus productionis potest offerri die feriato.
9 Possessor bonorum dicitur similis hæredi instituto.
10 Habilitas personæ debet actum, qui geritur, præcedere.
11 Prætor effectum rei considerat potius, quam merum principium, unde non facit differentiam inter iussum, & consensum.
12 Restitutio ex Trebelliano est de iure ciuili.
13 Fideicommissarius uniuersalis dicitur similis hæredi.
14 Adire dicitur, qui petit bonorum possessionem.
15 Filius patre nesciente, an possit adire.
16 Hæreditas dicitur profectitia, quando filius est institutus patris contemplatione.
17 Patris consensus in aditione est necessarius.
18 Filius sine patris auctoritate obligari non potest.
19 Patris iussus in aditione non requiritur de iure ueteri.
20 Pater sibi iubere non potest.
21 Pater an possit se gerere pro hærede.
22 Ratum habere non possum, quod nomine meo non est gestum.
23 Filius petendo bonorum possessionem, uidetur gerere negotium patris.
24 Filiusfamilias excluditur tempore præscriptionis.

25 Praescriptio currit habenti ius absque exercitio.
26 Restitutio datur illi, contra quem praescriptio currit.
27 Praescriptione currit ignoranti, nec restituitur ratione ignorantia.
28 Pater, qui non ratificat, excluditur tempore transacto.
29 Termini lapsus inducit acceptionem, & non repudiationem.
30 Filij negligentia non nocet patri.
31 Cursus temporis plus operatur, quam renunciatio.
32 Negligentia quaedam perdantur, quae non perduntur expresso consensu.
33 Poss. filia bonorum potest afferre patri emolumentum.
34 Pater ratificare non potest.
35 Haeres ubi animo meo fieri non possum, per procuratorem fieri possum.
36 Haereditas potest adiri ope, & consilio alieno.
37 Quaecunque gerimus, nisi in nostra persona principium sumant, inania sunt.
38 Agnosco dominium veram dicitur grosso modo.
39 Filius, qui exegit a debitore haereditario coram iudice, uidetur agnouisse contra tab. si erat emancipatus.
40 Legis auctoritas est considerunda.
41 Primatia quaedam dicitur iuris, & de iure.
42 Defensiones non confitetur non habere, qui renunciat defensionibus suis.
43 Pater dicitur persona secundaria, & non principalis.
44 Pater nomine proprio adire non potest, antequam sit exploratum, an filius adire velit.
45 Pater qua ad se perdit bonorum possessionem, si non velit ratificare.
46 Tempus inducit praesumptionem.
47 Praescriptio non potest currere contra bonorum possessionem decretalem.
48 Pater bonorum possessionem delatam qualiter possit perdere.
49 Filius putatiuus incerta patre iubente, an teneatur adire.
50 Monasterium sine monaca potest repudiare.
51 Monasterium sine monacho, an possit adire.
52 Extincta subiecta extinguuntur accidentia subiecti.
53 Ius adeundi in non suo haerede est quaedam facultas.
54 Ius adeundi est causa corpori cohaerens.
55 Ius adeundi non est in bonis sed extra bona.
56 Mors deducit rem de esse ad non esse non econtra.
57 Aditio haereditatis consistit iure, & in actu inseparabili a persona.
58 Mors naturalis, & ciuilis idem operatur.
59 Consanguineorum consensus, an possit ex post facto interuenire ratificada actam in qua non debuit interuenire.
60 Consensus subsequentes, an confirment aditionem haereditatis, cum distinctionibus.
61 Consanguineorum consensus dicitur de forma.
62 Potest verbum post negatiuam positum significat necessitatem.
63 Mulier haereditatem adire non potest sine consensu propinquorum, nec potest se obligare.
64 Decretum in bonorum possessione post actum potest interponi.
65 Decretum, an valeat hoc modo interpositum, & nos iudex interponimus decretum dicta aditioni, si de iure processit.
66 Mulieris consanguinei in interpositione decreti non sunt citandi.
67 Statutum si in interpositione decreti requirat citationem sunt citandi consanguinei.
68 Mulier si consentit, a decreti interpositione non potest appellare.
69 Consanguinei si consentiunt, & alij contradicunt, an praeualeat dissensus.
70 Statutum requirit praesentiam veram, & non fictam.

BOnorum. Filius ignorante patre potest bonorum possessionem sibi delatã petere, quę patri ratum habenti quaeritur, & cursu temporis non petita perditur. h.d. Et ponit tria dicta. secundum ibi, emolumentum. tertium ibi, amittitur, & habet duas lect. prima est in bonorum possess. ab intest. secunda est in bonorum possessione ex testamẽto. Casus secundum primam lecturã quidam meus cognatus decessit, ego sum filius familias coniunctus sibi per lineam maternam, unde de iure praetorio competit mihi bonorum possessio, quaeritur utrum a istam bonorum possess. possum petere a ego patre meo ignorante? Respondetur, ꝙ sic. usque ibi, emolumentum. Quęritur secũdo, si ego possum petere istã bonorum possess. patre meo ignorante, an patri aliquid acquiratur? Rñdeo, ꝙ sic, si ipse ratum habuit. h.d. usque ibi, amittitur. Quęritur, & tertio, ego filius non agnoui istam bonorum poss. intra tpe, quid erit de hoc? Respondetur, ꝙ amittitur elapso tpe. h.d. usq. ad fi. casus secundũ secundam lecturam. est in filio instituto, & quęritur, an patre ignorante possit petere secundũ tab. & respondeo, ꝙ sic. Secundo quęritur, an pater possit ratificare, & eam sibi acquirere? Rñd. ꝙ ratificando acquirit emolumentum eius. Tertio si non petit, uel petitam non ratificat, ĩ. debitum tempus, an perdat lapsu temporis, respon. quod sic. No. hic triа. s. petitionem, acquisitionem, & amissionem, seu praescriptionem. Item no. ꝙ filiusfamilias in petenda bonorum possess. habet integram, & legitimam personã. No. ꝙ patris ratificatio requiritur ad hoc, ut bonorum possess. per filium petitae emolumentum patri acquiratur. No. ꝙ pater ratificat, quod nõ est suo nomine gestum. No. quod lapsus termini exclusionem, & tacitam repudiationem inducit. No. ꝙ id, quod non sit intra terminum, post terminum fieri non potest. Item not. ꝙ praescriptio currit filiofam. & licet haec lex superficialiter 1 videatur leuis, habet tamen altã, & spaciosam materiam. † Opp. dr hic, ꝙ filio defertur bonorum possess. contra tab. immo defertur patri, qui eum praecedit in gradu, & ideo dum filius praecedit, petere non potest. ff. de bon. lib. l. si filius, §. quod sine dubio, & ĩ. de suc. edic. l. 1. & 2. in fi. Sol. hic loquitur in bon. poss. unde cognati, quae competit in bonis maternis, vel lineae maternę, q non attinet patri, sed filio, vt ĩ. unde vir, & vxor. leg. i. vel in bon. pos. unde legitimi, quae datur filio in bonis maternis sibi delatis per Senatusc. Orficianum, ac etiam ex generali capite edicti, unde legitimi, vt ĩ. unde legi. in rubr. vt ff. unde legi. leg. generaliter. Vel dic, ꝙ hic loquitur in bon. pos. secundum tab. vel ex alia causa aduentitia, puta secundum nuncupationem, in qua nõ attenditur gradus, sed series testamẽti, vt ĩ. de secun. tab. l. c. 2. & sic 2 non obst. † Secundo opp. & sequor ordinem tex. dr hic, ꝙ patre b ignorante potest bon. poss. per filium b agnosci. ꝯ ista bon. poss. petitur in iudicio, ff. quis ordo in bon. poss. ser. l. c. 1. §. bonorum. & §. dies versi, quod si ea, sed filius non habet legitimam perso-c nam r standi in iudicio sine consensu patris, vt ĩ. de bo. quae lib. l. fin. §. necessitate. ergo non potest in iudicio petere bonorum poss. patre ignorante, cum ignorantis nullus sit consensus. Solu. l. ꝯ na loquitur in uero iudicio, in quo requiritur actus trium personarum. s. iudicis, actoris, & rei? hic autem non est verum iudicium, quia hic proprie non est actor. nec reus, cum nemo sit ci-d tandus, d ut no. ff. de bon. pos. l. 3. † Tertio oppo. ꝙ immo sit ci-3 tandus aduersarius, & in sua contradictione (si compareat) est audiendus. primum patet, quia bon. pos. non potest peti tempore feriato, vt d. §. dies. Sed ferię fauore reorum, nõ fauore actorum considerãtur, vt ff. de fer. leg. j. Reus enim citatus est ille, qui allegat ferias, non actor, qui fecit eum citari; ergo ubi loquitur de feriis, tacite de aliquo citando facimus mẽtionem. Alioquin ubi non est ꝯdictor: ibi non sunt feriae, vt š. de fer. l. actus. Item ꝙ admittatur ꝯdictor, est expressum, ĩ. de secun. tab. l. j. nam si non reperiretur ibi ꝯtradictor; ergo litis pendentia in q. falsi non impediret bon. pos. secundum tab. cum exceptio litis pendentis nihil operetur. nisi opponatur, vt ff. de excep. l. generaliter, & opponi non potest, si non admittitur ꝯdictor, ergo filiusfam. non potest esse in hoc iudicio sine consensu patris. Sol. quidam con-e cedunt, ꝙ si appareat contradictor e filius non admittitur ulterius absque consensu patris, petitio tamen prius facta remanet valida. unde si filiusfam. offert libellum, & facit citari aduersarium, interrumpit praescriptionem, si talis est actio, quę competat filio, quo ad proprietatem, & usumfructum, alias secus, vt ĩ. de coll. aut. quod locum, & ĩ. de annal. excep. l. 1. in fina. Sed quia f in pręparatoriis f iudiciorum nõ indiget auctoritate patris, sed in contestatione litis, ff. sol. matrim. l. si eum dotem. §. eo autem tempore. & no. in d. §. necessitate. An ergo consideramus primordialem naturam petitionis bon. pos. aut accidentalem, quã assumit ex obiecto contradictionis. Si consideramus primordialem statum, non est necessarius consensus patris, si secundarium, sic, alteratur ergo ex oppositione contradictionis, & 4 plena iurisdictio efficitur contentiosa. † Sed quarto contra hoc opp. & vr, quod filiusfam. habeat legitimam personam in petendo bon. pos. non solum in princ. sed etiam in prosecutione usque ad fi. & arguo sic. Seruus habet legitimam personam tuã ad hoc. ff. de bonorum possessio. l. seruus, ergo & filius, consequentiam probo, nam non est seruus habilior, quam filius. 5 † Ex hoc infero quandam conclusionem, videlicet quod cum in bonorum possessione petenda, & consequenda non requi-g ratur iudiciorum strepitus, g vel figura, ergo non requiritur ordo, nec admittitur contradictor, quod sic confirmo, quando talis est actus, in quo non tangitur ius absentis, & in quo tus

ADDITIONES.

a Petere. Vide Bald. in l. certum, in versic. sequitur videre, an poss. unde liberi, & in vers. sequitur videre, an bonorum possess. unde legitimi, infra unde cogn.

b Filium. No. limitationem ad § necessitatem, & vide Bart. hic, & Bald. infra in proxi. oppo. & in 4. & 10. opp. in versic. filius potest in iudicio insinuare donationem, & vide Bal. in d. §. necessitate.

c And. Barb. Legitimam personam, Not. quod dicitur filium non posse esse in iudicio, est verum in proprio, secus si illud iudicium improprie est, idem dicas in beneficio, casus est sing. in c. fi. de iu. lib. 6.

d Citandus. Collige an in bonorum pos. agnoscenda sit dare contradictionem, & an requiratur partis citatio, & an si contradictor appareat, an audiatur, & an obsistent feriae, vide hic iuncta sequent. oppo. & haec continuatio ad §. necessitatem.

e Contradictor. Ita etiam tenet Salyc. & Pau. de Cast. hic, & probat Rom. hoc per l. eum filiusfamilias viaticum, ff. si certum pet. & etiam videtur de mente Bartoli hic, & uide hoc per Cyn. in 3. oppo. & facit ad hoc, quod no. Bart. in l. 3. §. si causa, ff. de bonorum pos. & vide Salyc. in l. 1. inf. n. 2. post Odofr. ubi tenet idem quod Bal. hic.

f Praeparatoriis. Vide Bald. in §. necessitatem, hic alle. ibi, no. etiam.

g And. Bar. Iudiciorum strepitus No. ꝙ in petenda bon. pos. non est requirendus strepitus iudiciorum, an autem sit in petenda legitime, uide no. tex. & ibi Bald. in l. si quis in suo, ff. de inoff. testam.

ius absentis reseruatum, & conseruatum videtur, ibi non requiritur citatio absentis, quod sic probo, citatio requiritur propter lęsionem. ff. de adoption. l. nam ita diuus. Sed hic nemo læditur, nec lædi potest. ff. de lega. præstan. l. filium. §. si quis. ergo nemo est citandus, & si nemo est citandus, ergo nemo aduersarius, & si nemo aduersarius, ergo nemo contradictor, nam omnis, qui ɔ̄dicit, aduersarium se facit, vt extra de exce. ca. cum
6 inter per Inno. † Et ex prædictis infero, quod in ipsa petitione nec patris consensus requiritur, nec impugnator admittitur. & hoc tenet Ia. de Rauen. & Cy. tamen officium iudicis implora tur, vt dicit gl. a. & glo. fi. & facit quod no. ff. de inter. act. in rub. Sed hodie qui bon. pos. agnoscit officium iudicis nō implorat, quia nō concludit iudici aliquid, & hoc in possessorio iuris. Sed in possessorio facti imploratur officium iudicis, quod oritur ex edicto Iustiniani, vt J. de edi. di. Adr. tol. l. fi. residet ergo oppositionis solutio superius factę de §. necessitate. in hoc, quia ibi loquitur in iudicio, sed hic non est iudicium, & confirmatur hoc per rationem, nam petitio bono. posses. non dirigitur contra aliquem, & maxime hodie, cum hodie non sit petitio, sed agnitio. Siue ergo olim consideremus actum procedentē ab eo, qui petit siue actum directum ad ipsum, quod petitur, id est decretum iudicis, cum non concludat aduersario, sed sibi petenti, non debet alius admitti ad properandum, vel opponendum, & hoc tenet Cyn. infra vnde leg. l. certum. Fallit si illi aliæ sint apertæ viæ per alium processum pręiudicialem iam inchoatum, vt d. l. 2. de soc. tab. nam pręiudicialis causas suas appendices silere facit. ar. ff. de excu. tut. l. dicimus. de exce. ff. l. fundum Titianum, & l. fundi. & ff. de noxa. l. si ad libertatem. ff. sol. mat. l. Titia. J. de iure delib. l. cum aliquis, §. fin. cum simi. Si ergo non est aduersarius, ad quid sunt inductę ferię? Rñd. quędam ferię sine vllo aduersario habent effectum ipso iure, vt ferię in honorem Dei, & repentinæ. Item iudex etiam nemine opponente, potest allegando ferias responsum non dare, vt dicta l. 2. §. in bonorum, ff. qs ordo
7 in bonorum possessionem se. † Sed quinto oppo. contra hoc, ꝙ feriæ non debeant obstare, nam vt non currāt tempora, sufficit sola petitio, sed libellus ciuilis, & criminalis potest offerri die feriato, vt l. j. supra de ferijs, ff. de adulter. l. miles, §. sexaginta. ergo & in petendo non debent esse ferię. Sol. non dicitur petere ille, qui eo tempore petit, quo sua petitio non potest consequi effectum, & ita est hic, quia iudex non pōt interponere partes suas tempore feriato. Non ob. l. contraria. scilicet. l. miles. §. sexaginta. quia ibi est speciale odio delinquentis, item non ob. l. j. supra de ferijs, quia ibi est speciale in causa appellationis. hæc solutio non placet, quia idem in causa criminali, & ciuili, vt satisfactū sit legi statuenti terminum ad libellum proponendum, vel producendum, etiam si tempore feriato hoc fiat, vt no. ff. de fer. l. 1.
8 in prin. 15. quæstion. 4. capit. placita secularia. † Et ideo dic, ꝙ vbi offertur libellus, simplex oblatio libelli stans in meris finibus productionis potest fieri die feriata, vt in contrarijs, sed ubi requiritur petitio, ipsa petitio plus operatur, q̄ sola libelli productio, sicut est hic, nam cum hic non requiratur figura iudicij, petitum dicitur da eo ipso, quod est postulatum, & qa non speratur litis cont. sequi. & ideo tunc non potest hoc fieri tempore feriato, vt d. l. 1. §. dies. ff. quis or. in bonorum possessionē seru. hic enim super petitione non oponet litem contestari: quia non est aduersarius: quia non est in figura iudicij, & sic petitio hēt quasi vim contestationis: merito tempus debet esse iuridicum. Sed ex hoc uideretur, quod nō deberent curari feriæ, quia non petitur, nec concluditur aliquid iudici, sed agnoscitur coram iudice, vnde cum sufficiat iudicis pręsentia absque causę cognitione, & absque decreti interpositione, ergo non sunt ferię, argum. infra de testamen. l. omnium. Sexto oppo. & est oppositio principalis dicitur hic, quod filius. petit bonorum posses. patre ignorante. contra, immo debet iussus patris pręcedere argu. ff. de acquirenda hered. l. si quis mihi bona. §. iussum. Solu. aliud in addi-
9 tione de iure ciuili, aliud in bonorum possession. vt hic. † Septimo contra hoc oppo, nam de similibus idem est iudicium, vt ff. ad leg. Aquil. l. illud. sed bonorum possessor similis est hęredi instituto, vt Institu. de bonorum possessione. §. quos autem, ergo idem in vtroque. Solut. nego similitudinem, & est ratio dissimilitudinis, quia aditio, & patria potestas sunt de iure ciuili, & ideo patria ptās plurimū ṗt ex his, in quibus ius ciuile cōsideratᷓ
10 & ideo persona filij dicitur inhabilis. † omnis enim habilitas personæ debet actum, qui geritur, pręcedere, & nō sequi. ff. de leg. 3. l. j. §. si filius. sed bonorū possessionem est de iure prætorio, in quo non consideratur ius ciuile, quia Prętor ius ciuile quandoque emendat, & supplet, nec procedit per easdem regulas, nam pręctor magis sequitur ęquitatem, quam iuris subtilitatem. Itē ius ciuile procedit per punctum rationis, & ideo requirit, quod
11 persona ab initio habeat potestatem in actu, sed † prætor considerat effectum rei potius quam merum principium, vnde prætor non facit differentiam inter iussum, & ɔsensum, vnde nō refert ante, vel post consensus concurrat superioris. Et scias, quod quando actus valet a principio, tamen potentia pręcedit actū, iste est debitus ordo consentaneus naturæ; Sed quando actus præcedit potentiam, vt quia non valet a principio, sed ratificatur, tunc est necessaria fictio, quæ signat retro, ꝙ potentia præcesserat actum suum, & sine ista fictione impossibile est actum con-
12 ualescere. † Octauo opp. contra hoc, nam restitutio ex Trebelliano est de iure ciuili, & tamen si fiat filiofa. potest ratificari, ergo non attenditur patris auctoritas, etiam in iure ciuili, sed sufficit ratificationis consensus, ff. ad Treb. l. seruo. in prin. Solu. aliud in aditione hǣditatis, aliud in fideicommissaria restitutione, quia hæreditatis aditio est actus magis solēnis, a quo dependent om-
a nia, sed fideicommissaria restitutio non est actus solemnis, ff. ad Trebellian. l. qui ita. §. 1. quia non quæruntur iura directa. sed vtilia. Item ibi testamentum est iam confirmatum hic confirmandum, & sic ibi est fundamentum, hic non, & magna pars rei est in fundamento. Item ibi restitutio magis dependet a restituente, quam a recipiente, sed aditio hæreditatis dependet ab hęrede, vnde tota habilitas debet inesse sibi, & ab ipso principio de rigore iuris ciuilis. Nam paruus defectus in princ. maximus fit in fi.
13 † Nono opp. contra hoc, nam fideicommissarius vniuersalis similis est hęredi. ff. quod cum eo. l. filius. ergo idem in vtroq;. Sol. similis est effectu, & secundum quid non simpliciter, nec in ꝓposito & est ratio, quia hæreditatis aditio est actus legitimus, & non recipit in sui esse dependentiam de futuro, nec conditionē, de reg. iur. l. actus. sed fideicommissaria restitutio nō est actus legitimus, & recipit conditionem. ff. ad Trebel. l. sed si ante. & si tu quæris vlterius, quare aditio hæreditatis est actus legitimus? respondeo, quia talis est natura sibi tradita a iure, nam debet trahere secum executionem suam, & cadere super pręsenti, & sup certo, vt creditores & legatarij certum habeant aduersarium, & non vacillent in iure suo ponendo, quia esset iniquum, quod ingereretur eis difficultas per hęredem: oportet ergo hęredem pure, velle, vel pure nolle, nec debent pendere, vt l. est receptum, ff. communia prædi. Item si tu quæris a me, quare lapis est lapis? respondeo, quia talis species est data sibi a natura, sic & ab arte natura datur, & ita est in proposito, & sufficit, quod ita placuit
14 dominis inuentoribus legum. ff. de leg. l. non omnium. † Deci-
b mo opp. b si filius potest petere bo. poss. ignorante patre, ergo sequitur, quod potest adire de iure ciuili, quod sic probo, nam qui petit bon. poss. dicitur adire etiam de iure ciuili, vt ff. de iure delib. l. puberem, & no. ff. de acqu. hæred. l. si quis mihi. §. sed quid si mandauerit. Sol. illud verum est si talis est persona, quæ de iure ciuili adire possit, sed hic non est talis persona, quæ possit adire de iure ciuili, ut ī d. l. si quis mihi bona. §. iussum. Ego dico, quod
c non videtur etiam ille, c qui est sui iuris adire de iure ciuili petendo bonorum possessionem. Quod probo iure veteri & nouo, nā si videtur adire & acquirere nuda voluntate iura directa, prætor non posset decernere iura vtilia, quia semel factus dominus nō potest vlterius fieri dominus, prima causa dominij perseuerante, sed ea mutata sic. ff. de hæt. inst. l. 5. §. qui fideic. Item si videretur acquirere iura directa, confunderentur vtilia, vt ff. ad Tre-
15 bellianum l. si hæres. & dixi supra eo. in rub. in vlt. quæst. † Vndecimo oppo. & videtur, ꝙ filius etiam potest adire patre nesciente, cum possit eo inuito infra de bon. quæ libe. l. cum non solum. Sol. per illam legem corriguntur iura antiqua, vt no. hic, & in §. iussum. & est ratio, quia ius patris correctū est in acquisitione, ergo & in iussione, nam hodie proprietas non quæritur patri, sed vsusfructus tm̄, & ideo non requiritur patris iussus. hodie tamē in vno est ampliatum ius patri, quod possit adire pater filio recu-
16 sante. quod olim non erat. † Duodecimo opp. d nam & hodie in-
d terdum quęritur proprietas, vt quando filius est institutus patris contemplatione, quia hæreditas est quasi profectitia. ff. de vulg. & pup. l. sed si plures, §. in arrogato. Sol. in hoc casu non corrigitur ius antiquū, sed stabimus d. §. iussum, vt no. ff. quis or. in bon.
17 poss. ser. l. fi. & hic. † Decimotertio oppo. quod semper sit necessarius ɔsensus patris inf. de iure delib. l. si infanti. §. fi. Solu. ibi loquitur ī filio pupillo, cui debet patris auctoritas suffragari ratio-
18 ne ætatis, hic loquor in filio ætatis legitimæ. † Decimoquarto
e opp. & videtur q̄d semp sit necessaria patris auctoritas: e nam cū pr̄ speret vsumfruct. ergo est legitimus administrator, ergo filius indiget eius auctoritate infra de bonis mater. l. 1. Sol. in alienādo vel augendo requiritur patris auctoritas vt ibi, sed in adeundo, vel acquirendo nō, vt hic. Decimoquinto opponitur, & videtur, quod

ADDITIONES.

a Solēnis. Istā rationem ponit Bal. & Pa. de Cast. in l. qui in aliena. l. fi. de acqu. hære.
b And. Bar. Decimo oppo. Nota pro l. puberem, de iure deliber. & Bar. hic.
c Adire. Vide per Bar. hic, & Bal. vsque ad ver. 19. opp. in eadem l.
d And. Barb. Duodecimo opp. An autem hoc sit verum. vide Bar. in l. fin. §. similique modo inf. de iure delib.
e Auctoritas. Vide Bar. in l. si infanti, in vers. item quæro patria potestas, inf. de iure deliber.

pupillo pater non possit auctorari in adeundo, quia filius auctoritate patris non potest obligari.ff.de verb.obl.l.fi. sed adeundo obligaretur, ergo &c. Solu. quędam est obligatio mera, & tunc pater non est legitimus administrator, quia ex ea non sperat vsumfructum, ita loquitur contrarium. Quędam est obligatio permissa acquisitioni, vt cum aditur hæreditas, & tunc, quia ea acquisitione pater sperat vsumfructũ, ideo est legitimus administrator, & potest auctorari, & ita intelligitur tex. & gl. in d. 19 l.si infanti. † Decimosexto opp. quod ẽt de iure veteri non requiratur iussus, vt l.si filius supra de petit.hære. Solu. ibi longa patien-20 tia habetur pro tacito iussu, & sic non obstant. Decimoseptimo oppo.ad idem, vt infra de iure deliber.l.filio. Solut. ibi pater ipse consentiente filio gessit se pro hærede, & ideo non est necessa-21 rius iussus, quia pater sibijpsi iubere non potest. † Decimooctauo oppo. quod pater non possit se gerere pro hærede, vt infra de iure delibera.l.renitente. Solu. ibi filius nõ consentiebat, sed differebat, & distingue, aut filius differt, expectans forte emancipari, & sibi quærere, & tunc pater nihil potest, vt ibi, nec debet cõpelli filius ad consentiendum, licet secus in seruo, vt infra de iure deliber.l.cum aliquis, aut filius repudiat, & tunc pater a adire potest nomine proprio ex iure sibi deuoluto per repudiationem filij, vt d.l.cum non solum, aut filius non excluditur repudiatione, sed morte, tunc si filius erat infans, patri defertur iure patris, d.l.si infanti, secundo respond. Si autem erat maior infante, tũc mortuo filio, cui delata est hęreditas, pater adire non potest, nisi adiret ex iure deliber.transmisso, vt l. cum in antiquioribus infra de iure deliber. nam extincto filio est sublata persona principalis, ergo persona patris, quæ est accessoria nihil operatur, sed de hoc dic, vt d.l.cum non solum. per Richard. Maluni, & Cyn.

22 † Decimonono opp. & est oppositio principalis, dicit hic quod si filius petit bonorum possessionem nomine proprio ipsius filij, quod potest pater ratum b habere cõtra, quod nomine meo non geritur, ratum habere non possum: vt ff.de preca.l.si seruus tuus. Solu. aut loquimur, an possim habere ratum, tanquam videatur a me gestum, & hoc non possum, si non est nomine meo gestum, quia nec ego gessi, nec minister meus, nemo autem aliquid facere potest, nisi aut per se, aut per aliquod medium organum, quod representat se, puta per ministrum suum. ideo visus ministrorum necessarius est.ff.de proc.l. 1.§.visus. Certum est autem, quod non est minister meus ille, qui suo nomine, & non meo intitulauit actum, vt d.l.si seruus, cum simil. Aut quæritur, an possim habere ratum, non tanquam dominus negocij, sed tãquam pater iure patriæ potestatis, vt per ratihabitionem meam firmem actum, & mihi acquiratur, & tunc possim, vt hic. & l.1. supra de furt. & de acquisitione fienda ex officio gestionis, non iure patriæ potestatis, loquitur lex contraria, nam aliter se habet filiationis obsequium, aliter se habet gestorum officium, & dic, quod interdum ratificatio fit ad actum certum in personam ratificantis dirigendum, & attribuendum sibi, vt causæ efficienti, & tunc habet regula negatiua locum, quod meo nomine nõ est gestum &c. vt in c.ratum de regu.iur.lib.6. Interdum ratificatio ordinatur ad commodum iure patriæ, vel dominicę potestatis cõsequendum, & sibi inferendum, vt causæ suscipienti, & tunc valet ratificatio, vt hic. Interdum ratificatio tendit ad alienandum, seu ad contractum celebrandum super re ratificantis confirmãda, & tunc dominus potest habere ratum, quod suo nomine nõ est gestum.ff.de pign.l.si fundus.§.primo. quia qui consentit sua iura perdit.ff.quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur.l.sicut.§.venditionis, & ff.de leg.2.l.codicillis, §.primo. & de administr.tut.l.cum quædam. & hoc verum, si ratificat ex certa scientia, secus si per errorem, vt notatur supra de rei vendicatione, l. mater. quia qui errat, non dicitur ratificare, vt ibi plene not. Vi-23 gesimo oppo. & videtur, † quod non sit necessaria patris ratificatio, nam filius petendo bonorum possessionem vtiliter gessit negocium patris: ergo pro rato debet haberi.ff.de neg.gest.l. Põponius. Solu. aut loquimur in dependentibus ab animo, & tunc necessaria est ratificatio, vt hic. & est ratio infra de iure deliber. l. nec emere. Aut in non dependentibus ab animo, vt si reficit domum meam, vel nutrit familiam meam: nam mihi etiam inuito commodum infigitur ex tali gestione, & tunc loquitur lex cõtraria in his ergo, quæ respiciunt voluntatis libertatem, loquitur lex nostra, sed in his, quæ respiciunt cohęrentem rerum quæsitarum vtilitatem loquitur lex contraria. & hæc sunt subtilia, & no. digna secundum Iac. de Rau. & Cyn. Vigesimoprimo oppon. & 24 est oppositio principalis. dicitur hic, quod † filiusfamilias pscriptione temporis excluditur. contra, filiofamilias non currit præ-c scriptio: c vt infra de anna.except.l.1.in fin. Solu. aut loquimur de præscriptione actionis, & ista non currit filiofamilias, quia agere non potest. cum exercitium resideat apud patrem, non apud filium, & sic filius non habet potestatem rem in iudicium deducendi: quia caret exercitio: & ideo ei merito non currit præscriptio. quia vbi non est exercitium ibi non est negligentia infra de iure delib.l.fi.§.donec. & ff.de iudi.l. 2.§.pen. aut loquimur in pscriptione temporis bonorum possessionem petendæ, quæ fit in figura iudicij. & talis præscriptio currit contra filiũfamilias, qa ius, & exercitium residet in eo principaliter, vt hic, & quia petere bonorum possessionem est potius impetrare, quam agere, & ideo non requiritur licentia patris. ar.ff. de in ius voc.l. libertus.

d la a. & ideo filius potest producere instrumentum d donationis animo insinuandi in iudicio sine consensu patris. & valet productio: & ita fuit consulium de facto per Bart. & per hanc rationẽ dico, quod filiofamilias currit pręscriptio in iure adeundi etiam inuito patre, quia patria potestas non impedit ius adeundi, nec actum, nec exercitium eius, ergo currit pręscriptio, argum. huius legis, & quod not. in d. l. fi. ff. quis ordo in bonorum possess. ser. & ita consuluit Barto. Vigesimosecundo oppo. & est op-25 positio incidens contra prædicta, & videtur. quod † habenti ius in habitu, absque exercitio tamen, currat pręscriptio, ff.de seruit. vrbanorum prædiorum.l.& Atrilicinus. nam si habeo seruitutem aquæ ducendę ex fonte, & fons desiccatus est, ita quod ducere non potui, tamen currit pręscriptio mihi, sed datur restitutio. Solu. ibi e est impedimentum facti: nam facti difficultas tenorem pręscriptionis nõ impedit, secus est quando est impedimentum iuris. de hoc supra de preci. Imper. off. l. quoties. per Cyn. & supra de pactis.l.pacta nouissima in penult. & vlt. quæ-26 stio. per Cyn. † Vigesimotertio oppo. contra hoc, & vr̃ † quod etiam si ius impediat, tamen pręscriptio currat, sed datur restitutio, vt ff.de offic. præsid.l.Senatuscon. Sol. ibi impedimentum erat causatiuum, non pręcisiuum. nam etiam contra illum, qui est in officio. pscriptio potest interrumpi; tamen quia periculosum est cõuenire, omittenti agere datur restitutio in integrum. Vbi autem est pręcisium impedimẽtum, submouens litis principium ipso iure interim non incidit, & inchoata retro tamen tunc non currit pręscriptio, vt in d. §. donec. Vigesimoquar-f to f opp. incidenter contra prædicta sic, ignoranti † currit pscri-27 ptio, nec restituitur ratione ignorantiæ, nisi sit ignorantia causata ex absentia tali, quæ beneficiũ mereatur, vt patet in his, quæ non dependent ex animo, vt in aditione hęreditatis, ut infra de iure deliberan.l.cum in antiquioribus. vltimo resp.ff. de acquirenda hæreditate.l. cum quidam. & l. Pantonius. Item apparet in his, quę non dependent ex animo, vt infra, de præscript.long. tempo.l.fin. & ff.de minoribus. l. etiam ei, & tamen non est dubium, quod ignorans est impeditus impedimento facti, & tamen non restituitur. Solu. aut in actu, de quo quæritur, conside-g ratur negligentia, g vel mora, & tunc ignoranti non currit præscriptio.ff.de ędilit.edict.l.cum tex.de calum.l.annus.ff.de excu. tutorum.l.quinquaginta. & no. infra de appella. authentica hodie. Aut non consideratur mora, sed aliud accidens: ut in transmittendo ius deliberandi, vbi scientia est de substantia, & iuris auctoritas requirit scientiam, & tamen non datur restitutio, quia hoc contingit, quia ius ita disponit, vnde non videtur circumscriptus, qui in re communi est vsus. & hoc est vbicunque lex procedit, & statuit ignorantem excludi, vt d.l.fin. de prætern ptio.longi tempor. & idem si lex vltra procedit, & statuit absentem excludi, vt dicta l.fin. & idem si lex vltra procedit, & statuit minorem excludi, puta a transmissione hæreditatis, vt infra de iure deliberan.l.si infanti. §. parente. & §. sequenti. secundum quod

ADDITIONES

a Pater. Quando pater adeat hæreditatem filio delatam, vide istum infra ead.l. ver. quo ad textum, & quid si statutus est terminus ad adeundum, & non adit, an pater possit tunc adire: vide Imo. in l.si paterfam. versic. quid autem in renunciatione tacita. ff.de hære. insti. & in l.is, qui.§.fin.ff.de acqui.hæred. post Barto. ibi, & quando pater solus possit adire. Bar. in l.si infanti, in versi. contra hoc oppo. de iure delib. & vide in materia magis ordinate per Cyn. hic in 1. quæst.

b Ratum. Quomodo intelligatur, quod non meo nomine est gestum, non possim ratum habere, vide Bald. in l. 1. infra quibus res iud. non nocet. & per Dyn. in reg. ratum de reg. iur. in 6. cum reg. seq.

c Pręscriptio. An filiofamilias currat pręscriptio? & dic quod sic in iure adeundi rei aduentitijs, & tempore insinuandi. sed in hoc vlt. contrarium dicit Bal. in l. minoribus supra, de dona. ante nup. sed illud videtur verius.

d Instrumentum. Vide Bald. in l. minoribus, supra de do. ante nup. faciunt dicta per Bal. supra in 2. in 3. & 4. oppo. & quod possit insinuare donationem, tenet Bald. in d.§. necessitate.

e Ibi. Vide Bal. & Ang. in l. sicut, inf. de pręscrip. 30. anno.

f Vigesimoquarto. Sed an iste talis, contra quem currit præscriptio, restituatur, vel non, vide Barto. in l. 1. §. si quis propter inundationem, & quæ ibi dixi post eum, ff. de itin. actuque priua.

A.B. Vigesimoquinto. No. quod ignoranti currit præscriptio, sed non restituitur, contra decidit Barto. in l. 1. §. si quis autem, ff. de itin. actuque priua. facit glo. in l. Senatus, ff. de offic. præsid. & quod no. Bar. in l. Aemilius, ff. de mino. & in l. ab hostib. §. sed quod simpliciter. ff. ex quib. caus. ma. & quod habetur in l. cum filius, §. in hac. ff. de verb. obl. & idem decidit d. Abb. in c. vigilanti de præscript. sed Bald. hic tenet contra dom. Pet. de Anch. in cons. 151. & exclamat singulariter de dicto Bal. hic contra Bar. & tenet contra Bar. vide ibi, quia eleganter loquitur. vide quæ dixi plene in d. c. vigilanti.

g Negligentia. Idem tenet Bar. in l. genero, ff. de infa. pro hoc etiam facit quod no. Io. An. in c. statutũ, de preb. in 6. & Paul. de Leaz. in reg. cum quis, de reg. iur. in 6.

a quod Iaco. *a* de Beluis. intelligit illum. §. quia non leditur ex negligentia, sed ex casu fortuito, & ex natura rei. Sed contra casum fortuitum non datur restitutio, vt ff. de minorib. l. verū. & quod mors sit casus fortuitus, ut patet ff. qui & a quibus. l. Iulianus. sed in hoc passu aliter not. ff. de rebus dubijs. l. qui duos. per Iacobum de Aret. & Bart. de quo dic, vt dicā in dicta l. si infanti
28 † Vigesimoquinto oppo. & est oppositio principalis. dicitur hic quod pater, qui non ratificat, excluditur tempore transacto. Idē si est tempus fiendi, & factum ratificandi, vt l. bonorum. ff. rem ratam habe. & ff. de appellatio. recipien. l. 1. in princ. contra, si factum filij nō nocet patri. ergo nec negligentia filij, qui forte nō certiorauit patrem, debet patri nocere, vt l. si filius. supra de pactis. hic autem dicitur contrarium, coniuncta. l. vlt. ff. quis ord. in bonorum possessionem ser. ergo male. Sol. in quęsitis filius non derogat patri, vt in contrario, sed in quęrendis p filium patri filius potest præiudicare patri. *b* inf. de acquiren. possess. l. fin. quia
b pater dependet a filio. & inde ius patris capit originem, ideo tali origine sublata, tollitur quicquid ordinatur ab illa, & qualis est
29 res ī origine, talis est in acquisitione. ff. de manu. l. Caius. † Vigesimosexto oppo. *c* & videtur quod termini lapsus inducat acceptionem non repudiationē, & sic eo ipso, quod labitur tempus
c petendę, aut ratificandæ bo. pos. habeatur pro agnita infra de iure deliberan. l. fi. §. si autem hic aliquis. Sol. aut assignatur alicui terminus a iure, & tunc lapsus termini habetur pro tacita repudiatione, vt ff. de neg. gest. l. si ego. Aut a iudice, & tūc. si ea lapsu termini inducitur acceptatio, est præiudicium negligenti, & videtur acceptare, vt in contrario. Aut esset ei fauor, & tunc videtur renunciare, quia mora præiudicium, & nō fauorem secum trahere consueuit, vt no. ff. de acquirenda hæred. l. quamdiu. Ex hoc no. q terminus iudicis operatur quandoque contrarium termini iuris, & quandoque plus agitur in termino iuris, quam in termino iudicis. hoc no. J. de iure delib. l. fi. in fi. ult. glo. Si autem effectus rei nō dependent ex tempore, tunc lapsus tempo-
30 ris neutrum inducit, vt J. de testam. l. sancimus. † Vigesimoseptimo oppo. & videtur, quod negligentia filij non noceat patri, qd sic probo: non plus operatur tempus, quam expressa renunciatio, quia non operatur plus negligentia, quam factum, nec operatur plus tacitum, quam expressum. ff. loc. l. qui ad certum. sed si filius expresse renunciaret, non noceret patri, vt J. de bonis q̄ libe. l. fin. in princ. ergo idem si negligit. Solu. in hoc corriguntur iura antiqua per illam legem, secundum Iac. de Bel. Alij dicūt,
31 † quod plus operatur cursus *d* temporis, quam renunciatio. ff. ad
d Treb. l. facta. § si quis bonorum, quia tempus excludit exclusio
32 ne legali. & quia † quędam perdūtur negligentia, quæ non perduntur expresso consensu, vt supra de vsur. l. aduersus. & ff. de uerb. obl. l. cum filius. §. in hac. cum sim. & facit in ratione sui. l. si seruus. ff. de vi bo. rap. sed renunciatio est exclusio hominis, & pendet ex animo, q minus operatur in præiudicium tertij, uirtus enim legis extendit se ad omnes, sed pactum, uel renunciatio nō nocet iuri tertiæ personę. ff. de pactis. l. si vnus. §. ante omnia. & facit, q no. s. in quib. cau. in integrum resti. non est necess. l. fi. ff. quemadm. ser. amit. l. nam satis. §. si ego. & ff. de ser. vrb. p̄dio. l. si inter me, & ic. vnde pactum excludit personam a iure, sed præscriptio excludit ipsum ius a personis omnibus, & est in rem. Et confirmatur: quia præiudicabatur olim patri pleno iure, id est patri in acquirendo, ergo multo magis p̄iudicatur hodie in iure semipleno, id est in vsufructu patri quęrendo, secundum Iacobum de Rauen. & Cyn. sed tu cōsidera, quod in patre reperitur duplex ius, scilicet, quęrendi vsumfructum per filium, & illud perditur per negligentiam filij, quia requiritur, quod penes filium sit proprietas, quæ causet patri vsumfructum formalem. Item quærendę proprietatis, cuius ius incipit cedere patri filio excluso, & ideo excluso filio pater non desinit, sed incipit, hoc ius habere. aut ergo pater prætendit solum vsumfructum, & non potest filio excluso, aut plenam successionē, & potest. Et si quæras quantum tempus dabatur patri? Respondeo, cū sit subrogatus in locum filij iure patrio tantum tempus denuo habebit, quantum filius, quia est eadem bonorum possess. numero, filij, & patris deuoluta in ipsum patrem, & ideo non mutata substantia, sed in aliam personam translata, & deuoluta est eiusdē vitę. argumen. ff. si quis can. le. si eum. §. qui iniuriarum. Ius. n. filij pater habet, & q est de re, est de tempore. ff. de testa. mil. l. milecta. vel melius dic, quod filius est prior, & pater posterior in eodem iure, & tempore, & sic cursu vnius. & eiusdē temporis est exclusa causa. l. filius. ergo, & effectus pendens ex ea, & sic sto in opi. Iac. de Rau. Sed istud argu. de causa, procederet in causa materiali, & formali, quæ sunt causę intrinsecę, sed non concludit in causa efficienti, nam quoties causa efficiens pluribus potest attribui, tunc vno remoto alteri psolidatur, & accrescit effectus, vt dicta l. cum nō solum. & ff. de contratab. l. si post mor-
33 tem. §. fin. & J. tit. 1. l. 1. † Vigesimooctauo opp. & videtur quod litera male loquatur. nam hic dicitur, quod bo. poss. affert emolumentum etiam patri, & sic implicat, vt det intelligere, q etiā filio, nam omnis implicatio requirit plura extrema, sed illud est falsum, quia de iure veteri filiofa. non quæritur emolumentum, cum nec momento remanet penes eum: vt ff. de acqu. hær. l. placet. & not. ff. de condi. indebiti. l. frater a fratre. Sol. speciale est in hæreditate materna, quod de iure veteri filiusfam. habeat ius in ipsa quo ad proprietatem, & hoc per hanc legem, & ff. de inoff. test. l. filius. s̄m Rich. Malum. quæ opin. falsa est, & reprobatur p gl. ff. de acq. hær. l. his qui hæres. §. fi. & per tex. eod. tit. in l. filiusfa. ducit vxorem, & per l. nostram, quia ratihabitio patris non esset
e de substantia, *e* si non acquireretur patri, nisi vsusfructus, nā solus vsusfructus non facit quem hęredem, nec ipso iure nec in effectu. cum ergo secūdum tempora huius l. ratihabitio patris sit de substantia, ergo apparet, q pleno iure quærebatur patri, & idō r̄ndet ad contrariū, q dictio, etiam, non implicat respectu emolumenti permanentis, sed respectu ordinis acquirēdi, quia primario acquiritur filio, secundario statim patri. & illa primaria acquisitio, quæ fit filio quādoque multum operatur, vt ff. de le. 1. l. cum filiæ: nam filius remittit titulum hæredis: & si pater ei ex Trebelliano restituit, non detrahit Falcidiā, duplici ratione, quia ius defalcandi debet sumere originem, a persona filij, quia lex Falcidia & Trebellianica hæredi scripta est, pater autem hęres non est. ff. de vul. & pup. sub. l. q liberis. § hęc verba. & ideo nisi adiuncta p̄sona filij pater non detrahit eam. Adiungere autem. i. applicare sibi filiū. i. representare filium contra seipsum filium non potest, nec ipsum filium retorquere, unde habet fontem & originem. ff. de excus. tut. l. amicissimos. §. Lucius, & ista est ratio Iuliani. sed reddit & alia ratio, nam per talem restitutionem filius non consequitur iura vtilia, sed confirmat directa. ff. ad Treb. l. si hęres. vnde istud est potius quoddā resignare, quam de nouo conferre, & directa iura institutionum vel substitutionum non defalcantur, vt l. si quis ad declinandam. in prin. s̄. de epis. & cler. & in c. si pa-
34 ter. de test. lib. 5. † Vigesimonono op. dicit hic, quod pater potest ratificare &c. q̄ ista sunt proportionabilia, posse aliquid ratificare, & posse mandari a principio, nam ratificatio quo ad effectum a sua assumit sibi nām mādati. s̄. mand. l. fi. Sed hr̄ditas per procu
f ratorem non potest quæri, *f* vt ff. de acq. hęr. l. Paulus. ergo nec ratificari. Item ratihabitio non debet esse iuri contraria. ar. ff. de le. 1. l. talis scriptura. in glo. & q no. in l. pe. s̄. de arbi. in vlt. q. per Cy. Sol. aut loquimur in ciuili acquisitione, & nō potest fieri per medium procuratorem, vt in contrario. Aut in acquisitione prætoria, & potest fieri per medium procuratorem, vel aliū ministrū, ff. eo. l. 3. §. & acquirere. Aut loquimur in acquisitione facti, seu possessionis, & potest fieri p procuratorē, & ministrum, ff. de p̄cur. l. sed & hæ. §. 1. Sed cur tam varia quæritur? Respōdeo, aditio hęreditatis fit solo animo, vt J. de iur. delibe. l. si auia. vnde hæres faciendo procuratorem ad adeundum facit actum, qui non pōt fieri citra ius & nomē hr̄dis, statim ergo fit hęres: Sed l. cauetur, q qn̄ facio procuratorē ad aliquem actū, & ego p me illū actum explico, q p̄curatoris officium p̄ueniens ipsum extinguo. & statim extinguitur mandatum. ergo procurator frustra interuenit, qa non pōt mihi adeūdo titulum duplicare, nec deliberando suspēdere, nec repudiādo rescindere, & frustra procurator interuenit, cū in actu isto nihil possit. ar. ff. de ↄ̄trab. l. qd̄ vulgo. in fi. in rōne sui. Et illud, q tacita voluntate possum per me solum, alij non committo. ff. de cond. insti. l. qa rō, quia nemo ↄmittit aī sui motum. ff. de arb. l. sicuti. in gl. ergo illa est hic, quia p meipsum explico, ergo officium procuratoris in ipso ortu mandati perimit, sed non est ita in bo. pos. qa requirit actū extrinsecū, scilicet aditionem iudicis, & non perficitur sola voluntate, sed per actū ex-
35 trinsecum, & ideo potest fieri per procuratorem. † Trigesimo contra ista sic oppon. ponamus, quod ego institutus heres nolo adire, quia nescio an hęreditas sit soluendo, sed facio quendam procuratorē sub ista forma, q adeat, si inueniat hæreditatem locupletē esse, certe hic cessat ratio p̄dicta, ergo vī valere mandatum, ff. de acq. hęre. l. eum qui dubius. §. filius, sed ibi non per ministrum, sed per principalem fit aditio. Item ibi in ea aditione, in qua requiritur factum extrinsecum, scilicet iussus, sed dici pōt,
g quod sicut per meipsum *g* adeundo non possum apponere cōditio-

ADDITIONES.

a Secundum quod Ia. Vt refert Bart. in l. qui duos. ff. de reb. dub. in q. de minore, an transmittat rest. in integ.

b And. Barb. Secundum quod Iac. No. quod mors æquiparatur casui fortuito. tu vide vnam gl. sing. secundum Ang. insti. de capi. di. quæ dicit, quod mors &c. vide text. sing. in l. milites, infra, de test. mil.

Patri. Idem tenet gl. Bar. & Doc. hic.

c Vigesimosexto. An ex lapsu termini quis dicatur acceptans, vel repudians, vide Mod. in l. quandiu. de acq. hære.

d Cursus. Vide Bal. in l. 2 infra, quando non pe. par. per Acc. & per Bar. hic ad fin.

e Substantia. Ista ratio non stringit, quia commodum vsusfructus non quæritur patri nolenti l. si infra de bonis quæ lib.

f Quæri. Vide no. per Bal. in l. qui in aliena, in prin. ff. de acqu. hære.

g Meipsum. Ad hoc l. actus legitimi. ff. de reg. iur.

ditionem istam, adeo si hæreditas est soluendo, quia per aditionem quasi contrahitur cum absentibus, nec constat, quod illi cõsentiant in tali conditione extranea, & ideo non valet, sed ea, quæ naturaliter insunt, omnibus insunt, vt si debitum est conditionale, & tunc quasi contrahitur sub conditione, & sic natura rei facit conditionem inesse, sed non voluntas vnius. Solu. concedo, quod vbi non fio hęres animo meo, possum fieri hęres animo alieno, quia reputatur meus, secundum Iac. de Rau. a † Et secundum hoc potest quis adire hæreditatem ope & consilio alieno, nam possum facere procuratorem ad confitendum, & negãdum me hæredem. & tamen ex hoc resultet aditio vel repudiatio: ergo si per hanc cautelam possum, quare non possum simpliciter? & si dicis, ille qui facit procuratorem ad adeundum, videtur adire. Ego respõdeo, ꝙ hoc non est verum: vt l. serui electione. in glo. de le. i. vel dicam, ꝙ adeo, si certus sum, secus si incertus, & sic videtur vera opi. Iac. de Rau. Dicet aliquis, † quęcunque gerimus, nisi in nostra persona initium sumatur, inania sũt, ut ff. de act. & obli. l. quæcunque. sed illa aditio non potest sumere originem in persona procuratoris, nam tunc sequeretur, ꝙ procurator fieret hæres nomine dñi, & ꝙ dominus fieret hæres indirecte, non directe, quod est falsum. Rñdeo. hic actus sumit initium in persona procuratoris quantum ad nudum ministerium, non quantum ad iuris titulum, vnde dominus fit directe hæres ope ministerij, ipsa. n. aditio non potest fundari, nisi in hærede, & iuribus inseparabilibus a persona, ipsa iura in principalem personã diriguntur, ff. de manumis. vin. l. pater ex prouincia. Et ꝙ prius in casu pdicto dico sm Ia. qñ quis non vult statim fieri hæres, idem dico b in casu, qñ non põt nuda voluntate fieri hæres, vt in pupillo, qui facit procuratorem ad adeundum hæreditatem cum auctoritate tutoris, & in muliere, quæ sm consuetudinem loci, nõ potest adire sine authoritate coniunctorum, nam potest facere procuratorem ad hæc, secundum Barto. qui ita not. ff. de acquiren. hær. l. gerit in pen. q. Et sic no. ꝙ aut possumus adire per nosmetipsos simpliciter, & tunc habet locum lex, Paulus. Aut non possumus, nisi adminiculo, & ministerio alieno, & tunc procuratorem cõstituere possumus, & ideo ecclesia, fiscus, & Princeps possunt adire per procuratorem. l. 1. ff de off. procur. Cæs. & quilibet dominus, cuius mandatum habetur pro l. in suo territorio, quod est not. & sic vbi aliqua ratio aditionem suspendit, potest fieri aditio per procuratorem, sicut homo loquitur per organũ, vnde non fit hæres animo alieno, sed suo, nemo enim alieno animo fit hæres, vel exhæres, ff. de hæred. inst. l. pater. nec mireris, quia alteri sæpe committimus, quod per nosmetipsos facere nolumus, vt l. optimam. J. de cõtrah. & commit. stip. & sic aliud est committere, aliud est immediate facere, sicut dominus Papa, q multa committit, quæ per se non facit, licet dependeant ab animo suo solo & scias, quod quædam sunt, quæ sola voluntas ad esse deducit, perfectum, vt est aditio hęreditatis. quædam sunt, q̃ sola voluntas non deducit ad esse perfectum, sed requiritur certus modus, & certa forma, & tunc illa prætermissa, totum videtur omissum, infra vnde legi. l. non hoc. & ff. de verb. oblig. l. qui Romæ. §. Flauius. Quæ ergo sunt de tali forma, possunt regulariter per coadiutorem nostrum seu procuratorem explicari, nisi solemnitas actus principalem personam desideret, vt J. de manumiss. vind. l. 3. cum simi. Amplius quędam sunt, quę volumus, & ea volendo possumus perficere, ita quod non est medium inter voluntatem & esse, vt d. l. Paulus. Quædam sunt quæ volumus, seu voluntate sola non possumus ea perficere l. quod si ab initio. ff. si cer. pet. Quædam sunt, quæ sub certis finib. volumus, & aliter non, & tunc si modus resistit naturę actus, non valet actus, alias sic, vt l. actus legitimi. ff. de regu. iuris. & ideo non valet ista aditio hæreditatis, adeo istam hæreditatem, si locuples est: quia aditio hæreditatis est fundamentum, & fundamenta non possunt pendere. Nunc venio ad quęstiones, & materia successionis filiifa. delatæ, in duo diuiditur, in acquisitionem & amissionem. Acquisitionis duplex est modus, scilicet de iure prętorio, & ciuili, amissionis similiter duplex ex persona, scilicet filij, & patris. Capitula sunt ista. Primum, qualiter filius acquirat bon. possessio. Secundum, qualiter filius acquirat hæreditatem de iure ciuili. Tertium, qualiter filius perdat bonorũ possessio. Quartum qualiter filius perdat hęreditatem. Quintum, qualiter pater acquirat bonorum possessio. filio suo delatam. Sextum, qualiter pater c acquirat hæreditatem filiof. delatam. Septimũ, qualiter pater perdat dictam bon. posses. Octauum, qualiter pater perdat dictam hæreditatem de iure ciuili, sicque ex habitu & priuatione patris, & filij tota materia complebitur. Postremo de putatiuo filio, qui cum patre simulato litigat de statu: & de monacho, qui est in tertia specie seruitutis idest nec est filius, nec est seruus, quid iuris sit diffinietur, & concludetur. † Circa primum d punctum quęritur primo de actu verbi, secundo de actu facti. Ecce filiusfamilias cõstitutus coram iudice, dicit, agnosco bono. pos. vel possessionem rerum, vel dicit, agnosco dominũ rerũ, vel dicit, domine iudex, volo esse dominus rerũ talis cognati mei, vel dicit similia verba, quæ rudes homines grosso modo pręferunt, quęritur, an videatur bono. poss. agnouisse. Et uidetur, e ꝙ f non, quia aliud est bon. pos. aliud possessio. bono. ff. eod. l. 3. §. 1. Dic contra, quia q̃ tendunt ad eundem finem debet idem operari. infra, de testamen. l. quoniam indignum. ff. de præt. stipul. l. 2. ff. de leg. 1. l. & eo modo. ff. de acq. hæreditat. l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauit. † Sed pone g in actu facti emancipatus præteritus coram iudice recipit solutiones a debitoribus hæreditatis, an videatur agnouisse contra tabul. & dic, si iudex intelligebat hunc filium esse in casu agnoscendi, quod uidetur h agnoscere coram iudice, sicut econtra repudiasse. h ff. de contra tab. l. si prętcritus. & ff. de minor. l. si filius. sed si iudex hoc nõ intelligebat, non videtur factum coram iudice. nam non dicitur intelligere ille, qui causam ignorat. ff. de acquir. hæred. l. si is ad quem. & l. pupillus. Sciẽtia enim est certitudo cuiuslibet rei sensitiuæ, vel speculatiuæ, quam qs habet per se, uel per alium, ut ff. de bonorum possessio. l. in bonorum. † Circa secundum capitulum consideranda est iuris authoritas & uoluntas nõ clausa in mẽte, quę nihil ualet in actibus hominum, sed aperta uerbo & implicita factis. ff. de acquir. hæredit. l. cum bonis. & l. gerit. & infra de iur. delib. l. potuit. Animi enim cogitatio est, sicut posthumus in utero, qui si non nascitur, nihil est, nempe conceptum, sed non natum, imperfectum est infra de posthum. hæredita. instituen. l. si. de voluntate implicita facti, longus est tractatus qui alibi seruatur tractandus. Vnum tamen non est omittẽdum, quod qui possidet, i videtur adire, nisi negatiuam probet, quæ negatiua debet probari, quia in ea concluditur per affirmatiuas causas. ut quia alio titulo docet se possidendi causam, uel occasionem habuisse. ff. si quis omissa. cau. test. l. pen. & infra de rep. hæ. l. 1. Illud no. quod vna uoluntas trahit ad se aliam. ff. de acquir. hær. l. illud. & l. nec is. §. hęres. † Circa tertium capitulũ dic, quod quędam est priuatio iuris & de iure, ut per negligentiam & terminũ lapsum: & loquitur tex. nr̃ę. legis. quædam est repudiatio per renunciationem, & ista aut concernit iuaquęrẽdum, & loquitur inf. de bo. quæ lib. l. fin. K in princ. Aut ius inseparabile

ADDITIONES.

a Alieno. Hæc est opi. Iac. de Ra. volentis, quod ubi a principio constituo procuratorem ad adeundam hæreditatem, statim fiat hæres, & possit statim hereditas adiri per procuratorem meum, sed idem Bal. in rub. sup. eo. videtur tenere contrarium, dum vult, quod eo casu sit necessaria bonorum possessio, licet hic videatur inclinare in op. Iac. de Rau. tamen, inf. dum dicit, & sic no. &c. videtur inclinare in cõmunem opi. & vide hic Cy. in 1. oppo.

b Idem dico Pupillus, fiscus, mulier, ecclesia, princeps, & alij, qui per se soli nuda voluntate adire non possunt, poterunt tamen per procuratorem, & idem in quolibet domino, cuius mandatum habeatur pro l. in suo territorio. Idem vbi in additione hæreditatis ea forma statuti requireretur aliqua solemnitas, vel forma, vel falsa suspenderetur aliquo casu.

c Pater. Hic Bal. infra, prosequitur multas quæstiones, quæ hic enumerantur.

c quid si recepi emphyteusim *c* pro me, & fratre meo absente, & frater meꝰ nō vult ratificare, ro tota emphyteosis erat mea, an vero pars dimidia reuertatur ad dn̄m, an pars remaneat mihi? & vr̄, ꝙ tota in me resideat, ff. de contrah. empt. l. fundus ille. nam qui ex contu non admittitur ad partem, non facit partem. In contrm vr̄, quia inutilis adiectio minuit contū, & facit residere penes debitorem, ff. de act. emp. l. fundum cum mihi venderes. vbi falsa assertio minuit contum. Sol. aliud est minuere contractum excipiendo, vel reseruando, & tūc nō accrescit, quia contrm agitur, vt ibi. Aliud est adiungere personam totali obligationi, & tunc nihil residet contrahenti, qui concedit, & totum accrescit contrahenti, qui recipit, cum tota obligatio directa sibi iusit, ar. ff. de adm. tut. l. cum quæritur, & l. si absenti, s. si cer. pet. & istud est verum, nisi ratio concessionis inducat ius diminutionis, vt in feudo, nā quia ope-
d ra *d* vnius nō potest fungi vice duarum operarum diuersorum hominum, ff. de cond. in d. l. si non fortē, §. libertus, ideo si vnius non acceptat, tunc eius portio residet apud dn̄m. argu. d. c. 1. de duobus fratr. coll. x. quod dic, vt dixi in d. authen. si quas ruinas.
38 † Sed quid *e* in patre, qui recipit emphyteusim pro se, & filijs
e descendentibus, & mortuo patre, moritur unus sine hęred. an accrescat fratri suo, an vero redeat in ipsam proprietatem? Dicit Bar. ꝙ sic, idest, quod accrescit, & dixi in d. auth. sed repeto, vt aliquid addam. est ratio Bar. quia sunt coniuncti in vno stipite. i. in patre. Ista rō non vr̄ bona, quia est coniunctio legalis, vt l. Proculo, ff. de leg. 2. Alia ratio redditur, quia filij capiunt mortis cā, s. per mortem patris, ergo, & inter se est locus iuris accrescendi, quod habet locum in mortis cā capione. l. Thais, §. Stichus, ff. de fideic. li. & J. de cad. tol. in l. 1. in fi. Ista rō non vr̄ vera, quia
f consiteor in rebus hęreditarijs. sed ista nō est res hęreditaria, *f* s. de inof. test. auth. vnde si parens. ff. de verb. ob. l. e. stipulatio ista §. si quis ita, & s. de inoff. test. l. omnimodo. §. fi. vnde verum est, ꝙ capitur quodam ordine mortalitatis. sed non est verum, ꝙ sit mortis cā capio, & non defalcatur. ff. de verb. obl. l. quodcunque, §. 1. & J. de col. l. illud. §. fin. Tertia rō, quia si dicit, vsq; in tertiam gn̄ationem, ista dictio est respectiua de gn̄atione in gn̄ationem, & sic ex tpe semper innouat statum suum, vt l. si cum in annos, ff. qui. mo. vsusf. ami. sed ista rō non vr̄ bona, quia per istam repetionem prospicitur, vt rōne noui casus de nouo acquiratur, nō vt accrescat, quia id, ꝙ est semel amissum non accrescit, vt d. l. si cum in annos. Itē quod si non est ibi dictio vsque, sed dictio, in, vt puta, tibi & tuis liberis in infinitum, vel quid si dr̄, tibi. & posteris tuis, nec sunt alia verba repilogatiua. quid dicemus? aut ista emphyteusis descendit in posteros iure hęreditario, & tunc
g non potest accrescere *g* nisi cum vniuersitate, & ideo sicut hęreditas agnita non accrescit, sic nec ista emphyteusis. Redit ergo ad proprietatem pars obeuntis. Aut transit in posteros iure liberorum, non aūt in eos tanquam hęredes, & tunc accrescit superstiti, sed noua rōne, nam hoc nomen liberorum, est vniuersale, & ius uniuersitatis remanet in vno, vnde totum genus sal-
h uatur *h* in vno, & in illud recidit, l. sicut, in fi. ff. qđ cuiusq; vniu. ff. de rele. l. vel quæ paterfam. & de leg. 2. l. e. cum pater. §. libertus.
39 † Sed quid si dn̄s emphyteusim *i* paternam duob. fratr. renoua-
i uit, an per istum nouum contum est sublatum ius accrescendi, & videtur, ꝙ sic, quia debet inspici, quod nouissime factū est, ff. de acq. pos. l. si quis ante. In contrm vr̄, quia videtur tacite repetitum quicquid erat repetendum, ar. ff. de pact. l. item quia, §. fi. ff. solu. mat. l. pe. §. vxor. ff. de pact. dot. l. inter. §. cum inter. ff. loca. l. item quæritur, §. qui impleto, & ff. de arb. l. e. Labeo, quod verum credo, quia renouatio vr̄ facta ad confirmationem, non ad derogationem, auth. si quas ruinas, s. de sacros. eccl. & quia in præiudicium tertij non potuit dn̄s mutare formam antiquitus constitutam. arg. ff. de adm. tut. l. impuberi filio centurio. & quia innouatio vr̄ facta cum sua causa suisque vitijs, arg. ff. loc. l. si quis domum, & ff. de pig. l. lex vectigali. nam semper solum ius conce-
40 dentis vr̄ concessum, ff. de contrah. emp. leg. qui tabernas. † Sed
k nunquid *k* emphytesis reuersa ad dn̄m, intelligatur tacite reno
l uariꝰ dic, ꝙ nō. quia requirit scripturam, *l* d. §. qui impleto. nam cum scriptura sit de forma, & cessat forma, ergo cessat renouatio etiam si per scripturam apparet solutio censualis, nam hoc infert in concessione tacito modo, quia per obliquum, & non expresse, vnde non sufficit, nisi vt no. ff. de vsuris, leg. cum de in rem uerso. Item super eo, quod quæsitum est de feudis, dic ori-
m ginalem formam feudi inspici, nam si formam, *m* & originem assum-

ADDITIONES.

a Perpetuum. Vide sup. ea. l. in 6. & quod ibi dixi.
b Cessat. Vide Bal. in d. auth. si quas. & Bal. in d. l. si mihi.
c Emphyteusim. Vide per Bal. in d. l. si mihi. & Titio, qui videtur contrarium tenere sed plus placet opi. Bal. hic, intelligendo, secundum quod declarat Bar. in d. l. si mihi, in ver. quandoque conceditur vni tantum, & ita intellige Bal. in d. auth. si quas. quæ potest sic concordari, no. per Bar. vbi sup. iunctis no. per eundem in l. fundum mihi cum venderes, ff. de act. emp. nam acquiritur mihi portio fratris, per dict. l. si absentis, sed finitur in persona mea per mortem fratris mei decedentis sine liberis, comprehensis in inuestitura, per d. l. fundum, & per Pau. de Cast. in d. l. si mihi, in fi. vide Lud. Rom. hic in 12. q. qui tenet contra Bal. satis leuiter.
d Opera. Faciunt no. per Bal. inf. eo. Item super eo. & per Sal. hic in 11. q.
e Sed quid Vide Sal. hic, in fi.
f Hæreditaria. Immo ipsis tanquam hæredibus videtur stipulari, quando emphyteusis poterat ad hæredes transire, & merita non præcesserant, secundum Bartol. in l. quod dicitur, ff. de verb. obl.
g accrescere. Responde per Bar. in cons. inc. ex themate prædicto, dum alleg. l. si cum in annos. & Bal. in c. 1. in ver. decedenti, in ti. qui feu. da. poss.
h Saluatur Idem Bal. in c. 1. in ver. decedenti, in ti. qui feu. da poss. & bene.
i Emphyteusim. Vide Bar. in l. si mihi, & Titio, ff. de verb. ob. & Ro. hic in 11. q.
k Sed nunquid. Si emphyteusis est reuersa ad dominum, & dominus patitur illum continuare emphyteusim, an intelligatur tacite facta renouatio, vide Bar. & Doc. in l. 2. ver. quæro, quid si elapso, sup. de iu. emph. sed forte ibi ex eo, quia non petatur emphyteusi, nisi domino volente, non ipso iure, vt ibi no. secus si ipso iure, & ita intellige hic, vide Bal. in l. item quæritur, §. qui impleto, ff. loc. in lect. antiqua, ubi idem tenet.
l Scripturam. L. 1. & ibi no. per Doct. sup. de iure emph.
m Nam si formam No. in feudis, an habeat locum ius accrescendi, & vide supra in prin. huius 11 q. & etiam in ver. sed quod si recepi in emphyteusim, & in cap. 1. an agn. vel filij. sed Bald. aduersatur hic dictis in cap. 1. §. cum vero Conradus, alias est, §. & quia vidimus, qui feu. dare possel. ubi dicit, quod in primo casu hic posito non habet locum ius accrescendi, sed successorium edictum, & est magna differentia, quia in iure accrescendi portio accrescit ipso iure, vt est gl. hic, & in l. sed cum patronus. ff. de bon. poss. sed successio non acquiritur, nisi petita. & sic posset præscribi. l. licet, J. de iure delib. & ponit Bal. in d. c. § 1. in ver. decedenti, & ibi vr̄ melius loqui per Bal. in c. 1. de fra. a Ca. mue. Bar. etiam in consi. inci. ex themate prædicto tria dubia oriūtur, videtur dicere iure successionis obueniat. & adde Bal. in leg. 11. sup. de iu. emph. & in l. 2. §. in primo, inf. de cad. toll. & in leg. si qua mulier, inf. ad Ter. & Ro. hic in 9. q. Sal. hic in fi. ēt videtur dicere, quod iure successionis obueniat, & idem dicit in emphyteusi.

assumpsit in vno esse, quia fuit concessum vni, & postea deuenit in plures, & ex illis pluribus. vnus casu mortalitatis de medio est sublatus, tunc alijs accrescit, & non redit ad proprietatem, quia sic a principio concessum est, vt per vnum possideretur totum feudum, & feudum magis inspicit stipitem suum, quasi formā suam naturalem & originalem, quam respiciat dominū, feudi & feudum, quandiu est de genere recipientis, aliquis masculus, non deficit, quia in masculina prole conseruatur, quia nō videt mortuus, qui reliquit similem sibi post se. est enim pars sui corporis præsens, l. cum scimus, §. fin. de agr. & censi. lib. xi. quandiu enim viuit vita feudi, nunquam intercidit, nec ad proprietatem redit, quia viuere viuentibus est esse, & posito aliquo in esse, nulla sequitur priuatio. x. coll. qui feu. da. poss. c. j. §. cum vero Conradus, & de grad. succ. in feud. c. j. si vero feudum plurib. a principio est concessum, si quidem erat feudum indiuisibile, accrescit superuiuenti, dico quod accrescit a quantum ad commoditates, & prouentus, sed quantum ad indiuisibilem iurisdictionem non dr̄ accrescere, sed dr̄ decrescere, l. aquam. ff. quē adm. ser. amit. si vero feudum erat ipso iure diuisum a principio. tunc ex post facto non integratur, quia non videtur vnum feudum, sed plura, vt d. c. j. de duob. fra. de nou. benef. inuest. coll. a.

41 † Sed an diuisio, b quā faciunt fratres inter se, excludat ius accrescendi? vr̄ quod non, ff. de verb. obl. l. qui Romæ, §. duo fratres. Contrarium no. ff. fam. erc. l. si familiæ. Sol. si nihil de feudo remansit superuiuēti, tunc nihil ei accrescit, quia portio debet accrescere portioni, sed si aliquid de feudo, vel aliquod ius feudi sibi reseruauit, tunc accrescit, quia inuenit aliam portionem, quæ hoc incrementum recipit. Non ob. primo d. §. duo fratres, quia ibi loquitur in iure substitutionis, vbi non desideratur alia portio. ff. de vul. subst. l. ex facto. §. fi.

42 † Duodecimę, c & vltimæ principali quæstioni d dico, quod in iurisdictione ordinaria habet locum ius accrescendi, e l. j. ff. de off. consul. l. inter collegas. secus in iurisdictione delegati, vel arbitri. f In vocibus etiam habet locum ius accrescendi morte, priuatione, & suspensione, & ideo qui nolunt congregari possunt eorum voce suspendi, & priuari, & sic non erunt de numero electorum, si sunt ex iusta causa suspensi, puta pp contumaciam, de const. c. ea literis, ff. de fideic. lib. l. c. si legatario. §. j. & sic potest facere rector scholarium, si duæ partes nolunt congregari, priuet contumaces, & tunc voces eorum erunt penes alios. i. potestas vocum, non dico translatio, quia ista est priuatio, non translatio, & sic rector facta vniuersitatis expediet.

43 † Posset etiam quæri, nunquid in donatione g causa mortis hēat locum ius accrescendi, v. g. donata est eadem res duob. coniunctim cā mortis, per stipulationem, vel nudum pactum, vt not. in l. cum pater. §. Męuio, ff. de leg. 2. vel per traditionem. ff. de do. cā mor. l. inter mortis. modo vnus istorum decessit viuo donatore, quæritur, nunquid eius portio accrescat superstiti? & vr̄, quod non, quia donatio causa mortis maiorem habet similitudinem cum contractibus, h inter viuos, quam cum testamentis, vt not. in l. a. ff. de dote pręl. & ideo interdictum quorum legatorum, non habet locum in ea, vt ff. quorum leg. l. j. §. si quis, ex mortis sed in contractibus, inter viuos, non habet locum ius accrescendi, ergo nec eius in simili. ar. ff. depo. l. 1. §. si quis seruum, nam quoties propriam naturam actus non habemus, recurrimus ad id, cui magis assimilatur, econtra videtur, quod sic, quia tenet naturam fideicommissi, & legati, vt infra de do. causa mor. l. j. & l. fi. & hoc tenebat. Nic. de Mat. in d. l. t. idem tenet Bar. per tex. inf. de cad. tol. l. 1. §. fi. & ibi videas, & hæc sufficiant in ista leg.

ADDITIONES.

a Accrescit. Sed Bal. in c. 1. de duob. fra. de nouo bene. inue. videtur tenere contrariū, vide per Io. And. in Spec. in tit. de feu. & vide Sal. hic in 11. q.

b Sed an diuisio. Vide quod no. Bar. in d. §. duo fratres, hic alle. in 11. q. & Bald. in ca. Imp. l. at & ibi gl. & ex ibi notatis patet Bal. hic male dicere, & vide Bal. in l. si familiæ, hic allegata. & Bar. in l. si mihi, & Titio, ff. de ver. obl. ex quib. apparet, quod quamuis non sper ius accrescendi, tamen ex natura inuestituræ, vel successionis non impeditur superstes venire, & vide per Bal. in l. 1. in 11. q. de re. di. Rom. hic sequitur illud, per l. interdum, ff. de vsuf. accr.

c And. Barb. Duodecimæ. An in iurisdictione ordinarij habeat locum ius accrescendi, vide tex. in l. Imperatores, §. 1. ff. de app. vide d. Petr. de Anch. in d. c. vno delegatorum, de off. del.

d Quæstioni. Vide per Rom. hic in 8. q.

e And. Barb. Accrescendi. An ius accrescendi in hæreditate possit prohiberi, vide Io. de Imo. in l. 1. §. ex fundo, de hær. inst. an in feudo sit locus iuri accrescēdi, vide Bal. in c. 1. qui feu. da. poss. Bar. in cons. inc. ex themate, & in l. si mihi, & Titio, de verb. ob. Bal. in l. 1. §. 1. inf. de cad. tol. vide eum in aut. si quas ruinas, sup. de sacros. eccl.

f Arbitri, c. uno delegatorum, extra de offic. del. & in iudicio ordinario, vide bonum tex. in l. Imperatores, §. si magistratus, ff. de appell.

g Donatione. Vide Bar. in l. re coniuncti, in fi. de leg. 3.

h Contractib. Quid in salarijs, an habeat locum ius accrescendi, vide Bar. per illum tex. in l. 2. inf. de le. lib. x. & Rom. hic post q. 5. quid in poenis: idem Bar. in l. arbitrij ita certum, ff. de arb. quid in executoribus, & commissarijs, vide Ang. & Imo. in l. Imperatores, §. si magistratus, cum concor. ff. de app. quid in tutoribus, vide in l. si sub conditione, in fi. ff. de test. tut. An inter duos filios habeat locum ius accrescendi, vide sup. quid in priuilegijs, vide Bal. in l. pen. inf. de cond. inser. quid in iure patronatus ecclesiæ, vide Pau. de Leaz in q. inc. patronatus ecclesiæ, &c.

De bonorum possessione secundum tabulas. a *Tit. XI.*

ADDITIO.

a Secundum tab. de ista bonorum posses. secundum tab. vide notum fin. quod posuit Bald. in l. fin. uers. quintę quęstioni, inf. unde legi. an habeat locum in testamento non solenni facto inter liberos, vel venientes ab intestato.

LEX PRIMA.

1. *Appellatio pendente, nihil est innouandum.*
2. *Actus iurisdictionis voluntariæ, per actum iurisdictionis contentiosæ suspenditur triplici ratione.*
3. *Possessio bonorum debet dari in forma iudicij.*
4. *Appellatio non suspendit possessorium.*
5. *Quæstio falsi non suspendit possessorium.*
6. *Testamentum dicitur falsum, si legitimus est certus.*
7. *Testamentum qualiter potest probari, quod non sit verum.*

PEndente. Donec cā falsi per appellationem disceptatur, bonorū possessio agnosci non potest. h. d. Quæro, quomodo sit ponendus casus in hac lege? Respon. quod quidam pducebat testm̄, quod dicebat se scriptum hęredem, sed proximus agnatus, vel cognatus dicebat hoc falsum, & iudex pronunciauit super dicto testamento, declarando dictū testm̄ esse falsum, a qua sn̄ia victus appellauit. nunc vero dictus agnatus idemque victor petit sibi decerni bonorum possessionem ab intestato, quæritur an possit? & determinatur. quod non, & redditur rō, quia interim non est certum, pp dubium litis euentum, an defunctus decesserit testatus, vel intestatus. h. d.

1 † No. quod pendēte appellatione nihil est innouandum, a quia appellatio oīa suspendit, quæ ipsum appellationem tangūt, & inde dependent. secus si essent oīno separata. vt s̄. de reb. cre. l. generaliter. §. sin aūt. b & §. seq. & ff. mand. l. creditor. in princ. ff. de adm. tu. l. chirographis, §. fin. argum. ff. de eac. tut. l. diximus. Si autem appellatio esset deserta, tunc non dr̄ innouari, quia non pēdet, vt j. de appell. l. eos. in princ. & ff. de pact. l. tale pactum, §. qui prouocauit.

2 † Quęro, quæ est rō, quod iste actus voluntarię iurisdictionis suspēditur per actum iurisdictionis contentiosæ? Rn̄deo, triplex est rō. Prima ordinis, vt j. commu. de succes. l. antequam. Secundo est natura appellationis, quæ nedum contentiosam, sed etiam volūtariam suspendit, quod est no. Tertia est ratio dubitationis, quæ impedit ea, quæ requirunt iuris, & facti certitudinem, vt s̄. tit. 2. l. quādiu.

3 † Vlterius quæro, quomodo agebatur hic de falso, nunquid principaliter, an incidenter? rn̄. principaliter, cum dicat hic, quod testamentum fuit pronunciatum falsum, vnde vel ciuiliter, vel criminaliter hoc principaliter fuit petitum, alias super incidenti non fuisset pronunciatum, ut no. s̄. de or. iudi. l. 1. alij dicunt incidenter, dicendo quod alio petente bo. possessionem secundū tabulas opposuit proximus de falso, & dicunt, quod pronunciatum fuit testm̄ falsum tacite. s. denegando bon. possessionem secundum tabulas. secundum hoc vr̄, quod bon. possessio c dari debeat in forma iudicij, cum super ea pronuncietur, & a tali pronunciatione appelletur, sed secundum hoc erat 9. ff. de bo. pos. l. seruus, & s̄. qui admit. l. 1. vbi bonorum possessio datur filio sine cōsensu patris, & seruo, qui alias in iudicijs esse non posset, ut s̄. de iudi. l. seruus, & j. de bo. quæ lib. l. fi. §. j. Sed ad hoc rn̄det Odofr. & dicit, in bono. possessione concedenda aliqn̄ interponitur decretum, & fertur diffinitiua sn̄ia, nam vbi petitur bonorum possessio, si quidem extiterit 9dictor, debet fieri litis contestatio, & ferri diffinitiua sententia, vt argum. de edic. diui Adr. toll. l. fi. §. si autem, & tunc non potest interuenire seruus, nec alius, qui non possit esse in iudicio, & ita fuit hic. Si autem non appareat 9tradictor, & tunc sine contradictione, & sine litis contestatione, & sine diffinitiua sn̄ia, cum causæ cognitione interponetur decretum, & decernetur bonorum possessio, & tunc prædictæ personæ possunt interuenire, quia non tractatur in forma iudicij, & ideo non appellatur, ut ff. de offic. procons. l. nec quicquam. §. vbi decretum, hæc est differētia inter decretum, & sententiam, & hoc posset esse verum secundum hęc tempora, sed hodie secus, vt dixi sup. titu. 2. l. fin. secundum Nicolaum de Mat.

4 † Opponitur, & videtur, quod appellatio, possessorium non suspendat, vt inf. si de momen. possessio. l. 1. Solu. hic in possessorio iuris, ibi in possessorio facti, secundum Cyn. & est rō; quia posses-

ADDITIONES.

a And. Barb. Innouandum. No. quod pendente appellatione nil debet innouari, debet limitari, nisi per tertium innouetur, gl. est fin. secundum Bal. in l. creditor, ff. man. & vide alias notabiles limitationes Bal. in l. si quis filio exhæredato, §. quod tamē ff. de inius. test. & Ang. in l. furt. ff. de his qui not. infa. & Bal. in d. c. 1.

b §. sin autem. Et ibi no. per Bart. in §. fi.

c Bon. poss. An audiatur contradictor, vide Bal. in l. 1. in 4 opp. qui admitti, & in rub. co. tit. in 3 q. & vide Sal. hic.

a sorium *a* iuris includit cām proprietatis. † Secundo opponitur,
5 ꝙ qō falsi non suspendat possessorium *b* etiam facti, vt ℑ.de edi.
b dum Adr.tol.l.a.Sol.ibi scriptus hæres petebat possessionem, secus si eam peteret legitimus, vt hic. Tertio opp. ff.de bon.posses. l.cum quidam. Solu.ibi quo ad transmissionem non nocet litis pendentia, tamen decretum interim non interponitur, vt hic.
6 † Quarto opponitur, & vr̃, ꝙ si legitimus est certus, ꝙ testm̃ sit falsum, ꝙ possit ab intestato succedere, sicut eꝫ scriptus, qui scit testm̃ verum, potest adire non obstante, ꝙ pendeat lis in cā falsi, vt ff.de acq.hær.l.cum falsum. Sol.ibi in additione de iure ciuili, in qua inspicitur solius adeuntis scientia, hic in bon. possessione, in qua inspicitur iudicis conscientia. aliter enim iudex nō
c potest decretum interponere, arg.ſ̃.de iud.l.certi iuris, quæ conscientia pendet ex actis, & facit extra de re iud.c.a.ab excommunicato, in rōne sui. Quinto opp. ꝙ non suspendatur bon.pos.qa si exigit disputationē fori, vt dixi s.tit.a.l.fi. Sol.ibi solut, & supe-
7 rius in hac eadem leg. † Quæro, extra, quomodo potest probari hæc negatiua, ꝙ testm̃ non sit verum? Rn̄d.per testes hoc deponentes, quib.creditur, licet non sint rogati, quia ad probandum testm̃, non ad reprobandum requiritur rogitus. Et aduerte, qđ qñ testis deponit negatiue, debet remouere actum a sensu, non sensum ab actu, hoc est debet dicere, talis actus non fuit factus, & ego hoc scio per sensum, & præsentiam meam, quia tali loco & tpe, vbi & qñ dr̃ actus fuisse celebratus, ego interfui, & re vera ille actus non fuit tunc celebratus, & non potuisset celebra-
d ri, quin ego vidissem, & audiuissem, nam sicut in facto ꝓprio *d* cadit vera scientia propositionis negatiuæ, vt ff.de acquir.hær.l. Pantonius, §.rei.ita in facto alieno sic coarctato, ꝙ virtus intellectiua, & sensitiua clare, & aperte percipit negatiuam, vt not.ſ̃. de ert.aduoc.l.2.per Cyn.in l.1.§.1.de inn.actuque priuato. Item
e negatiua potest directe probari per instrm̃, *e* vt ſ̃.de reb.cre.l.fi. ergo, & per testes, vt ſ̃.de fide instr.l.in exercendia, & ideo si restes affirmatiui referunt se ad instrm̃, & negatiui ad illud idem, cum per eandem cām reddant rōnem, æque probari potest negatiua sicut affirmatiua, vt d.l.fi. Si autem testes negando remouent eorum sensum ab actu, quod est, qñ dicunt non recordamur, vel non interfuimus, tunc nihil probant, quia qui nescit, non potest probare, vt ff.de furt.l.quædam, in fi. & ff.ad Carb.l.
f 3.§.duæ. Adde hic vnum verbum, ꝙ si testis *f* deponit de sua præsentia, vr̃ deponere de scientia, & sensu, qui requiritur in tali
g actu, licet non specificet *g* de ipso. secus si deponit de præsentia tertij, quia talis depositio non includit scientiam, vt ff.de author. tut.l.1.in fi.per Bar.quod est no. Ex hoc vr̃, ꝙ si testis dicat, scio
h quia *h* sensi, quod probat licet non specificet per quem sensum senserit, sed hoc non credo verum, quia nomen sensus qñq; ponitur pro intellectu, & ideo talis ratio est incerta, quia quod plurib.modis exponitur, eius veritas ignoratur secundum Boet.

ADDITIONES.

a Possessorium. Vide Bal.in l.post sententiam, inf.de sen.& inter.om.iu. latius in l.1.inf.si de mo.poss.fue.app.& vide sup.in prox.q.& conclude, ꝙ iste text.omnino probet opi.Cy.& Bal.hic, quia vt dicit ipse Bald.in d.l.post sententiam, hic non fuit pronunciatum super bon.pos.sed super falsitate principali intentata vide, & conclude, ꝙ aut bono.pos.sit decreta interueniente contradictore, & potest contradictor appellare, quia sibi infertur præiudicium, ex quo res secum gesta est, ut innuit gl.in l.3.§.bonorum, ff.de bon pos.l.acti l.& in maioribus, inf.de appel. & pro hoc facit ille tex.secundum vnum intellectum, quem ponit Bald.sup.prox.in ver.alij dicunt, sed vbi fuisset decretum interpositum sine contradictore, non videtur, ꝙ possit appellari, quia præiudicium non infertur tertio, vt no.in d.§.bonorum, ergo non appel.l.a sententia, in prin. ff.de app.l.1.ff.de appell.rec.facit ratio, quæ habet locum in casu l.1.inf.si de mom poss.fuer.appel. & illud videtur velle Bal.in l.1.sup.qui adm.in ver.sed nunquid a tali decreto, vbi alle.istam l.& ita saluatur opi.Bal.in l.1.inf.si de mo.pos.& illud sentit Bal.sup.prox.in præc.q.quam quam Sal.in d.l.1.inf si de mo.pos.fuer app.transeat cum Cy.
b Possessorium. Vide gl.& Doc.in l.cum falsum, ff.de acq.hær.& Sal.hic.
c Interponere. No.ergo ex gl.ꝙ iudex debet potius sequi suam conscientiam, quam partium, ita Bald in l.1.in prin.de pen.iud.qui male iud.
d Proprio. Vide Bar in l.1.§.si quis se neget, ff.quemadm.test.ape. Bal. Ang.Imo in l.si bene, ff.de inm.sup.& in tell.gl.& Doc.in §.si vero absunt.in Auth.de hære. & Fal.col.1.& Io.And.in c.ex tenore, extra de test. Bart post Iac.But. & Cyn.in l.actor, sup.de prob.Pa.de Cast hic reputat illa verba pulchra, & elegantia, & add. no.in c.tertio loco, extra de prob.& in c.bonæ, extra de elect.
e And.Barb. Per instrumentum. No.negatiuam posse probari per instrumentum, vide de ista negatiua plene Bar.& Mod.in l.in illa, & in l.hoc iure, ff.de verb.obl. & Bal.in l.actor, sup.de proba.
f Testis. Vide Bal.in l.testium, sup.de testi.in l.si non speciali, in princ.inf.de testa. & in l.a.inf de adulte.
g And.Barb.Non specificet. No.quod testis probat, si dicit, quod fuit præsens, adde tex.sing.hoc probantem, l.testium, in ver.præsto, sup de test. sed Bart. tenuit contra, quod non probat, in l.2.§.si sol.mat. & vide text.expressum, & ibi An.in Auth.de insi.cau.& si.prope princ.
h Scio. Vide Bal.in l.testium, sup.de testib.

LEX II.

1 *Testamentum debet probari per septem testes.*
2 *Solemnitas dicitur duplex.*
3 *Notarius, cui obysitur, quod est excommunicatus, sufficit, quod probet per duos testes se absolutum.*
4 *Testis si de se tantum testificatur, non probatur testamentum.*
5 *Testis vnus supplet alium.*
6 *Iuramentum suppletiuum in vltimis voluntatibus non habet locum.*

Bonorum. Vbi testm̃ est in scriptis, habet locum bon. possessio, secundū tabulas. vbi sine scriptis habet locum vtilis secundum tabulas, vel secundum nuncupa-
1 tionem, h.d.† Opp.sic, hæc lex dicit, ꝙ debeo ꝓbare, quod septē restes adfuerint. nec dicit per quot testes probem, ergo proba-
a bo per duos, *a* ꝙ septem interfuerunt, vt l.vbi numerus, ff.de tes. sed leges requirunt maiorem probationem in vltimis voluntatibus, vnde vr̃ obstare, l.hac consultissima. ℑ. de testa. huius ꝯrij timore Mar. confitetur oppositionem, & rn̄det ad ꝯrium, ꝙ aut volo probare solennitatem, & sufficiunt duo, vt hic, aut voluntatis veritatem, & tunc requiruntur tot ad probationem, quot requirunt ad testamēti compilationem, vt in ꝯrio, & hoc probat Mar. quia qñq; potest esse qō de mera solennitate, & tamen non refertur qō ad veritatem. Nam potest esse, ꝙ veniēs ab intestato confitetur testm̃ sic factum, sed dicit non solemniter factum, quia nō coram septem testibus rogatis, tunc si institutus probat per duos testes, ꝙ interfuerint septem rogati, sufficienter probat. si autem negetur testm̃ factum, tunc per duos testes nihil probat secundum Ma.Glos.tenet ꝯrium, quia quis non potest cognoscere qualitatem, nisi cognoscat substantiam, vt leg.
b eius *b* qui in prouincia, ff.si cert.pet. ergo oportet, ꝙ testes deponant de substantia testamenti, si debet de solennitate probare, sed substantia per duos non potest probari, etiam s̃m Matt.
c ergo nec solemnitas. *c* licet ergo possit esse qō de solēnitate, ita ꝙ non de ueritate, tn̄ probatio non pōt fieri de vno, quin fiat de
d alio. Preterea interrogabitur testis, quō scit, ꝙ testabatur, *d* vnde oportebit, ꝙ dicat de veritate rei, & vr̃ casus de fideic. l. qōnem, in fi.& si dicas, ex quo aduersarius confitetur de veritate, ergo amodo super veritate non egemur testibus. Rn̄de. immo, quia qui confitetur testm̃ non solemne, cōfitetur aliud testm̃, quam illud, s.solemne, de quo testes deponunt, & licet non præsumatur pluralitas testamentorum, illud est verum, nisi ex actis videāmr plura, nam solemne testm̃, & non solemne nō possunt esse vnū & idem numero. Vnde testes nullum adminiculum recipiunt ex confessione partis, quę dicta testium non contingit, s̃m Iaco. But.hic in lect. sed Nic.de Mat. vr̃ tenere, ꝙ si quidem est quęstio solummodo de numero solemni testium, i.an solennis numerus testium interuenerit, vt quia forte aduersarius alia oīa
e confitebatur, satis est, ꝙ duo testes *e* dicant talem solemnitatem interuenisse, quæ solummodo ad probandum veritatem introducta est, vt in iurib.primo inductis. Si autem est qō de ipso testamento, ꝙ negatur factum, vel de alia solemnitate, puta an testator nominauerit suo ore nomen hæredis, quod negatur, vel de alio sīl, tunc requiruntur septem, vt in iuribus. secundo loco inductis in gl.s̃m Nic.de Mat.in sua lect.tn̄ non rn̄det ad rōnes Iac.But.sed Bar.rn̄det in l.hæredes palam.ff.de testa. quia interrogabitur rn̄dens, an testator fecerit plura testamenta, an unum testm̃, & si dixerit, ꝙ unum testm̃, tunc testes necessario deponunt super illo, & sic probatur de fi.instr.ca. cum Ioannes Here-
a mita, & adde quod no.ſ̃.de err.adu.l.a.per Iac.But. † Ex his apparet, quod duplex est solemnitas, vna in uoluntate, alia in ꝓbatione. Solemnitas uoluntatis debet probari per tot testes, quot sunt necessarij in facto, sed solemnitas probationis potest probari per duos testes. Ex his resultat decisio aliquorum dubiorum, & primo quæritur. In quodam instrō reperitur, quod pr̃ filium instituit in oībus, filię fœminę reliquit quinque, & non dicit iu-
f re institutionis. *f* duo autem testes dicunt, ꝙ reliquit iure institutionis. dico, ꝙ ualet testamentum, quia duo testes supplent instrumentum in eo, quod coram duobus fieri potest, ut in §. ex imperfecto, secus si non potest fieri coram duobus. ff. de leg. 2. cum

ADDITIONES.

a Per duos Vide omnino. Bal.& Cy.in l.fi.inf.de fideicom.
b L.eius.ibi, possidendi animum haberet, & l.si seruum mihi, §.1.ff.de act.empt.
c And.Barb.Nec solemnitas. Et sic potius stari debet testibus affirmantibus, quam negantibus, l.diem proferre, §.si plures, ff.de arb.Inno.in c.super hoc, de renun. & p c.quod per nouale, de ver.sig.& limita nisi deponerent in criminalibus quia fauore absolutionis staretur negantibus, gl.est sing.8 1.dist.c.clerici, secundum Bal. in l data opera, inf.qui accus.non poss.
d Testabatur. Ista omnia sunt verba Iac.But. hic formalia.
e And.Barb.Duo testes. Per quot testes probetur solemnitas testamenti, & voluntas testatoris, vide Bar.& Io.de Imo.in l.hæredes palam, ff.de testam. in c.cum esses, extra de testam.
f Institutionis. Vide quod no.Bald.in l.pe.in ver.quid si testes dicunt, inf.de sen.quæ sine cer.quan.prof.& cum Bal.transit hic simpliciter Pau.de Cast.& istud facit ad no.per Bal.& alios in l.errore, inf.de testa.& sentit hic Bal.ꝙ verbum, relinquo, relatum ad filiam, non importat institutionem contrarium tenet ipse in l.quoties, inf.de hær.inst.& inspecta ratione prædictorum, uideretur, ꝙ etiam si coram duobus testib.non potuisset fieri tale testamētum, posset probari solemnitas per duos, postquam constat de voluntate, ad hoc facit, quod dicitur inf.in uer. pone, vide & quæ in simili ponit Bal.in l.non codicillum, ad fi.inf.de testam.

eum proponebatur. † Secundo queritur, pone obiicitur notario, quod est excommunicatus, & ideo non valet instrm̄, ipse per duos testes probat, se tunc fuisse absolutum. dico enim, ꝙ sufficit, quia valde remotum, & extraneū est ab vltima voluntate id, quod probatur, vnde stamus regulę, vt l. vbi numerus, ff. de testi. & in omnibus, quæ seorsum a testamento consistunt: dicendū est, quod ab eadem regula pendet, si obiiciatur testi infamia, vel testatori minor *a* ætas, ff. de min. l. de ætate, sufficiunt. n. duo testes, de ætate, & qualitate personæ deponentes, & si per consequentiam ex his connalidetur probatio testamenti, non est mirum, quia habilitas personarum non potest probari duob. testibus, sicut inhabilitas, quia est q̄ō de iure personę. Triplex ergo q̄ō esse potest, s. de iure voluntatis, de iure solemnitatis, & de iure, idest, habilitate personæ. Nam cum de personæ statu queritur, non quæritur de actu voluntatis, sed de potētia, quia sine habilitate nil potest fieri. Ista ergo habilitas pōt probari seorsum a testamento, nec sequitur est habilis, ergo fecit, & sic non, requiritur idem modus probandi, quia non est eadem rō, & conditio probandorum, quia non est q̄ō eorundem terminorum, sicut aliud est quærere de libertate, aliud de hęreditate, vt s̄. de pe. hęr. l. liber necne, s̄. de ord. iud. l. a. & l. a. s̄. de ord. cogn. Pone in instrumento *b* non continetur, ꝙ testes fuerint rogati, sed duo testes deponunt de rogitu septem testium ad suppletionem instr̄i, an probent? certe, sic quia solemnitas extrinseca probatur per duos testes. † Hic quæro, si septem testes testificantur, & quilibet dicit se fuisse pręsentem, & rogatum, vbi talis fecit testm̄, tali modo & non facit mentionem de aliis testibus, nunquid erit probatū testamentum, videtur, ꝙ non, quia per hoc non est probatum e septem testes fuisse pręsentes, quod hic requiritur, & j. de testa. l. hac consultissima. nam quilibet im̄ de se testificatur, vnde non sufficit, argum. extra. de elect. c. in Genesi. cō vr̄, ꝙ pręsumatur presentia argum. j. de c̄hen. stip. optimam, & Inst. de fideicom. hęr. §. fin. & maxime, vt testamentum teneat, argum. ff. de inoff. testam. l. si pars, & hoc approbat Mar. de Fano. secundum. Nic. de Mat. hic in lect. Hoc est verum, quia singularitas testium attenditur penes effectum rei, non penes modum sciendi, vt j. de pęnis, l. cum reis, omnis enim testis in sensu suo est vnicus, sed in re testificata est contestis aliis. l. a. ff. quemadm. test. aper. per Bar. † Sed quid si interrogatus, qui vel quot fuerint contestes, dicit nescio, *d* vel non recordor. R̄ndeo idem, quando vnus testis supplet alium, & quę non prosunt singula, multa iuuant, quia veniunt ad probationem alicuius rei, sicut vna hyrundo non significat ver. sed multæ significant veri. de excus. tut. l. a. & ex vno lapide non fit domus, sed ex multis aggregatis non disgregans l. j. s. qui numer. tut. & ex concordi. depositione præsumitur vnus actus, quia quę non differunt forma, *e* non præsumunt differre numero. Modo *f* aduerte ad caudam glossę, & quæro, si duo testes deponentes de veritate, & solemnitate testamenti, non probant, an saltem faciant rem dubiam, ita ꝙ hęreditas ab intestato non possit adiri. gl. dicit, ꝙ sic, sed c̄ glo. vr̄, quia probatio dubia nil operatur. de prob. c. in præsentia. Item si probatio est inualida, tunc veniens ab intestato per exclusionem scripti hæredis, est certus de iure proprio, ergo adire potest, quia lex est certa, ergo & ipse. Item detur, ꝙ scriptus possideat hæreditatem, an hęres ab intestato agens c̄ institutum repelletur, *g* quia non potest adire hęreditatem, certe non, quia testm̄ non est legitime probatum, & probatio non legitime facta, vel non plene (vbi plene probare est necesse) non facit rem de iure, vel de facto dubiam, ut no. ff. de infam. l. Lucius. ideo gl. non vr̄ uera, nisi dicas, ꝙ in summariis, quæ non fiunt in figura iudicii, probatio dubia facit rem dubiam. Teneo c̄ glo. quia probatio non concludens, non facit rem dubiam, & reb. sic se habentib. ista probatio intregim non releuabit, ita ꝙ ēt non facit iudicium, nisi inter liberos, vt l. fin. fam. erc. ergo nec modo releuat in aliquo. Et no. ꝙ in leg. nostra fit probatio lite non cont. quia fit non in figura iudicii, sed de plano. † Sed nunquid in istis causis vltimarum voluntatum, & donationibus causa mortis, si est semiplene probatū, & non deficit in probatione, nisi vnus testis, poterit deferri sacramentum *h* actori in subsidium probationis, vel reo in defectum probationis, & vr̄, ꝙ sic, qua loco vnius testis hr̄ iurans, vt notat. s. de reb. crę. l. in bonęfidei, & sic vr̄ numerus testium suppleri. Tu dic c̄, *i* quia ubi certus numerus testium est de substantia actus, & de forma probationis, omissio substantialis formæ uitiat, vt j. de testam. l. si vnus, & patet expresse, j. de fideicom. le. fi. & Insti. de fideicom. hęr. §. fi. præterea, tunc defertur sacrm̄ ex inopia probationis, quando iudex non est certus deberi, vel non deberi, sed hic iudex certus est non deberi, ergo non potest deferri iuramentum, & maxime in testamēto, vbi debent testes esse rogati, & ideo cum pars non possit rogari de testimonio, sequitur, ꝙ non potest surrogari loco testis rogandi. Nec obs. l. s̄. de reb. cred. leg. cum etiam. quia ibi loquitur in iur̄o iudiciali, non iurisdictionali. i. necessario, quod ex authoritate solius iudicis pō det ex inopia probationum, & facit supra si certum pet. l. fi. & in auth. ibi posita,

ADDITIONES.

a Minor. Cum Bal. transit Pau. de Cast. hic.

b Instrumento. Idem tenet Pa. de Cast. hic, & illud facit ad no. per Bald. & alios in l. errore, inf. de testam. contra illud uidetur tenere Bald. in l. hæredes palam, princ. ff. de test. & Pet. de Anch. in c. cum esses, extra de testa. sed Io. de Imo. ibi reprehendit illud, & bene.

c Probatum. Idem dicit Pa. de Cast. hic. & reputat hoc singulare, & dicit, ꝙ recordatur de hoc vidisse dictum Spe. in ti. de inquisi §. nunc tractemus, ver. idem sufficit. istum vers. non inuenim, sed puto, quod voluerit allegare, ver. qui incipit, super probatione autem infamiæ, &c. vbi Spec. ponit hæc verba in c. qualiter. & quando extra de accu. vbi tangit de his, quæ dicit Bald. in seq. quæst. Roma. hic tenet contra Bal. & male, ut post cum dixi, & uide quod sequitur, & Spe. in tit. de teste, §. 1. ver. item quod non fint rogati, &c.

d Nescio. Bene facit, quod not. Bald. in l. pen. vers. quid si testes, inf. de sent. quæ sine cer. quant. profer. uide quod dixi sup. prox. q. Roma. hic contra, & male, ut post eum dixi.

e Forma. vide Bald. in l. de quibus, ff de legib. & Pet. in locis alleg. in apost. uersic. probatum.

f Modo. Vide Bal. in l. pe. in princ. inf. de sent. quæ sine cer. quant. prof. & Imo. in ca. cum esset, extra de test am. ibi idem tenet, quod iste hic, & gl.

g Repelletur. Pau. de Cas. hic transit cum Bal. contra gl. & pro hoc alle. no. per Bald. in l. admonendi, in ver. quarto, quid si actor probauerit intentionem suam &c. ff. de iureiur. dum loquitur de probationib. contrariis, vide hic Sa. & Fran. Tig. Rom. hic transit cum Bal. & Ful. hic.

h Sacramentum. Vide Bal. in l. in bonæ fidei, ff. de re. cre. & in c. 1. §. item si uasallus, de cont. inue. & idem tenet Sal. in d. l. in bonæ fidei, & hic vide Ful. ad fin.

i And. Barb. Tu dic contra. An in causa vltimæ uoluntatis deferatur iuramentum, in defectum semiplenæ probationis, vide Barto. & Mod. in l. admonendi, ff. de iureiur. & Bald. qui eleganter loquitur in l. 1. supra de fide instru. & l. sicut iniquum, eo. ti. & in ca. 1. §. si quis per triginta, si de feu. fue. cont. in vs. feu. l. fi. sup. de proba & in l. 1. in fin. infra. de sen. quæ pro eo quod inter ibi est, qui non potest interesse, non potest deferri iuramentum, quod est not. Item quando probatur intrinseca, vt tenet Bald. per l. nostram, C. de test. Item quando quis incidit in pœnam non defertur iuramentum, ita tenet Bald. in l. j. infra de his, quæ pœ. nom. Item ad fundandum iurisdictionem iudicis non sufficit vnus testis cum delatione iuramenti, secundum Io. in c. Roma §. contrahentes, de fo. comp. lib. 6. & tenet Bal. in l. præscriptione, C. si contra ius vel util. pub. Item si pars non approbasset testes, vt in c. præsentium, de testi. & si unus testis probaret, & pater sibi deferri, non audietur, vide Io. de Imo. in d. c. præsentium, & ita bene no. Item quando quis prætenderet ignorantiam constitutionis, & probat per vnum testem, non debet sibi deferri iuramentum, sed sum sequitur do. Card. & uide Mod. in c. 1. de consti. & in gl. & dic, ꝙ semiplena probatio non prodest, vbi depr. ius alterius, & sic non defertur iurm. secus si defert, vide Io. And. in c. præsentium, de testi. ubi dr̄, ꝙ non defertur, quando testis dicit pro eo, qui est protestatus opponere contra suam personam, quia non vr̄ hoc facere ex alia causa, nisi quia timore dicit pro illo, vide sibi omnino. Et faciat, quod voluit Bal. in rubr. de prob. ubi dixit, ꝙ non defertur iurm̄, quando modo actus est indiuisibilis, & non dicit habere partem & ideo nō uidetur esse semiplena probatio, & idem dicit eo casu, quo in testamento sufficiunt duo testes, alleg. l. fi. C. fam. erc.

De bonorum possessione contra tabulas, quam prætor liberis pollicetur. Tit. XII.

L E X P R I M A.

1 *Legata debētur coniunctis personis ex testamento rupto per contratab.*
2 *Dictio, soli, est taxatiua, & exclusiua.*
3 *Ratio quare debeantur legata ex testa. rupto per cōtratab. est, quia vitiū est solum respectu institutionis.*
4 *Dictio, solus, non semper excludit, sed quandoque includit, quod est sibi connexum.*
5 *Auth. ex causa, an extēdat magis legata respectu præteritionis, quam edictum prætoris.*
6 *Legata non debentur a præterito.*
7 *Hæreditas petita per contratabulas non potest adiri ex testamento.*
8 *Quot actiones competant pro istis legatis priuilegiatis.*

Liberi. † Rupto testamento per c̄tabulas legata dēntur coniunctis personis. h. d. Opp. & vr̄, ꝙ hęc lex non dicat verū, nec de iure veteri, nec de iure nouissimo, de iure veteri, quia hic dicit, solis parentib. & liberis, † nam dictio, solis, *a* est taxatiua, & exclusiua. s. si aduuer. rem iud. l. aduersus, ff. de usu, & hab. l. a. ff. de condi. ind. l. his solis, sed certum est, quod alii plures continent edicto Pręctorum, ut ff. de leg. pręst. l. j. Item no. † de iure nouissimo, quia legata dēntur oibus, nam pręteritio non est vitiū nisi respectu instōnis, non respectu legatorum, ut in auth. ex cā, de lib. pręt. Sol. dico, ꝙ hęc lex procedit de iure ueteri, quia hęc dictio, solis, refertur ad edictum pręctorium, ibi dum dixit s̄m edictum, & ideo excludit, sed tacite refert cām edicti. ar. extra de verb. sign. c. Abbate. † Item hęc dictio, solus, non sp̄ excludit. vt ff. de condi. fur. l. j. & s̄. de legi. l. fi. Immo qn̄q; includit id, qđ est sibi connexum, unde per hęc uerba, solus Ep̄s non excludit capitulum ecclesiæ suæ, ut extra de accu. c. 4. per Arc. lib. 6. Itē dicit

ADDITIO.

a Solis. Quid importet, uide in l. cum notissimi, in prin. & ibi Ang. inf. de præscr. 30. ann. ista ponit Albe. in dictionario, in verbo, solus, & facit ad ea, quæ notat Bar. in l. 3. §. cum Titio, ff. de adim. leg.

dicit Iac. Bu. ꝙ procedit de iure nouissimo, quia auth. ex cā. non loquitur de præteritione paterna, secundum eum. Sed sua hæc opinio est falsa, vt dicam in auth. ex cā. Dic ergo, ꝙ hodie debentur legata omnibus, per dictam auth. ex causa. natu cum legata possint valere sine institutione, ergo nō uitiantur per defectum institutionis, vt not. in l. j. ff. de vulg. subst. Item hodie sublata est dr̄ia præteritionis a paternæ, & maternæ, vbi præteritio fit sine cā, vt not. in Authen. de hær. & Falc. §. exhæredatos. † Sed hic restat dubium, vtrum authen. ex causa extendat b magis ad legata respectu præteritionis, non dico respectu personarum, quā faceret edictum prætoris, cuius interpretatio hr̄, ff. de leg. præstand. l. Saluius Aristo. vbi dr̄, ꝙ coniunctę personæ non potest plus deberi, quam præterito ex portione uirili. Dicit ibi Bart. ꝙ in hoc est cogitandū, sed tu dic, ꝙ eum authen. ex causa, confirmet legata, quod non est curandum de ęqua portione, sed de legitima, & Falcidia, ac si filius succederet ex dispositione paterna, quia quantum ad legata, & fideicommissa, non rescinditur testamentum, vt dicta auth. ex causa. † Secundo op. quod legata non debeantur a præterito, vt ff. de lega. 3. l. a. & j. de fideicom. l. pen. Solutio. ibi fuerunt relicta a persona præteriti, hic ab hærede scripto, argumē. ff. ad legem Falci. l. qui fundum, §. qui filios, vel hic est grauamen legis, ibi testatoris. vel dic, si testator grauat c præteritum sub conditione, si hæreditas ad eum peruenerit, valet, secus si eum non putat successurum, & tamen grauat. argum. ff. de leg. 3. l. sed si sic. † Tertio oppo. si petita est ɔ̄tabulas, hæreditas non potest adiri d ex testamento, vt no. j. de collatione. l. vt liberis. ergo legata non debentur, vt inf. de fideicom. l. eam quam Solutio. dicit Iac. But. j. l. proxima, quod uidentur tacite repetita ab intestato. sed falsum dicit, quia tunc deberent omnibus, nō beneficio edicti, sed ex ui clausulæ, & si diceretur ꝙ dicta clausula non operatur in casu pręteritionis, vt not. in d. authen. ergo nulli deberētur. Pręterea ab intestato non possunt deberi, nisi adita hæreditate ab intestato, vt no. ff. de hær. inst. qui filio, §. seruus, & ff. de fideicom. l. a. Sed ɔ̄tabulas est ex testamento, vt ff. de inoff. testamē. l. filio. §. ɔ̄ tabulas, & sic uirtute dictæ clausulæ nō possunt deberi legata, sed solum uirtute, & ope legis. Nec ob. l. eam quam. quia fallit hoc casu, & alijs plurib. vt ibi no. casus n. noster. tenet medium inter cām testati, & intestati, & ideo pretor mediam uiam elegit. hodie autem sicut maior fauor adhibetur pręteritis in succedendo, ita maius onus inducitur, iuxta illud, qui in vno grauatur, in altero releuatur. l. eum qui. ff. de iureiur. † Quæro, nunquid pro legatis istis priuilegiatis competant tres actiones? Respon. sic, vt j. commu. de lega. l. 1. versic. & præcipue.

ADDITIONES.

a And. Bar. Præteritionis No. quod sublata est differentia maternæ, vel paternæ præteritionis, & sic videtur innuere, quod pater debet relinquere filio iure institutionis, vt tenet Bald in auth. n. ex causa. hic alleg. & l. omnimodo, supra de inoff. testam. licet Barto in authen. nouissima, C. de inoff. test. teneat contra. sed prima opi. videtur verior per textum in l. nam & si parentibus in ver. non vtique, de inoff. testam. & in Authen. et cum de appellat. cogn. §. cæterum. & § & hęc quidē, & Mod. hic. Item allegant Mod. hic illum text. pro singulari, quod sicut scripto in testamentum nuncupatiuo datur bonorum possessio, ita præterito in testamento nuncupatiuo.

b Extendat. vide Bal. in auth. ex causa, in ver. tertio opp. & etiam in secunda oppo. primæ part.

c Testator grauat. In contrarium facit, quod no. Bal. in l. pen. inf. de fideic. dum dicit illam legem locum habere, etiam si apposita fuerit clausula codicillaris, & expresse vide Bal. in l. 1. ff. de leg. 3. & Ang. hic.

d Adiri. No. quomodo debeantur legata rupto testamento per contrata. & hic adde Bal. in l. fi. inf. unde l. g.

L E X II.

1 *Testamentum præterito tacente, an sit inualidum.*
2 *Præteritus perpetuo potest dicere testamentum nullum de iure ciuili.*
3 *Præteritus in præiudicium fratrum testamentum approbare non potest.*
4 *Præteritus si approbat testamentum, in quo fratres sui sunt instituti, an aliquod esse possit.*
5 *Testamentum valet in quo pauperes Christi sunt instituti.*
6 *Præterito approbante testamentum imperfectum, an alij possint hæreditatem adire æquitate scripta.*
7 *Testamentum vsurarij manifesti, an reconualescat per subsequentem cautionem de restituendo.*
8 *Factum tempore prohibita non conualescit nisi nouus consensus superueniat.*
9 *Prohibitio testandi vsurario absq; cautione c. quanquam, non concernit solum testatorem sed etiam testes prohibet interuenire.*
10 *Prohibitio legis debet consider ari si habet causam finalem de præsenti, & procedit annullando, aut de futuro, & tunc cessante causa cessat prohibitio.*
11 *Satisdatio vsurarij, an sit satisfactio, vel signum pænitentiæ.*
12 *Qui sunt prohibiti interesse, eorum pænitentia non possunt actum firmare.*
13 *Testamentum factum ab eo, qui tempore testamenti erat vsurarius, postea vero publice fœneratur, an valeat.*

Posthumos. Natiuitate posthumi præteriti testm̄ ipso iure rumpitur, & nihilominus p ɔ̄tabulas expugnatur. Oppo. si ruptum est, ergo vlterius rumpi non potest, quia quod nullum est, nihil est, & quod nihil est, rumpi non potest, ff. de iniusto tes. l. nam & si sub conditione. Rn̄. glos. ꝙ immo est aliquod de ęquitate prætoris, donec dicatur nullū, vel petatur ɔ̄ tabulas. cum ergo interim sit aliquod, merito rumpi potest. Aduerte, illud testm̄. in quo posthumus a est præteritus, est a principio aliquod vtroque iure, s. ciuili, & prætorio, sed nato posthumo est nullum de iure ciuili, & eo iure quo nullum est. non potest magis rescindi, sed de iure prætorio est aliquod, ꝑꝑ spem conualescentiæ, & ista spes rumpitur per ɔ̄tabulas, secundum Pe. Sed Bar. dicit, spem rumpi non posse, & petentem ɔ̄tabulas approbare testm̄, ut reprobet, vnde approbat, ut factū, sed non ut sic factum. Sed somniauit, quia eodem modo agens querela approbaret testamentum, & esset sibiipsi ɔ̄rius, ꝙ esset ridiculū. non obl. b leg. 3. §. falsus. ff. rem ratam hab. quia ibi approbatio est quo ad factum ꝓcuratoris, reprobatio uero, quo ad factum iudicis, & sic est circa diuersa. hęc autem esset circa unum, & idem, implicaret ɔ̄dictionem. † Sed opp. & uidetur, ꝙ etiam præterito tacēte testm̄ sit inualidum de iure prætorio, cū interim sit nata. bonorum possessio, unde liberi. ab intestato, q̄ datur non solum ipsi pręterito, sed fratribus. quibus. est aperta uia edicti, ut ff. si tabu. test. null. exta. l. 1. §. fin. Solu. gl. male dicit, ꝙ interim testamentum sit aliquod, quia immo est nullum, etiā de iure prętorio. Bene tn̄ concedo, ꝙ interim est spes, ꝙ possit deduci ad aliquod per approbationē pręteritionis, uel per moram non petentę ɔ̄ tabulas, secundum Iac. de Rauen. nam si præteritus non petit contra tabulas intra annum, potest scriptus petere, secundum tabulas, c vt ff. ad Carbon. l. si impubes, §. fin. per quam scriptus constituetur bonorum possessor, & acquiretur sibi ius, d commutabiliter tamen, nam † si præteritus dicat testamentum nullum de iure ciuili, quod potest perpetuo, euincet a scripto hæreditatem cum fructibus, licet Bart. in l. filio præterito, sentiat. e quod per lapsum anni testamentum inexpugnabiliter conualescat, quod non est verum, nam cum præteritus habeat petitionem hæreditatis, vt infra de repud. hær. l. suus, fatuū est dicere, ꝙ tollatur anno. infra de edic. diui Adr. toll. l. fi. vel saluando glos. dic, ꝙ testamentum f interim est aliquod aptitudine, non actu, cum interim non sit nata, secundum tabulas, vt ff. de sec. tab. l. æquissimum, §. expectandi. † Quæro nunquid præteritus possit approbare g testamentum in præiudicium fratrū, quibus non est aperta via, & videtur ꝙ sic, h quia illi non habent causam dicendi nullum, nisi ex iniuria aliena, vnde si principalis remittit iniuriam præteritionis, alij non debent posse allegare iniuriam tertij. Tu dic contra per l. si post mortem, §. fin. ff. de contratab. & ita tenet hic Cyn. quia fratres non ueniunt beneficio præteriti, sed beneficio edicti, nec habent causam a præterito, sed ab edicto prætoris, & stultitia testatoris. † Secundo quæro, i si præteritus approbat testamentum, in quo sunt instituti fratres sui, an testamentum sit aliquod de iure ciuili,

&

ADDITIONES.

a Posthumo. Vide limitationem, quam ponit Pau. de Cast. in l. filio præterito, in fi. hic alleg & ibi etiam ponit alias.

b Non obst. Ang. l. hic etiam tenet contra Bar. vide eum.

c Andreas Barbat. Petere secundum tabulas. Not. quod si præteritus intra annum non petit contra tabulas, post annum potest scriptus hæres petere, secundum tabulas, vt tenet hic Bald. & in leg. filio præterito, & ibi Ang. & D. Fran. de Ramp. & Sal. in l. 1. inf. de posth. hered. ubi allegauit textum, in l. a duo, in prin. & leg. in qui ff. de leg. præst. Secundo, quia est remissio iuris ciuilis, & sic perpetuum. Tertio quia annus datus a prætore, uidetur remittendus de iure prætorio. Quarto facit l. seruum, inf. de iure delib. Quinto est casus in leg. si impubes, §. fi. ad Carbon. licet Bar. pro se inducat. Et ita etiam dicit Ang. in præallegata leg. filio præterito. Sexto alleg. tex. in l. æquissimum, §. si sub conditione, ff. de sec. tab. Salv. in l. a. inf. de posthum. hær. quem omnino uide licet Bal. non alleget, unde l. 1. de suis, & leg.

d Ius. Vide glossam finalem in d. §. fi. ibi dum dicit, quod est bono. poss. tacit.

e Sentiat. Vide Bal. in l. 1. inf. de suis, & leg. & in l. fi. uer. est, & sciatis, inf. unde cogna. Ang. hic tenet contra Bart. & Sal. in l. 2. ubi uide Bal. inf. de posth. hær. inst. & Pa. de Cast. in d. l. filio præterito, hic alleg. & Rapha. Cum in repet. leg. si filius, qui in potestate, ff. de lib. & posth. & Ang. & Pau. de Ca. hic, qui omnes tenent contra Bar. & Rom. hic.

f Testamentum. Vide, Bal. in l. 1. inf. de suis, & leg.

g Approbare. Vide tamen Bartolum in d. leg. si post mortem, §. fi. hic alleg. quia sūt opi. inter glo. & Doct. & uide Baldum in leg. si pater, in 2. oppo. cum similibus, inf. de inst. & subst. sub cond. fact. & Salyc. in leg. 2. infra de posthum. hæred. & Pau. de Cast. in d. leg. filio præterito, ubi tenet illud, quod ipse tenet hic, & latius per Iason. ibi.

h And. Barb. quod sic. an frater poterit approbare testamentum in præiudicium fratris non præteriti Bald. hic tenet, quod non, sed contra tenet Sal. in leg. 2. sup. de pet. hær.

i Secundo quæro. Vide in 3. & 4. q. & seq. Bal. in leg. fi. vers. est quintus, inf. unde leg. & in l. si pater, in 1. & 2. oppo. inf. de inst. & subst. sub cond. fac. & Pau. de Cast. in leg. filius a patre, ff. de lib. & posthu. & ibi circa vltimam char. videtur tenere opinio. Bar. & ibi etiam per Raph. in rep. Pau. de Cast. hic transit cum opinio. Barto. unde hic per Rom. & quæ scripsi post Bar. in l. si duobus, §. si prius, ff. de contratab. per Sal. in l. 2. inf. de posthu. hær. inst.

& videtur quod non, cum necessaria sit hoc casu bonorum possessio, vt J. vnde legi. l. certum, & de inusto testamen. l. cum in secundo, ff. de contratab. leg. quod vulgo, & hic in glo. & no. ff. de
a per. hæred. leg. 1. in contrarium a videtur, quod sit aliquod, non de rigore: sed de æquitate iuris ciuilis, & non sit necessaria bonorum possessio, vt d. l. filio præterito, ff. de lega. præstand. l. si duo, & no. inf. de inst. & subst. leg. si patet, in glo. sed illa glos. non loquitur de omnimoda præteritione. sed de onerosa & conditionali institutione, de qua die, vt ibi dicam, quia non est totaliter
b præteritio sed secundum quid, quid dicemus? b Bart. in d. leg. filio præterito. tenet, quod de iure ciuili non conualescat, quod intelligit, quod loquatur solum de iure prætorio. Tu dic de iure ciuili conualescere, quandocunque sunt institutæ personæ, quæ possunt succedere de iure ciuili ex testamento imperfecto, ff. de contratab. leg. si duob. §. si prius, & d. leg. si duo, per Iac. de Aret.
5 & Dyn. † Tertio quæro, quid si instituti essent pauperes Christi, vel pia loca? Respondeo idem, ut conualescat de mera æquitate iuris ciuilis, licet secus esset de rigore, quia ex imperfecto testamento possunt hæreditatem adire, vt extra de test. cap. cum esset
6 & c. relatum. † Quarto c quæro, quid in aliis, qui non possunt suc
c cedere ex testamento imperfecto, an approbante præterito, poterunt perpetuo hæreditatem adire de æquitate scripta, vt d. leg. filio præterito, & communis opin. Moder. est, quod non, sed necessaria secundum tabulam bonorum possessio, ut patet in iurib. sup. alleg. aduerte, quæstio stat in hoc, an ista approbatio valeat de iure ciuili, dic mihi quæso, quare non. Cum enim suus possit aperire viam alteri de iure ciuili se abstinendo, vt dicam in leg. qui se patris, inf. vnde liberi, quare non potest aperire scripto hæredi, cum fauorabilior sit cã testati, quam cã intestati, ff. de libe. & posthu. leg. Gallus, §. quid si is. Item cum prætor permittit ei ius ciuile, idest, ius ciuilis acquisitionis repudiare, ergo retro fingitur non suus heres, quo ad efficacem suitatem, vt leg. proinde, ff. si certum pe. Item si consensisset ab initio ualeret, le. sicut, §. venditionis, ff. quib. mod. pign. vel hypo. sol. & no. sup. de inoff. testam. l. si quando. §. fin. ergo idem, si ratificat, & dicere contrarium, est ualde contra conscientiam, & naturalem æquitatem, & contra iudicium bonorum laicorum, sic s. de transac. l. si maior, & s. de dilationib. le. 2. & interdum subtilitas facit hominem errare, ff. de uet. obl. l. si seruum, §. sequitur. Quare enim testatorem offendimus, si præteritio non sauemus, nec est aliud testamentũ iustius, & sic nõ obstat, ff. de lib. & posthum. l. si filius, qui in potestate, & facit quod no. s. de inoffic. testam. l. scimus, in princ. in gl. ord. & facit ad hanc legem, s. de ord. iud. l. j. sed potest responderi pro opinione communi, quod hoc contingit, quia testator debuit scire leges habere locum in suo testamento, & ideo si legẽ spreuit, sibi imputet, ff. de leg. 1. l. nemo potest, ff. de adm. tuto. l. quidam decedens, in princ. & argumen. ff. de leg. 2. leg. codicillis,
7 §. fin. argum. extra de off. deleg. cap. cum super. † Dubitatur de
d testamento vsurarij d manifesti, vtrum reconualescat e per sub-
e sequentem cautionem de restituendo vsuras præstitas secundum formam, ca. quamquam, de vsur. lib. 6. Cyn. in l. 1. §. si filius, ff. de leg. 3. dicit, quod non reconualescit, quia quando forma requisitur certo tempore, si superuenit postea, nihil operatur, vt ff. de author. tut. l. obligari, §. tutor, & argumen. ff. de infam. l. quid ergo, in prin. sed requiritur certa forma, ante factum testamentum, vel in ipso fieri ipsius testamenti, alias prohibentur testes interesse, vt in d. c. quamquam, §. nullus. Item expresse ibi dicit, quod testamenta aliter facta non valeant, sed sint irrita ipso iure, & not. quod dicit, irrita. nam quod est irritum propter delictum, non confirmatur, nisi recenti iudicio, vt no. ff. de secund. tab. l. 1. §. exigit. hoc etiam tenet Garsias, & Ioann. Mon. quia requiritur in testatore, quod habeat testamenti factionem duobus temporibus, s. tempore testamenti, & tempore mortis, vt d. §. si filius, sed iste non habebat testamenti factionem tempore testamenti, ergo nec mero iure, nec de æquitate testamentum conualescit, quod patet, quia quamquam edictum prætoris nitatur æquitate, tñ ex
8 tali testamento non datur bonorum possessio. Et † est rõ, quia est factum tempore prohibito, quia tempore inhabilitatis testatoris: vnde nisi superueniat nouus consensus, non conualescit, argum. ff. de seruis expor. l. si minor, & supra si rector prouinciæ, l.
9 1. §. fin. † Præterea ista prohibitio est non solum in persona testatoris, sed etiam testium, quibus est interdictum interessendi officium, vnde sicut si testes essent excommunicati, vel inhabiles, non valeret testamentum, vt ff. de testamen. l. ad testium, §. conditionem. Ita nec nũc valet, cum sint interdicti ab actu, quia deficit solemnitas testium, licet quantum ad scripturam, sufficiat sequens satisdatio, vt no. in cap. s. de vsur. in clemen. In contrarium, quod testamentum reconualescat, nota. Io. Andr. in d. ca. quamquam, in vltima glo. & idem tenet in nouella, per hanc rationem: quia istud testamentum non reconualescit solo temporis cursu, sed factum testatoris, in quo facto tacite includitur voluntas perseuerandi in iam dispositis, argum. ff. de mil. testamen. l. tribunus, §. fin. Item quia satisdatio facit cessare finalem
10 causam prohibitionis. † Vbi est considerandum, quod aut prohibitio legis habet finalem causam de præsenti, & tunc statim trahit secum suum effectum, an vero finalis causa est de futuro, & tunc cessante finali causa prohibitionis, dispositio conualescit, sed ita est, quod hic finalis causa prohibitionis est perseuerantia in crimine vsurarum, & notorietas criminis: ergo cessante causa, cessat prohibitio, argumen. ff. de re milita. l. milites, argument. in princip. ad hoc facit, quod not. in simili, supra de inoffic. donat. lege prima, in glo. magna, versicu. item Octauo.
11 † Præterea, ista satisdatio non est proprie forma, vel solemnitas, quod patet, quia non est necesse, quod interueniat eodem contextu, sed est quidam actus, qui requiritur in signum pœnitentiæ, & satisfactionis vsurarum, & fauore debentium recipere vsuras indebite solutas. Conualescit ergo, sicut diximus in l. si non lex Elaicentia, ff. de hæredi. instit. & l. qui soluendo non erat duos Apollonios, per quam l. ita disputando determinauit Nicol. de Mat. quem sequitur Bartol. in dicta lege filio præterito. tamen ad illam l. responderi potest, quia ibi non erat prohibitio propter vitium testatoris, & sic non ratione personæ, sed ratione materiæ, quia bona erant non soluendo. Item ibi actua erat solennizatus quo ad testium præsentiam, hic autem non,
12 a quia † prohibiti interesse non possunt præsentia eorum firmare actum, argumen. extra de electio. capit. Massana. & capitu. ecclesia, qua propter opinio Cyn. est verior de iure, quia cum testes sint prohibiti ab actu: ergo est remota solemnitas prohibitoria ab ipso actu, & sic non valet. Non obstat supra de precib. Imper. offer. l. vniuersa, quia ibi loquitur de cautione, quæ post rescriptum debet præstari, quia respicit executionem rescripti, non eius originem. Sed hæc ante factum testamentum, vel in ipso decretalis mandat caueri, & ad initium lex se retulit, & ideo inspicitur principium, vt dicta lege quid ergo. Item non obstat, quod cessat finalis causa prohibitionis, quia non sufficit hoc, vbi causa efficiens est nulla: quia primum fundamentum actus in persona debet consistere, vt supra de petitio. hæredit. l. liber. & ff. de iure cod. l. quidam referunt. Item non obstat, si dicatur: ista non est proprie solemnitas, sed quidam actus extraneus remotus a natura testamentorum, vt digestis, de verbor. significatio. l. verba contraxerunt, quia dico, quod hic deest persona, quia inhabilis, vnde videtur deficere etiam consensus, & sic non potest conualescere, nisi superueniat causa confirmans eiusdem generis, vt in reg. Catoniana. ff. de reg. Caton. l. j. nisi dicas, quod illa regula non haberet locum in nouis legibus
13 eodem tit. l. penult. † Quid econtra, f si tempore testamenti non
f erat vsurarius, vel erat, sed non manifestus, postea vero publice fœneratur? Resp. ipso iure rumpitur testamentum, per theoricam glo. scriptam in d. l. 1. §. exigit, ff. de bonorum possessione, secundum tab.

ADDITIONES.

a Andr. Barb. In contrarium. Et pro opin. Bal. Salyc. in l. 2. inf. de posthum. vbi allegat sca. in l. 1. §. fi. ff. si tab. test. nul. exta. ubi tuendus est frater, ac si nullas tabulas in contrarium condidisset, allegauit causam in l. nonnunquam, in princ. & in l. is qui, §. si solus, facit l. 2. inf. ad Tertull. vbi si quis vocatur alterius beneficio, illo nõ vtente iure suo, habetur ac si vocatus non fuisset, hoc suadet ratio absurdi, ne detur occasio malignandi, nam secundum tempora istorum, contra quæ non debebantur legata, fuisset absurdum, quod institutus per hoc medium potuisset euitare solutionem legatorum. Item quia si testamentum reconualescit, sequitur quod aditio præterita nunc declaratur nulla retro, per l. quamdiu, ff. de acq. hær. & hanc partem veram puto. respondeo ad contrarium, ad l. si post mortem, §. fin. vbi vsus fuit suo beneficio, quia testamento rupto, non posset, secus in casu nostro, nam litera ibi dicit, accipiant, & sic male dicit Bald. quod institutus non venit beneficio patris, quia omnino venit ex dispositione edicti, ad tex. l. primæ, §. fi. debet intelligi, quando venit vsus beneficio suo, vide Salyc. in præalleg. l. 2.

b Quid dicemus. In hoc passu, vide Bar. Bal. Io. de Imo. & Ange. in l. filio præterito, hic alleg. & Bal. in locis supra alleg. & Bar. in l. si filius qui in potestate, ff. de lib. & posth. & in l. si duob. §. si prius, ff de contratab. & in d. l. si filius, per Bal.

c Quarto. Vide sup. in 4. q.

d Vsurarij. Vide Bar. in l. 1. §. si filius, ff. de leg. 3. & in præall. l. filio præterito, in l. Gallus, §. ille casus, ff. de lib. & posthu. & vide Roman. hic.

e Reconualescat. An testamentum vsurarij reconualescat æquitate, vide Baldum, & ibi remisi plene, infra de excep. rei iud. & ibi adde Ang. plenissime in disputat. in c. Astensis miles, & ibi dixit, quod si quis præstitit cautionem, & facit testamentum, & postea exercet vsuras, nihil prodest sibi illa cautela, vel si postea confitetur in iudicio, quod exercuit vsuras, quia videtur in fraud. can. fac. l. 1. §. qui onerandæ, quarum rer. actio non da. & si hoc non dixit, allegauit glossam, Ange. in l. Fulcinius, §. quid sit latitare, ex quib. caus. in poss. eat. tenet ibidem, quod non potest donare causa mortis, dicit tamen quod potest donare, vt est dare voluntatem in genere, vt est gl. l. licet, sup. de pac. & per illum modum potest donare, & etiam ibi notanter dicit, quod si quis fecit vsuras, postea abstinuit, & in morte fecit testamentum, illud non valet, alle. tex. l. palam, §. quæ in adulterio, de ritu nupt. & quod ibi dicit Bar. & an dictum Bar. sit verum Ange. in multis locis illud recitat. Bal. tenet alibi contra, quod ego alibi plene notaui, uide Feder. de Senis, in §. cons. vbi notanter loquitur.

f Quid econtra. Vide in l. 2. ff. de fur. & quod notat Bal. in l. pen. de exec. rei iudi. & Imo. in l. filio præterito, in vlt. char. ff. de inusto rup. & ir. testa. & omnino Bald. in l. fi. inf. de sal. cau. adiec. leg.

De bonorum possess. contra tabulas lib. quæ patronis, liberisq; eorum datur. Tit. XII.

LEX PRIMA.

1 *Contra tabulas patroni non rescindit testamentum in totum, sed vsque ad eius legitimam.*

2 *Legitimam patronus non est opus, quod habeat iure institutionis.*

a LIcet. Patronos licet *a* ex fideicommisso manumiserit, aufert a scripto herede legitimam per ꝯtabulas, vel per ꝯ nuncupationem. h.d. No. † ꝙ ꝯ tabulas patroni non rescindit testm̄ in totum, sed b vsque ad eius legitimam *b* duntaxat, & facit, ff. de bon. poss. sed a eom patrono, & l. fine. §. excluditur, ff. de iure patro. nec † est opus, ꝙ patronus habeat istam legitimam iure institutionis. Itē c dicit ibi Bar. in legitima parentum *c* sed maledicit, & ꝯ veritad tem, vt alibi suo loco ostendam; cum valde fauorabilior *d* sit causa parentum, quam patronorum.

ADDITIONES.

a Licet. An iste tit. habeat locum in libertis ecclesiæ, vide Io. Fab. in §. sed nostra, cir ca fi. Inst. de succ. lib. [illegible] in c. de famulis, extra de seruis non ordinat.

b Legitimam. Circa hoc no. maxime in gl. posset quæri. an agnati ipsius liberti excludant agnatos ipsius patroni. Io. Fab. inst. de bonor. pos. §. cumque antea dicit, quod bene fecisset Imperator decidere, sed quod ipse putat, quod non.

c Parentum. An ascendentes debeant habere legitimam iure institutionis, & vide per Bar. in l. fine, §. excluditur, ff. de iure patro.

d Fauorabilior. Idem tenet Bal. in auth. ex causa, inf. de lib. præt. & in l. omnimodo, sup. de inoff. testam.

De bonorum possessione vnde libertis. Rubr.

LEX PRIMA.

1 *Hæredes dicuntur largo vocabulo, qui succedunt iure prætorio.*

a SI auus. Emancipati *a* filii intestato auo pro rata, i. in capita, seu pro virili succedunt. h.d. † No. ꝙ 1 succedentes iure prætorio, possunt quodam largo vocabulo se dicere hæredes, & facit ad libellos, nam permissum est b homini loqui eo modo, *b* quo loquitur lex siue proprie, siue improprie, nec potest redargui.

ADDITIONES.

a Emancipati. Sed an bon. poss. vnde liberi, competere possit nepoti existenti in potestate aui, in hæreditate patris ipsius nepotis, qui pater habebat bona castrensia, vel aduentitia. Fulg. decidit in l. 1. sup. qui admit. in prin. post Cy. ibi in 3. qu.

b Eo modo. Vide Bar. in l. 1. §. bonorum, ff. ad Treb. & ibi per Rom.

LEX II.

a *Dictio, nisi, excipit.*

2 *Liberi subrogati in locum patris sui, vt filij, nepotes, & similes, sunt in potestate.*

3 *Ratione emancipationis, & linea materna filij nō sunt sui, nec in potestate.*

4 *Hæredum qualitas triplex.*

5 *Lex nostra loquitur de successione nepotum ab intestato.*

6 *Edictum successorium, an hoc tempore habeat locum in suis.*

7 *Repudians hæreditatem patris, hæreditatem aui non potest habere.*

8 *Pater qui obstat nepoti de iure ciuili, non obstat ei de iure prætorio.*

9 *Negans se heredem videtur repudiare.*

10 *Filius, qui negat se nolle adire hæreditatem, tamē vsque ad annum potest adire.*

11 *Verbum, negat, de iuris intellectu in his, quæ dependent ab animo, inducit dispositionem.*

12 *Verbum, negat tripliciter intelligitur,*

13 *Verba enunciatiua de præsenti negatiue prolata non inducunt dispositionem abdicatoriam iuris in futurum.*

14 *Negatio duplex quandoq; non facit affirmationem.*

15 *Nepos hæreditatem separare potest, & paternam respuere, & auitam acceptare.*

16 *Filius suus tacens, si sine harede decessit, nepos ex persona filij hæreditatē non potest agnoscere.*

17 *Nepos de iure ciuili venire potest, si suus hæreditatem repudiauit.*

18 *Contra legis statutum non valet prætoris decretum.*

19 *Nepos vocatur, suis defunctis, aut abstinentibus.*

20 *Nepos, si est in potestate, non vocatur ad successionem de iure ciuili.*

21 *Hæredes iure pari, & directissimo duo insolidum non possunt esse.*

22 *Nomen nanum non debet tollere effectum.*

23 *Inclusio vnius inefficaciter facta non est exclusio alterius iure efficaciter facta.*

24 *Chimera non habet spiritum viuentem, & nihil significat entitatis.*

25 *Intellectus l. nostræ, secundum gl. & Bal.*

26 *Nepos ex persona sua succedit in feudo per auum acquisito pro se, & liberis suis, & simili iure.*

27 *Filius & pater propter culpam patris fiunt inimici domini feudi.*

28 *Vasalli filius retento feudo auito, paternam hæreditatem potest repudiare.*

29 *Hæredis nomen, in vsibus feudorum ponitur pro filio.*

30 *Pater vasallus repudians feudum, an præiudicet filijs.*

31 *Ius futurum in simplici consensu non potest absorberi.*

32 *Renunciare iuri non introducto in eius fauorem, quis non potest.*

33 *Filius acquirit feudum patri, qui efficitur monachus.*

34 *Princeps, qui pro feudo recepit pretium significat venditionem, & dicitur contractus irreuocabilis, & non priuilegium.*

35 *Filij mercatorum non possunt renunciare hæreditatem paternam.*

36 *Filius filij emancipati, post emancipationem conceptus, auo paterno non est agnatus.*

37 *Possessio bon. vnde parentes, an patri dari possit.*

38 *Possessio bon. datur nepoti concepto post mortem aui.*

Qui se patris. Nepos, cuius pater erat in medio tpe mortis aui, hæreditatem paternam repudians non succedit auo de iure ciuili, sed beneficio prætoris. h.d. Diuiditur in tres partes. In 1. ponitur thema, & tacita quæst. In 2. rn̄sio, inspecto iure ciuili. In 3. rn̄sio, inspecto iure prætorio. secunda ibi, moriui. tertia ibi, nisi. Casus in nube. Auus habens filium, & ex eo nepotem, obijt intestatus, deinde decessit filius super stite nepote, qui nepos considerans duas hæreditates sibi esse delatas, paternam, scilicet, & auitam, & ꝙ hæreditas sui patris est damnosa, hæreditas vero aui est lucrosa, hæreditatem paternam repudiat quæritur an auo succedere possit? Rn̄detur, ꝙ nō maxime emancipatus, & hoc verum de iure ciuili, sed de iure prætorio potest succedere petendo bon. poss. h.d. In tex. ibi hæredem. ibi, se quæritur, an possit succedere auo. Ibi moriui, hæc solutio quæstionis vera est de iure ciuili. Ibi, nisi, hæc solutio quæ- a stionis est vera de iure prætorio. Item † ista dictio, nisi, excipit, q. a in rn̄sione indefinite locutus erat, vel tam exceptiue, q̄ distinctiue loquitur, quia intentio literæ est facere dr̄iam inter ius ciuile, & ius prætorium, antequam veniam ad apicem illius legis, pmitt tam quædam euidentialia pro intellectu materiæ, & quædam 2 pro intellectu glo. † Venio ad primum, & præmitto, ꝙ liberorū quidam sunt sui, & in ptāte, vt filii, & nepotes legitime nati, subrogati loco patris sui, & similes, vt ff. de lib. & posth. le. in suis, & l. Gallus, §. in omnib. & ff. de iniusto testam. l. posthumorum, & ff. de hær. inst. l. suus, in princ. Quidam in potestate, non tn̄ sui, vt nepos, quem filius præcedit, vt hic, & Inst. de hær. qua. & diff. §. j. Quidam sunt sui, & nō in potestate, ut posthumi nati post mortem, nam viuo patre non fuerunt in eius potestate, quia non nati, vt ff. de coll. bon. l. fi. & ff. de assign. li. l. fi. nascendo tn̄ iura suorum adipiscuntur, quia antiqui libero ventri, ita prospexerunt, vt in tempus nascēdo oīa ei iura integra reseruarent, vt ff si pars 3 hær. pet. l. antiqui. Quidā † vero sunt nec sui, nec in ptāte, & hoc contingit, vel rōne emancipationis, vel quia linea est materna, ut no. j. de coll. l. si emācipati, vel quia per monachatum, vel dignitatem exiuerunt de ptāte, sed hoc non placet odoffr. quod isti desinant esse sui eom non sint capite minuti, quod dic, vt s. de 4 Epis. & clet. leg. Deo nobis. Secundo † præmitto, ꝙ triplex *a* est a qualitas hæredum, nam quidam sunt sui, & necessarii, quidam necessarii tn̄, qdam voluntarij, & sui necessarij possunt ex testō, & ab intestato, suitas autem defert eis successionem cum administratione. Necessitas aūt infert eis inuitis, & infigit ossib. eo- b rum, nisi quia per prætorem hn̄t beneficium abstinendi, *b* vt in §. sed his permittit prætor, & ff. si quis omis. cā test. l. s. §. qui sunt in potestate. & ff. de leg. 1. l. nā nec emancipatus. non tn̄ prætor eneruat sui hæredis existentiam. immo conseruat in fauoribus, & maxime in fauore hæreditatis transmittendæ operatur, ut dicam j. de iure delib. leg. si fratris. nam interest nostra successoris 5 hr̄e, vt ff. de interrog. actio. l. & quia. † Tertio præmitto, quod lex nostra loquit̄ de successione nepotis ab intest. sed leg. Gallus. loquitur de iure rumpendi, & l. si quis filium, s̄. de inoffi. testam. lo 6 quitur in querela. † Quarto præmitto, ꝙ successorium *c* edictū c hoc tpe non habet locum in suis. quia nō plene vacabat successio per abstensionem, vt ff. de suis, & legi. l. 1. §. sciendum, & hoc de iure ciuili, de iure prætorio bene habebat locum successoriū edictum, tn̄ erat necessaria bonorū possessio, vt in leg. nostra. sed in querela habeat locum successorium edictum d̄ iure ciuili, & est ratio, quia exhærædatus non est suus hæres, cum habeatur p mortuo, vt ff. de ꝯtab. l. j. in fi. sed de iure dicendi nullum ex causa præ-

ADDITIONES.

a Triplex. Vide melius per Bal. & Imo. in l. Eius hæres, ff. de lib. & posth.

b And. Barb. Abstinendi. Tamen Sal. voluit, quod immo Imperator, vel ius ciuile inuenit beneficium abstinendi, vt plene per eum in l. apud hostes, inf. de suis. & legit.

c Successorium. Vide Bar. hic late, & per Bal. in repe. l. in suis, xj. opp. ff. de libe. & posthu. scripsi post Bar. in l. si quis posthumos, §. 1. de lib. & posthu.

a sa præteritionis, non habet locum successorium *a* edictum, quia inspicitur tps mortis testatoris, vt l. si quis exhæredato, in princ. ff. de inius. test. & est ratio, quia ibi solemnitas attenditur, quæ post mortem non inquiritur, nec adhiberi potest, argumen. s. de inoff. testam. l. 3. Sed in ɔtabulas, vtrum habeat locum successorium edictum, dic vt ff. de inof. testam. l. pater filium, & l. filio. §. ɔtab. & l. si proponas. Nunc præmitto alia euidentialia pro intellectu gl. scias secundum Iac. Bu. & Bar. ꝙ gl. ī. magna repetit bis seipsam, & ibi dicit idem. rō fuit, quia glossator primo posuit gl. Iac. prout eam inuenit, postea inuenit glo. Hugolini, & eam ɔposuit ad cōtextum. Vnde diuide gl. magnam, principaliter in duas partes. Primo ponitur gl. Ioan. vsq; ad vers. Item ideo dixit maxime. Secūdo ponitur gl. Hugol. vsq; ad fi. & j. pars subdiuiditur, quia primo format vnam oppositionem vsq; ad vers. si ergo ponas. Secūdo examinat lecturam huius l. vsq; ad ver. nisi in duob. casibus. Tertio opponit ad illud, ꝙ hęc lex dicit expresse vsque ad ver. sed in eo, quod dicit. Quarto opponit ad illud, quod hic

7 lex dicit a ɔtrio sensu, vsq; ad fin. † Ex hac l. no. ꝙ qui repudiat hęreditatem patris, non potest iure hęreditatem aui, nisi de iure prę

8 torio. † Item no. ꝙ pater, qui obstat nepoti de iure ciu. non obstat

9 ei de iure prætorio. Item no. ꝙ † ille, qui se negat hæredem. vr̄ re-

b pudiare, *b* quia istud verbum, negat, ponitur in suo potissimo significato. Sed ɔ hoc opp. de l. filij mater. §. 1. ff. ad Tert. vbi dr̄, ꝙ

10 † filius, qui se nolle adire hæreditatem matris dixit, potest vsque ad annum adire, si alius interim non adijt. Paria n. sunt dicere, non sum hæres, & nolo adire. ergo sicut ibi non inducitur vera repudiatio, sic nec hic, cuius contrarium supponit hæc lex. Solutio. dicit gl. ꝙ hic negabat repudiando, ibi enunciando, non repudiando loquebatur. Certe illa l. filij mater, supponit illa verba inducere repudiationem, cum dicat ɔsequentem interim adire posse, ibi dum dicit, antequam consanguineus, vel agnatus adierit. Non enim posset adire, nisi filius repudiasset, vt ff. de bonis quæ lib. l. si filius, §. cum filius, ibi, quod sine dubio, &c. & si tu dicis ille, qui repudiauit, non admittitur postea? Rn̄d. fallit in filio secundum Dyn. vt not. in l. de rebus, ff. rer. amot. & dixi in l. 2. sup. de iur. & fac. ign. quare subauditio glossę, ad rem non vr̄ ne

11 cessaria, cum de † iuris intellectu verbum negat, in depēdentib. ab animo inducat dispositionem. Cy. dicit, ꝙ gl. dicit verum de mera natura verborum, quia non sequitur, non adeo, ergo repudio, nam deliberans, nec adit, nec repudiat, j. de iure delib. leg. cum in antiquiorib. item non sequitur, non sum heres, ergo repudio, quia ast inuenire medium, i. dum deliberat quis, sed de iuris intellectu talia verba proferēdo dr̄ repudiare. per d. l. filij mater. §. 1. idem tenet ibi Bar. per l. 1. §. si nemo, eo. ti. sed Iac. But. dicit, ꝙ ēt de iuris interpretatione ille, qui dicit, n̄ adeo, nō vr̄ repudiare, nisi postea labatur annus, vel aliud tps abbreuiatū a iudice ex causa, secūdum eum hic in sua lectura. cuius opinio Bononiæ seruatur in Palatio. Dom. autem Nic. de Mat. dicit, ꝙ si aliquis interrogatus in iudicio, talia verba respōdeat, potest vrgeri

12 vt declaret, cum uerba sint dubia, & obscura, quia † uerbum, negat, potest tripliciter intelligi, i. quia repudiat, quia non adit, & qa non dicit. ergo dēt declarare, quid sentit, ff. de confes. l. certū, in princ. Sed si hoc ab eo petitum non fuerit, postea in processu stabitur ei significationi, quæ vilior sit rn̄dendi, vt ff. de iud. l. si quis intentione, secūdum eum hic in sua lectura. Dici potest, ꝙ aut loquimur de uera, & incommutabili repudiatione, & nō inducitur per ista verba, quę remouent potentialitatem consensus ab actu aditionis, tn̄ non remouent potentialitatem in poste-

13 rum, nec ius adeundi a persona, & sic † ista verba enunciatiua de præsenti negatiue prolata, non inducunt dispositionem abdicatoriam iuris in futurum tendentis. Aut loquimur de interpretatiua, & commutabili repudiatione, & illam inducunt, tn̄ habet locum uariatio vsq; ad annum, vt d. leg. filij mater, & fm̄ hoc nulla specialitas est ibi in filio, sed est ius commune, vt not.

14 in d. l. 2. de iur. & fac. ign. † Et prædicta faciunt ad qōnem de ru

c stico, *c* qui rn̄dendo dixit, nego me non debere, quia exponitur sane, idest negādo dico, & sic non facit affirmationem duplex negatio secundum Cy. in lect. facit quod dicit s. de seruis fug. in

15 l. 1. † Secundo opp. dr̄ hic, ꝙ nepos potest separare hæreditates, & respuere paternam, & acceptare auitam. Contra, aut pater nepotis decessit immixtus, & tunc impossibilis est separatio, quia bona patris, & bona aui, vna bona esse cœperunt. ff. de vul. subs. l. sed si plures, § filio, & no. ff. de separa. l. 1. §. præterea. Aut decessit, abstentus, & tunc sine ministerio dicit, ꝙ nepos repudiat paternam, quia idem si adiret, cum a patre suo iam excluso nil iuris descendat in ipsum nepotem, & facta sit bonorum separatio per abstensionem, j. de iur. delib. l. cum in antiquiorib. Aut decessit deliberans, & tunc transmisit hęreditatem ad quoscunq; quia suus, vt l. apud hostes, ff. de suis, & le. vnde si nepos nō vult paternam, non poterit hr̄e auitam in alios transmissam, argu. s. de secū. nup. l. in quibus. Sol. dic, ꝙ pater nepotis se abstinuerat, tn̄ ius suitatis sibi infixum erat per le. 12. tab. ff. de fideicommis. liber. l. cum quasi. §. sed & si quis, & ideo non uidebatur, ꝙ nepos posset succedere quoquomodo, maxime repudiādo hæreditatem patris, cum patri sit hæreditas applicata de iure ciuili. Sed litera rn̄det, ꝙ nepos non uenit eod. iure, quo pater, i. per l. 12. tab. sed diuerso iure, i. iure prætorio, quo iure abstinens hr̄ ꝓ extraneo, ff. de leg. 1. l. nam nec emancipatus. Ego in scholis in

d discursu lectionis tentabam dicere, ꝙ filius tacens *d* non transmittit efficaciter in extraneos, si nepos est in medio, sed in ipsū nepotem transmittit, duplici rōne, i. suitatis, & sanguinis, vt l. 1. j. de his, qui ante aper. tabu. Vnde si nepos vellet uenire ex iure transmisso, veniret de iure ciuili ad hæreditatem aui, sed si vult venire ex propria persona, non potest de iure ciuili, nam l. 12. tabu. obstat ei, licet ueniat per bon. poss. & adde quod dicam in l. cum in antiquiorib. j. de iure delib. Nostri vero maiores com-

e muniter intellexerunt hanc l. qn̄ pater *e* nepotis abstinuerat: & ita etiam sentit gl. magna, in vers. item similiter. in suo ergo tacente non haberet locum hæc lex, nisi hi, in quos transmisisset,

16 repudiarent, ff. de acq. hær. l. si quis filium. † Quid ergo si filius suus tacens sine hęrede decessit, & sic nemo est, qui ius trāsmissionis prætendat? Dicit Nic. de Mat. ꝙ licet non reperiatur aliquis hæres patris nepotis, tamen cum acquisita sit patri ignorāti hęreditas. ff. de castren. pec. l. hęreditatem, §. 1. non potest ab illa separari, secundum eum. vult dicere, ꝙ hęreditas non separatur, nisi per aliquem repudiantem, sed hic nemo est, qui repudiet, ergo verum dicit Nic. ꝙ non vr̄ bene dictum, qa necessaria est immistio legis authoritate: non vero utilitate, & damnositate, secundum gl. Item de iure ꝑtorio nemo antecedit nepotē,

f ergo nepos *f* venit per bon. possessionem in casu isto. immo vr̄ in quolibet simili casu, quia filius bon. possessionem non trans-

g mittit *g* in extraneos: ergo uenit nepos ex edicto successorio. Pretor. n. sequitur edictum successoriū, nō ius ciuile, ff. ad Carb.

17 l. si impubes §. fin. & ff. de hęr. inst. in l. si quis instituatur. † Tertio opp. nam si suus repudiauit, ergo sequens, i. nepos potest ue-

h nire de iure ciuili, *h* præsertim, quia non solum repudiauit, sed ēt decessit, & sic extincta est persona, in qua fundabatur suitas, arg. ff. ad Tert. l. 2. §. si quis adita, & ff. de re iud. l. ex ɔtu. Sol. illæ leges loquuntur in voluntario hærede, qui abstinet post apprehensorem remedio restitutionis in integrum, quæ reponit oīa in pristinum statum, hic in necessario hærede, qui de iure nō potest desinere esse hæres, vt Inst. de bon. poss. §. quos autem. Item omnis sententia est de iure ciuili, vt not. Inst. de ob. in princip. & ideo prætor uiuus aperit uiam de iure ciuili, non prætor mortuus, vt hic. Non obst. & l. si sine, §. sed ꝙ Papinianus, ff. de minor. ubi dicitur, quod sententia non facit quem desinere esse hæredem, dico enim, quod contractus, & quasi, non tollitur per sn̄iam, sed effectus eius, & ideo non tollitur aditio, sed eius effectus. Simile habemus; ff. de donat. inter uirum, & vxor. l. cum hic

ADDITIONES.

a Successorium. Et etiam in querela, & in bonorum possess. contra tabu. plene per Doct. in l. si quis posthumos, §. 1. ff. de lib. & posthu. & ibi vide Paul. de Cast. & Angel.

b Repudiare. Et quid si dicat se nolle adire, vide Bald. in l. potuit, in 7. q. infra de iure delib. si autem dixit, se amplius nolle adire, propter illam dictionem, amplius uidetur renunciare, ut est gl. no. in l. postquam, & ibi Sal. sequitur, sup. de pac. & omnes approbant eam.

c Rustico. Idem dicit Salyc. hic, & Angel. in repet. in princ. per ea, quæ hic alleg. Cyn.

d Tacens. Vide Bald. in l. 2. infra ad Orf. & ibi dicit se melius dixisse, quam hic dicit Pau. de Cast. hic reprehendit Bald. & etiam Sal. sed dicit se alias tenuisse istam opin. & si vera esset opi. Bal. esset singularis limitatio ad iura, quæ uolunt, quod hęreditas patris non adita, per filium transmittatur ex potentia suitatis ad quemcunque extraneum hæredem, nā fallit in casu huius l. l. s. qn̄ nepos repudiaret hæreditatem patris sui, & vellet hæreditatem aui intestati non aditam per filiū, quia illa nepos præferretur ei, qui esset hæres patris sui, sed Cyn. & antiqui & Bart. hic tenet contrarium, dicit post Sal. hic.

e Pater. Vide Bar. hic. in ver. alij dicunt, & uide sup. in hac opp.

f Nepos. Pau. de Cast. hic tenet contrarium, quia sicut nepos hic non posset ex persona filij hæreditatem aui agnoscere, postquam nepos non est hæres filij, & ita nec potest ipse nepos ex persona filij hæreditatem aui repudiare, l. is potest, ff. de acq. hær. sicut ergo hæreditas filij, quæ non reperit adeuntem, deuoluitur ad fiscum & incipiunt dici bona uacantia, ita & hæreditas aui, quæ cum illa reperitur iūcta ratione suitatis, licet reuocabitur, nam, si fiscus vult eam adeat, si nō, repudianet deuolueretur ad nepotem, quicquid dicat Bartol. secundum Paul. de Castr. & vide Barto. in l. si quis filium, §. 1. ff. de acqu. hær. Item Paul. hoc non uidetur intelligere, vt Bald. & Ang. hic, nam ille dicatur decedere sine hæredetate, qui nullam habet successionem, i. nec fiscum, l. habere licere, ff. de euict. no. gl. in l. ex facto, §. si. ad Treb.

g Transmittit. Scilicet non aditam, l. emancipata, sup. qui admi. sed responde, quod non transmittit ius adeundi iure ciuili, & sic nepos per bonor. poss. non potest impedire fiscum uolētem adire de iure ciuili hæreditatem, ad hoc facit, quod not. gl. fi. in l. 1. sup. de bon. poss. contra tab. & vide quæ not. Bal. in l. 1. in 4. col. sup. quan. non pet. par. accr. & per ea, quæ ibi no. potest sustineri dictum Bal. hic, i. ꝙ iterum, donec fiscus adeat de iure ciuili, vel repudiet, poterit nepos agnoscere bon. poss. quæ operabitur, vt donec fiscus, vel alius adeat, tenebit bona. per l. si impubes, §. fi. hic alleg. Ang. hic in rep. circa med. tenet idem quod Bald. hic.

h Ciuili. An hodie ista lex sit correcta, vide Bald. in l. 1. in princ. inf. de his, qui ante aper. tabu.

hic status.§.fine. Ex prædictis videtur, quod immixtio hominis tolli 21 potest per infamiam, sed non immixtio rerum, & de iure, † quia contra sta-a tutum legis non valet decretum prętoris. † Quarto oppo. si seruus repudiauit, ergo nepoti non obijcitur de iure ciuili, ergo nepos succedit de iure ciuili. Cuius contrarium hic dicitur, probatur tota ratio cum conclusione, J. de leg. hæred. l. defunctis. vbi tex. dicit formaliter, quod defunctis suis, aut abstinentibus, vocatur sequens de iure ciuili, quia agnationis iure, ergo si vt agnatus venit, clarum est, quod venit per l. 12. tab. quæ considerat ius agnationis. Aduerte. illa lex confundit omnia, quia loquitur de iure veteri, ergo falsa est hęc lex de iure ueteri, & multo magis de iure nouo, illa lex, defunctis est de propria bursa domini Bar. per quam sustinetur gl. huius legis. Sed certe si illa lex intelligitur de iure ciuili, destruxit gl. & tex. nam glo. dicit aliud olim per hanc legem. Aliud hodie per Iustinianum, vt in §. placebat Inst. de leg. agn. succ. sed istud est falsum, quia idem ante Iustinianum, vt d. l. defunctis. Item tex. noster est falsus, quia idem de iure ciuili, & pro tio, vt d. l. defunctis, & ideo illa lex videtur interpretanda, & declaranda per istam, ut intelligatur per bonorum possessionem, non 30 de iure ciuili ueteri, vel nouo, dic de hoc, vt dicam inf. † Vt ergo intelligamus, rationem inueniamus, quæro ergo, quæ est ratio huius legis, quod nepos non uenit de iure ciuili, si est in potestate, vt includatur in dictione maxime; Respondeo, quia pater pręcedit cum ordine, & acquisitione, cum de iure ciuili sit suus, & necessarius hæres, ergo sequens excluditur. Itē quia in suis non habebat locum edictum successorium de iure ciuili. l. 1. §. scien-21 dum, ff. de suis, & leg. Item † quia non possunt iure pari, & directissimo esse duo in solidum hæredes, etiam nomine tantum, de reg. iur. leg. quod contra §. uni duo, & hoc de mera iuris subtilitate, sed de a æquitate *a* etiam iuris ciuilis est secus, cum edictum successorium habeat locus hodie in suis, vt in §. placebat, s. alleg. secundum Accur. & Hug. Non obst. dictus §. uni duo. quia illud debet intelligi de efficaci hęrede, non de hęrede solo nomine, vt d. §. si quis adita, & lex contra haa allegat Nicol. de Mat. & glo. in d. l. & si fine. §. sed quod Papinianus, & d. l. defunctis, quæ lex debet intelligi de ęquitate iuris ciuilis etiam antiqui, non de rigore iuris ciuilis, lex ergo nostra debet intelligi de rigore, sed de æquitate aperta est via, etiam de iure ciuili antiquo, & moderno ex constitutionibus Principum, vt d. l. defunctis, non ex responsis Prudentum, vt d. §. sciendum, & secundum hoc omnes, qui dicunt in hac l. esse necessariam bonorum possessionem, verum dicunt de mero rigore, sed de æquitate potest adiri hæreditas de b iure ciuili, non iure suitatis, sed de iure agnationis, *b* & quia de li-c beris, & sic iste nepos decedens *c* antequam adeat, posset transmittere ex illo titulo, de his, qui ante apertas tabulas, sed non in omnes, quia non est necessarius hæres, nam nulla lex fecit aliquem vnquam suum, & necessarium, nisi l. duodecim tab. quæ dominium continuauit in suum, ff. de lib. & posth. l. in suis. Sed iste nepos non pertinet ad l. duodecim tab. ergo non est suus, & d necessarius, propriè loquendo, abusiue *d* tamen potest dici suus tantum, quia in potestate, & de liberis, d. §. placebat, & sic est repetere suum voluntarium, ff. de cond. & demonst. l. conditionibus pupillus, ff. de hær. inst. l. Cornelius, & l. iam dubitari, & not. ff. de inoffic. testamen. l. Papinianus, §. quarta, & de liber. & posthum. l. si filius hæres, & quod ibi per Dy. & confirmo opinionem meam pluribus rationibus, maxime de iure hodierno, & e primo, & quia constitutio *e* Principis, & sic ius ciuile permittit suo abstinere, ergo de iure ciuili est abstentus. leg. i. C. si min. se ab hæred. abstin. ad hoc respondet hic Iac. Butr. quod ius ciuile refert prætorium edictum, non autem facit nouum statutum. sed si ita est, ut ait, tamen prætor filio permittit a iure acquisitionis ciuilis sibi delato abstinere. Abstentus ergo est a iure ciuili sibi delato, & sic ciuilis acquisitio efficax non est in eo, ergo potest alii inesse. Secūdo probo, quia §. placebat, loquitur in omnibus. agnatis, ergo & in suis, & quia non debet patere edictum transuersalibus, & denegari liberis: ista enim esset stultitia, non iustitia. Tertio, quia suitas non impedit ius ciuile, ex quo repudiata est. ff. de acqu. her. l. cum hæreditate coniuncta leg. Celsus. ff. de 22 lega. a. † Quarto, quia vanum nomen non debet tollere effe-23 ctum rei. ff. de acq. hær. l. pro hęrede. §. Papinianus. † Ex his apparet, quod inclusio vnius efficaciter facta non excludit alium iure efficaci. Quinto, quia repudianti ius mobile. i. separabile, fingitur retro ius non fuisse delatum, vnde saltem attenta fictione venit posterior, vt ff. si certum pet. l. proinde. Sexto, quia video, quod filius est directo hæres titulo nominis, & pater efficacia iuris ciuilis, ff. de leg. i. l. cum filio, de vulg. subst. l. qui liberis, §. hæc verba, & no. in l. frater a fratres, ff. de cond. indeb. Septimo, in hęrede, & fideicommissario vniuersali, ff. ad Trebell. l. ex asse. Octauo, in dente rei vendicationem, & cessionario, vt no. in l. i. in princ. ff. de eden. Nono, quia in dominio, quod habent plures, ita quód vnus post alterum, non repudiatur pluralitas, nec ratio pluralitatem impediens, quę no. ff. de act. poss. l. 3. §. ex contrario, & J. de 24 fideicom. authen. hoc amplius. † Decimo, quia non debent iura nostra fundari in chimera, quę nihil habet spiritus viuentis, &

quæ nihil significat entitatis, vt infra. de edi. diui Adr. toll. l. 1. Sed prædictis sic obijcitur. nam de nomine non curatur: ergo lex est fatua, quæ de fatuo nomine disponit, & esset ista lex vacua, sicut est cōcurbita, quod est temerarium dicere de legislatore, ff. de suic. l. si ita quis. Prætcrea multi effectus patent, ff. ad Treb. l. quia pinde. & de uulg. subst. l. ex facto, §. si. præterea sciendum est, quod dominium essendi hæres, de hęredib. institutien. l. his uerbis, est coniunctum cum obligatione actiua, & passiua, ff. man. l. hæreditatē, & ideo non potest ab ossibus separari, nec cedi, ff. de iure do. l. si mulier, §. ex asse, & ideo præter radicem inseparabilem necesse est remanere nomen. Pręterea hæreditas, & tutelæ uadunt pari modo, sed reliquæ testamentariæ tutelæ impediunt legitimam & ueniunt ad datiuam, ut no. de testam. tut. l. 1. ergo testamentariū nomen infixum, impedit legitimum nomen, & necesse est uenire ad hæredem datiuum, i. decernendum olim, ut in §. decretalis. Inst. de bonorum poss. Hodie sufficit pręroria præsentia. Præterea in nomine remanet habitus, & licet ei administrō detrahatur, non tamen est omnino nullum, quod aliqua sui parte adhuc uiuit, ut no. ff. ad authen. l. & si plurib. his rōnib. mdeant stu 25 diosi. † Tu enim teneas in l. nostra sententia glossatoris cum additis per me. Et ex prædictis est conclusa uera huius l. lectura, quia debet intelligi, quando pater nepotis erat in potestate, & abstinuit a beneficio prætoris. Si autem pater nepotis esset emācipatus, & nepos suus litera esset falsa. si autem vterque emancipatus, litera est superuacua, quia hoc tpe certum est emancipatos, non succedere ab intest. nisi per prætorem, J. ti. 2. l. non hoc, J. de iure delib. l. 1. & in §. emancipatos, Inst. de exhæred. lib. hodie secus, vt in Authē. de hær. ab intest. §. nullum vero, & hæc sufficiāt pro 26 examinatione glo. magnę. † Et collige ar. *f* secūdū Odof. quod si f auus meus acquisiuit feudum pro se, & liberis suis, vel simile ius, & pater meus commisit aliquid, pp quod cadere debeat a iure suo, quod nihilominus ego potero succedere in feudo, non ex g persona patris, sed ex persona aui. *g* & ad hoc arg. ff. de Senat. l. emancipatum, & de in ius voc. l. adoptiuum, in fi. & de iure pat. l. diui fratres. Sed licet hæc sit bona æquitas, & leges allegatę ad hoc prębeant arg. tñ secundum vsum feudorum, circa hoc distinguitur, quia aut vasallus deliquit in dominum, ita, quod debet perdere feudum, aut in alium. Primo casu feudum venit ad dominum, & non ad filios, nec ad agnatos vasalli, vt in vsib. feud. quæ fuit primæ cau. benef. amit. c. 1 §. denique. Secūdo casu feudum amissum non venit ad dominum, nec ad filios vasalli, sed venit ad agnatos vasalli: vt si de feud. fuer. controuer. c. 1. §. si vasallus culpam, & ibi no. & in c. 1. si vasall. feu. priu. cui deb. defer. 27 & ibi not. secundum Nicol. de Matar. in sua lect. † Et est ratio primi casus, quia propter culpam patris factus est filius a patre domini inimicus, argumen. l. 1. s. si quacunque præd. po. Secundi vero casus est ratio, quia non esset patri poena, si iret in filium eius, cum ita gaudeat de filio, sicut de seipso, nec dominus haberet meliorem vasallum, habendo filium quam patrem, & quia h vnum censetur *h* vtriusque patrimonium, l. a. qui ætate lib. deci-28 mo, & ff. de bonis quæ liberis, l. nihil. §. facilior. † Item quæri-i tur, *i* an filius vasalli, qui habet feudum auitum: possit repudiare hæreditatem paternam, retento feudo auito, vel pro auito. & videtur, quod non, cum istud feudum sit de hæreditate, & sic dēt venire in petitio hęreditatia, & in iudicio familiæ erciscundæ: argum. l. item pręedia, ff fam. erciscun. & de petitione hæred. l. & non tantum, & hęreditas non potest nisi, aut tota retineri, aut tota repudiari, vt inf. de iure deliberan. l. quidam, & ff. de ac-K quiren. hæred. l. 1. & a. Econtra, quod sic, *K* vt hic, & ff. de interdict. & relegat. l. 3. & supra si min. se ab hæred. abstin. l. secunda, & in

ADDITIONES.

a Aequitate. Vide inf. circa primam, & secundam columnam.
b Agnationis. Rayn hic concludit per l. secundam, §. sed si sint sui, ff. ad Treb. ibi, dū dicit, ne nudum nomen sui hæredis noceat matri, etc. in ratione sui.
c Decedens. Vide Bal in l. 3. §. in nouissimo, inf. de cad. tol. Idem dicit An. hic in rep. & dicit non esse dictum ab alijs.
d Abusiue. Vide in l. si filius hæres hic alle. et ibi Doct.
e Constitutio. Vide Bal. in l. 1. inf. de his, qui ante aper. tab.
f Ar. Vide plene per Bar. in l. eum qui, ff. de interd. et rel. et vide quod sequitur infra ubi quid in repudiatione.
g And. Bar. Ex persona aui. No. quod propter delictum patris nepos non priuatur feudo auito. Vide Bal. in l. emancipatum, præall. vbi distinguit, aut venit in patrem mortuo auo, et tunc delictum patris nocet filio, aut filius delinquit in uita patris, et tunc non aufertur nepoti.
h A. B. Vnum censetur. No. patrimonium patris, et filij censeri unum patrimonium vide gl. fin. d. l. 2. secundum Bal. et an priuilegium patris extendatur ad filium vide Bal. in l. 4. C. de sacros. ec. et l. 2. sup. de epis. et cler. et l. emancipatum, ff. de Senat.
i Item quæritur. Vide Bal. in l. 2. inf. de suis, et leg. et Bar. in l. vt iurisiurandi, §. si liberi, ff. de ope. lib. et ibi de emphyteusi, et feu. cum sim. et vide Bald. in c. 1. si vasal. feu. priu. per Io. And. in add. Spe. in ti. de feu. §. quoniam, in add. inc. directe.
K A. B. Contra, quod sic. Et illum text. tene mente, quia aureus est, nam Bal. ibi dixit beneficium abstinendi erat de iure ciuili.

rea p̃mium ẽt p̃ri ɔuenit, vt j. de bon. mat. l. si nua matre, & de
bo. q̃ lib. l. cũ oportet. dicas ergo. q lex grauat emancipatum ɔ-
19 ferendo simplicẽ dona. † Tertium cap. est, qñ donatur simpl̃r,
nec suo, nec emancipato, ut a m̃re, auo m̃rno, uel auia, & tunc
dic nõ cõferri, nisi in duob. casib. vt j. eo. l. illud. §. fi. & sic magis
grauat̃ emancipatus, p l. vt liberis, q̃ nec suus, nec emancipatus p
l. illud. §. & est rõ dr̃iæ, qa nec sui, nec emancipati magis parti-
cipiant de natura extraneorum, q sunt a collatione remoti, quã
emancipatus, in quo adhuc remaneret reliquiæ p̃cedentis ptã-
tis. ar. ff. de lib. & posth. l. filio quẽ p̃r. Adde qđ not. s. de do. inter
ui. & vxo. l. si ɔstãte, sed caue ubi ab illa gl. qa dicit ɔ̃ casum l. j. j.
20 de bo. q̃ li. & illud est tertiũ cap. † Quartum c. est de reb. simpl̃r
traditis filio in ptãte sine ɔmemoratione donõnis, an p̃sumatur
c donare? & dic q nõ, sed in peculium concedere, c vt s. de vxor. p
ma. l. 3. & ff. de pec. l. fi. Idẽ si p̃r dixit, dono in peculiũ, vt j. l. si do
21 natione. † Quintum cap. est de rebus emptis per p̃rem noĩe filij
in ptãte, & traditis filio, an videatur donare? & dic q si p̃r facit
hoc ex quadam nãli necessitate, vt qa emit filio vestimenta, nõ
intelĺr donare, vt l. legata. ff. de adim. leg. aut ex mera liberalita-
te, & tunc vr̃ donare, tñ talis donõ hẽt vim quodammõ relicti,
qa oportet, q ɔfirmetur p mortẽ donãtis, vt s. fa. er. l. filiæ cuius.
qd ergo de liberis? & vr̃, q nõ p̃sumat̃ donõ, qa p̃r ad hoc tenet̃
ex necessitate, vt no. s. ad Mac. l. Macedonianũ. nam si tutor ad
hoc tenet̃, ergo multo fortius p̃r. ar. ff. vbi pu. edu. de l. qui filium,
& ff. de admi. tu. l. cum plures. §. in primis, & ista opi. est vera, sup
posito, q p̃r teneat̃ de necessitate. quid. n. si filius haberet de suo,
unde posset emere? & tũc nõ tenet̃ p̃r de ꝓprio emere, vt l. fin. ff. de
pet. hę. Si ergo de ꝓprio emit, & tradit, ista est mera liberalitas,
ergo donõ, vt no. in d. l. filiæ, vel certe ſm Ol. dẽt distingui ex nu
mero liberorũ, vt ff. de le. 3. l. si filiæ. & hoc sępe contingit, qñ p̃r
22 emit libros filijs præbendatis. † Vnum scias, q si filius esset Do-
ctor, cui p̃r libros emit, qđ istud tanq̃ quasi castrense non uenit
in collõnem, vt ff. eo. l. 1. §. nec castrense, & j. eo. l. si donõne, per
Nic. de Mat. Sed qd si p̃r emit noĩe filij in ptãte, sed non tradi-
dit? p̃sumo emptionẽ pro patre, nõ pro filio, qui nunq̃ possedit,
vt s. de don. inter uir. & uxo. l. si filij tui. Pręterea talis donõ non
p̃t ɔfirmari, cum non sit aliquo iure munita. Nam non est mo-
nita uinculo obl̃onis, cum inter p̃rem, & filium in profectitijs
non cadat immediate obl̃o, ut no. in l. si quis pro eo. §. j. ff. de fi-
deius. licet mediate p alium fratrẽ caderet obl̃o naturalis, ut l. fr
a fratre, ff. de cond. indeb. Item non est traditione munita, ergo
imp̃fecta, unde non confirmat̃, ut dixi s. de inoff. dona. l. 2. & per
23 Cy. in l. j. s. de don. ante nup. † Sextum c. est de pecunijs mutua-
tis, uel depositis p patrem noĩe filij in ptãte, & dic, q filio quæsi-
ta est obl̃o ɔ̃ debitorẽ, q̃ hr̃ loco quasi traditionis, ut no. s. de do.
cau. l. 2. & iõ supposito, q sit donõ, confirmatur morte p̃ris, vel
emancipatione ipsius filij. sed an in dubio p̃sumatur donõ? dic vt
sup. dixi in rebus traditis. Septimum caput est in filio emancipa-
to, & alijs, qui non sunt in ptãte, & tunc aut agitur de donatione
p̃sumenda, aut confirmanda, primo casu dic idem, qđ in suis, vt
l. ad eum, §. auia, ff. de dona. & l. si p̃r. excepto, qđ non p̃t p̃sumi ɔ-
cessio in peculium in his personis, q̃ in ptãte non sunt, vt no. j. eo.
l. si donatione. Scdo casu dic, q non requiritur ɔfirmatio, quia
statim valet, vt ã. de inoff. don. l. a. Tertius vero casus determina
tus est superius. Octauum c. est de ɔmercijs inter p̃rem & filios,
24 & de hoc dic, vt dicã j. eod. l. fi. † Nonum cap. est de fructibus p-
ceptis ex rebus patris, & dic hos esse cões, vt l. certum, s. fa. er. se-
cus in fructibus aduentitiorum, quos conuenientibus p̃ris ocu-
lis, ipse proprietarius filius percepit, quia sunt proprij, & nõ cõfe
25 rendi, vt inf. de bon. q̃ lib. l. cum oportet. §. sin aũt res. † Decimũ
c. est de filio negotiatore cum pecunia p̃ris in negotiatione lici-
d ta. & Bar. dicit d q media pars lucri attribuitur operæ filij, & non
confertur, qa procedit ab industria. & alia pars attribuitur pecu-
niæ patris, & illa est cõis oĩum hr̃dum, tanq̃ patri acquisita, vt j.
eo. l. illud, & ar. l. 1. s. pro soc. & sic est sicut in socijs diuidendum,
quorũ vnus ponit pecuniã tm̃, alter operam tm̃, & ita dt Bar. ex
sui capitis æquitate, ego credo Iudicẽ æstimaturum ex qualitate
lucrantis, & quantitate pecuniæ. Quid. n. si lucratus est centum
pro centenario; nam nisi excellenti industria, vel prospera fortu-
na, hoc lucrum est impossibile. Et iõ credo, quod id, qđ cõiter lu
crantur mercatores ex pecunia & labore, sit diuidendũ æquali-
ter, vt dicit Bar. Reliquum vero sit filij, tanq̃ aduentitium. arg. ff.
ad l. Fal. si hr̃s, non. n. sunt socij p̃r & filius, nec ẽt filius est institor
p̃ris, cum p̃r tm̃ de peculio teneatur, cum in socio & institore te-
26 neretur insolidum, vt ff. si cer. pet. l. cum te. p Cy. Dicet † aliquis,
filius tenetur operari patri, sicut vxor viro, vt l. sicut ff. de ope. li.
Rñ. illud est verũ in operis obsequialib. sed nos loquimur in in-
dustrialibus, quas filius patri exhibere non tenetur, & ideo ex ta-
27 li opera q̃situm est ipsius filij. † Quid dices de vsuris acquisitis ex
pecunia p̃rna? Rñd. si filius noĩe proprio negotiatus est, talia lu-
cra illicita patri non q̃rit, vt ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. 1. Si
aũt p̃ris noĩe, quærit patri, non iure filiationis, sed officio gestio-
nis, vt ff. de procu. l. qui proprio, §. item quæritur, & per hoc appa-
ret determinatum consilĺr de omnib. illicitis quęstionibus vt de
obtentis ludo taxillorum, & de alijs, siue subiacent restõni, siue
non; primo casu non ɔferuntur, tanq̃ æs alienum, secundo casu
28 tanq̃ turpe. † Et an aliquo casu sit licitum vincere ad azardum,
vide Catholiconem super verbo, elem. 35. d. cap. ab exordio, &
de immu. ecc. c. quia plerique; vno tñ casu est licitus iste ludus, vt
qñ aliqd committitur iudicio sortis, siue fortunę, vt l. fin. cõia de
29 leg. † Vndecimum cap. est de reb. dubijs. s. qñ dubitatur, an filius
acquisierit ea re parentis, an ex fortunæ munere, an ex industria,
sufficit. n. filio, q nõ est ex re parentis, gl. est no. in l. cum oportet,
j. de bo. q̃ li. In hoc ɔsiderandum est, quid, quale, q̃tũ pater hẽat,
& qs, q̃tus sit filius, & qualis. de vẽto. n. nemo q̃rit, vt l. fi. s. de ali.
pu. præst. & an mater sit ẽt locuplex, & an alia administret, quã
paterna, & maxime fiscalia, vt no. i l. defensionis facultas, de iur.
fisci, li. x. Si nihil de his est probatũ, si quidẽ filius possideret, co-
geret̃ dicere cãm cui possidet. Si aũt p̃r vel fratres possident, co-
gũtur dicere cãm suę intentionis. i. petitionis, & probare eã, argu.
no. in l. si p̃fidi, de do. ante nup. & gl. in d. l. cum oportet. Ego circa
hũc articulum dico, q circa ꝓbõnem duplex est dubitatio, vna
est qs ꝓbet, scđa est, qualiter ꝓbet. in prima est vera ultima snĩa
gl. vt ille probet, q petit, & subaudit, vel onere petitoris fungitur,
ſm ea, q̃ tradunt̃, ff. de iud. l. in tribus, & l. seq. In 2. s. qualiter ꝓ-
betur, vera est snĩa Io. vt non tantum ex verbis & plenis probõ-
nibus hoc colligatur, sed ex coniecturis, considerata condõne p-
sonę, & qualitate vitæ, & alijs verisimilibus Iudex habeat præsu-
mere circa hoc. sicut alias dr̃ de do. inter ui. l. utrum. cum si. ſm
Nic. de Mat. in d. l. cũ oportet in sua lec. in prin. facit ff. de priui.
30 cre. l. si ventri. §. in bonis de pig. l. fi. & ad Mace. l. fi. §. vlt. † Duo-
decimum capitulũ est, si filiæ. sponsus dedit anulos & perlas, &
eo mortuo puella reuertit̃ ad domum p̃ris & fratrum, an acqui-
rat patri, vel conferat fratribus & dic, q aut ɔstat esse donata, &
nõ ɔfert, quia sunt aduẽtitia, aut nõ ɔstat, & ñ ɔfert, quia nõ sũt
suæ istæ res, sed hr̃dum mariti, vt ff. de pecu. l. id uestimentum, ff.
de do.

ADDITIONES.

a An. Bar. Insinuatio. No. quod donatio remuneratoria non requirit insinuationem, vt est gl. sing. in d. l. Aquilius. Item non reuocatur per ingratitudinem, vt est tex. in l. si pater, §. 1. ff. de dona.

b And. Bar. Debet insinuari. No. quod dona. facta in præmium emancipationis, requirit insinuationem & est uera do. ex paterna liberalitate, uide tex. sing. secundũ Bal. in l. fi. inf. de emanc. lib.

c A. B. Peculium concedere. Not. quod datum a patre filio in potestate præsumitur concessum in peculium a matre, & præsumitur donatio, casus est singu. in le. donationes, §. species. ff. de don. & Bal. in l. cum virum, inf. de fideicom.

d A. B. Bar. dicit. An lucrum factum per alium ex pecunia patris ueniat conferendũ. uide gl. in l. cum oportet, inf. de bo. quæ li. Bar. in l. 1. §. nec castrense, ff. eod. & in tract. suo de duo. fratr. uide Bal. in d. l. cum oportet.

de do.inter vi.l.sed si vir ex lana.& ff.commo.l.si vt certo, §.interdum, præsumuntur,n.concessę ad vsum,non ad dominium,nisi aliud appareat ex modo & genere impensæ.ff.de don.inter vi.& vxo.l.vtrũ.& hoc tenet Nic.de Mat.i l.cũ te.s.de do.ante nup.

31 in sua lec.& idem ibi per Rich.Mal.† Quæro a hic inquit Rich. a si marit⁹ mittit aliqua iocalia vxori suæ,puta corrigias,& his verbis vtitur nuncius,dicens sponsæ,sponsus salutat te, & mittit tibi hoc,vtrum sit donatio? & an consummato matrimonio, & dissoluto pp mortem possit repeti,vbi nõ ꝯstat de aliqua renunciatione facta? Resp.non repetuntur, sed apud vxorem vel sponsam remanere debent,siue fuit simplex donõ,q̃ nunquam repetitur,siue fuit sponsalitia largitas,quę non repetitur matrimonio dissoluto,vt l.cum te sponsæ, vsque ad l.cum veterum,& l.si a sponso.s̃.de don.ante nup.& ff.de do.inter virum & vxo.l.cum hic status.§.si sponsus Item q̃ritur,si sponsa antequam vadat ad viri domum eo tpe,quo debẽt celebrari nup.spõsus vadit ad domũ sponsæ,& subarrat eam, & dat ei duos vel tres annulos, vel etiam in facie ecclesiæ, cum debebat benedici antequam vadat ad domum viri,an sit donatio, & teneat? Respon.tenet donatio, & ita debet remanere penes vxorem, vt d.l.cum te.de don.ante nup.vbi ponitur iste casus;& ad hoc accedunt leges alle.in 1.q.

32 ista sunt verba Rich.Mal.† dic,ꝙ iocalia grandis valoris non intelliguntur sponsæ donari,etiam si nuncius vtatur his verbis,sp õsus vester donat vobis has res,& ideo non fiunt sponsæ,vt not.in d.l.1.§.nec castrense, secundum Bar.hoc verum,nisi constet,ꝙ

33 nũcius habuit in commissione, vt donaret,ff.de do.l.filius.† Decimumtertium capitulum est de dote, quam filiusf. lucratus est ea forma statuti propter mortem vxoris, vtrum habeat eam p̃- b cipuam, an conferatur b cum fratribus? Dy.dicit quod confert, ex quo matrimonium fuit solutũ viuo patre, secus si patre mortuo,vt refert Cy.in l.s.s̃.fa.er.gl.tangit in l.dotem, ff.de cast.pec. alij dicunt vt Tho.de For.& Bar.non conferri,quia lucrum hoc est aduentitium, j.de bo.quæ lib.l.1.inf.eo.l.fi.s̃.vnde vir & vxor. auth.præterea & cohęret personæ mariti lucrum, sicut causa finalis lucri.i.fœdus matrimonij,& ideo in tali lucro non habet ꝯsortem,vt l.si id,qđ ego.ff.de duo.re.ff.de stipu.ser.l.item si alter. & de mino.l.3.§.si quid.& licet pater sustinuerit onera nurus, ad hoc tenebatur propter filium,ff.solu.mat.l.si cum dotem,§. transgrediamur. Item ista onera sunt consumpta, & ideo non veniunt in colla.arg.ff.de coll.bon.l.dedit dotem. Attende hic, nam aut dos est data socero,aut viro, aut vtrique. primo casu, cum istud consistat in acceptatione & retentione, socer tãtum est obligatus,ergo socero tantum acquiritur, ergo est commune omnium hæredum.secundo casu solus maritus lucratur totum: tertio casu vterque lucratur pro virili, & sic virilis portio filij nõ diuiditur,sed virilis soceri diuidetur inter cohęredes, sed magis placet opi.ꝙ semper marito acquiratur lucrum,arg.ff.de pactis do.l.inter.§.cum inter.quia vir est causa fi.huius lucri, & immediata & proxima causa spectatur,arg.ff.de vul.sub.l.sed si

34 plures,§.in arrogato.& s̃.de vsu f.l.fi.in fi.† Decimumquartum capitulum est de fructibus aduentitiorum,quos filius patiente patre percepit,an ꝯferat eos fratribus glo.in l.dotem, ff.de cast. pec.dicit ꝯferri,nõ ea ti.de col.sed quia sunt hæreditarij, & hoc verum,si filius accepit hos fructus inuito vel inscio patre,secus si permisit ei habere, tunc non tenetur conferre, j.de bo.quæ li.l. cum oportet,§.sin autem.& idem dico in fructibus dotis filiof. socero portante onera matrimonij,vt l.contra virum.ff.rerum amo.Decimumquintum cap.est de expensis,quas pater fecit ꝓ-

35 pter filium,an computentur in sua portione.† Et primo quæritur de expensis studij,& dic,quod non computantur:quia non extant,sed de libris,qui extant,an sint conferendi,dic,vt supra dixi.& no.in l.quę pater,ff.fam.ercis.facit quod no.in l.6.ff.ad Mace. Secundo de expensis in nuptijs filij factis per patrem, & dic non imputari in legitimam,quia onera patris sunt,vt no.de mune.& hono.in l.qui origine. Tertio,de expensis doctoratus dignitatis, & dic non imputari,sed pręcipi ff.famil.ercíscun.l.si filius, §.Neratius. Quarto quæritur de talia, quam pater soluit pro filio capto in bello, & dic non imputari, quia pietatis causa sol-

36 uit,de capt.l.liber captus.† Quinto quæritur c de condemnatio- c ne, quam pater soluit pro filio, & dic, aut pater soluit ea intentione,vt imputet,& tunc imputat.argum.inf.eo.l.illud,§.fin.aut intuitu pietatis, & non imputat,d.l.liber. Aut dubitatur, & tunc aut soluit ea necessitate, & imputat,quia naturaliter pater tenebatur,ff.de cond.ind.l.frater a fratre. aut ea libera voluntate, & tunc aut filius erat soluendo, & naturaliter obligatur patri, & imputat sibi in sua portione, argu.ff.de pe.hær.l.fi.& ff.de pec.le, d l.Stichus,aut filius ea se laborat inopia, d & tunc pie egisse videtur,& non imputatur,quia non extat in bonis argu.d.l.liber.nisi pater esset in contrarium protestatus.argum.ff.ad l.Fal.l.cum quo.§.fi.sic intelligitur,qđ no.per Iac.de pec.le.l.Stichus, & ibi per Bar.in d.l.frater.per Gui.Aut pater nondum soluit, tunc ipse delinquens,non pater,nec fratres pœnam luunt, supra de fur. l.apud antiquos.§.fin.nisi statuto municipali contrarium statueretur,vt no.infra decr.decu.in rub.lib.10.& tunc intelligerentur esse taciti fideiussor.delinquentis, quia pro eo tenentur, & repeterent ab eo.& imputarent sibi in partem eius.ar.ff.de verb.obl.l.

37 cum filius,in prin.& ff.de li.cau.l.agitur.§.fin.† Decimumsextũ capitulum est de profusis ab ipso filio, vt quia lusit ad azardum, & dic.ꝙ sibi imputat, quia ludere est lata culpa, & ideo tenet̃, licet possidere desierit,in.f.eo.auth.quod locum, & l.pactum, ꝙ Cy.Idem sit in meretricando consumpsit, quia meretricari est dolus,ff.mand.l.si vero.§.si adolescens. Item de his,quæ viuo, vel mortuo patre pro suis culpis, & excessibus soluit, nam sibi

38 soli imputat.ff.pro soc.l.cum duob.§.fi.† Decimumseptimum capitulum est de dotibus,& primo,vtrum filius dotans neptem de peculio aut illud sibi in portionem imputet,vel conferat? & dic,ꝙ non,quia non habet penes se.ff.de coll.bo.l.filium emancipatum. Secundo,quid si dotat sororem ex vtroque parente natã,an imputet sibi,vel conferat fratribus?dic ꝙ non,quia non fecit dolo,nec culpa,sed ductus naturali charitate,l.cum plures §.fi.ff.de admi.tut.& hoc quando viuo patre fecit: si autem pa- c tre mortuo,nihil potest facere e in præiudicium fratrum, nisi eis consentientibus, nec filiam suam dotando, nec quicquã aliud faciendo, nisi essent adeo socij, ꝙ hæc licerent per expressa capitula societatis.ff.pro soc.l.si socius pro filia. Tertio quæro,si auus dotet neptem, an imputetur in portionem patris neptis, & dic,ꝙ non.ff eo.l.dedit dotem. Quarto quæro,an filio instituto in re certa debeat conferri dos? & vĩ ꝙ non, si illa res facit legitimam ,etiam dote computata inter bona morientis, alias videtur conferri ad legitimam fratris per filiam dotatam, sicut per cęteros.ar.ff.de bo.lib.l.si libertus sub cond.§.1. Intelligo,si ista filia sit hęres vĩs,sed si est contenta sola dote, non confert, ff. de

39 de col.do.l.fuit quęstionis.† Decimumoctauum capitulum est de his,quę veniunt ad filios iure primogenituræ, vtrum veniũt ꝯferenda? & dicendum est,ꝙ non,q̃a ea forma deferunt̃,vt non diuidantur,nam talia iura non recipiunt separationẽ,& ideo ea ꝯferri impossibile est,arg.fa.erc.l.quędam mulier. de iu.patro.l. Carmelia Pia,extra,de voto.c.licet.7.q.1.c.quam periculosum, si tamen esset dubium facti,i.quis esset primogenitus,apud ambos simul resideret administrõ dñij,vel imperij,arg.no.ff.de sta.ho.l.Arethusa.Nec nouum, nã & duos simul legimus fuisse administrantes imperium,vt no.7.q.1.c.non autem, de iureiur.c. Rom.super ver.Reges,in cle.& in add.Spec.in ti.de rescri.præsentatione,per Io.And.diffuse.& sic illa forma, ꝙ per vnum regatur, non est necessaria de iure naturali vel diuino, sed de iure voluntario, & positiuo.ff.de orig.iuris,l.2.§.nouissime, secus in apostolatu,quia articulus dicit, vnam sanctam catholicam ec-

40 clesiam.facit quod no.j.de metro.berito.l.1.lib.11.† Decimumnonum ca.est de filio mercatore,qui post mortem patris in eodem perseuerauit,an lucrata post mortem conferat, vel ei conferatur, si detrimenta passus est: quæ.n.post mortem patris incępit,ad collationẽ non pertinent,vt j.eo.l.si donatione.1.resp. sed in eodem actu perseuerando,si discerni possunt,separantur, alias omnia conferuntur,ff.de neg.gest.l.cum actum,& l.at quiñ,§.Scęuola,& l.nam & Seruius,§.si viuo.& quod no.eo.tit.l. Pompo.la 2.si cer.pet.l.eius qui in prouincia,§.1.& ff.de sol.l.dispensatorem. Vigesimum, & vltimum c.nõ est de hæreditaria, sed de sociali collatione,de quo articulo habes, ff.de admi.tut.l. Titium,& Mæuium,§.altero,& plene dixi in l.si patruus,§.commu.vtriusque iudi.& iste articulus ad præsentem materiã non pertinet.expeditus sum de hac materia.

ADDITIONES.

a Andr.Barb.Quæro. Quando sponsus mittit uestes & alia iocalia sponsæ, uidetur donare uide d.Pa.in cons.162.& Bal.hic.

b And.Barb. An conferatur. An filius teneatur conferre dotem, quam lucratus est ex forma statuti,vide Barto.not.loquentem,inf.de duobus frat.licet alter dixerit in l.transgrediamur.Bald.in l.2.sup.fam.ercisc.ubi aliter loquitur, quam hic sensit.& uide eundem in l.1.inf.de bo.quæ lib.

c Andr.Barba.Quinto quæritur.An id,quod pater soluit pro condemnato, conferatur,uel imputetur in legitimam,uide Bar.in l.Stichus.ff.de pec.leg.

d A.B.Laborat inopia.Vide Bal.in auth.contra rogatus, inf.ad Trebel.& l.omnimodo.§.imputari,sup.de inof.test.& in l.si captiui,de epis.& cler.

e A.B.Nihil potest facere. Vtrum frater possit dotare filiam suam de communi patrimonio fratrum,Bal.hic tenet,ꝙ non.Idem tenet in l.f.n.C.de do.promis.Idem consuluit cons.2.incip.iste quærit & in cons.prox.multis supra sparsim enarratis.& in cons.inc.quatuor erant.And.cons.inc.Ray.& in cons.Ant.& do.Petr. de Ancha.cons.plura dubia elicienda sunt.Ludo.Rom.cons.præsentis dubitationis articulus, Barto.cons.inc.Cuctarellus. Idem tenuit Pau.de Castr.in l.si socius pro filia,ff.pro soc.& in l.omnes, eodem tit. Bal. in l.si societate uniuersarum tenuit contra,si sunt socij etiam omnium bonorum, idem tenuit in l.cum duob.§. inter fratres.ff pro soc.& in tracta.de duob.frat.ad fin. ita consuluit Pau.de Cast. inc.ad primum. Ioann.de Imo cons.inc.in casu præmisso,ita consului ego apud Vrbinum,ita consuluit do.Io.ba.facit l.ex parte,§.filiusfam.erci.l.si societatem, §.item mart.minor.ff.pro soc.l.si fratres.§.socium,eod.titu.& §.per contrarium: l.quod si eo tempore. & in l.si socius pro filia, intelligendo uerbum, maxime, si interuenit pactum,unde quod dixi in d.cons.

LEX II.

1 *Quod creditori non nocet, & debitori prodest tenetur creditori facere.*
2 *Promissori sufficit facere quod potuit in factis, quæ non sunt in sua ptãte.*
3 *Creditor non cogitur mutare debitorem.*
4 *Liberatio non cadit in promissione euictionis nondum commissa.*

Si pater. Dos pmissa ꝯfert liberõne, vl cautione. h.d. rex. cũ gl. no. ar. ad qõnẽ, ego vẽdidi Titio fundũ. & pmisi de euictione. & Mar. fideiussit pro me tãdẽ promisi illum Mat. extrahere ab oblõne ista ad petitionẽ & terminum ipsius Martini sub certa pęna, mõ Martinus petit, ꝙ ego extrahã ab oblone eũ, conor ego toto posse ĩ hoc, & volo dare Titio æque bonũ fideiussorẽ, vt liberet Martinũ, ipse non vult hoc facere, q̃ritur qd iuris? & vr ꝙ creditor ꝯpellat recipere aliũ æque bonum, vt 1 ff. de ꝯsti. pe. l. q aũt. §. pe. † nam hoc ei nihil nocet, & debitori pdest. vt ff. sol. ma. l. 2. ver. nec cogit. & posito ꝙ non posset, sufficit 2 mihi † pmissori fecisse qd potui. cũ factũ istud non sit potestatiuum, sed mixtũ, ar. j. de insti. & subst. l. 1. & ff. de ꝯh. emp. l. Labeo. vnde cũ ipsa res hẽat in se difficultatẽ, non incido in pœnam, ff. a de verb. obl. l. cõtinuus, §. cũ quis. per Dy. In ꝯrium a vr, qa † cre- 3 ditor nõ cogit nouare debitorẽ, ff. man. l. si mãdato meo, §. j. ibi, aut si nolit, nõ obligat &c. Non ob. l. 2. ff. sol. ma. quia debitor cogit nouũ suspicere creditorẽ, vt ibi, & ff. mã. l. idẽque. §. si cui. sed creditor nõ cogit nouũ suscipere pmissorẽ, nimirũ quia creditorũ est agere, non ꝯueniri. Itẽ nõ obst. d. l. q aũt. qa ibi loquit in fideiussore dando, hic in fideiussore dato. & dic qõne pdicta, ꝙ illud quod non pt fieri p modũ liberationis, fiet iuxta d. l. si mã- 4 dato meo. p modum cautionis, at. glo. huius l. † nã oblõne euictionis nondum ꝯmissa; nõ cadit liberatio, ut no. in l. facere posset, ff. sol. ma. Sed cauendũ erit reis, vel pignoribus datis, ff. de col. bo. l. 1. §. iubet. sed si fideiussor nollet in se onus custodię pignorũ recipere (pt. n. nolle) si ꝯmode inuenio fideiussores, debeo eos dare; si aũt non inuenio fideiussores, tunc qui non vult accipere pignora, vr facere, quominus possit sibi caueri, & iõ satis est mihi, ꝙ cauere debeo, vt l. hẽc, §. cautionis, ff. de ver. sig. & quod no. ff. de ser. l. mare. de re iu. l. in eo, §. nemo, de cond. & dem. l. Iul. la 1. & eodẽ mõ soluit qõ de tutore, q dedit fideiussorẽ pupil. sal. fo. & pmisit eum eximere de oblig. nã intelr eodẽ mõ, quo intelligi, & fieri pt, de cond. & dem. l. quibus diebus, §. dominus, nam est modus in rebus &c. de uer. obl. l. si ita quis, §. ea. l. in glo. ord.

ADDITIO

a A. B. In contrarium. No. quod illud, ꝙ nõ potest fieri per modum liberationis, sufficit fieri per modũ cautionis. sic sufficit cautionem fieri, licet illum nõ abstrahat obligatione. Sal. hic sequitur Bal. uide Ang. in l. sciendum, ff. de verb. sign. ubi dicit fuisse de facto. uide quæ notaui in c. 2 de feu. sine culpa non amitt.

LEX III.

1 *Reprobato pacto, censetur reprobatum iuramentum desuper appositum de iure ciuili.*
2 *Iur͂m supplet ætatẽ, alias tamen impossibilitas non remouet de iure ciuili.*
3 *Puerilis ætas non habet consilium.*
4 *Pactum de futura successione valet, vbi est consuetudo.*
5 *Renũciatio iuris patronatus valet, quod competit tempore renunciationis.*
6 *Pactum contra bonos mores etiam iuramento non firmatur.*
7 *Metus reuerentialis dicitur iustus.*
8 *Pactum in quo renunciauit nepos non debet ei nocere.*
9 *Nepos per renũciationem ex testamento patris, non prohibetur succedere.*
10 *Lex vim habet apostolicã.*
11 *Renunciatio non se extendit ad bona postea quæsita.*
12 *Filius prodigus, viuo patre potest renunciare.*
13 *Soror si hæreditati paternę fratri acceptãti renũciauit, oĩb põt accrescere.*
14 *Renunciatio si est facta vni fratrum, qui non vult hæreditatem paternam, non prodest extraneis hæredibus.*
15 *Filius successioni futuræ propter expensas studij, non potest renunciare.*
16 *Renũciatio de omni iure quod habet, & habere sperat, intelligitur de præterito, non de futuro.*
17 *Clausula generalis post quædam specificata restringitur solum ad illa.*
18 *Dictum generaliter, est generaliter intelligendum.*
19 *Renunciationes restringi non possunt si eis nulla ponatur causa.*
20 *Verba, sic voluit, & sic placuit, ĩ refutatione apposita, an sint alicuius cãæ.*
21 *Promittere de remittendo, & remittere differunt.*
22 *Pactum de non succedendo, qualiter confirmari possit.*
23 *Statutum quod arctat ad nubendum, dicitur contra bonos mores.*
24 *Mulier sine consensu propinquorum, potest contrahere cum patre.*
25 *Iuri alimentorum, cum iuramento non potest renunciari.*

Pactum. Non valet pactum, ꝙ filia dote contenta non possit prĩ monturo ab intest. succedere, & ideo succedit, ac si pactum non foret appositum, dotẽ propriam ꝯferendo. h.d. Opp. ꝙ valet pactum. ext. de pac. c. 2. lib. 6. Solu. aut est iuratum, & tunc pactũ est seruandũ, vt ibi aut nõ est iuratum, & tunc nõ est seruãdum, vt hic. & ista fuit opinio Plac. anteq̃ illud c. esset in rerum nã. sed gl. dt, ꝙ de iure ciuili est reprobatum pactũ & iur͂m, ergo neutrum tenet, vt s. de legi. l. nõ dubium, & de 5 leg. j. l. si qs in glinos, in fi. † nã reprobato aliquo, reprobat qcquid venit in eius ꝯcomitanciã, vel vigorẽ, siue sit principale, siue pœ- a nale, vt ff. ad l. Fal. l. Seius, & Augerius. Tu † dic, ꝙ de iure ciuili gl. dt verum. nã de iure ciuili nihil operat iur͂m, nisi quia supplet ętatẽ, sicut malitia supplet ętatẽ, l. 3. s. si min. se ma. di. ꝯalias impossibilitates iur͂m nihil firmat, nec alia obstantia remouet, sed de iure canonico supplet ętatẽ. Item firmat renunciationẽ. Itẽ firmat ꝯctũ rei dotalis, vt in c. licet mulieres, de iureiur. li. 6. Item nisi relaxaretur, ẽt in usuris esset seruandum, ut extra de iureiu. c. debitores. licet solute possint repet. attende hoc ultimum, vt s. de consti. pec. l. 2. ibi, sm anti. &c. Item caue tibi, qa qdam Moderni dĩit, ꝙ valet iacr͂m impuberis, qui est proximus pubertati, nam obligatur delinquendo ergo si deierat, punitur. ut not. Io. And. in d. c. 1. qd est falsum qa solum Deum hẽt ultorem, vt 3 s. de reb. cred. l. 2. eũ hẽt Iudicem protectorem ipsius iuri, † quia pueriIis ætas non hẽt consilium. j. de test. mi. l. fi. Item no. vnũ, ꝙ si statutum prohiberet iur͂m recipi, ꝙ ex tali iur͂o non pt excipi ꝯiurantem, ut no. in l. 2. ne fideius. do. den. & de reg. iur. l. inuitus, §. fi. nec pt iudex ex officio facere ꝯ ius, nec inquirere de iuribus priuatorum. de iureiur. c. ad nostram. el. 2. per Innocen. Secundo opp. ꝙ ualet pactum, vt in Auth. de fi. na. ex ma. ad mor. contract. c. j. colla. x. Solu. ibi speciale in feudo. pp consuetudinẽ 4 loci. & sic not. † ꝙ vbi est consuetudo, valet pactum de futura successione, ẽt sine iur͂o. Tertio opp. quod valeat, pactũ. ff. si qs a paren. fue. ma. l. j. §. si parens. Solu. ibi in pacto, quo pr͂ renunciat futuræ successioni, nam tale pactum ibi nã concordat, hic ꝯ. vel dic, ꝙ ibi non vi pacti excluditur, sed quia deliquit accipiendo præmium eman. sm glo. ar. ad hoc ff. de hære. insti. l. ille autẽ. & ff. de leg. 3. l. uxorem. §. hæres. Quarto op. quod ualeat renun- 5 ciatio. s. de bon. lib. l. fin. Sol. ibi † renunciauit iuri patronatus, ꝙ tpe renunciationis competebat, & sublato iure patronatus, tolluntur oẽs eius potentiæ, sicut vbi non est anima, non sunt potentiæ animæ. sed hoc ius filiationis erat inseparabile, ergo & ius succededi. quamuis. n. aliud sit ius filiationis, aliud ius succedendi, tamen sm Apostolum ad Gala. 4. si filius, ergo hęres sed 6 non ita in patrono, patronus, ergo hæres. † Quinto oppo. quod ẽt cum iur͂o pactum non valeat, quia ꝯ bonos mores ff. de uer. obl. l. stipulatio hoc modo. Solu. ibi est pactum de succedendo, quod inducit votum alienę mortis per fas, & nefas. vnde est cõtra ius diuinum. extra de concess. pręben. c. 2. l. 6. sed nos loquimur de pacto de non succedendo, quod non est cõtra, ius diuinum, ut patet 7. q. 1. cap. q̃ periculosum. Sexto op. nam. si ista filia dixit se contentam sua legitima propter dotem, ergo amplius petere non põt, etiam si plus esset in legitima, quam in dote qa hoc tpe renunciationis erat incertum. arg. s. de transf. l. de fideicommisso, & de vsur. l. si ea. de inoff. test. l. si pater. & s. de pac. l. 1. Sol. si pr͂ decessit testatus, & instituit filiam in dote, tunc concedo oppositionem, quod etiam ad supplementum, non agit, secundum Iac. But. hic in lec. sed male dt & ꝯ casum l. si qñ. §. 1. s. de inof. test. si aũt decedit intestatus, tunc habet locum l. nostra. 7 cũ iure taciti iudicij filia uocetur, ut l. 2. de iure co. † Venio ad qõnes, & primo quæro, si filia renunciauit cum iuramẽto, me- a tu tñ patris, uel nimia reuerẽtia, an sibi noceat; & dic ꝙ nõ a dũmodo petat absolutionẽ a iur͂o, ut l. j. §. quæ onerãdæ. ff. qua. re. 8 ac. non datur. & s. de fur. l. fi. † Secundo q̃ro, an talis renũciatio b noceat nepoti; b & dic ꝙ non, tum qa iur͂m est personale, de iureiu. c. veritatis. tum quia super iure tertij iurare non potuit, vt s. n. 1. l. fi. & hoc uerum qñ fuit simplex renunciatio, secus si partis debitæ perceptio. nam tunc obstat sequentibus, non ui repudij, sed ui successionis, quia successit in parte sua. Consulo tñ patri, si non vult ꝙ nepotes ex filia succedant, ꝙ filia uocet se contentam sua portione, & iuret, si. n. non apparet aliqua cã renunciationis, deuolueretur successio in nepotem, ut s. de suc. edi. l. 1. ẽt si renunciasset aliquo accepto pro ipsa renunciatione, ut ff. de acquir. hær. l. fuit qõnis. & si quis omissa cã test. l. licet. nisi talem acceptum consueuit in legitimam imputari, ut dos, qa tunc nõ est mera renũciatio, sed partis. i. suę legitimę pceptio, & iõ nõ fieret locus sequẽti in gradu. si aũt ista filia decederet uiuo pr͂e, tũc nõ ob. nepoti. ar. ff. de lib. & posth. l. Gallus in princ. & de inoff. test. l. posthumorum, & Inst. de hær. quæ ab intest. §. cum filius. 9 † Tertio quæro, utrum per talem renunciationem prohibeatur succedere ex testõ patris. & dic, ꝙ non, vt s. de pact. l. fi. & ff. de uerb. obl. l. stiplo hoc mõ alias impediretur testm̃ pr͂is, quod est absurdum. Quarto quæro, qd si renunciauit patri pp fratres qui superuiuebant, qui uiuo patre decesserunt. Rñ. non nocet renũ- 10 ciatio. ar. s. ad Vell. l. iubemus. † Quinto q̃ro, an per statutum ciuitatis possit prouideri, an valeat iur͂m; rñ. sic, qa lex hẽt uim 11 Apostolici, ut no. in l. adigere. ff. de iurepat. † Sexto quæro, an c renũciatio se extendat ad ius postea quæsitum. Dy. dicit, ꝙ non 12 in ꝯsilijs suis, & incipit ꝯsilium, qdã noĩe Fronte. † Septimo q̃ritur, an filius prodigus possit renunciare uiuo patre; & vr ꝙ sic, qa ex quo non hẽt curatorem, obligatur ex iur͂o: secus si hẽt curatorem, quem põt habere, si est emancipatus. ff. de uerb. obl. l. si

ADDITIONES.

a And. Bar. Dico quod non. No. metũ reuerentialem dici iustum metum. vide c. afsum peregrinum l. pe. ff. de fur.
b And. Bar. Noceat nepoti. An huiusmodi pactum noceat nepoti. Bart. dimisit istam q. indecisam in l. in quartam, ff. ad l. Fal. sed in l. quod sup. primi. prius illam decidit. uide ibi Io. de Imo. ubi reprehendit Bal. hic.
c A. B. Cy. dicit. Quod talis renunciatio non extendatur ad ius postea quæsitum. ui de do. D. in c. quamuis. de pact. in 6. & ibi allegauit de Rota limitando.

13 Lis eni bonis.& ff.de tute.l.qui habet per Iac.de Aret.† Octauo quæritur, soror renunciauit hæreditati paternæ vni fratrum p̄sẽti,& recipienti. quæritur vtrum accrescat tã sibi q̃ alijs, an sibi soli? Dy.consuluit,ꝙ omnibus,in tertio cõsilio qđ incipit, ex testõ dñi Alberti,qđ refert Io.An.in Spe.in ti.de test.§.1.in add. quæ incipit,de præcedenti.in fi.illius additionis, quod est verũ, nisi appareat præsumptio donationis in recipientẽ collatæ,vt ff. de do.l.in ędibus.ver.veluti.& s.de pac.l.si actionem,l.si credi-
14 tori,in 2.gl.† Nono quæritur, si est renunciatum,uni fratri, & deinde ille non vult hæreditatem paternam,an prosit extraneis hæredibus.Gui.de Cu.dicit ꝙ non.ff.de pac.l.auus. Tu considera ꝙ actum est,vt s.de dotis promiss.l.si pro te.nã in ꝯtractibus plus attenditur factum,q̃ contẽplatio,vt ibi no.s.de iu. do.l.cũ patrem,& no.ꝙ pp iuramentum potest acquiri ius omnib. etiã
a absentibus de iure canonico,vt no.a 2.q.7.c. quoties cordis ocu
15 lus.† Decimo quæritur de filio, qui renunciauit successioni futuræ propter expensas studij. dicit Cyn.non valere,quod est verum,nisi iurauerit. Vndecimo quæro,nunquid eo casu,quo nõ valet renunciatio, computet sibi expensas studij in legitimam? & videtur quod non, quia sunt consumptæ tempore mortis patris. In contrarium videtur, quia hoc videtur tacite actum. argum.l.cum quo.§.fi.ff.ad le.Fal.quod credo verius. Duodecimo quęro,soror facit generalem refutationem fratribus de omni eo,quod sibi debetur,an extendatur ad res,quas potest vendicare,& videtur,quod non, vt ff.de lib.legat.l.Aurelius.§.Mæuia.
16 & l.Aurelio.§.fi.ibi, res testatoris.&c. † Decimotertio quæritur,quando quis remittit omne ius,quod habet,vel habere sperat, quõ intelligitur istud verbum sperat. Respond.ea cã de præterito,non de futuro,quia de ea non potuit cogitari, de hoc est
17 l.qui Romæ.§.duo fratres,ff.de verb.oblig.per Barto.† Decimo
b quarto quæritur, b an clausula generalis post quædam specificata restringatĩ ad illam solum? Resp.sic, si utraq; clausula depẽdet ab eadem cã finali, alias generalis causa generaliter operatur,vt s.de tran.l.si de certa,& l.sub prætextu.la secunda,&. ff.de pact.l.emptor.§. Lucius.J.de excep.l.si ex maiore,de transf. l. cũ Aquiliana,ff.de condi.inde.l.fi.§.idem quæsijt.& d.l.Aurelio.§.
18 fin. † Decimoquinto quæritur, si ista clausula generalis a nullo regitur, sed absolute ponitur, id est non regitur ab aliqua causa,nec est annexa alteri,an gñalis sit virtus eius? & videtur, ꝙ sic per illud brocardum, quod generaliter dictum est, generaliter debet intelligi,nisi sit aliqua ratio restrictiua,vt inf.de liber.præter. l. 1. sed certe ibi etiam cl'a absolute posita respiciebat robur, & firmitatem præcedentium clausularum, ideo merito refertur ad omnia,quia præsumitur quis velle,quod valeant omnia, quæ facit,vt no.J.de condit.inser.l.2. sed hoc non venit affirmatiue,sed ad extensionem. Idem tamen certe dẽt operari,nisi ratione generalis intellectus corrigeretur, vel minuetur quod specialiter est dispositum,vt sup.fam.erci.l.quoties,& ff.de leg.2. l.
19 legatorum.§.qui plures.† Decimosexto quæritur, quid si in huiusmodi refutationibus nulla ponitur causa. Resp.tunc nõ possunt restringi ratione causę non expressę, nec tacite subintellectæ,restringuntur tamen ratione temporis ad præsentia,vt ff.de verbo.oblig. l. cum stipulamur, & l.si a colono.& ff.de libe.leg. l. Aurelius. §. testamẽto. Itẽ restringuntur ex animo ad id solũ, quod quis sciebat sibi deberi,ut ff.de pact.l.tres fratres,uel scire debebat.argum.ff.si cer.pe.l.quod re.& ideo consulo, quod caueant sibi renunciantes verbis gñalibus, ne in promptu ex effuso sermone incidant in periculum,vt s.de do.promiss.l.fi. in fin. Vnde creditores non sunt cõpellendi apponere in refutatione clausulas generales, nisi quantum venirent ad robur specialiũ, vt l.3.§.1 ff.de contrar & vti.ac.tu.& ibi per Iac.de Aret.tenetur tñ renunciare beneficiis,per quæ ipse actus posset infringi, in au
20 th.matri,& auiæ,s.qñ mu.tu.off.fun.po. † Decimoseptimo q̃ritur,quid si in refutatione generali ponantur hæc verba, quia sic voluit,& sic sibi placuit,an ista verba sint alicuius causæ,nec ne.& videtur ꝙ non,quia causa voluntatis distinguitur a uoluntate,tanquam actus exterior ab animo,idest ab actu interiori, vt ff.de transf.l.cum his,§.in causa. In contrarium videtur, ꝙ sit tacita donatio,ut l.Campanus.ff.de ope.lib.effectus est magnus, qa vbi non est cã; non valet liberatio, tanq̃ informis, & sine causa,vt no.ff.de pact.l.tale pactum.in prin.& sic non uidetur requiri insinuatio, cum non sit donatio, siuero est donatio, requirit insinuatio,vt no.ff.de reg.iur.l. si quis obligatione, & in l. 1.§.3. ff.quib.mo.pig.vel hypot.solu.siue sit causa,siue non,requiritur insinuatio, cum hoc perueniat ad liberatiũ tanq̃ merum lucrũ, & sic est eadẽ rõ, q̃ in vera donatione.l. ne quis quodã impetu tanq̃ prodigus suo patrimonio abutatur, & facit ad hoc qđ no. in simili.s.de rei uend. l. mater. Ista tamen uerba generalia nullam determinationẽ habẽtia, generaliter debent intelligi, vt d. l.emptor,§.Lucius,si.n.esset aliquis terminus restrictiuus,bene restringerentur uerba gñalia ut ff. de sol. l. si ex pluribus causis, & adde quod no, Insti.de dona.in summa,per Azo. & quod di-
21 xi s. de sacrosanct. eccl. illud. † Decimooctauo quæritur,filia cum iuramento promisit se non successuram patri, modo pře mortuo, vult succedere,& dicit, licet succedendo inciderem in periurium, tñ succedere possum, quia aliud est ꝓmittere de remittendo,& aliud remittere, & iõ licet testõr damnet hæredem suum liberare debitorẽ,non tñ liberat,vt r.o.ff.de ꝯd.ind.l.si nõ sortẽ, §.adeo, nec mirum ꝙ aliqd possumus, licet in periurium incidamus, vt no.in c.vlt,de procu.lib.6. ꝯtrium est verum, quia vbi est alteri ius q̃situm, vel quærendum, non admittitur qs ad deierandum,vt s.de transf.l.si quis maior. silere ergo dẽt.Sed nũquid p hoc p̄iudicetur nepotibus,q̃.declarauit.Bar.tñ ff.de acqui. hære.l. q superstitis, mouit dubium vnum,an tales nepotes possint succedere cum patruis. & arguit ꝙ non, qa succedunt loco matris,sed mr̃ est exclusa,ergo & eius Locumtenens, vt in vsib. feud.tit. 1.§.hoc aũt. Contrarium tñ determinat,& bene,qa hoc ius hẽt nepos,legis matris beneficio,ff.de adop.l.si arrogator.melius facit ff.de ꝯtab.l.3.§.emancipatus filius. Non ob.§. hoc autẽ, quia ibi nepos descendit ea linea in successibilis, vnde vitiũ est in tota linea,non in sola mr̃e.Item non ob. ꝙ succedat loco mr̃is, quia succedit per locum a remotione,siue priuatione matris,& ideo non põt assumere sibi naturam iã extinctã, sed assumit sibi locum,quẽ reperit vacantem, vt dixi superius. hæc sunt vera in matre, quæ non facit partem alijs successurib.nam si faceret partem,nepos ex ea repelleretur, nec refert quo titulo partẽ faciã. ea quo iurauit,& facit quod no.Bar.ff.de contratab.l.1.§.filium,
22 in 1. q. † Decimonono quæritur, qũo pactum de non succedendo firmatur iuramento: cum sit contra bonos mores! Resp.aliquid esse cõtra bonos mores,intelligunt tripliciter.f.natura, vel quasi,& tunc non valet iuramentum,quia esset contra ius naturale,vel quasi,vt si pater iuret non alere filium,nõ obedire Deo, vel Romanæ Ecclesiæ in spiritualib.ff.de iust.& iur.l.veluti, s.de in ius voc.l.venia.ff.de ope.lib.l.libertus,ver.alimentorum.Item facto,quia est turpe,& tunc idẽ,ff.de pact.l.iurisgentium,§.generaliter. Item censura.i.iuris artificio,& tunc de iure ciuili non valet iuramentum,ne ratione iuramẽti iuris ciuilis authoritas obrumpatur,vt ff.de leg.1.l.non dubium. sed de iure canonico valet,p p religionis vinculũ, qđ est de iure diuino. & licet ius ciuile nihil dicat esse ꝯ bonos mores, nisi quia deducit ad aliquod inconueniens, tñ maior esset inconueniens spernere iurm̃, qđ est ipsi Deo p̄stitũ. v.g.ius ciuile non vult renunciari hæreditati futurę,ne filius videns sic se priuatũ hæreditate patris, omittat obsequiũ,hoc.n.est satis incõueniens.at si se priuatũ nõ videt, patrẽ obsequijs prouocabit. Item viuet virtuose ſm patris desideriũ, & istud est valde ꝯueniẽs.s. quod spes pulcherrima foueat filios in successione parentũ,vt ff.pro socio.l.cum duobus, §.idem respondet.& in tex.l.nostræ,& J.de sen.pat.l.fi.in fi.& ff.de ado.l. nec ei. §.præterea. Sed istæ rationes iuris ciuilis sunt persuasiuæ, nõ necessariæ, & ideo talis inconuenientia est contingens vitio solius iurantis, ꝙ ei non debet patrocinari: filius enim tenetur patri,qa
23 pater nõ,quia diues.† Vigesimo quæritur, dictat statutũ, ꝙ licet filiæ non renunciauerint,tñ debẽt dotari,& amplius petere non possint.modo puella non vult nubere,sed vult succedere, & castitatem seruare,quæritur quid iuris? si enim non nubit,ratio iuris est impedimento,ne dotet̃,quia nomen dotis sine matrimonio esse non p̃t.vt l.fin.J.de do.ante nup. quia ergo deficit tacita conditio statuti,l.nuptiarum,ergo cessat statutũ. Item statutũ,ꝙ arctaret ad nubendum,esset contra bonos mores,& nõ valeret, iuxta no.in c.statutum.de hære.in nouella. In ꝯtrium, quia stat p ipsam quominus dotetur,ergo debet haberi pro dotata. ff.de cõdit.& de men.l.iure ciuili. Sol.si tantum assignatur sibi, quãtum nomine dotis debet pręstari,nihil amplius petere potest, vnde ñ cogitur nubere,sed cogitur esse tali portione contenta, in quocunque statu velit permanere,& est ratio, quia statutum vr̃ prouidisse de certa q̃titate,vt l.1.ff.de leg.2.ergo ea habita,filia dẽt esse contenta,vt ff.de hęr.inst.l.qui volebat.& ff.de fideicom.lib.
24 l.Thais.§.1.† Vigesimoprimo q̃ritur,quid si statutũ dictat,quod mulieres non possint contrahere sine consensu duorum propinquorum, etiam cum iuramẽto, & ꝙ potestas illius ciuitatis teneatur de facto compellere recipiẽtem ad remittendũ omnia iura,quæ viderentur sibi quæsita, ꝙ etiam de iure cõi est.s. qñ per fratrem sunt extorta,vt ff.de off.pręsi.l.illicitas, in princ. nũquid
c hoc erit verũ,qñ filia renunciat patri? puto ꝙ non. c nam pp naturalẽ affectum,plurimum patri videtur esse concessum. arg. ff. de li.leg.l.nam Aurelius.§. Titius testõ,ff.de hæred.institu.l.quidam cũ filium, ff.de cur.fu.l.furioso puberi.& ff.de adul.l.nec in ea.§.fi. sed si nõ ꝯtraheret cũ patre, sed cum alijs remotioribus, qui

ADDITIONES.

a Vt no. Tene menti illam gl. fing. quod de iure canonico propter iuramentum quęritur ius absentibus,vide Bal.in l.illud,sup.de sacros.eccl.

b An.B. Decimoquarto quæritur. Vide tex.& Bar.in l.posthumus,ff.de lib. & post.

c An.Bar. Puto quod non. Licet mulier non possit contrahere sine consensu propinquorum propter statutum. non habet locum quando contrahit cum patre, vide Bar.in l.frater a fratre,ff.de cond.ex quo videtur improbanda theorica Baldi.

qui plerunq; malum consiliũ capiunt pro puellis, vt s̄. de nup.l. viduæ,§.sed ne forte. tunc hẽt locũ statutũ de ɔ̄ctib. ẽt in distra-ctib.vt l.Mçuia,§.1.ff.sol.mat.& quod no.in l.3.§.ɔ̄riũ, ff. de ɔ̄. & vt.ac.ru.q̃a istud statutũ,qđ imbecillitati mulierũ prouidet,etiã ad renunciationẽ ea tẽdi dẽt,vt ff.de noua.l.doli, §.ꝑ diuersum, & no.ff.de mino.l.si iudex.p Bar.in l.mutum,§.1. de aeq. hæred.

25 † Vigesimosecundo & vltimo quæritur, nunquid iuri alimentorum possit renunciari eum iuro. Spec.dicit ꝙ non,in tit.q filii sint legi.ver.sed pone quidã.tu dic,ꝙ aut loquimur in alimẽtis p̄teritis,& potest renũciati,vt s̄.de transa.l.de alimẽtis. aut in futuris;& tunc refert,aut proueniunt ex ordinatione hominis, aut legis,siue naturæ. primo casu refert, aut ex mero ɔ̄ctu,& potest renunciari,aut ex mera vltima voluntate, & non potest, vt ff.de transa.l.cum hi.quia hoc est prohibitum propter facilitatem renunciantis,qui fame compulsus propter vnam paropsidem legitimæ renunciaret cuicunque iuri:quia,vt dicit prouerbium, fames est acutissimus ensis,& sicut quis non tenetur obseruare iuramentum, per quod incidit in periculum mortis,ita nec tenet obseruare iurm p qđ incidit in opprobrium & exterminium famis. Ab hoc.n.iuramento omnes eius comites abiunt, & maximedisereno, quæ requiritur pro substantia & fundamento radicali,vt s̄.de nup.auth.ꝙ eis. Idẽ & multofortius, si ɔ̄ vim naturæ iuretur,ne alimenta præstentur,vt ff.de vi, & vi ar.l. 1. §. pen. ver.hinc liberorum.nec etiam inter virum & vxo.tenet pactum ꝙ vir non alat eam,nisi quando non recepit dotem promissam, vt ff.de doli excep.l.pater,& ff. man.l.creditor,§.si inter.

L E X IIII.

1 *Filia succedens, dotem profectitiam, & aduentitiam confert suis ab intestato, vt per contratab.non suis profectitiam tantum.*
2 *Alternatiua natura est cadere inter diuersa.*
3 *Contratabulatio participat causam testati tãquam oppositum sibi, & causam intestati tanquam finem sui.*
4 *Profectitium est id quod prouenit ab eo de cuius hæreditate agitur.*

1 Filiç. † Suis confert ab intestato,vel ɔ̄.ab.succedens filia dotem profectitiam & aduentitiam,at emancipatis,siue non suis,profectitiam tantum.h.d. Oppo. hæc lex facit differentiam.i. ponit dictionem, vel inter succedere ab intestato, & per 2 contratab. natura † enim alternatiuæ est cadere inter diuersa in substantia, & ista in qualitate.i. in pondere intellectus, vel saltem inter parum discrepantia, nam nimia distantia seu differentia est quædam species contrarietatis, vt ff. de reb.dub.l.j. sed cũ per contratab.reducatur res ad causam intestati, ergo male cadit alternatiua, vnde videtur obstare,etiam j.eo.l. vt liberis. Sol. 3 † cõtratab.participat causam testati,tanq̃ oppositum sibi,& causam intestati,tanquam finem sui. Nam si testamentum non esset,contratab.nõ esset,vñ principium causale sumit pp testm̃; sed remedium finale est reducere ad causam intestati, quantum est possibile prætori. aut hæres scriptus non vult. adire, & est ab intestato:aut adit,& est ex testõ,vt no. j.eo.l. vt liberis, & dic vt ibi. Secundo opp. de l.filia,ff.de colla.do. Sol.vt in gl. Tertio opp. ꝙ aduentitia non conferantur,vt j.eo.l.fi. Sol,vt ibi. Quarto op. 4 de l.si emancipati, j.eo. Sol. vt ibi. † Quæritur hic,quod est profectitium? Resp.quod prouenit ab eo de cuius hær.agitur.& quod ex substantia eius vel quasi substantia bonorum deducitur,vt de vulg.subst.l.sed si plures.§.in arrogato.

L E X V.

1 *Dos data constante matrimonio confertur, minus accipiendo de hæreditate cum distinctionibus.*

1 Dotis quidem. † Dos data constante matrimonio confert,minus accipiẽdo.h.d. No. in l.nostra,ꝙ filia confert dotem, tanto minus accipiendo de hæreditate,quantum est dos. Contra,imo vr̄ ꝙ conferatur dos, liberãdo,vel de indemnitate promittendo,vt l.3.s̄.eod.Sol. vt hic no.quandoque dos est promissa tantum, & non soluta, & tunc fit collatio liberando, vel de indemnitate promittendo, vt in ɔ̄rio. Quandoque dos est promissa & soluta, & a filia recuperata, & tunc fit collatio dotis re ipsa, ponendo dotem in communi, vel proxi. Qñque dos est promissa & soluta, non tamen a filia recuperata,quia matrimonium constat, & sic recuperare non potest,& tunc confertur tantominus de hæreditate patris recipiendo, quantum est dos, ita loquitur lex nostra. verum quia hodie lex ista determinatur per ɔ̄stitutionem auth.in tit.de æquali.do. §.illud quoque.Ideo posita est hic ista auth.quod locum.

A V T H E N T I C A.

1 *Casus,in quibus filia pro dote sine consensu patris potest agere.*
2 *Filius si male consumpsit legitimam sibi imputatur.*
3 *Dos vbi est magna, pro illa potest agere filia sine consensu patris.*
4 *Filia si dotem amisit,an pater iterum teneatur eam dotare.*
5 *Culpa nomen a lege prolatum intelligitur de leui vel maiori.*
6 *Actio de dote constante matrimonio,an sit vere nata, si constat virum male vti sua substantia.*
7 *Possessor offerendo pignus pro dote,an liberetur.*
8 *Dos si est in re mobili,repeti potest propter abusum viri.*
9 *Dos potest repeti, si semper prodigaliter vixit.*
10 *Minor in causa dotis,non habet legitimam personam standi in iudicio.*
11 *Actio de dote in casu inopiæ,cedi potest constante matrimonio.*
12 *Vir quod male uti cœperit substantia,qualiter probari potest.*

Quod locũ. Collatio dotis ſm formam legis codicis habet locum,qñ maritus est soluendo,vel mulieri p̃t imputari ꝙ dotem nõ petijt, his cessantib. sufficit,ꝙ mulieri conferat actionem de dote, licet inanem.h.d.
6 est infamis, & tunc examinari non poterit, vt in ɔ̃rijs. † Quãdoq; mutatur conditio testis absq; eius culpa, tunc potest examinari, vt hic, & hoc tenent Doctor. in d. l. ad testium, §. ɔdõnem, & Bar. in d. §. duę, & Cy. hic in add. vel dic, ꝙ interdum testis adhibetur a principio ad actus substantiam, & probationem, & tũc inspicitur principium, non quod postea sequitur, vt hic. Interdum ad probationem, quæ in futurum respicit, & tunc inspicit tps dispositionis in iudicio factæ. facit ad hoc, quod not. ff. de testib. l. 3. §. lex Iul. super uer. impuberes. vnde in leg. nostra etiam si suo delicto testis mutasset ɔdõnem, tñ testm̃ per hoc non redderetur minus solemne: & dictum testis alias inualidum cõfirmari posset per depositionem contestium, ff. de edeo. l. si quis ex argentarijs. §. 1. ver. quid. n. In tabellione aũt certum est, ꝙ instrm̃ suum non uitiatur, licet postea efficiatur infamis, vt no. in ca. vt officium, in gl. per hanc literam, de hęr. lib. 6. Item non vitiatur instrm̃, si eius infamia, uel priuatio prius velata, & occulta, postea detegatur, ut in Auth. de tab. le. j. §. vlt. in glo. quę incipit, hic est ar. quod est multum no. Idem si erat publica, sed non in loco publico. puta notarius fuit cõdemnatus de falso in Alemania, postea reuersus Florentiam, vbi nesciebatur hoc. ɔ̃fecit instrm̃. iuxta no. in sim. cat. de ord. ab Epõ, qui renun. Episc. ca. j. in add. quæ incipit, dixit Vincentius in nouella. quod est not. Potest ẽt dici, ꝙ testis quantumcunq; inhabilis tpe iudicij, & quacunq; cã põt deponere ad confirmationem instri publici, uel priuati, in quo retro reperitur esse descriptus, vel subscriptus, nam ipsa scriptura dr̃ esse depositio, vt not. ĩ. eod. l. hac ɔsultissima, §. pen. secus si testis non deponeret ad ɔfirmationem scripturæ, in qua reperiatur descriptus, ut in legib. ɔ̃rijs, quod est no. & est rõ, quia nõ intelligitur modo deponere, sed tpe appositionis sigilli. vnde quæ modo sit, non est noua testificatio, vt d. l. testium. §. cõdõnẽ.
7 & leg. hęredes palam. † Quęro, a an lex nostra habeat locum in
a teste infame, sicut in seruo? dic, ꝙ sic, sm̃ Iac. de Rauẽ. uel aliter. aut detegitur testis ɔdõ in eo, ꝙ sonat defectum, & tunc põt testificari, vt hic aut detegitur testis ɔdõ, non in eo, quod sonat vitium, vt infamia, & tũc non põt testificari in iudicio, & ista opi. tacite ponitur Inst. in sum. Azo. in fi. istius ti. & ꝙ illi, qui incurrunt infamiã, non admittantur, hr̃ expresse de testib. cogn. c. præterea, & ibi dicit Bernardus, quoddam verbum, quod facit pro opin. priorum. dicit. n. ꝙ si aliquid per istos tales legitime factum est, non uitiatur secundum Old. & facit, quod no. ff. de infam. l.
8 furti. §. j. in gl. super uer. sed quid. † Secundo quæro, pone quod obijcitur testamenti infamia, ille tñ, ꝗ obijcit, non dicit, ꝙ habebatur publice pro infame, quęritur vtrum ista exceptio sit apte opposita, uel inepte. Bar. dicit, ꝙ inepte, q̃a publica infamia requiritur, non priuata, vt no. ff. de testam. l. cum lege in glo. sed male, in fi. quę ad hoc est no. multum, sed verius dici põt, ꝙ aut exprimitur cã infamiæ specialiter, & tunc exceptio sit reo opposita. ut in c. præsentium, de testib. lib. 6. nec est necesse dicere, ꝙ habebatur pro infame, quia præsumitur, ex quo ita debebat haberi. Si aũt opponeretur exceptio infamiæ sine cã, tũc opponeretur inepte, quia vbi obijcitur de crimine, non sufficit obijci in gñe, sed
9 in specie, vt in d. ca. præsentium. † Quæro tertio, nunquid testis qui dicit, ꝙ oĩum consensu, & opinione habebatur pro libero, sit falsus? & vr̃, ꝙ sic, quia deponit impossibile. nam impossibile est, ꝙ omnes homines mundi habeant istam opin. & ad hoc facit gl. no. ĩ. de sen. quæ pro eo. l. 1. in glo. super uer. subtilitatẽ, in fi. Item si referatur ad omnes, s. uicinos, vel cognoscentes, nõ constat, qui vel quot sunt isti, & sic non est probata communis opi. vel forma. ɔ̃trium est verum, vt hic in tex. & dictio, omnes, refertur ad proximos, & uicinos, quia multi esse præsumuntur, facit quod no. in sim. ff. qui satisd. cog. l. inter omnes, ad Mac. le.
10 Zenodorus. † Quarto quæro, nunquid communis opin. habeatur pro ueritate, & dic, ꝙ aut de ɔ̃tria ueritate est dubium, aut est certum. primo casu, aut actus pendet ex ueritate, & inspicitur veritas. aut pendet ex opinione, & tunc inspicitur opin. ut ff. de acq. hær. l. cum quidam. §. quod dr̃. Secũdo casu refert, an loquimur quo ad actum gerendi in posterum, & inspicitur veritas iam detecta, an quo ad actum exercitij in pteritum, & tunc refert, aut æquitas fauet opinioni, & inspicit veritas, vt ff. qñ actio
11 de pecu. l. est annalis. l. quæsitum. † Quinto quæro, nunquid cõis opi. possit æque probari in negatiua, sicut in affirmatiua? & dic, ꝙ sic, quia fama indifferẽter se hẽt, & æque est capax negatiuę, sicut affirmatiuæ, ff. de prob. l. si arbiter, & adde quod no. ext. de verb. sig. c. ueniens, per Inn. & an fama affirmatiua infringatur per negatiuam? vr̃, ꝙ non, quia fama affirmatiua põt hr̃e originem ab his, qui hñt certam rei notitiam per sensum corporis, puta per visum, & per pñtiam, uel per auditũ, q̃a actus auditu percipit̃, ut iniuria verbalis, vel Dei blasphemia, & similia, uiatæ no. ĩ. q̃o, & qñ iud. auth. qui semel. super ver. innotescit. sed fama negatiua non potest hr̃e originem a causis per sensum corporis

ADDITIO.

a And. Barb. Quæro. uide Bal. in l. 4. de lib. & posthu. in prin.

poris ſ. de prob. l. actor, & ideo affirmatiua oino præponderat negatiuæ, vt ff. de arb. l. diem. §. ſi plures, & ibi not. In contrarium vr nam. & negatiua poteſt hēre originem a cauſis, tam directe, q̃ indirecte, vt ff. de acq. hær. l. Pantonius. §. rel. & J. de cōtrahen. & comm. ſtip. l. optimam. in fin. quare vr dicendum, ꝙ ſtetur melioribus teſtib. cæteris vero paribus, nil prodeſt ſi ſit probatum de fama, vel non, quia teſtes inuicem ſibi obſtant, vt ff. de teſt. leg. ob carmen. §. j. facit, quod no. extra de præſcr. c. 1. lib 6. & J. ne de ſtatu

12 defun. l. ſi patet. † Sexto quæro, nũquid lex noſtra habeat locum in tabellione putatiuo, vt eius inſtra inter ignorantes confecta valeant, ac ſi eſſet iuſtus tabellio? & vr, ꝙ ſic, quia, licitum eſt agere, de teſte ad tabellionem, vt ſ. tl. l. l. e. hac conſultiſſima. §. ſi. Item quia tabellionatus eſt publicum officium, ergo cōis error facit ius, vt ff. de offic. præt. l. Barbarius. Item quia diu geſſit officium, ideo vr ipſum præſcripſiſſe, argum. J. de diuerſ. offic. l. viros. lib. 12. item quia longa poſſeſſio pro ueritate hr, vt no. in leg. s. ſ. de ler. & aqua. Item quia eſt in quaſi poſſeſſione officii, non debet quæri de proprietate, quia præſumuntur oīa ſolenniter acta, ad hoc facit, quod no. Inn. extra de verbor. ſign. ca. veniens. Item quaſi poſſeſſio transfert onus probandi in aduerſarium, vt no. ſ. qui accuſ. non poſſ. l. non ignorat, ſed impoſſibile eſt, ꝙ aduerſarius probet negatiuum, ergo inſtrumenta erunt valida. In contrarium facit, quia ille, qui non eſt notarius gerendo ſe pro notario, committit falſum, vt ff. ad l. Falc. leg. eos. §. qui ſe. ergo non valent ſua inſtrumenta, vt J. de ſuſce. & archa. l. ſi aliquid. Item

13 officium † non præſumitur, niſi per literam probetur, tñ cum eſt data certa forma probandi a iure, ſ. per inſtrm decernens officium, pbare quaſi poſſeſſionem nihil operatur, vt l. 1. ſ. de mandа. princ. & de ſacroſ. eccl. l. decernimus, & ſ. de epiſ. & cler. le. ſi qua per calumniam, J. de diuer. offic. l. probatorias, & ff. de dec. l. Herennius. Item nunquam fuit tabellio, qui exercuit officium mala fide, & ideo quaſi poſſeſſio ex tali exercitio inducta, nihil poteſt operari, quia eſt iniuſta, & clandeſtina, quæ nihil operatur in his quæ iuris ſunt, iuxta not. per Innoc. in ca. nihil, de elect. Item ſolus Princeps confert tabellionatum, vel habens authoritatem ab eo, non uſus priuatorum, ut no. de fi. inſtrum. c. cum P. Tabellio. per Inn. Item hoc tenet do. Azo. in ſumma Auth. de inſt. cau. & fi. Non ob. le. Barbarius, quia ibi interuenit decre

14 tum ſuperioris. Nam † rone decreti valet, quod fit a minus legitima perſona, vt ff. quod fal. tutore authore. l. 1. §. idem Pomponius, & J. de iu. del. l. ſi infann. in fi. Sol. aut nunq̃ fuit creatus tabellio, aut fuit creatus, & depoſitus, aut fuit creatus, & deponēdus, non tñ depoſitus. Primo caſu non valēt ſua inſtra per leges & rōnes p hac parte inductas, quia eius officiũ nullum eſt, nec hēt originem veritatis. Scdo caſu ſiſr non valent ſua inſtra, quia per depoſitionem perdidit authoritatem, ut ff. de infam. leg. a. §. miles. J. de diuer. off. l. nullus, lib. 12. & hoc eſt uerum, niſi eius depoſitio occulta ſit. tunc. n. de rigore acta non valent, vt not. in Auth. de teſ. §. pe. quia adhuc quædam reliquiæ remāſerunt. ar. ſ. de tu. & cur. l. ſi plurib. in gl. Tertio caſu ualent inſtra, quia licet aliquis ſit ab officio deponendus, tñ anteq̃ deponatur valēt quæcunq; ſiunt officii prætext. Oīa. n. tolerantur pp officium, qd quis adminiſtrat, donec in eum ſit lata ſnia depoſitionis, vel ſpoliatus ſit inſignib. vel notatus ſit infamia, uel per legem noīatim ſit priuatus officio, vt ſ. de hær. authē. credentes, in fi. & per Inn. extra de accuſ. c. qualiter, in fi. ubi oīno uideas, facit J. ſi ſeruus, aut lib. ad dec. alpir. l. a. lib. x. & ff. de eden. l. ſi quis ex argenta

15 riis, §. j. & quod no. ff. de auth. tu. l. & ſi pluribus. † Septimo quæro, nunquid vſurarius poſſit eſſe teſtis in teſtamento, & dic, ꝙ non, ſi eſt vſurarius manifeſtus, vt no. in c. q̃q̃, de vſur. lib. 6. & idē forte, & ſi non eſt manifeſtus vſurarius, quia non eſt integer teſtis, vt no. per Cyn. ſ. de epiſ. & cler. l. ſi quis ad declinandam, ꝙ non placet, nam vitium teſtis occultum non officit teſtō, vt in

16 l. noſtra. † Octauo quæro, excipitur contra teſtē, quod eſt manifeſtus vſurarius, ad quod probandum teſtes inducti deponunt ſingulariter: modo quæritur, vtrum probēt, puta vnus deponit, ꝙ mutuauit vni perſonæ, & vno tpe, alius deponit de alia perſona, & de alio tpe, cum hac tñ qualitate, ꝙ publice, & vr, ꝙ non ſit pbatum vitium vſurariæ prauitatis, quia certum de iure eſt, ꝙ ſingulares non probant. ſed diuerſitas tpis inducit diuerſitatē actuũ, & ſic de nullo actu eſt plene probatum, quod fieri debet ad minus per duos teſtes, vt ext. de teſt. in c. veniens, nam in quolibet facto probando per teſtes, requiritur pluralitas teſtium, & vnitas, vel ſingularitas nihil operatur, ff. de teſ. l. vbi numerus. Item

17 teſtes dēnt † ſinguli interfuiſſe facto, de quo probando agitur, & ſi diuerſis temporib. interfuerunt, tunc nihil probant, vt J. eod. l. hac conſultiſſima. ibi, vno eodemq; die. ac tpe, vt J. eo. l. caſus. in ver. iungi, atq; ſociari, & l. cum antiquitas, §. ſinaũt. J. eo. l. fi. §. in ol. ibi, in vno eodemq; tpe debent adhiberi, & ff. de teſtam. l. qui teſtamento, §. fi. & l. hæredes palam, in fi, & 3. q. 9. c. nihilominus, & de elec. c. bonæ, ver. quamuis, & de prob. c. licet cām. verſ. q̃q̃. præterea reprobati fuerunt teſtes contra Suſannam, qa in vnico actu

18 circa locum fuerunt ſingulares, vt no. ſ. de teſti. l. teſtium, & † dico, ꝙ teſtes debent eſſe concordes non ſolum iure, ſed ēt facto. vt ſi peto decem, & vnus teſtis dicit, quod ea tu mihi debes ex cā mutui nāliter numerati, alter dicit, ꝙ confeſſus fuiſti ex cā mutui, iſti licet concordent in iure, quia dicunt oblōnem eſſe, tñ diſcordāt in facto, & in cā proxima obligationi, & ideo non probant, vt no. in Spe. de teſt. §. 1. ver. ſed pone. egi. & ext. de ſucc. ab

a inteſ. c. fi. & hac rōne dicit Pet. de Bellap. ꝙ teſtes a ſingulares nō probant conſuetudinem loci. ergo nec perſonę, cum utraq; cōſuetudo ex repentis actib. eliciatur, vt no. Cy. J. quæ ſit lon. conſue. l. 2. præterea, ꝙ duo teſtes requirantur in probando quolibet actu, vr tenere Inn. extra de teſt. c. ſeries, in fi. vbi dicit, ꝙ quilibet gradus debet probari per duos teſtes, qñ uolo probare me conſanguineum in tertio gradu. item Vincen. ext. de præſcr. c. illud vbi dicit, ꝙ ſi volo probare famam, non ſufficit, ꝙ unus teſtis dicat eſſe in vna parte ciuitatis, alius in alia. Arch. in d. c. nihilominus, dicit ꝙ ſi uolo probare me poſſediſſe decem annis, & vnus teſtis dicat, ꝙ uidit, me poſſidere 30. ann. alter 20. alter ae. ꝙ non ſufficit, quia in quolibet facto probādo per teſtes requiritur pluralitas, & de hoc vr glo. ord. ff. de acq. poſ. l. poſſideri. in prin. in gl. licet, in fin. Ad idem, quia teſtes ſingulares non ſunt ad conſonantiam reducendi, ſed potius repellendi, vt not. ff. de arbi. l. diem proferre, §. ſi plures. In contrarium, ꝙ iſti teſtes non de

19 beant dici ſingulares, nam teſtimonia † ſingularia ſufficiunt ad probandum uſum, qui probatur per ipſius uſus cauſam productiuam, quæ eſt eiuſdem actus repetitio, vt ſup. de epiſ. aud. l. nemo. cum. n. natura rei neceſſario dat ſingularitatem, & ſeparationem actus, ergo ipſorum ſingularis probatio debet ſufficere, & hoc apparet, quia de eiuſdem continuati ſceleris nequitia probanda tractatur, & de infamia, quæ eſt una, & eadem reſultans ea multis actib. vt ſ. de hæret. l. Arriani. in ver. ad vnam. & ad hoc facit, quod not. ff. de teſtib. l. ob carmen. §. fin. Item, ꝙ infamia probatur per teſtes ſingulares in cā, ex qua infamia irrogatur conteſtes tñ in ipſa infamia irrogata, vt not. in Spe. de inquiſ. §. j. ver. item non eſt. ad hoc facit, quod not. Inn. ext. de acc. qualiter. vbi dicit, ꝙ exercitium iuriſdōnis probatur per teſtes ſingulares. Teſtes. n. non dñr ſingulares rōne actuum, ſed reſpe

20 ctu finis, & ideo ſi ſunt conteſtes reſpectu finis, † non dñr ſingulares, nam ſufficit in ſubſtantialibus concordare, quę faciunt ad finem cauſæ, vt J. de pœ. l. qui ſnīam. Item tunc teſtes dñr ſingulares, qñ ex dictis eorum probatio redditur dubia, quæ habet ſe adeſſe, & non eſſe. ſed hæc probatio eſt oīno certa quantum ad publicam infamiam, quæ etiam circumſcripta ſingulari actuum ſerie ita poteſt probari. arg. legis noſtræ, & quod not. ff.

21 de ſupel. leg. l. Labeo. nam ſufficit, † ꝙ teſtis ſciat aliquem reputari pro publico, & manifeſto vſurario, licet eum non viderit fœnerari, argum. ff. ad Maced. d. l. 3. in ver. publice. Sol. licet quo ad repetitionem vſurarum, iſta pbatio non eſſet ſufficiens, ſufficit tamen quantum ad probandum infamiam in genere, quia in probatione generis ſufficiunt teſtes ſingulares ſpecialiter deponentes, vt not. Iac. Bu. in d. l. Arriani. Quod autem dicit Arch. de poſſeſſione, intellige quando teſtes ſunt ſingulares in initio poſſeſſionis, vt quia vnus dicit, quod incœpit poſſidere iam ſunt 20. anni. alius dicit, quod incœpit poſſidere iam ſunt 30. an.

nam.

ADDITIO.

a Andr. Barb. Quod teſtes. No. quod. teſtes ſingulares non probant conſuetudinem locorum, nec perſonæ, de materia vide Arch in cap. 1 de arb. in 6. & ibi Io. Andr. plenius Io. de Imo. in l. inter pares, ff. de re. iud. Barto. & Dy. in l. 1. ff. quemadmodum teſt. aper. l. 1. §. ſi ſtipulanti, ff. de verb. obl. Bald. in l. teſtium, ſupra de teſti. & l. de quib. ff. de legi. & in rub. de contr. inueſt. vbi dicit, quod propter teſtes ſingulares non defertur iuramentum, quod perpetuo nota ratio, quia tunc vnus minuit dictum alterius, & in l. de quibus dixit, quod quando poteſt capi ſenſus, vt teſtes non ſunt ſingulares, non capitur, ſed reducitur ad concordiam. capito. cum tu. de teſti. & l. i. ſup. qui numero tu. dixit ſingulariter, quod hæretica prauitas probatur per teſtes ſingulares, & in l. 2. infra res inter alios acta, alias quibus res iud. non noc. dixit, quod ſi vnus teſtis dicit factum fore de mane, alius de die, ꝙ ſunt ſingulares, quod eſt no. & vide Barto. in l. ob carmen, §. fin. de teſti. & ibi eſt gloſ. fin. quod ſufficit, ꝙ ſint cōformes in ſubſtantia, & ad id quod Bal. hic dicit, quod ſi teſtis probet de nunciatione, & alius de confeſſione non ſunt ſingulares, vide not. glo. l. proprietatis, ſup. de prob. & Bald. in l. pecuniæ, infra de ſolut. & in notis feudorum. & in l. cum antiquitas infra eod. l. 2. ſup. de do. ante nup. & in l. data opera, inf. qui ac. n. non poſ. Barto. in l. 1. §. fin. ff. quemad. teſt. aper. do. Ant. in c. licet ex quadam, & in cap. veniens, de teſti. vide Bald. in l. actor, ſup. de prob. vbi per teſtes ſingulares probatur hæreſis, vide eum omnino ibi, & Iac. Butr. & Sal. in d. l. teſtium, Cyn. in l. 2. quæ ſit longa conſue. inf. & Bald. in l. 1. de conſeſ. uide Dominicum in d. c. nihilominus, & quæ dixi in c. licet ex quadam, de teſt. & ibi vide Io. de Imo. d. Abb. & do. Ant. & Lud. Roma. conſ. 29. & gloſſ. in cap. dudum, in ver. ſubſtantia, de elec. quando teſtes ſunt concordes in ſubſtantia, & diſcordes in qualitatib. & in cap. cum cauſam, de cauſa poſ. in ver. variare. Bald. hic in l. 1. C. ſi unus ex plurib. & in l. 1. C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt, & in cle. 1. C. de lec. lib. Pau. in quæſ. inc. contra inſtrm. Io. de Imo. in l. inter pares, ff. de re iud. do. Pet. conſ. 226. Bal. in c. fi. de conſue. & in c. cum cauſam, de prob. Ion. & alios, in c. cum oporteat, de acc. Bal. in l. cum iniam, C. de ſen. & in ca. 1. de nat. feu. uide pulchrum, & ſingulare dictum do. Ant. in c. nihil, de verb. ſign. conſulo hodie. circa illud dictum, reſtringendo illud uide do. Abb. in conſ. 2. ubi loquitur de teſtib. Idem Abb. conſ. 49. loquitur melius, quam alius, vide Bald. in c. bonæ, de elect. ubi ſingulariter loquitur.

pter tales depositiones implicant in cognitionem iuris, & facti, vt not. in d.l. possideri. secus si non deponant de animo possessionis, sed verus dicat, vidi possidere 30. ann. alter 20. nam in minori tpe sunt contestes. non.n. requiritur quod testes sint contestes in sensu proprio, sed in re, quam percipiunt sensu, vt nota. in l.1.ff. quemadm.test.aper.per Bar.& facit,ff.de aqua plu.arc.l.2.§.item Lab.q.& no.ibi,per Dy.apparet,quod verus hois actus debet probari per vnum,sed infamia,quæ repellit testam. potest probari per

22 auditum.† Nono quæritur, vtrum per solum publicum instrum, legitimo numero testium vallatum,probetur testm, & gloss.h.c tenet, quod sic, sed j.de fideicom.l.fin. & ff.de testam.l.hæredes palam.reuocat hoc in dubium.tu tene istam gl.quæ etiam de consuetudine approbatur secundum Dy.& idem not.Inst. eo.§.sed cum aliquis,& ff.quemadm.test.aper.l.s.in princ.alias frustra recurreretur ad fidem publicam tabellionis,si eius scripturæ non crederetur. nisi ergo contrarium probetur,præsumitur scriptura tabellionis vera, & tot testium authoritatem habet instrm, quot in eo descripti sunt ad actus substantiam,ad hoc facit,quod not. ff.de eden.l.quædam,§.nummularios.in gl.sed an hodie. Ex publico.n.instro duæ oriuntur præsumptiones,s. veritatis,& solennitatis in eo descriptæ,vel ex eo præsumptæ, vt not. s.de iur.& fac.ign.l.si post diuisionem,& ita tenendum est de iure. In text. ibi,non hac eā.s.cum qō est de veritate, vel de aliis in testamen

23 to rel.etc.† Sed opponitur,quod testm non est solenne, quia vnus de testib.subscriptis in testamento erat seruus,per l.qui testamēto.§.seruus.ff.eo.confitebantur tñ partes testm factum, & septem testes subscriptos interfuisse. Quid ergo si fuit publicatum testamentū,& in publicatione fuit oppositum, quod non poterat testificari,quia erat seruus,& hoc constabat? Rñd.bene debet audiri, quia hic testis probare non pōt, vt hic notat. in gl.l.vel potest dici,quod tunc valebit,quia testificatur in figura iudicis, & ideo nō impeditur ex eo, quod modo reperitur inhabilis ad testificandum,& quia de suo tñ facto testificatur, s.si subscripserit, & sigillauerit,& recognoscat sigilla sua,argu.ff.quemadm.test.aper. l.sed.si quis,& l.cum ab initio, ff.de test.l.seruus,& ar.sup.de hær. l.qm.in fi. Sed quid si non fuit tunc oppositum, & modo publicatum testm producitur,nunquid probabit hoc testm, & puto quod sic,arg.huius l.& j.de sent.l.2.& ff.de off.præt.l.Barbarius, quod intelligo in casu huius l.s.cum tpe conditi testamenti, & publicationis.publicæ,& cōiter credebatur liber,& sic erat in possessione libertatis, alioquin non valeret testamentum, nec publicatio,vt d.l.qui testamento.§.seruus.& s.de testibus, l.quoniam, secundum Nicol.de Matarell.

L E X II.

1 *Testamenti publicatio valet ad perpetuam rei memoriam.*
2 *Testamenti publicatio fieri debet coram iudice ordinario.*
3 *Libellus super testamenti publicatione,non est necessarius.*
4 *Interrogatoria, an debeant fieri testibus super testamento deponentibus.*
5 *Sententia diffinitiua super publicatione testium,an interuenire debeat.*
6 *Citatio generalis,an sufficiat super testamenti publicatione.*
7 *Hæres scriptus,qui nō possidet, publicationem testm ad æternam memoriā potest petere.*
8 *Instrumentum originale si extat,& non producitur,creditur exemplo.*
9 *Instrumentum originale,dicitur matrix scriptura.*
10 *Testamenti publicatio fieri potest viuo testatore.*

Publicati. Testamento publicato datur fides,licet non producatur originalis scriptura, quę casu

1 probatur amissa.h.d. Not.† quod publicatio testamenti,seu priuatæ scripturæ ipsius, valet ad æternam rei memoriam. Item not.quod testamentum publicatum hr pro originali scriptura perdito originali.Item not.quod ille, apud quem fuit,& esse debet originalis scriptura,sic dicit eam se perdidisse,debeat casum probare.ad hoc,s.de fide instrum.l.fi.& quod no.in clem.1.de vsur.

2 † Quæro coram quo iudice debet fieri ista publicatio. Rñd. coram iudice competenti ordinario, vt j.eo.l.testamenta omnia. Quæro secundo,nunquid vocari debeant illi, qui succederent, si hoc testamentum non esset. Rñ.sic, ff.de minor,l.in causæ.§. cū,& s.de testib.l.si qn,& not.eo.ti.l.solam,& in auth.si quis ab aliquo.nam cum recipiūt testes,debet pars citari, vt j.ad Treb. l.pen.in fin.& ff.de ven.insp.l.j.§.denunciare.ar.contra quod not.ff.de bon.pos.l.4.& per C v. s.qui admit.ad bon.poss.l.fi. sed non obstat,vt ibi dixi.Et facit quod not.j.de edic.diui Adr.toll.in vers. depositionibus,& no.j.eo.l.hac consultissima,in gl.& hoc not.

3 † Tertio quæro, nunquid super hoc debeat dari libellus, & fieri litis contestatio. Nic.de Mat.s.de epis.& cler.in l.repetita,dicit,quod non, cum fiat hoc mero iudicis officio, i.ad perpetuationem alterius iudic.j.sicut dicimus in interrogationib.fiendis,ff. de interrog.act. in rub.nec forma iudicij est in hoc seruāda.puto tñ,quod in actis scribendum est,quid petitur, vt iudex possit scire,quid habet facere. vtque petitor postea non possit variare,vt ff.de test.l.curent. & sic etiam fieret, cum testes a reo publicari

petuntur,secūdum formam traditam,in Authē.de test.§.& hoc

4 vero.† Quarto quæro, nunquid debeant capitula dari, super q b. testes testificentur,& interrogatoria fieri ab alia parte, sicut in testibus iudicialibus. Rñ. aut testm est factum in scriptis, aut per nuncupationem, Primo casu nec capitula, nec interrogatoria sunt necessaria, quia officium iudicis est in hoc solo, vt citatis testibus,& his qui lecuntur,ipsi testes iurati deponant,& recognoscant sigilla sua;nec est necesse,quod testificentur quid in testamento continetur,cum id occultum sit, vt Inst. de pup. sub. §. si autem quis,& ff.eod.l.qui testamento,§. fi. & ff. de quemad. test.aper.l.sed si quis ex signatorib. & l. cum ab initio. Secundo casu expedit formare capitula,& interrogatoria,quia testes habent dicere totum tenorem testamenti,vt l. hæredes palam, in prin.ff.eo.& Inst.eo.§.si.secundum Nic.de Mar.in d. l. repetita.

5 † Quinto quæro,nunquid super hoc debeat dari snia diffinitiua in scriptis. Rñ.nō enim potest esse diffinitiua,cum non contineat condemnationem,uel absolutionem, vel meram probationē. vt inf.de sen.leg. cum iudex. Interloquendo tamen dicta testium publicabit,nam publicatio testium est interlocutoria, vt inf. de senten.l.prolatam,& l.post sententiam, in uer. interlocutione. Post aperturam vero testium, iudex snia, & nominata eorum fide interloquendo pronunciabit, & mandabit ipsas attestationes in publicam formam redigi,ad perpetuam rei memoriam, quod etiam si nō dicat expresse,tñ eo ipso,quod attestationes sunt publicatæ,perpetuo ualent,& j.de re iud.l.gesta,& s.de testi.leg. si.& facit, quod no.in d.l.pen.in fi.j.ad Treb.nec poterit hoc casu appellari,vt ff.de appel.rec.l.fin. & j. quorum appel. non recip.l.quisquis.maxime cum omnia sint salua postea in petitione hæreditatis,& in princip.quæl.argumen.j.quorum bon.l.e. & ff.ad exhibē.l.3.§.ibidem.secundum Nicolaum prædictum., quod vltimum non placet, quia talibus attestationib. in quolibet iudicio est standum,alioquin essent frustra receptæ, vt sup. de arb.l.pe.in fi.& d.le.gesta,& quod semel uentilatum,& quod forum est,postea retractari non potest, vt s.de fide instrument.

6 le.fin.in fin.† Sexto quæro, an sufficiat citatio generalis? Rñd.ut dixi s.si ut se ab hær. abst.in auth.si omnes. nam si agens est certus de aduersario personam citandam declarare debet. argum. j.de pœna iud.auth.nouo iure,§.respon. vbi autem non est certus,tunc sufficit generalis proclama.extra de maior. & obed.ca. fi.j.de remiss.pign.l.si eo tempore,& quod no.Bar.in leg.si quis

7 instituatur,ff.de hær.inl.& in d.§.denunciari.† Septimo quæro, nunquid hanc publicationem ad æternam rei memoriam possit petere in scriptis,qui hæreditatē non possidet? videtur,quod non, quia est in potestate sua agere uia ordinaria,unde non debēt recipi testes,ante lit.contest.nisi periculum esset in mora expectationis,propter morbum testium, vel recessum, vt extra, vt lite non contest.cap.quoniam frequēter. Si autem est in possessione, tunc possit petere hanc publicationem fieri,quia est reus, vt extra de test.c.significauit,& c.Alb. In contrarium vr,quia ista publicatio non petitur ad agendum, sed ad succedendum, quod succedere includit in se agere,& defendere,ut ff.mand.l.hæreditatem. Item vr speciale fauore vltimæ voluntatis,ne eius probatio pereat.j.quemadmodum test.aper.l.1.Sol. aut petitur publicatio scripturæ testamenti,& tunc indistincte potest peti, si est scriptura priuata,quæ indiget publicatione. Sed si esset scriptura publica,superuacuo peteretur,nisi forte peteretur ad confirmationem scripturæ,nam testes deponentes pro instro, etiam si sunt descripti in eo,augent eius fidem, & maxime quandocunque dubitari posset de hoc instrumento,vt s.de prob. l.iubemus, & sup.de fide instrumen.l.fin.in princ.& no. Inst.de inut. stip.§. item verborum. Si autem nulla est confecta scriptura, ad cuius confirmationem,& publicationem testes deponant, sed simpliciter, & per se testes petuntur recipi, ad perpetuam rei memoriam,tunc videt distinguendum inter possessorem, & non possessorem,vt possessor possit,cum redigatur ad instar rei: secus in eo,qui non possidet,nisi forte esset hæres sub conditione institutus,qui interim agere non potest via ordinaria, & ideo datur ei extraordinarium remedium, argumen. ff.ad l. Aquil. l. in lege Aquilia si delictum, vel dic indistincte posse alia ratione, s. quia antequam testes sint recepti, probabiliter dubitat de serie testamenti,ergo non potest hæreditatem adire, & per consequens nec agere,& ideo uia extraordinaria sibi patet,tanquam necessaria,& maxime ad hæreditam adeūdam, & idem vr in legatario, qui petit testes recipi super suo legato.tamen in legatario contrarium vidi pronunciari,quod non possit,si legatum est purum,& ipse non

8 est in possessione. † Quæro octauo, si extat originale, & habens non vult producere,an credatur exemplo. Odoffr.dicit,quod non. tu dic,quod sic,nisi dicat falsum,vt no.in l.fi.de fide instrumē. & fa-

9 cit, quod no. in l.chyrographus, in prin.ff. de adm. tut. † Nono quæro,quid dicatur originale. Respon. propriissime loquendo dicitur matrix scriptura,vt in Auth.de tabellio.fi. Sed large loquendo,est omnis scriptura, quam notarius sumit de propriis

10 prothocollis,ff.de leg.2.l.Sempronius,per Bar. † Decimo quæro, vtrum viuo testatore possit fieri publicatio testamenti, & dic

quod

quod sic, prout est actus procedens ab ipso petente insinuari, vt infra eodem l.omnium. sed non prout peteretur in ipsum, i.cōtra ipsum testatorem, vel contra tertium, quia nullum ius, habet, qui sperat de hæreditate viuentis, ut ff. de collatio. bon. l. 1. §. si impuberi.

L E X III.

1 *Princeps vtitur iure communi quo ad æquitatem, quo ad possibilitatem, & solemnitatem vtitur iure proprio.*

1 Ex imperfecto. † Princeps utitur iure communi & exceptio quæ obstat alij, obstat Principi h.d. Et quod princeps utatur legibus, est verū in actib. procedentibus ab ipso, vt supra, de leg. l. digna uox. & in actib. directis, seu inuectis in ipsum, ut hic secundum Oldr. qui dicit etiam, quod in actibus procedentibus ab ipso distinguitur. aut quo ad possibilitatem, & vtitur iure proprio non communi, ut l. pe. de do. inter virum & vxor. Aut quo ad solemnitatem, & idem vt in Auth. de nō alie. §. finimus, aut quo ad æquitatē seu æqualitatē, quæ in cōtractibus requiritur & tunc utitur iure communi, & obligatur de iure gentium. ff. de publica. l. Cesar. & not. in d. l. digna uox. per Cy. & uide Bar. in tract. de alueo.

L E X IIII.

1 *Error in nomine appellatiuo, an possit vitiare.*

2 *Error intolerabilis dicitur uitiare.*

a Si in nomine. Error in noīe, proprio, uel appellatiuo, seu designatiuo singularis rei uel personæ non officit testamento, nisi reddat dispositionem omnino incertam. h. d. † Oppo. & videtur, quod error in nomine appellatiuo vitiat, vt ff. de leg. 1. l. si quis in fundi uocabulo. nam si uolens legare bouem, dicit lego asinum, nihil ualet. Sol. ibi est error in nomine appellatiuo generis quod nomē est impositum de iure gentium, & eo circunscripto, res non potest intelligi, quia designat propriam substantiam cuiuscunque rei, & nominis corruptio significat corruptionem formę substantialis, sed hic loquitur in nomine proprio, vel appellatiuo, in quo non consistit rei substantia, sed demonstratio, quæ potest pluribus modis haberi, ut nu. J. de hæred. inst. l. quoties, & si non hētur vno modo, sufficit, quod habeatur alio modo, vt ff. de re. dub. l. qui habebat Flaccum. Et est ratio, quare error in nomine appellatiuo naturaliter imposito, uitiat: quia quod est in intellectu, tunc non potest percipi sensu, & ideo si ex cōsuetudine loquendi posset percipi intentio testatoris, valeret dispositio, vt no. in l. librorum, §. quod tamen Cassius. de leg. 3. † Intolerbilis ergo error vitiat, quia conceptum mentis non exprimit, sed error qui potest persuaderi per consuetudinē uulgi, non uitiat, præsertim qn̄ est error in omnib. alijs prædicamentis, præterquam in prędicamento substantiæ, ut l. patronus. §. 1. ff. de leg. 3.

ADDITIO.

a A. B. Error in nomine. No. quod error nominis proprij non uitiat actum ultimæ voluntatis, nisi errare testatorem in nomine suo, vel filij sui. quia tractetur, casus est fin. infra, tit. 1. in l. fi. idem dic quod error in nomine appellatiuo uitiet, est verum vbi præcedit aliqua demonstratio gl. est sing. l. quæ extrinsecus, ff. de verb. obl. vel nisi testatoris præcessissent uerba, quib. significabat rem se velle legare. gl. est sing. l. si quis in fundi vocabulo, de leg. 1. & ibi vide Bar. & Doc. & plene Mo. in l. quoties, ff de hær. inst. & ibi uide gl. fin. & l. hæredes palam, §. 1. ff. eod. & an error syllabæ vitiet, vide in l. qui habebat, ff. de ma. test. & an error ... ibidem per Ang. & tex. c. ex parte, de fide instrum & uide ... in l. forma, ff. de censi. in princ. in mater a erroris continuum, & uide Ang. in l. his uerbis, §. 1. ff. de her. inst. ubi tractauit q. de bannito, quem fecit decapitari, & uide quod no. Bal. in l. qui hab. her, ff de reb. dub. & l. demonstratio, ff. de cond. & dem. ubi omnino uide, quia eleganter loquuntur.

Adde de ueritate huius dicti ultra hic alle. Gui. de Cu. in l. nec apud nos. & quod ibi positum ad d. ad ipsum in uersi. cum constat de corpore, infra, de he. insti. & in l. si me in vacuam, in uers. in nomine tantum, ff. de acq. poss. d. si post Bar. in l. si quis in fundi vocabulo, in prin. uers. error nominis proprij, ff. de leg. 1. & in l. fi. nu. 1. in uers. in proprio nomine infra, de hær. inst. & cons. 180. incip. Mar. Bart. 113. no. Fel. in c. significante, colla. 2. uersi. quinta declaratio, extra de rescr. & Bart. Socin. plene in tract. suo fal. reg. 119.

L E X V.

1 *Filij donatio, an probet filiationem.*

Neque professio. Relictū vt filio, qui filius non est, non inducit probationem filiationis, nec uinculum obligationis. h.d. Quæro, utrum denominatio filij faciat probationem filiationis. Respond. aut loquimur de probatione necessario concludente, & non facit probationem, ut hic. Aut de probatione præsumpta, & tunc facit probationem, ut extra de proba. c. a. per tuas, & ff. de man. testa. l. vxorem, nisi contrarium probet, vt hic, quia ueritati semper debet esse locus in his, qui non possunt induci, nisi ab ipsa naturali ueritate, ut ff. de prob. l. fin. in fin. Aut quæritur, utrum per hęc verba probetur opinio testōris, & causa fin.: & dic, quod sic, vt hic, & J. de hęre. instit. l. si pater. & J. de fideic. l. eam quam. Et adde, quod not. s̄. de probatio. l. neque natales, & l. non nudis. & l. non epistolis. & ff. ad Carb. l. quod Labeo. & l. Titia. ff. sol. matr. & extra de resti. spol. c. ex parte. per Inn. Non obst. prædictis, ff. de hæred. instit. l. nemo quia ibi uerba fuerunt prolata a sciente. vnde non fuerunt directa fratri, sed tanquam fratri per modum affectionis, sicut quotidie scribimus in epistolaribus literis.

L E X VI.

1 *Verba enunciatiua non inducunt impossibilem dispositionem, nec præiudicant ei, cui ius est quæsitum.*

2 *Verba enunciatiua principaliter per se prolata disponunt.*

Verba. Verba negatiua veritatis a testatore prolata, non derogant veritati. hoc dicit. Vel sic. Verba enunciatiua de præterito veritati contraria, non præiudicant veritati, 1 vel sic. Verba † enunciatiua non inducunt impossibilem dispositionem, vel sic. Verba enunciatiua non prǽiudicant ei, cui est quæsitum ius ex actu celebrato inter viuos. Vel sic. Verba enūciatiua non disponunt in præiudicium eius, cui testōr non pōt præiudicare. h.d. Et dic, aut verba enunciatiua negant præteritā veritatem, aut enunciant veritatem de futuro. Primo casu aut negant veritatem rei, & dic vt l. Titia, §. Caius, ff. de leg. 2. Aut negant veritatem actus. & tunc si est talis actus, qui potest per pœnitentiam reuocari, & reuocant ope exceptionis, sed si non potest per pœnitentiam reuocari, tunc talia verba nihil operantur, vt hic in tex. & gl. Secundo casu, aut enunciant veritatem persuasiue, aut dispositiue, vel præceptiue, aut dubitatiue. Primo casu disponunt, quia sapiunt causam impulsiuam. Secundo casu disponunt, quia sapiunt causam finalem l. generali, in princ. ff. de 2 vsufr. leg. & l. vnum ex familia, §. 1. de legat. 2. Tertio casu, † aut verba enunciatiua sunt præteriti actus non existentis, sed in posterum effectum tēdentis commemoratiua, & principaliter pp se prolata, & tunc disponunt, ff. de dona. l. ex hac scriptura, sed si sunt prolata incidenter pp aliud, non disponunt, s̄. de test. nihil. l. ex his verbis, nisi forte sint prolata ad liberandum ab obligatione, seu vinculo, quod posset tolli nudo contentu, ff. de pact. l. tale pactum, in prin. Sed Doct. dicunt, quod ibi fuerūt verba dispositiua. Item ibi fuerunt verba prolata principaliter ad effectū liberationis. Si aūt verba enunciatiua sint futuri commemoratiua, & est talis actus, qui dependet ex animo, tunc aut dirigūtur grauato, & vñs directa per modum præcepti, aut diriguntur honorato, & tunc includunt eius grauamen. & idem, quia includunt dispositionem saltem ope exceptionis, l. emptor, §. ancilla, ff. de rei vend. Aut sunt verba ab omni grauamine absoluta, & tunc nō disponunt vllo modo, vt no. in l. peto. in prin. ff. de leg. 2.

L E X VII.

1 *Verbum orationem perficiens subauditur, vt dispositio non vitietur.*

2 *Error si reperiatur in instrumēto, an præsumatur error notarij, vel testōris.*

3 *Amicitia & inimicitia probatur per duos testes.*

4 *Adminicula facilius probantur, quam ipsum principale.*

5 *Tabellio potest infringi per duos testes.*

6 *Error scripturæ non vitiat si scriptura non sit de substantia.*

7 *Scriptura facit opponere de intentione dicentis.*

8 *Sententia, si sine scriptis sit lata, est nulla.*

Errore. Error notarij aliquid omittentis, non p̄iudicat dispositioni perfectę & legitime celebratæ. h.d. Et nota, 1 † quod verbū orationem perficiens, subaudit vt dispositionē n̄ vitietur. concord. infra de fideicommissis. l. verbum, volo. & dic quod quadruplex est subauditio, quædā est ex natura rei, seu actus: quædam ex nā orationis, quę est quędam consonātia debita, seu integritas partium orationis perfectum sensum faciēs: quædam est ex natura relationis, vt l. si quis ex argentariis, §. si initium tabularum, ff. de eden. quędam ex natura breuiloquæ locutionis, vt l. Gallus, §. l ff. de lib. & posthum. Est & alia ex nā consuetudinis, quia quod cōsuetum est, facile videtur inesse. ea. n. quæ sunt in vsu quotidiano, pro expresso habentur, ut J. de fidei. l. fin. quæ lex a ad hoc est valde nota. † Quęro, si reperitur in instrō error, vtrū pręsumatur error notarij, an error testatoris? Respondeo, aut error est in eo, quod pertinet ad officiū tabellionis, qd̄ est sibi permissum a iure, puta in indictione, & tunc pręsumitur error tabellionis. Aut in eo, quod pertinet ad officium partis, puta in re, vel confinibus, vel in aliquo noīe, & tunc pręsumitur error partis, seu testatoris. Nam pro tabellione præsumitur, quod nihil aliud scripserit, quam sibi fuerit iniunctum, & quod quicquid est scriptū, est scriptum de voluntate eius, & mādato qui rogauit tabellionem de actu conscribendo, nec pręsumitur, quod tabellio sciat alter factum, quam sicut fuit rogatus de ipso, & non attenditur in ipso scientia priuata, sed scientia, quam habet, vt tabellio. s. vt publica psona. ad hoc facit quod no. ff. de ver. ob. l. sciendum. in fin. glo. & in Auth. de Tabel. §. nos aūt. quia notarius nō p̄sumitur excessisse fines mandati, sed fideliter scripsisse. Nam publicum officiū bonæ fidei p̄sumptionē inducit, vt s̄. de proba. l. cum precibus. & de offic. ciui. in l. 2. in ver. quod non arbitramur, qui text. est ad hoc no. Secundo quæro, nunquid error possit pbari per duos testes? & uidetur quod non, quia in testamentis requiruntur plures testes ad probandum testamentum sic factum, sed error non pōt probari, quin probetur veritas contraria errori. hoc probat ff. de leg. 2. l. cum proponebatur. Item etiam eadem est disciplina cōtrario-

tariorum, & eadem regula probandi, vt s. de non nu. pecu. l. generaliter. ergo quemadmodum est probanda veritas, ita est probandus error. In contrarium vr, q error in tpe vel confinib. vel in nomine, vr posse probari per duos testes, vt l. hæredes palam. 3 §. sed si notam. ff. eo. † Item amicitia, & inimicitia potest probari per duos testes, & in testm inde dependet. ff. de leg. a. l. si quis seruum. §. si inter duos, & ff. de adi. leg. l. 3. in fi. cum si. Solu. dicit hic Cy. q error pôt probari per duos testes sm Pet. Tu dic, q quædam sunt probationes extrinsecæ, non ea testô venientes, vt q aliquis sit inimicus vel spurius, aut alio modo non capax, & ista probata per duos testes, infringunt testm, vt sup. cod. l. neque. & eõ si probaretur capacitas, vel amicitia per duos testes, coadiuuarent testm, s. fam. ercisc. l. in ipsius. ff. de lega. præst. l. interuenit. de leg. s. l. Lucius, §. fin. & ff. de prob. l. ab ea parte. & l. vbi numerus, 4 ff. de test. Quædam sunt probationes, quæ debent fieri de ipso testô, & tunc refert, aut circa substantiam testamenti, aut circa certitudinem, aut circa aliquam verisimilem suppletionem. Primo casu loquitur d. l. cum proponebatur, cum glo. sua. Secundo casu loquitur d. §. sed si notam. Tertio casu loquitur hic Cyn. & Pet. Et est ratio, quia facilius aliquid probatur per scripturam, vel præter scripturam, q ipsius tenorem, vt no. inf. de contrah. & commit. stipu. l. optimam. per Cy. & ff. de duo. reis. l. reos, §. cũ in tabulis, in gl. nisi alijs. & ff. de pac. l. iurigentium. §. quod fere. Item facilius probantur adminicula, quam ipsum principale dispositum, cum in adminiculis & coherentijs probandis sufficiãt coniecturæ, vt ff. de reb. dub. l. 1. & ff. de leg. 1. l. si seruus plurium, 5 §. fi. † Eodem modo si probatio non tendit ad probandum testamentum, nec concernit factum testôris, sed factum tabellionis, vt, quia volo probare, quod tabellio errauit in die conscripti instri, quia scripsit prius vel posterius, quã deberet, quod hoc possũ probare per duos testes, per regulam d. l. vbi numerus. & sic iste tabellio pôt infringi per duos testes, & hoc pôt examinari & probari seorsum a principali, vnde non est eiusdem naturæ. Et sic intelligo quod no. hic per Pet. & Cy. de reg. iur. l. si librarius. & l. 6 s. in fi. ff. quemad. test. aper. † Quærit hic Nic. de Mat. quid si probetur per testes, q testator dixit. Titius hæres esto, & in scriptura testamenti continetur solum Titius, & abest, hæres esto, an valebit? vr q valeat, vt hic, & ff. de leg. 2. l. cum proponebatur. & de hæred. insti. l. 1. §. ergo & si ita. vbi notatur, q ita intelligatur hæc lex. Sed ego credo in hoc, quod si testm fuerit nũcupatiuum, q valeat, quia ibi scriptura non fuit de suba testamenti, sed ad solã probationem fic. & ideo talis error scripturæ non nocet, cum testôrem constet nuncupasse, & sic complesse perfecte ea, quæ ipse debuit ad substantiam testamenti. arg. ff. de pignor. l. cõtitur, & s. de pact. l. pactum. Si autem est in scriptis testm, tunc credo, q non valeat, quia cum scriptura sit de substantia, oportet hæredis institutionem (quę caput est testamenti, adeo quod sine ea testamẽtum esse non potest, vt ff. de his quę in testa. delẽ. l. proxime,) per ipsam scripturam exprimi, vt ff. de iure codicil. l. fi. & pro hoc est supra de arb. l. ne in arbitris, §. fin aũt scriptura. ibi, cum etiam 7 iuramentum &c. † Sed vbi testator tantam institutionis partem in scriptura exprimit, quod ex ipsa scriptura potest aperte colligi tota, licet aliquod verbum desit in scriptura, tunc ideo valet, quia lex intellexit in nuncupando non fuisse defectum, & defectum scripturæ intelligi, quasi nõ fuisse defectum, cum p illud quod est scriptum appareat intẽtio dicẽtis vt in exẽplis supra po 8 sitis. & ff. de hær. inst. l. 3. §. fin aũt. & l. quoties. † In legatis ẽt & fideicommissis, quę probantur dicta, & non apparẽt scripta, licet in eis non sit substantia testamẽti, est tñ in eis substantia ipsius legati. Vñ puto eãdẽ distinctionẽ hře locum, & p prędictas rõnes. Sed quid erit in sñia, si iudex dicit, condẽno & non est scriptũ? Respon. cum sñia etiam in scriptis sit ferẽda, & sic scriptura sit de substantia pronunciationis, vt j. de sen. ex breui. re. l. 2. in fi. puto ibi eandẽ distinctionem adhibendam, quam dixi in testamento in scriptis, & idem puto in quolibet actu, in quo ad eius substãtiam requiritur scriptura. Vbi autem scriptura fit ad solam probationem, tunc dico idem, quod dixi in testamento sine scriptis secundum Nic. de Mat.

L E X VIII.

1 *Iurisdictio propter necessitatem suspenditur ad tempus.*
2 *Testis leprosus est idoneus.*

Casus. Ratione casus emergentis, aliquid interdum differtur, quod alias non differretur, & licet differatur 1 solemnitas, tamẽ non in totum abrumpitur. h. d. † No. quod propter necessitatem iuris dispositio ad tempus suspẽditur, sed non in totum tollitur. Et est arg. q pp necessitatẽ, posset sñia ferri de nocte, seruatis tñ cęteris solẽnitatibus. Si. n. non seruaretur solẽnitas, non faceret sententiam valere necessitas. Item est argum. quod propter superuenientes excommunicatos, possit sacer- 2 dos suspendere officium missæ. Item nota de contagione. † Item no. quod licet testis sit leprosus, tamen est idoneus testis, possunt tamen alij testes nolle secum interesse. arg. in Auth. iusiuran. qđ pręstatur ab his, in fin.

L E X IX.

1 *Cæcus potest esse testis in testamento.*
2 *Priuilegium patriæ concessum qualiter habeat locum.*
3 *Priuilegium patriæ si non sit Principis, ad alium trahi non potest.*
4 *Locus non consideratur, vbi est maior pars hæreditatis.*
5 *Testamenta non valent sine testibus.*
6 *Ciues cognoscuntur muneribus & honoribus.*
7 *Hæres dicitur proprie qui re & nomine est hæres.*
8 *Patriæ nomen conuenit illi, qui inde duxit originem.*
9 *Statutum, quod testes contra bannitos deponentes probent (licet malam dicti sui rationem reddant) non valet.*

Si non speciali. Qñ fit testm, testes debent esse in cõspectu testatoris, & officio suo fungi in subscriptionibus, & alijs solennitatibus, nisi per priuilegiũ 1 iuris obseruantia patriæ sit remissa. h. d. † Nota, q in teste requiritur, q viderit testôrem, & ideo cæcus non pôt esse testis. Idem si cortina sit in medio, vel paries, ita vt testôrem nullo modo videre possit, sed si posset videre, licet cum difficultate, vel per aliquam rimulam, tunc valeret, quia ita intelligitur qđ no. in l. 2. §. idem Labeo, ff. de acqua. plu. arcen. Vel dic, q in testô est necesse, quo testis videat testôrem, sed in cõctibus si hẽt vocem notã, pôt testificari, licet non viderit, vel pp cortinam, q erat in medio, vel pp noctis tenebras, & ita intelligitur illa gl. Sed Francia scus a Accursij, & Cyn. indistincte dñt non valere testimonium, q in teste requiritur visus, vt s. de test. l. testium. ibi, presto fuerint. Vnde testes qui non potuerunt videre, pp obscuritatem noctis non probant, facit quod no. ff. q met. cau. l. si cum exceptione. §. in hac. nisi dicamus q forte faciunt indicium in cõctib. & delictis, si asserunt se per uocem cognouisse cõhentem, vel delinquentem. Caueant tñ ne dicant se fuisse præsentes, quia præsentia includit uisum, & adde, q no. in l. 1. in fi. ff. de auth. tuto. p 2 a Barto. † Quæro hic, quid si patriæ concessum est priuilegium, q sufficiant in testô duo testes, uel aliud simile, nunquid proderit illud priuilegium ciuibus illius patriæ in testamentis, quæ faciunt extra illam patriam? & an proderit extraneis in his, quæ facient in illa patria? & vr q sic, in his quæ facta sunt in illo loco tm, quicunque fuerint testatoris, quia loco intelligitur datum, ff. de reb. dub. l. ciuibus, & ff. de cond. & demonst. l. filio. vt considerent iura loci vbi factum est. argu. ff. de euic. l. si fundus, & j. de emancipatio. lib. l. 1. & quæ sit longa consuetudo, l. 3. cum similibus. Et econtra, q tantũ ciuibus, vbicunque testati fuerint, argu. s. de tempo. in integrum restitut. l. fin. & de iudic. l. properandum, ff. ad munic. l. 1. Sol. mihi videtur, quod si constat priuilegium esse concessum loco, siue patriæ, habeat locum prima sententia, per iura ibi allegata, & similia. Si constat quod personę, habeat locum secunda sententia, per iura superius allegata. In dubio tamen puto quod tam loco, quam personæ sit conces- 3 sum, ar. de const. Principum, l. fin. † Sed quid si non est priuilegium Principis, sed est consuetudo loci, vt Venetijs. Respõdeo ibi, cum loci consuetudo ad alium trahi non possit, credo indistincte solam primam sententiam obseruandam, ut in his tantum testamentis, quæ ibi facta sunt (a quocunque testôre fiant) illa consuetudo attendatur, dummodo habeãt quinque testes, & non minus, vt infra co. l. fi. §. in illis. ibi, antiquam eorum consuetudinem, & ibi, minus autem, nullo modo, &c. argumẽto dictarum ll. de emancipa. lib. l. 1. & ff. de testa. l. 3. §. fin. cum simili- 4 bus. † Et hæc uera sunt, vbi tractatur de solennitatibus testamentorum, sed vbi nõ de solẽnitatibus. sed effectibus, qui sunt pręter ius commune, ut est quod Falcidia non deducatur, vel non deducatur maior quarta, uel similia, credo considerãdum esse locum, vbi testator solutionem fieri mandauerit. Et sic hoc non appatet, considerandum esse locum vbi maior pars hæreditatis est, cum ibi intelligatur quasi contractum, & ibi debet fieri executio voluntatis defuncti, vnde in eum locum videtur direxisse suam dispositionem, argu. ff. de iudic. l. exigere. & l. si fideic. & ff. de actio. & obligatio. l. contraxisse. & ff. si certum petatur. l. vinum, cum similibus. secundum Nico. de Matar. Item nota in hac lege, quod scriptura facta in loco, secũdum priuilegium loci, probat vbique, secundum Barto. Item dixit Iacob. de Aret. testari secundum consuetudinem Venetorum, solum eis, non 5 alijs illuc venientibus licere credo. † Item dixit Oldrad. per hanc legem, quod uidetur reprobari consuetudo Venetorum, qui

A D D I T I O.

a A. ß. Sed Franciscus. No. q testes qui deponunt, propter obscuritatem noctis non probant & sic facit ad dictum Old. qui liberauit quendam accusatum, uide Ang. in l. si cum exceptione, §. in hac, ff. quod met. cau.

filio meo legitimam, vel partem suam, vtrum intelligatur iure institutionis, & dic quod sic, vt inf. titu. a. l. humanitatis. ibi, legitima relicta, secus si dicit, relinquo talem rem, vel talem quantitatẽ: nam non intelligitur iure institutionis, & sic testm̃ non valet, 9 quia est præteritus: nam † certa res, vel quantitas inserta in verbo communi, non inducit institutionem, vt ff. ad Treb. l. cogi. §. generaliter, per Dyn. ff. de hære. inst. l. illa institutio. per Bar. & ff. fam. ercisc. l. quoties, in glo. licet ergo testator dicat, quod vult testamentum valere omni modo, via, & forma &c. tamen si non expressit hæc formalia verba, iure institutionis, vel similia, non va-10 let testm̃, † quia non sufficit relinquere quoquo relicti titulo, vt dixi in auth. nouissima. supra de inofficioso testa. quod absurdissimum puto: nam ad validum intellectum, & non ad inualidũ verba sont trahenda, & aptanda personis quibus loquimur, secundum qualitates personarum, adhoc. ff. de testa. mil. l. qui iure militari. Iac. de Are. in d. l. illa institut. & in Spec. in tit. de instr. edi. §. instr̃m ergo, vers. quid si a contrahentibus, & hoc tenet Iacob. de Are. in scriptis suis, & in hac l. nam significatio verborũ generalium non repugnat, & voluntas testatoris saluatur, arg. ff. de leg. j. l. ab omnibus in prin. & ff. de cond. & dem. l. in his, & inf. de fideic. l. voluntatis, & l. verbum, volo, cum sim. Vulgares. n. homines, & illiterati nesciunt vulgarizare alium verbum quam, 11 relinquo, & dicunt † & contra æquitatem est dicere quod generale verbum non aptetur in ea specie, in qua magis saluatur. Si autem testator expresse diceret, relinquo iure legati decem tali filio meo, tunc bene esset præteritus, licet in l. 12. tab. verbum, lego, fuerit commune, vt ff. de verbo. sign. l. verbis legis, sed postea per sequentem iuris prudentiam vocabula fuerunt distincta, ideo de per se habemus titulum de hæredi. inst. & per se titulum 12 de lega. In gl. cum ips. in fin. Pone quod testator aliquos † instituit in re certa, & aliquos sine parte, sed generaliter: postea generaliter instituti repudiant, nunquid instituti in re certa erunt hæredes in totum? an vitiabitur testamentum, vt vocentur heredes ab intestato, & videtur quod isti sint hęredes in totum, sicut si alij non fuissent scripti, vt ff. eodem, l. 1. §. si ex fundo, cum concordãtiis, vt hęc sint paria, alium non fuisse scriptum, vel fuisse, & repudiasse, arg. j. tit. secundo l. ex testamento, ff. de bon. poss. l. 3. in fi. & in ll. seq. Econtra, quod vitietur testamentum, vt infra de fideicomm. l. eam quam, quia isti sunt legatarij, ea quo sunt alij instituti, vt hic, & inter hęredes, & legatarios non est ius accrescendi, ita quod accrescat legatariis hęreditas, & hoc credo verum, arg. Inst. quib. mod. test. infir. §. posteriore. ibi, nec interest, &cęt. 13 & ibi, hoc. n. solum, &c. Nic. de Mata. † Quidam vero dicunt, quod hæres singularis est hęres per omnia, nisi quo ad debita, & credita, vt no. ff. eo. l. ea facto. la 2. §. 1. in gl. quę incipit, scilicet quoties, quam opi. quidam sequuntur, sed gl. ibi reprobat, vnde dic, vt supra.

L E X XIV.

1 *Error in nomine proprio non præsumitur, & num. 3.*
2 *Hæres hæredis dicitur hæres testatoris.*
4 *Error in nomine proprio vitiat actum, de quo agitur.*
5 *Institutio tacita valet.*
6 *Substitutio dubia interpretatur directa.*
7 *Substitutio vulgaris fit verbis affirmatiuis.*
8 *Substitutus præsumitur posterius nominatus.*
9 *Substitutio pupillaris inutiliter facta continet vulgarem, non fideicommissariam.*
10 *Substitutio non est, vbi non est institutio.*
11 *Error nominis an vitiet.*
12 *Error in nomine filij non præsumitur, & ratio.*
13 *Homines grossi ingenij putantur inepti.*
14 *Hæres hæredis testatoris dicitur hæres, & nu. 40.*
15 *Voluntas defuncti, facit transmissibilia ad omnes etiam conditionalia relicta.*
16 *Hæredis nomen ratione adiuncti restringitur.*
17 *Quantitas legata dicitur transmissibilis.*
18 *Hæredis nomen in feudis & in emphyteusi quare restringitur.*
19 *Hæredis nomine, non continetur proprie nisi descendens.*
20 *Fidelitas reperitur maior in eodem genere, quam in extraneo sanguine.*
21 *Legatarij hæres non est legatarius.*
22 *Testatoris titulus beneficio præcedente non repræsentatur in hærede exhæredati propter odium exhæredantis.*
23 *Institutio non valet, nisi verbis exprimatur.*
24 *Substitutio dubia qualiter debeat interpretari.*
25 *Substitutio vulgaris fit verbis negatiuis, & non affirmatiuis.*
26 *Cohæres præsumitur, qui posterius nominatur.*
27 *Ordo inter gradus est seruandus.*
28 *Substitutio impossibilis non continet vulgarem.*
29 *Volens rem, videtur velle ordinem rei.*
30 *Substitutio non præsumitur, vbi non est institutio.*
31 *Hæreditas tertia persona. alicui potest relinqui.*
32 *Sermo qualiter intelligendus sit, qui sane intelligi non potest.*
33 *Præsumptio interdum habetur ad id, quod non est verisimile.*
34 *Mei genitiuus, dicitur genitiuus pronominis primæ personæ.*
35 *Contractus an valeat, nomine mutato.*
36 *Sensus vbi est idem, ibi est eadem virtus & operatio.*
37 *Actus falsus, non potest rem veram significare.*
38 *Hæres triplex est.*
39 *Dispositio singularis, in obliquis, non trahitur ad vniuersa legata.*
40 *Legatarius legatarij descendit a testatore per nomen hoc a primo testatore sicut hæres hæredis.*
41 *Filius acquirit patri, per patriam potestatem.*
42 *Verba cuislia directa trahuntur ad vacuam portionem.*
43 *Institutio dubia qualiter sit interpretanda.*
44 *Institutio respectu magis expressa, dicitur dubia.*
45 *Vere & proprie dicitur, quando intelligitur secundum sensum datum a lege.*
46 *Ordo intellectus magis attenditur, quam ordo verborum.*
47 *Persona inaniter inserta actum, an vitiet.*
48 *Verbis captiosis non est licitum vti sed consonantibus in dicto.*
49 *Locutio illa dicitur impropria, quæ recedit a propria significatione.*
50 *Locutio impropria dicitur illa, in qua subauditur dictio, quasi, vel fere, & similes.*
51 *Locutio impropria dicitur omnis, quæ saluatur per figuram.*
52 *Locutio propria quæ sit.*
53 *Improprietas quando toleranda sit.*
54 *Glosa sunt quæ interpretantur vocabula.*
55 *Ratio viua, dicitur anima scripturæ.*
56 *Causæ subtiles non debent committi grossis Aduocatis.*
57 *Libellus sufficit quod contineat hæredem primi testatoris fuisse.*
58 *Libellus an sit idoneus, si in eo dicatur tantum se hæredem ex testamento.*
59 *Hæres secundus non continetur nomine hæredis in pœnalibus.*
60 *Pater si mandat hæredi quod faciat monumentum sub pœna priuationis hæreditatis, & decedit hæres, & transmittit ius accrescendi, an hæres hæredis tenebitur eadem pœna.*
61 *Terminus ad quem, cum deficit, an deficiat modus per quem.*
62 *Casus fatalis, non inducit consensum.*
63 *Hæres vnicus sufficit in negatiua propositione excludenda.*
64 *Executio hæredi commissa an transeat ad hæredem.*
65 *Hæreditas an simul concurrat, si non esset distincta.*
66 *Hæres & bonorum possessor, quis potest esse ex transmissione.*
67 *Testamenti tempus est inspiciendum, quo ad significationem*
68 *Hæres si sit aliquis pro dimidia tempore testamenti, & post testamentum accreuit ei alia dimidia, totum ei debetur.*
69 *Opinio debet inspici, quæ facit rem valere.*
70 *Ius si ignoretur, videtur haberi pro derelicto.*
71 *Substitutio vulgaris interpretatiua excludit ius accrescendi*
72 *Affirmatiua prægnans parit negatiuam.*

Cum in libris. Si testator aliquem esse hæredem tertiæ personæ disposuit, valet, vt si testator illius hæres fuerit, vel illum tertium hæredem instituerit, alias secus. h. d. Vel sic, Disponens alium alijs successurum, inutiliter disponit, nisi illi successerit, vel instituerit eundem. h. d. diuiditur in quatuor, partes, nam primo ponit thema, ex quo resultat quæstio. secundo ponit opi. veterum, tertio ponit reprehensionem ipsorum, quarto decidit quæstionem cum distinctione, singularem rationem cuilibet membro distinctionis annectẽs. Casus. Martinus fecit testamentum in hac forma verborum, Sẽpronius Plotij hæres esto, quæritur an valeat institutio. & dixerunt veteres, quod sic quia præsumitur erratum in nomine proprio 1 testatoris. Imperator hoc reprobat, quia † non debemus præsumere testatorem esse fatuum, adeo quod in suo nomine erret, & ideo Imperator distinguit tria membra, nam aut testator fuit hæres Plotij, & valet institutio quia videtur instituere sibi, & se 2 mediante Plotio succedit, quia hæres † hæredis testatoris est hęres secundum antiquam regulam. aut non fuit hæres Plotij, & tunc, aut sibi Plotium hæredem instituit, & videtur Sempronium substituere Plotio ex ordine scripturę, vt sic Plotius sit institutus, & Sempronius substitutus, aut nec Plotio testator successit, nec Plotium hæredem instituit, & tunc talis institutio est nulla, quia de hærede proprio nihil disposuit, cum non sit verisi-3 mile in suo nomine quenquam errare, hoc dicit. † Nota, quod a in proprio nomine ipsius loquentis a non est verisimile quem errare, nec etiam est verisimile quenquam sibi nomen mutare, 4 cum loquatur in tertia persona. † Nota, errorem in proprio nomine loquentis, si allegatur, vitiare. Nota, neminem stultum præsumi. Nota, quod verba quæ non possunt interpretari a proximis, Interpretantur a remotis. Nota, quod verba quę non possunt interpretari per prius, Interpretantur per poste-5 rius. Nota, quod hæres hæredis, testatoris est hęres. † Nota tacitam

ADDITIO.

a In proprio nomine ipsius loquentis. Et hac occasione errore in nomine proprio loquentis, vel eius filij nocet. ita similimitat Barth. Soc. contrariam regulam in suo tract. fallen. regu. 119.

tacitam institutionem ualere in versicul. sed si quidem. oam ibi tacite intelligitur persona testatoris. Not. in versicu. nisi prius, 6 dubiam substitutionem,† interpretari directam. ita alle. gl. ff. de vulga. subst. l. verbis ciuilibus. & non erat hic dubitatio de qualitate verborum, quia certum est, quod verba erant directa, sed de qualitate animi testatoris, scilicet ad quem sensum verba di- 7 recta expresserit, & quid voluerit significare. † Nota substitu- 8 tionem vulgarem fieri verbis affirmatiuis. no. † posterius nominatum præsumi substitutum. not. argum. sumi ex nominatione 9 facta prius & posterius. not. argumen. quod pupillaris † inutiliter facta cõtinet vulgarem, non autem fideicommissariam substitutionem. no. ꝙ vbi Plotius non fuit institutus, non præsumitur per illa verba insti. scilicet, Sempronius Plotij hęres esto, & ideo nõ valet, valeret enim, si præsumeretur Plotius ex hoc in- 10 stitutus. not. † ꝙ vbi non est institutio, non est substitutio. Not. sermonem, qui sane non potest intelligi, non valere. facit ff. de vsufruct. legat. leg. qui plures, habebat. Vltimo nota, quod præsumptiones legum rebus non verisimilibus aptandæ non sunt.

11 † Oppo. & videtur, ꝙ error nominis non viciet, vt leg. si in nomine. s. de testa. Solut. aut est error in proprio nõie eius qui loquitur, aut est error in nomine eius, cui quis loquitur, vel alterius. primo casu vitiat, vt hic, quia non põt cõstare de corpore, secũdo casu non vitiat, vt in contrario. vel dic, aut si concederemus errorem supponeremus testatorem fatuum, & tunc vitiat, vt hic: aut non supponeremus eum fatuũ, & tunc non vitiat, vt in con- 12 trario. † per hoc dico idem in nomine filij sui, quod in proprio nomine, quia pars sui corporis equidẽ notissima est, vnde si testator habet filium nomine Martinum, & ipse dicit filiũ meum pupillum hæredem instituo, Sempronius Plotij hęres esto, certe non valet, pari ratione non præsumendo errorem in nomine filij, quia error etiam in hoc non contingit, nisi fatuo, & indicia 13 fatuorum sunt nulla. † Secundo oppo. nam hic homines grossi ingenij, seu rudes reprehenduntur, & reputantur inepti, & eorum op. reprobantur contra, imo non debẽt reprehendi, vt leg. fi. §. cum enim gemini. ꝫ. de iure delib. Solu. mala grossities re- 14 probatur, vt hic, sed simplicitas non reprobatur, vt ibi. † Tertio op. dicitur hic, ꝙ hęres hæredis testatoris est hæres. contra, quia nomen hæredis dẽt intelligi de herede principali, non de hærede secundario, vt ff. de vulga. sub. l. qui liberis. §. hæc verba. Solu. in his, quæ transeunt ad hæredem hæredis, habet locum regula huius l. sed in his, quæ non transeunt, vt in substitutione conditionali, tunc secus vt in l. contraria. Item ibi affectio testatoris ostensa erat ad certũ hæredem, & ideo non intelligitur de alio.

15 † Quarto oppo. nam ipsa defuncti voluntas facit transmissibilia ad omnes etiam conditionalia relicta, vt inf. de leg. l. in annalibus. Solu. quandoque fit mentio hæredis ipsius disponentis, & tunc loquitur §. hæc verba. & ff. de verb. signific. leg. sciendum. 2. responsio. quandoque fit mentio ipsius hæredis recipientis, seu in quem verba diriguntur, & tunc intelligitur de omni hęrede, vt in leg. contraria. Quinto, contra hoc oppo. nam si concedo vsumfructum tibi & hęredibus tuis, licet verba loquantur de hęrede tuo, qui recipis, tamen intelliguntur, de primo hærede, vt supra de vsufructu. leg. antiquitas. Solu. ibi propter naturam 16 vsusfructus. cum. n. apponitur † nomen hæredis super re, quę de sui natura personę cohæret, & nõ est transmissibilis, restringitur propter eius rei naturam ad primum hæredem, ne multiplicemus inconueniens. sed quando est transmissibile, tunc indefinitum vocabulum omnem hæredem comprehendit. & sic non obst. Sexto contra hoc oppo. nam in l. in annalibus, erat sup non transmissibili, & super annuo legato, vt ff. de vsufructu. legat. l. patrimonij. & tamen non transmittitur ad omnes, vt in d. 17 l. in annalibus. Sol. dicit ibi Bart. † ꝙ ibi quantitas vel alia res legata bene est trãsmissibilis, ita quod ibi natura rei est apta transmissioni, sed cõditio, quæ est in annuo legato, impedit transmissionem, nisi quia testator voluit non impediri, vt ff. de libe. & posthu. l. Gallus. §. etiã si parente. per Bar. ꝙ non videtur bene dictum, quia in transmissione nõ consideramus corpus, vt agrum vel domum, sed ius in corpore, vel quantitate, & an illud ius sit transitorium necne. Item legatum annuum est legatum alimẽtorũ. quia sicut vsus & vsusfructus morte pereunt ex ipsius rei, i. alimentorum natura, tamen lex in annalibus, dicit omnem hæredem significari, & ideo dic, ꝙ si sequitur inconueniens, non continentur hæredes in infinitum, vt in vsuf. nam inconueniens foret, ꝙ proprietas semper esset inutilis. Si aũt non sequitur inconueniens, tũc etiam in infinitum protenditur, vt in proprietate, siue datione, vt in d. l. in annalibus. & ita dicit gloss. ibi. ad hoc. ff. de vsuf. leg. 3. §. ne tamẽ. nam incongruũ est, ꝙ ius inferius, sicut est vsus fruct. quod est ius infra dominium, excluderet in totum 18 ius superius & principale, sicut est proprietas. hac † ratione & in feudo, & emphyteusi restringitur nomen hęredis indefinitum, ne proprietas semper sit nuda, & ius quod est in proprietate, sit potentius ipsa proprietate, hoc enim esset iniustũ, & ideo in emphyteusi intelligitur in tertiam generationem. s. emphyteusi ecclesiæ, ut in Auth. de non ali. §. emphyteusim. & in feudo, intelligitur vsque in eam generationem, quę ex natura feudi, succedit in feudo, vt q. feu. da. pos. c. t. §. cum vero. & §. licet. & plene 19 dixi s. de ope. li. l. liberti. † Opp. septimo, quod nomine hæredis non cõtineatur, nisi vere & proprie descendẽs ex suo genere, siue corpore, vt ff. ad Treb. l. ex facto. in fin. Sol. aut nomen hæredis adijcitur ad ipsius inclusionem, & tũc loquitur hæc l. aut ad alterius exclusionem, & tunc loquitur hæc l. ꝯria. & est duplex ratio. Prima, quia qui ponit cõdõnem, vult eã existere: sed si ibi intelligitur de omni hærede, nunquam existeret conditio. Secũda ratio, quia testator ibi ostendit affectionem suam ad genus hæredis, vt ff. de hære. inst. l. Lucius. ibi, nam prudens cum inluit &c. Octauo oppo. de feudis, vbi nomen hæredis intelligitur de descendente, nõ de extraneo sanguine, vt dixi in d. l. liberti, libertæque. Sol. ibi in feudo, in quo genus feudatarij attenditur, 20 quia † in eodem genere maior reperitur fidelitas, quam in extraneo sanguine, quia extranei non diligunt dominos, sicut diligunt creaturas eorum, quibus naturaliter placent omnia, quæ suis dominis placent. arg. no. ff. de ope. lib. l. si operarum. in gloss. imo. & ideo nomen hærcdis quandoque profertur respectu familiæ, quandoque respectu substantiæ aut successionis bonorum. primo casu restringitur ad genus generantis, secundo casu adaptatur omni vniuersali successori, quasi vocabulum io rem 21 scriptum, arg. de verb. signi. l. fin. † Nono oppo. hæres legatarij non est legatarius, vt ꝫ. de le. l. cum quidam. ergo hæres hęredis non est hæres primi testatoris. Sol. aliud in hærede hæredis, quia cum vniuersitate transeunt nomina appellatiua & effectus nominũ: aliud in legatario, & nomen legatarij non transit in aliũ, quod non placet, quia in appellatiuis nominib. nomen descendit a noĩe, & causa causata assumit nomẽ causæ causãtis, vt ff. de le. 3. l. si fuerit in municipio, §. si qs. Vel dic, quod ibi erat hęres ex- 22 hęredati, hic instituti. † vnde in hęrede exhęredati nõ repręsentatur titulus testatoris beneficio pręcedẽte, propter odium exhęredantis. & est speciale, vt ibi not. officio enim patris abutens testator substitutum grauare prohibetur. Item substitutus ille videt capere a grauato. i. exhęredato, cui non potest substitui, vt legatario, sed vt exhęredato: ergo grauari non potest, sicut nec in alijs bonis exhæredati, quia nihil beneficio, sed tantum officio exhęredãtis habere videtur, vt ff. ad l. Fal. l. qui fundum, §. q 23 filio. † Decimo oppo. & uidetur, quod non valeat institutio, nisi verbis exprimatur. vt supra de testamen. l. iubemus. ergo si testator hęres Plotij dicit, Sempronius Plotij hęres esto, & non dicit mihi non valet, cũ de se taceat, de alio loquatur, sicut non valet stipulatio, alium daturum, vel facturum, vt ff. de consti. pe. authẽ. si quando. Solutio, vbi expressio sequitur tacitum, totum videtur expressum, vt ff. de secun. tabu. l. si ita, §. qui filio. 24 † Vndecimo oppo. & videtur, quod substitutio dubia interpretetur fideicomm. vt ff. ad Trebel. l. qui filium, in princ. & l. ex facto. Solu. aut testator dirigit verba hęredi, ipsum grauando, & intelligitur fideicommissaria, vt ibi. Aut dirigit verba ipsi substituto, & tunc interpretatur directa, vt hic. vnde in contrario fuerunt verba grauatiua, hic vero fuerunt verba successiua, id est successionis directiua. facit quod nota. infra de fideicommiss. l. 25 cam quam. † Duodecimo oppo. & uidetur, quod vulgaris substitutio fiat verbis negatiuis, & non affirmatiuis, vt nota. Inst. de pup. subst. §. qua ratione. Sol. fit verbis negatiuis, vel reducibilibus ad negatiuam. vel dic, quod conditio est negatiua vt ibi. sed dispositio est affirmatiua, vt hic. & concordat ff. de hęr. insti. l. Titius & Seius. & l. quia tacita. & ff. de vulga. subst. l. pater impuberis. & ff. de li. & post. l. Gallus, §. primo. sic substitutio fideicommissaria potest fieri uerbis negatiuis, & affirmatiuis, ff. ad 26 Trebel. l. qui filium. in princ. quod nota. † Decimotertio oppo. & uidetur, quod posterius nominatus pręsumatur cohęres, & ęque principalis, & non substitutus, ut infra de lega. l. cum q̃stio. Sol. hic esset nimia abusio sic interpretari, vt ff. de uul. sub. l. uerbis ciuilib. ibi uero est propria locutio, & clarior sensus. & si nõ ob. & eodem modo oppo. & soluitur infra de uerbo. sig. l. 27 cum quidam. † Decimo quarto opp. quod ordo semper attẽdatur, ut ff. de usufru. l. quoties. nã ordo uerborum designat ordinem intellectus, ut de con sec. di. 2. ca. in Christo pater. Sol. ordo inter gradus seruandus est, ut hic. sed ordo intra gradum nõ est curandus, ut ff. de lib. & posth. l. 3. §. filius. Non ob. ca. in Christo pater. quia ibi loquitur de ordine legis diuinę, qui pręposterari non potest, sicut nec ordo naturę, uel formę. & facit ff. de pecu. 28 leg. l. quidam. † Decimoquinto oppo. & uidetur, quod impossibilis substitutio, puta, si mater dicit, Plotio filio meo pupillo Seius hęres esto, nõ continet uulgarem: quia si non ualet quod ago, vt ago, non ualet ut ualere potest, ut s̃. de testa. l. non codicillum. Sol. illud uerum, nisi id, quod ualere potest. includatur sub inualido, ut ff. de serui. l. si tã angusti. sed hic includitur iuris interpretatione, licet q̃dam uerbis fiat uiolentia, qđ est nota. & facit, quod no. infra de lega. l. uxor patrui. Decimosexto opp. & uidetur, ꝙ Plotius pręsumatur instituturus, licet non sit institu- 29 tus. nam † qui uult rem, uult ordinem rei, ut ff. de acquiren. hęred. l. illud. ergo uolendo prouidere Sempronio, etiam Plotio

prouidere videtur. Sol. qui vult aliquid, vult ordinem ad illud. verum est in ordine formali, secus in ordine personali, vnde verum est sine subauditione extraneę personę, arg. ff. de ver. obl. l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus, in fin. & ff. de hęr. inst. l. ea facto etiam quæritur. vnde cum hic esset necesse subaudiri persona in est secus. & facit quod not. in l. Gallus. in prin. ff. de lib. & posth. Item facit ℣. de fideicom. l. ab eo. nam ibi sub onere non includitur honor, quia sic intelligendo, valeret fideicommissum ibi, quod est falsum, vt ibi patet. sic in substitutione non includitur insti-30tutio, vt not. ff. de hære. instit. l. Lucius. † Decimo septimo oppo. & videtur quod vbi non est institutio, sit substitutio, vt ff. de hære. insti. l. si quis ita hæres. in pe. char. Solu. ibi est simile institutioni. i. legitimus hæres. Et ideo si Plotius non esset institutus, 31 esset tamen legitimus, valeret substitutio. quod est not. † Decimo octauo oppo. & uidetur, quod hæreditas tertiæ personæ possit alicui relinqui, cum res aliena possit legari, vt ℣. de leg. l. cũ alienã. Sol. legatum respicit principaliter, & secundario ipsam rem quæ legatur, & quæ potest redimi & præstari: secus in hæredis institutione, quæ respicit principaliter personam & quę redimi 32 non pōt nec obliquari, quod est notan. † Decimonono opp. & videtur, quod sermo qui non potest sane intelligi, intelligatur abusiue. & impropriæ, vt ff. de leg. 3. l. librorum. §. quod tamen Cassius. & ff. de fun. instr. l. fundus qui. Solu. ibi in parua abusione, quæ non nocet, hic in magna & intolerabili, quæ nocet. imo non erat hic sermo intelligibilis; vt l. 3. ff. de leg. 1. & facit ff. de vsuf. 33 leg. l. si alij. † Vigesimo oppo. & vĩ, quod interdum præsumitur id, quod non est verisimile, nam non est verisimile, quod quis occidat aliquem sine dolo. & tamen præsumitur hoc quandoq; .s. quod dolus absit, vt ℣. de sica. l. 2. Solu. ibi est verisimile, quod præsumatur, attenta specie: sed non est verisimile, quod præsumatur, attento genere. & ideo ibi species præualet generi, sicut not. Dy. in simili in cap. 2. de reg. iur. lib. 6. Modo venio ad quæstiones. & primo quæro, quid si Seius dixit ita, Titius mei Plotij hęs esto. an in-34 distincte valeat hæc institutio? Respond. sic, quia † iste genitiuus mei, est genitiuus pronominus primę personæ, vnde secundum intrinsecam significationem tantum valet, quantum si diceret, ego Plotius te hæredem facio, nam non viciatur demonstratio vtilis per inutilem, ar. l. 1. in fi. ff. de dote præleg. Item potest esse mutatio nominis, quæ est permissa, cum nemini nocet. Item cum loquitur in propria persona, licet sub nomine alieno, nec substantia, idest consensus deficit, nec forma verborum, vt ex-35 tra. de spon. c. tua. quod c. est glo. illius l. † Secundo quæro, quid in contractibus si nomine mutato quis loquitur in prima, persona. Resp. idem, quia non nocet stipulãti si promissor fingit se aliud nomen hře. secus si loquat in tertia psona, nisi noia sint tertię personę, sed facta sint psonę primæ, via factis magis credimus, q̃ verbis, & quia qui ꝯsentit in facto, ꝯsentit in dicto, vt si ego qui vocor Bald. dico mulieri ignoranti: Plotius te desponsat, & habeo rem tecum, nam credit iustitia me cõsensisse, nec potest probari non consensisse, nisi per confessionem vtriusque partis, vt d. c. tua. quod est notan. Tertio quęritur, cum non sit differentia, vtrum aliquid dicatur in prima persona, an in tertia vt de conuer. coniu. cap. dudũ. quare tu facis differentiam? Respon. quando idem significatur & repręsentatur in personis & 36 actu, vtroque modo non est differentia. † secus si non idem, vt ff. de li. le. l. legaui. & sic vbi idem sensus, ibi eadem virtus & operatio, alia secus. facit ff. si cer. pe. l. fin. §. fin. Item inter personalẽ demonstrationem, & impersonalẽ multum refert, sup. de constitu. pe. authen. si quando. Quarto quęritur si Titius heres Plotij direxerit verba Sempronio, sic dicens, Semproni. Plotius te heredem instituit, quęritur quid iuris. Respon. non valet, quia hęc verba falsum actum significant, quia significant actum tã-37 quam procedentem a Plotio immediate, & falsus † actus non pōt rem veram significare. sed in l. nostra dirigebatur ipsa successio, quod fieri poterat, quia significat actum procedentem ad Plotium, & facit supra de iur. & fact. ignoran. l. cum falsa. supra de testamen. l. verba. & supra de dolo. l. cum proponas. 38 † Quinto quęritur, cum triplex sit heres, scilicet vniuersalis, & & quasi vniuersalis, vt in legitima, & heres singularis, vt in re certa. vt supra eo. l. quoties. an hęc lex habeat locum, si testator fuit heres Plotij in legitima, vel in re certa? Et quid si fuit legatarius, & non heres, vt ff. de vsuf. l. ad tempus, §. in re legata. Resp. in quocunque verificatur regula illa, heres, heredis testatoris est heres similiter verificatur intellectus huius l. quia vbi habet locum ratio legis, ibi & lex. vt l. fina. ℣. de indic. vi. toll. Contra 39 hoc facit, quia † in obliquis, dispositio singularis non trahitur ad vniuersa legata, vt l. cogi. §. generaliter. ff. ad Tre. Sol. ibi in obliqua, idest fideicommissaria, quę est grauamen. ideo non extenditur hic in obl. qua l. per medium, quę est fauorabilis & extensiua, vt ff. de vul. sub. l. cohęredi §. fina. quia habet verba directa ciuilia. In puro autem legato est secus. quia essent plures & extraneę abusiones. Sexto quęritur, quid si dixit: Sempronius Plotij legatarius esto, an valeat, si testator Plotio per legatum 40 vel speciale fideicommissum successerat? Respon. ualet, † quia legatarius legatarij descendit per nomẽ hoc a primo testatore, sicut heres hřdis arg. d. §. in re legata. facit ff. de verb. sig. l. verbis 41 legis. † Septimo quæritur, quid si non fuit hæres, sed fideicommissarius vniuersalis. Respon. loco hæredis est, vt ff. ad Treb. l. qui quadringenta, & ar. ff. de leg. 3. l. cum filio, per quas ll. idem in patre dico, cui acquiritur per patriam potestatem, vt s. eod. l. 3. Octauo quæritur. Titius fuit hæres Plotij in millesima parte, & sic non repręsentat Plotium, nisi in millesima parte: quęro, nunquid per ista verba, Sempronius Plotij hęres esto, videatur instituere Sempronium in sola millesima illa, in qua successit Plotio? Respondeo sic, si alium deduco hęredem vniuersalem, arg. ff. de leg. 2. l. cum filius, §. Lucio. alias trahitur ad vniuersum, quia 42 verba † ciuilia directa trahuntur ad vacuam portionem, vt ff. de 43 hæred. instit. l. 1. §. si ex fundo. † Nono quęritur duo fuerunt Plotij, vnus instituens Titium, alter Institutus a Titio, deinde Titius ait, Sempronius Plotij hæres esto, de quo Plotio intelligetur? de vtroque. n. non potest intelligi, quia dicit Plotio, & non Plotijs, in singulari numero loquens, vt ff. ad Treb. l. Iulius Phœbus, & videtur dicendum de Plotio secundo, & de Plotio hęrede, non de Plotio testatore, arg. ff. de vulg. & subst. l. qui liberis, §. hęc verba. & ℣. de impu. & ali. subst. l. 3. & quia de illo Plotio videtur loqui posterius, de quo prius est locutus, vt ff. de lega. 1. l. qui filiabus. In contrarium videtur, quia referendo ad Plotium testatorem, minor, imo nulla est abusio, sed vera prędicatio: sed referendo in hęredem, est quędam fictio, & impropria locutio, ergo potius proprie, quam improprie debet intelligi. Sed ad hoc respondeo ex vicinitate scripturæ, arg. ff. de leg. 3. l. si seruus plurium, §. fin. quia ea cõmemoratione apparet affectio prælationis de Plotio hærede. So. de hac quęstione est casus huius legis. Nam si testator Plotio succedit, intelligitur ipsum significare. Si autem non succedit, tunc habent locũ sequentia in litera, quia ergo successisse proponitur, sermo ille repręsentatur intellectu 44 significare in ipso, seu de ipso. † Decimo quęritur, qualis substitutio est ista, an tacita, an expressa? & videtur expressa, quia colligitur ex verbis, vt ff. de lib. & posth. l. Gallus, §. 1. In contrarium quod sit tacita, vt ff. de hęr. insti. l. quia tacita. Solu. fac. comparationem: nam si comparas eam ad magis expressam, ista respectu illius dicitur tacita. Sed si comparas eam ad magis tacitam, ista respectu illius dicitur expressa, sicut ego dicor debilis respectu fortioris me, & dicor fortis respectu debilioris me. sic ista dicitur dubia respectu magis certæ, vt no. in d. leg. verbis ciuilibus. & dicitur certa respectu magis dubię, puta quia sub uelamine uerborum non tegitur, sed extrinsecus suppletur, vt dict. l. precibus. Vndecimo quæritur: quid si statutum dicat, quod verba debeãt intelligi uere & proprie, & non recipiant extraneum sensum? Respondeo, adhuc obtinet lex nostra, quia uere & proprie dicitur, quando secundum datum sensum a iure intelligit: cũ verborum ciuilium significationes a iure dentur, & proprie dicitur quod secundum modum significandi dicitur, vt ff. de verbor. signifi. leg. liberorum, per Barto. sic si testator dixit, te instituo in asse, nemo enim negabit nomine assis, vere & proprie totum significari, vt Inst. de hær. insti. §. hæreditas & tñ uox ipsa satis est suo intellectu extranea. quis enim negabit Theutonicum suo idiomate loquentẽ, uere & proprie loqui in lingua sua, licet extranea? certe nemo. ibi ergo est veritas & proprietas dicẽdi, ubi est uerus actus eius, quod quis significare intẽdit, vt ff. de test. le. quoniam indignum. & ff. de sepul. leg. l. Labeo. Duodecimo quæritur, si primo est nominatus Sempronius, postea Plotius, quia dicit testator, Sempronius Plotij hęres esto, Plotium hæredem instituo, an Sempronius erit substitutus; & uidetur etiam, quod nõ, quia litera ista uidetur dicere expresse in uerbo, prius, & in verbo, ex cõsequentia, idest, sequentia sine ordine. Nam cum text. faciat uim in ordine, omissio ordinis vitiat, ff. de uul. subst. l. moribus, §. prius. Cõtrariũ dic. Nam quod postea dr̃, in principio uf. di-45 ctũ. ℣. de insti. & sub. le. pen. † Item ordo intellectus magis curatur, quam ordo verborum, vt ff. de hære. institu. l. talem. in princip. & hoc quando in eadem voluntate. Sed si in alia uoluntate, tunc cõcedo, quod aut pręmittitur institutio Plotij, & ualet substitutio Sempronij. aut ecõtra, & tunc secus, facit quod not. ff. de uulgar. substitutio. l. si cum. §. fin. & pro hoc induco specialiter, ff. de hęred. institu. l. si ita quis institutus sit Titius. & le. quo 46 loco. in principio, & leg. ex facto. † Decimotertio reuoco in dubium, nunquid persona inaniter inserta actui, uitiet actũ, & uidetur, quod sic. nã in fin. huius le. dicitur, quod persona nugatorio nomine nominata uitiat. In contrarium, ff. de hæred. insti. l. si Męuia. & l. ex facto. etiam in gl. & ff. de leg. 1. leg. si duobus, §. hæres. vbi nugę non uitiant. Solu. aut persona nugatorie inseritur conditioni negatiuæ, vel affirmatiuę, & non uitiat. aut dispositioni, & tũc tota dispositio dicitur esse nugatoria, & uitiat, 47 ut hic. aut pars, & non uitiat, vt d. §. hæres. † Decimoquarto quæritur: ex quibus causis possumus improprijs sermonibus uti. Nota quod non debemus uti, nisi verbis planis non ambiguis, nec captiosis, sed consonantibus in dicto eius quod volumus to facto. dolus enim quidem est obscure loqui, ut uolit decipi

48 gi. Vnde in contractibus qui sibi vult per obscuritatem sermonis reseruare interpretationem sermonis, ipsam in aduersarium 49 trãsfert propter suum dolum, vt ff.de pact. leg.ueteribus. † Not. ꝙ impropria locutio est illa, quæ recedit a propria significatione, ut ff.de leg.tertio.l.non aliter.§.1.in uersiculo, abusiue. Item est impropria locutio illa, quæ recedit a proprio effectu rei designandæ per ipsum, vt ff.si certum pe.leg.si tibi. Itẽ est impropria locutio quãdocunque vnum vocabulum ponitur pro alio dis- 50 simili, vt ff.loca.l.si vno. Item † est impropria locutio ubicunque subauditur dictio, quasi, vel fere, & his similes, vt ff.de iureiuran. l.sed & si possessori.§.sed & si rerum.& l.2.ff.de vsufruct.earum rerum. Itẽ est impropria locutio illa, quę significat aliter quam sonet, vt hic. Item est impropria locutio, quando propria locutio concipit impropriam locutionem, vt cum dico Pet. & Pau. 51 currit, vt ff.de offi.procõ.l.3. Itẽ est † impropria locutio omnis, quæ saluatur per figurã, quę multæ sunt, hinc est, quod masculinum concepit fęmininum ex impropria locutione, vt leg.1.ff.de verborum signi.per Dy. s non secũdum rationem recti sermonis, vt ff.de auro & argen.legato.l. Plautius.sed secundum rationem recti iudicii, quod legistę ponderant, proprie & vere concipit, si ratio sit eadem.argu.infra de indi.ui.tol. leg. fi. Improprissima omniũ locutionum ex ironica.infra de leg.l.cum quidam.

52 Econtra † vero propria locutio est aperte loqui, secundum propriam & subiectam materiam. Nam oportet rebus de quib. loquimur, cognitos, familiares & consonantes esse sermones. primo Ethicorum.& Insti.de don.§.est & aliud.& hoc dupliciter accidit, vel quia vtimur vocabulis significãtibus, & aptis ad significandum, vt debẽt significare, vel quia intellectus communis gentium sic intelligit, nam communis intellectus vocabuli omni significationi præponderat.nam per quas causas significationes natæ sunt, idest per intellectum communem per easdem mutari, & minui, & augeri possunt, vt ff.de legi.leg.3.l.librorum.§.quod tamen Cassius.argum.ff.de legi.leg.de quib.§.nam cum ipse.& quod no.supra si secundo nupserit muli.authe hoc 53 locum in gloss. Redeundo † ad quæstionem propositam dico, ꝙ toleranda sit improprietas, quã lex tolerat, vt hic: item quam tolerat intellectus communis, vt d.§. quod tamen Cassius. Item quam tolerat natura rei, vt d.§.sed & si rerum. Item quam tolerat natura contractus, vt d.leg.si vno. Item quam tolerat natura iudicii, ut ff.fami.ercis.l.& puto. Item quam tolerat consensus partium, vt d.leg.si tibi. Nimiæ autem abusiones, & non interpretabiles voces, nihil operantur, vt via non aperiatur ineptiis loquentium. vt hac l.in prin.& in fi.ff.de verborum obli.leg.quæ extrinsecus. quod .n. intelligi non potest, perinde est ac si non esset dictum.ff.de iure fisci.l.non intelligitur. ipse etiam intellectus intrinsecus sine actu exteriori non valet, vt ff. de vsufructu 54 legato.l.si alij. Decimoquinto † quæro, quæ sunt illa, quę interpretantur vocabula? Respondeo, sunt octo, scilicet significatio natiua a principio, quo vocabula sunt nata: vel datiua, idest postea vsu gentium mutata. Primas enim institutiones nescimus, sed de ipsius credendum est authoribus, vt ff. si certum petatur. l.3.in princ. Item intellectus cõmunis alicuius loci vel patriæ, vt Perusinorum, vt d.§.quod tamen Cassius. Naturalis iustitia, vt ff.de exc.tut.l.scire oportet,§.sufficit. Naturalis charitas & verisimilitudo, vt ff.de pac.l. tale pactum.§.fina.de lib.& posthum.l. Gallus.§.1. Publica vtilitas, vt ff. ad legem Aquil.l. ita vulnera- 55 tus, & ff.ad Syll.l.si quis in graui.§.hi quoque. † Viua ratio, quæ dicitur vnia, quia est anima ipsius scripturę, vt ff.de cond.inde.l. frater a fratre.& de acq.pos.l.1.§.veteres, & ista quandoque sumitur ex signis vniuersalibus &c. vt ff.de no.ope.nun.l.1.§.item nunciatio.per Iac.de Are.ff.de serui.vrba.prędi.l.seruitus. Aequitas considerata persona, cui debet æquitas inesse, vt quia est princeps, vel legislator, vt ff.de vulg. & pup.supstit.l.ex facto.in prin. Stilus iudiciorum & consuetudo, vt ff.de legi.l. si de interpretatione, & his similia, quia de simili ad similia congrua procedit adaptatio, vt ff.de excusa.tuto.l.non solum, §.qui primipilum.

56 † Decimosexto a quæritur, an causæ subtiles sint committendę a grossis aduocatis, & dic, ꝙ non, quia suspecti sunt propter igno- 57 rantiam iuris, atg. huius l.quod est no. † Decimoseptimo quæritur, quidam fuit hæres patris pro medietate ex testamento, & b soror fuit hæres pro alia medietate, tandem soror b decessit ab intestato, & in eius portione iste frater successit, tandem petiit a debitoribus paternis debitum, tanquam hæres patris insolidum oppo.quod non fuit institutus nisi pro parte, ipse replicat, & probat ꝙ est hæres sororis pro alia parte, quæritur an libellus procedat, dicit Petr. quod libellus procedit, quia actum est formiter. Sed dubium est an sub libello includatur id, quod includitur sub replicatione, & sic vincat in totum. dicit Petr. ꝙ sic, per l. si non mortis, §.fina.& l.qui repudiantis, in prin. ff. de inoff. testa. c & per hanc l.& ff.de verb.sign.l.sciendum. aduerte. Petr. dicit c quod fatuum est dubitare, an procedat libellus, certe immo non est fatuum, quia quando per probationes apparet incompetenter & incongrue actum, dicitur libellum non procedere, licet a principio cã præcesserit, vt ff.de pac. do.l.Bebius, & de iudi.cap.examinata. Item leges Pet.ff.de inofficio. testamen. hoc non dicit, quia ibi una est cã, & vna est actio. nam ius accrescẽdi est ex eadem causa, sed causa successionis sororis est alia cã, vt inf. de his quibus vt indig.l.Polla. & sup.de peti.hæ.l. hæreditas materteræ. Item lex nostra considerat esse rei, sed non dicit, ꝙ iste sit modus rem in iudicium deducendi, nam hic in libello prædicto, pro totali & omni causa intentatur, & allegatur vnus author, & ideo plures non videntur includi, argumen. ff.de verborum obl.l.si ita stipulatur.§.Chrisogonus, in fi.Bart.breuiter tenet opi. Pe.in l.si quis filium,§.fi.de acquir. hær.per casum ff.de vulga. substit.l.paterfamilias primis tabulis. sed salua pace sua, illa lex nõ dicit hoc, quia ibi erat hæres hæredis iudicio primi testatoris, & sic ex eodem testamento. Sed quæstio quærit quando diuerso iure.argu. ff. de bonorum pos.l.sed cum patrono. Finaliter teneo, ꝙ si indefinite allegat se hæredem patris qđ vera sit opi. Per.quia nõ refert, an aliquid vere dicatur principa- 58 liter, an secundario, per hac.leges in ratione sui. † Decimooctauo quæritur, quid si specifice dixit se hæredem ex testamento? Resp. ꝙ tunc, verum dixit mediante transmissione sororis, vt sic procedat libellus cũ victoria, iuxta not. ff.de peti.hære.l.2.& 3.arg. ꝯ in d. §.hæc verba, ibi, non ex iudicio. Sol. aliud in libellu, quam in substitutione. Decimonono quæritur, quid si ex sua persona renunciauit, & ex persona sororis acceptauit, an dictus libellus procedat. Respõ. sic, arg.de parte ad totum, & multo magis procedit, quia non censetur tunc libellus duplici iure, sed vnico.& si procedit in duplici, multo magis procedit in vni- 59 co & vniformi iure. † Vigesimo quæritur. d nunquid exhære- d datus si est hrs hrdis, sit hæres primi testatoris.& dic ꝙ sic, vt ff. de acqu.hæred.l.qui in aliena.§.interdum. Item de indigno, vt ff.de his quib.vt indi.l.qui Titij.arg. contra.ff. de vulga. & pup. substi.l.si is qui.ex bonis. vers.sed hoc ita interpretari. sed salue, ꝙ ex dispositione hæredis potest succedere, non ex dispositio- 60 ne patris, & sic non obstat. † Vigesimoprimo e quæritur, an in e pœnalibus nomine hæredis contineatur secundus hæres.& pone exemplũ in statuto, qđ dicit, ꝙ si hæres contrauenerit, puniatur in certum. & videtur, quod non, quia est hæres ex interpretatione, non vere. in contrarium videtur, quia ea, quæ iuris sunt transmittunt vere, & proprie, facta vero improprie & ficte tran- 61 seunt, vt dicta l.pater familias. † Vigesimosecundo quæritur, si pater mandat hæredi, ꝙ faciat monumentũ sub pęna priuationis hæreditatis, & decedit hæres, & transmittit ius accrescendi, an hæres hæredis tenebitur eadem pœna? & dic, quod non, vt l. 62 mulcta.in prin.ff.de cond.& demonstra. quod est not. † Vigesimotertio quæritur, quid si testator alienauerat hæreditatem Plotij, vtrum per hunc sermonem, hæreditas testatoris erit Sempronij, an vero, quia cum deficit terminus ad quẽ, deficiat modus per quem.& idem quæro euicta hæreditate Plotij forte per querelam. vt ff.de vulg. substitutio.l.in substitutione filij. & puto, quod ubi deest terminus in quem fit relatio, tunc verum sit omnia deficere, quia si non valet expressum, non valet tacitum qđ ordinat expressum, vel ordinatur ab ipso: & destructo fine, et medium uidetur esse destructum, argu. ff.de ali.legat.l. a filio.

ADDITIONES.

a A.B.Decimosexto. Causæ subtiles non debent committi grossis Aduocatis. vide gl.no.in c.præterea, de testib, ubi in arbitrarijs recurrendũ est ad iudicẽ discretum, & non inexpertum secundũ Hugo.& ibi dixi, vide quæ notaui in c.1.§.fi.de natu.feu.post And.de ser.vide tex.c.ad hoc, de offi. Archid. quod Archi.refert ardua ad Epm.& ibi Do.Car.allegauit Exo.18.c.vbi maiora deferebant ad Moysem. Bal.in c.cum omnes, de constitutio.dixit, ꝙ vbi venduntur magnæ res ecclesiæ vocanẽ absentes. vide qđ ipse uoluit in l.cũ multa, de bon.quæ lib.& Inn.in c.edoceri, de rescr. vbi pulchre loquitur.

b And.Barb. Tandem soror. An sufficiat dicere in libello, ꝙ est hæres primi testatoris, vide Ang.& ibi est gl.secundũ eum sing.in l.2.ff.de peti.hæredi.Bar.& Bal.in l.paterfamilias primis tabulis, ff.de vulg.& pupil.& Mod.in l.si quis filiũ, §.fi.ff. de acq.hær.& vide tex.no.l.1.ff.de cast.pecu.ubi successor dicitur hæres primi testatoris, nã pater est successor filii in peculio. & est hæres illius cuius fuit hæres. ꝙ est no. dignum. & ad materiam uide l.Gallus,§.etiam, de lib.& post & l.qui liberis,§.hæc uerba.& in l.paterfa.ff.de uul.& pup.

c A.B.aduerte. Pet.dicit no.ꝙ ubi per probationes apparet cõpetere actum, libellus dr̃ non procedere, adde quod dixit Ang.in l.Claudius felix ff.qui pot.in pig. hab. quod si ex una cã est male actum, & apparet ex actis, ꝙ ex alia bene potuisset agi non fit iudex cõdemnare, nec potest sibi reseruare. allegat.do suum Bal.ad hoc in l.Bebius Marcellus, ff.de pact.dot.tu uide eundem Bald.in authen. sed & si quis. ad fi. supra de secun.nup.an autem iudex potest ex aliquo non apposito in actis, unde Bald.in l.1.infra de ma.uind.& adde quod no.Io.Cal.in c.2.de ord.cog.& ibi dixi.uide c.cũ dilecti, de emp.& uen.& ibi Io.de Im.

d A.B.Vigesimo quæritur. Tu uide tex.sing.pro hoc l.uideamus, ff.quod me.ca. sed ille tex.reuera loquitur in pœna.

e A.B.Vigesimo primo. Adde quod Bar.tenet contra in consi.quodã And.nomine & sequuntur Mod.in l.si quis filiũ,§.1.ff.de acq.hær.& facit pro Bart.quod hic dicit Bald.quod in pœnalib.venit hæres hæredis.vide gl.ca.fi.de sepul.ubi comprehenditur hrs hrdis.facit quod dixit Bal.in l.si puellã, C.si man.ita fue.alie.ubi si receditur a persona, non receditur a forma.

54 ciem substitutionis. Et confirmatur hoc argum. † nam quoties vna determinatio sequitur plura determinabilia, quæ potest pariter determinare, determinat ea pariter, vt s. eo. l. quamuis, & l. hæreditatem. ergo est idem hic, quia determinatio vnius verbi determinat plura verba, ergo determinat ea vniuoce, non æquiuoce. hic n. confirmatur & alia ratione, quia ad vnitatem formæ correspondet vnitas substantię, l. fin. infra de leg. sed hæc est vnitas formę verborum, ergo & vnitas substantiæ substitutionis, & non plures substantiæ, seu species substitutionis. Tertio dico, quod hoc probatur ex non diuidenda voluntate testatoris, argumen. ff. de his quibus vt indig. l. eum qui, §. pro parte, esset enim diuidere voluntatem, si fieret digressio de directa substitutione ad obliquam. Quarto dico, quod hoc probatur ex vitanda absurditate, nam absurdum videtur, quod mater excludatur a luctuosi filij hæreditate, vbi de voluntate patris probabili dubitatur, argumen. huius legis, & s. titu. 1. l. fin. Quinto dico, quod hoc probatur ex voluntate testatoris verisimili, quia non est verisimile, quod contra matrem statuerit id, quod contra se statui nollet: nam istud est æquum arbitrium, quod est æquum in se & in alium, vt ff. de solu. l. 1. Sexto dico, quod hoc probatur ex exequenda humanitate, quæ magis facit pro matre magis q̃ pro extraneo substituto, vt ff. de inofficio. testamen. l. nam & si parentibus. in prin. nam si totaliter mater excluderetur, ergo etiam ab alimentis esset exclusa, quę sibi non deberentur ab hærede extraneo. Septimo dico, quod & si rigor verborum suaderet matrem excludi, tamen ęque interpretatio scripta fauet matri: nam cum mens iuris sit pro matre, non possumus in dubio contra matrem interpretari; nam dubia substitutio non est contra matrem interpretãda, sed eligitur quedam media via, ut nec mater prorsus excludatur, nec substitutus penitus expellatur, vt hac l. in fi. & confirmantur prędicta ex authoritate gl. ut hic, & ff. eo. l. Centurio. & Azo. in summa huius ti. & Oldr. & Mat. Sil. & Iac. de Bel. & Ber. in d. c. Raynutius. & Io. And. in d. c. si pater,

b in glo. sua. Item interpretatio b Prudentum communiter tenet hanc opinionem. & ego, quiea, quæ sunt tradita a magistris legum recito, & post terga metentium quasi spicas recolligendo vado, vt dicitur Ruth. c. 2. ita sępe consului, me ab vniuersitate Doct. separare non audens. In contrarium ostendo euidentissimis rationibus, & primo ratione temporis arguitur sic, omne quod dinumeratur ex tempore, recipit temporis distinctionem & originem, & naturam ex tempore a quo dinumeratur, ut ff. de stipu. seru. l. si seruus communis Męuij & castrensis peculij, in fi. Sed certum est, ꝙ aduerbium, quandocunque, est aduerbiũ dinumeratiuũ temporis, ergo suum dispositiuum legem sumit ex temporis qualitate, & confirmatur, quia hoc aduerbium est distributiuum, quinimo & multiplicatiuum: nam multas dispositiones implicite continet, vt ff. quibus mod. ususfruc. amitt. l. si cum in annos. ergo istud aduerbium duplicat substitutionem, & sic ante pubertatem erit directa, post erit obliqua. Hinc accidit, ꝙ omne verbum geminatiuum vel multiplicatiuum, debet aliquid operari & augere, ff. ad Treb. l. balista. cũ ergo ista substitutio sit pupillaris & fideicomm. ergo &c. vt infr. de fideicomm.

55 l. si frater tuus. † Secundo arguitur ratione ętatis & qualitatis: nam quoties aliquid refertur ad aliquam ętatem, & personam, debet intelligi secundum illam ætatem & personæ qualitatem, vt ff. de vsu, & habit. l. plenam, §. equitij, ff. de ali. leg. l. cum vnus, §. in alimentis, & argum. de leg. 3. l. Stichus. & confirmatur, quia conditionum verba, quę testamento pręscribuntur, pro voluntate cõsiderantur, & ad tps retinent propriam significationem, post tps assumunt impropriam, ff. de cond. & demon. l. pr. Seuerinam, §. condõnum, & illud non contingit, nisi pp ætatem, &

56 qualitatem personę, in qua quis loquitur. † Tertio hoc probatur naturalis affectionis ratione; pr̃. n. in dubio pręsumitur prouidere filio, & non grauare, vt ff. de vsut. l. in fideicommissi. §. cũ Pollidius, s. de inoffi. test. l. filius matrem, & l. si quis in suo. pen. rñso. & ff. de cur. fu. l. si furioso puberi. Nam si amicus amico vult bona, ergo multo magis pater filio, vt ff. de hæred. inst. l. quidam cum filium, cum ergo substõ pupillaris sit fauor, & substõ fideicõmissaria sit onus, vt ff. de inof. test. l. ex trib. ergo potius p̃sumitur patrem impuberi prouidisse in pupillari ętate pupillariter substituendo, quam grauasse fideicommittendo, & confirmatur per tex. d. cap. si pater, vbi aperte dicit, ꝙ substitutio dubia interpretatur directa, si uerbis cõuenit, & personis. Sed hoc de personis non est dubium, & verba patiuntur, ergo, &c. argumẽ. ff. de leg. 1. l. ab omnibus. in princ. Huic accedit supra de hæredi. insti. l. fi. & gl. ord. in l. uerbis ciuilibus, quæ dicit, ꝙ dubia substitutio reciproca recipit interpretationem directæ. Ad idem, ꝙ in testamentis plenior sit interpretatio, vt ff. de reg. iur. l. in testamẽtis. sed pupillaris substitutio est plenior, quam fideicommissaria vt ff. de vul. sub. l. coheredi. §. cum filię. uers. nec fideicommisso. & hanc partem pręcise tenet gl. Inst. de pup. substi. §. qua ratione. & ita consuluit Cy. ut refert hic in addi. & Ioan. And. hoc tenet in d. c. si pater. in Nouel. nam cum non possit extendi ratione, quare fortius operabitur verbum, moriatur, qđ non est uerbum ciuile, quam verbum substituo? Et de uerbo, moriatur, est casus, ꝙ interim substõ est directa, ut d. c. si pater. ergo necessario sequitur, ꝙ dicta substitutio est directa in pupillari ætate, & si tu dicis, si est directa, ergo non obliquatur. Respon. ipsa directa non obliquatur, sed euanescit, & post ipsam subsequitur q̃dam alia substitutio. i. fidei commissaria. Duę ergo sunt substitutiones, & dum prima moritur, secunda oritur, non ergo transit directa in obliquam, sed directa desinit, & in obliqua incipit adueniente pubertate. Non ob. de lega. 1. l. qđ fideicommissum, quia si quidem fideicommissum relinquitur per patrem ab impubere, non expirat. si autem a substituto, vel legitimo hærede impuberis, tunc expirat pubertate adueniente, sicut expirãt se-

c cundæ tabulæ, vt plene dixi in d. l. ex tribus. Quarto c hoc probatur per punctum rationis, & hoc attende, nam posito ꝙ opinio, secundum quam consului, esset vera in matre, tñ in alijs succe-

57 dentibus ab intestato videtur omnino falsa. † Et præmitto, d ꝙ substitutio compendiosa continet vulgarem quasi expressam, ergo continet tacitam pupillarem, tanquam inclusam sub vulgari. posito ergo, ꝙ neges pupillarem expressam, non potes negare tacitam, quę admittitur contra omnes, prætetquam contra matrem, & huic rationi non videtur posse responderi, nisi quis diceret quod quasi expressa vulgaris contenta in compendiosa, non continet tacitam pupillarem, quia tacitum non continet tacitum, nam essent duæ fictiones; sed cum dictum sit superius, quod talis vulgaris contenta in compendiosa, est potius expressa quam tacita, dicta responsio non videtur vera, communis ergo opinio sit vera in matre, sed non in alijs succeden-

58 tibus ab intestato. † Vnum etiam aduerte, & notabis, quod

e si substitutio e est ita concepta si filius meus hæres erit, & si in pupillari ætate decesserit, &c. tunc est pupillaris substitutio expressa proprie, & in forma, & continet vulgarem omnino tacitam, & tunc habet locum l. quod si filius, de capit

---

ADDITIONES.

a Substitutio. Vide infra proxime.

b A. B. Item interpretatio. Et istam partem tenet Bal. in l. iam hoc iure, & l. Centurio, & sic dicit se consuluisse. & ad hanc materiam uide plene Do. Io. in ca. Raynutius, & in d. l. centurio.

c A. B. Quarto. Sed hanc rationem propter quam Bal. firmat quod compendiosa tẽpore pupillaris ætatis facta per uerbum commune, non habet effectum cõtra matrem, quia continet uulgarem expressam in se continentem tacitam pupillarem, quæ non admittitur contra matrem, impugnat Imo. in c. Raynut. extra de testa. quia sicut in dicta substitutione compendiosa comprehenditur expressa in genere: ita etiam ex ratione comprehenditur pupillaris expressa similiter in genere, & istud voluit gl. fi. hic, ergo matrem excludit. & idem dicit Pau. de Ca. hic, contra Bal. & etiam Sal.

Quarto hoc probatur. Vide Dominum Card. in repe. c. Raynut. de testa. q. 40. qui allegauit hanc doct. uide Bar. in consi. inc. Bal. Philippe. ubi allegauit l. 3. in prin. ff. de adimen. leg. Consulo in causa Comitatus de sola fama in Regno Siciliæ ad instantiam Vic. regis. uide in illo consilio.

d A. B. Et præmitto. Sed certe etiam matre existente in medio, ualet iure directo, per d. cap. si pater, nec obstat, ut respondet Bal. in l. centurio, quod ibi fuit uerbum directum, quia ibi non ponderatur an uerbum sit directum, uel commune, sed ibi simpliciter loquitur. item quia ibi est uerum, moriatur, quod non est directum, & hanc opi. tenet ibi Io. And. & expresse sequitur Ang. in d. l. centurio.

e Substitutio. No. quod substitutio facta per hæc uerba, si filius meus in pupillari ætate decesserit, talem substitutio est compendiosa, uide Bal. in l. 4. inf. eod.

pit. sed detracta illa conditione, si hæres erit, & apposita sola conditione, si in pupillari ætate decesserit, talis substitutio est cõ-pendiosa, a licet limitata ad pupillarem ætatem, & ideo continet vulgarem expressam. vnde licet pupillus moriatur viuo patre, succedit expressa vulgaris, & est ratio, b quia ex quo testator c indistincte locutus est, non distinguendo an sit hæres, vel non hæres, ex propria natura, & significatione indefinite vtrunque casum comprehendit, arg. ff. de seruit. vrba. prædi. l. si seruitus, & ff. de bon. autho. iudic. possiden. l. in venditione. §. de tempore, & ff. de conditio. & demonstratio. l. conditionum quæ in futurum. Cum ergo teneas opinionem pro matre, quomodo respõdebis ad obiecta in contrarium? & certe ad rationes de facili respondetur, supponendo, quod substitutio sit vna, vnius formæ, & naturæ, quia hoc facit, vnitas sermonis, quam lex multum ponderat, argumen. infr. de cadu. tollen. l. 1. §. hoc ita tam uarie. Nam ex quo testator non distinxit inter ætates, nec nos distinguemus; sed totum vno, & eodem modos intelligemus. Nec obst. dictio, quandocunque, quia confuse ponitur, non significat. & licet non poneretur. intelligitur tacite, vnde ita confuse, & obscure posita, nihil operatur. Item non ob. §. conditionum verba. quia ibi non poterat rex valere vniformiter, quia tutela non cadit in pubere, nec cura cum plenitudine potestatis cadit in pubere. hic autem potest res vniformiter interpretari. idest iure fideicommissi. Item non obstat. §. equum, & lege Stichus, quia loquuntur in cohærentibus personę. Item non obstat glo. in §. qua ratione, quia habet pluries gloss. contrarias, & ueriores. Item non obst. cap. si pater. quia ibi fuit verbum ciuile directum, dum dicit, instituendo. Item non obst. ratio illius capit. ibi, cum institutionibus, &c. nam in hoc casu non conuenit verbis, quia verbum, substituo, interpretatur oblique. Itẽ non obst. d l. in testamentis. nam hic non fit larga interpretatio, quia offenderetur ius tertij, idest matris, argumen. ff. de admin. tuto. l. impuberi. Item non obst. gloss. l. uerbis ciuilibus, quia non dicit ibi gl. quod dubia substitutio interpretetẽ directa, sed dicit quod dubia directa interpretatur directa, non dubia, quia dubietatem remouet lex. vt d. l. fin. de hæredib. instituen. Item certe d. glo. non loquitur quando mater esset in medio, nec etiam glo. quæ est in d. §. qua rõne. Præterea ut dixi, authoritas vnius glo. non uincit authoritatem plurium gloss. vt ff. de minor. l. Aemilius Largianus.

59 † Et prædicta sunt vera, qñ verbum, substituo, profertur simplr & absolute, vt qñcunq; filius meus decesserit, talem substituo, sed si testator vltra se extendit, si quidem dicit, talem hæredem substituo, ex vi huius dictionis, hęredem in pupillari ætate substitutio est directa, e quia est verbum ciuile directum. Attẽde tu, nam hęc verba fuerunt antiqui Docto. Nic. de Mata. unde aut Bar. qui vtitur hoc sermone, fuit fur, aut in duob. corporib. fuit vna forma intellectus. Inuenio tñ in multis ꝙ tacuit veterũ nomina, & sibi applicauit ingenia, ꝙ fiendũ non est vbi laus recte

60 quæritur. † Procedo vlterius, & quæro, quid si testator adiecit hæc verba, pleno iure, vel insolidum, vel in totum, vel in omnibus bonis, vel posuit aduerbiũ, libere, vel dixit, sine diminutione aliqua? Bar. dicit, ꝙ omnia verba repugnantia detractioni alicuius Falcidiæ, sunt directa, quando apponuntur verbis cõmunibus, & si ista opin. esset uera, relinqueretur nobis disputandi materia, an post pupillarem ætatem in totum euanesceret substitutio, nam si talia verba f ęquipollẽt huic sermoni, talis sit hæres, qui est directus sermo. tunc secundum plurimos, adueniente pubertate expiraret substitutio: & hoc expresse tenet glo. in d. §. qua ratione. Sed secundum me est aliter distinguendum, vt s̃. dixi. Præterea attende, hic ista verba quanquam lata, si apponũtur a testõrib. cũ termino restrictiuo. s. in suis bonis. & licet ista verba non arctent pupillarem. l. si ita, §. qui filio, ff. de secun. tab. tñ dubiam substitutionem verba arctatiua restringunt, argum. ff. ad Treb. l. Lucius, §. qui habebat. sed restrictio ad bona testõris inducit fideicommissariam, g vt d. l. cohæredi. §. cum filie. per ista verba ergo nihil aliud intelligo, nisi Falcidiam esse prohibitam a testatore in substitutione fideicommissaria, quia intentio testatoris est applicare hæreditatem ad substitutum vt ipse, non vt alius. i. per suum testm̃, non per testm̃ filij, argum. ff. de sol. l. & magis, & facit quod no. ff. de fideicom. li. l. decem. & certe si te-h stõr b fuisset interrogatus, non est verisimile, ꝙ voluerit ampliare se ad bona non sua, quæ venirent in pupillari, arg. ff. de leg. 1. l. ferut electione, §. cum fundus, & l. si domus, §. fin. & de ꝯh. emp. l. qui tabernas. & rõnabile est, ꝙ verba restringantur ad cogitatum, vt ff. de testa. tute. l. si quis ita, §. pen. & in tali cogitatu hẽt locum statutum legis, arg. ff. de leg. 2. l. codicillis, §. fi. Nam, & testõr fingitur cogitare id, qđ lex disponit, arg. ff. de acqu. hære. l. si dno. licet qñ testõr vult vnum, & lex vult aliud, standum sit legi, vt ff. ad leg. Fal. l. Titia. & l. cerdonem. ff. de ope. li. ar. ℨ. ꝙ extendatur in dubio ad bona hæredis, vt ff. de leg. 2. l. cum filius, §. dñs. & l. vnum ex familia, §. si rem. sed ibi dispõ concernebat certam rem, hic incertam. & in gñe, arg. eius qđ legitur. ℨ. de euic.

61 l. 1. † Frequens quæstio, & quotidiana est ista. Testõr filiũ pupillum hæredem vlem instituit, & si absque liberis moreretur, iussit omnia bona sua vendi per executores testamenti, & dari pauperibus modo quęritur vtrum ista substitutio sit directa, vel fideicommissaria? & vr ꝙ sit directa, quia pater videtur testatus ad declinandam legem Falcidiam, quæ non detrahitur de substitutione directa, de Episc. & cler. l. si quis ad declinandam, vnde executores videntur substituti heredes pro pauperibus, & sic substitutio est directa, facit ad hoc, quod no. ℨ. de edi. diut Adr. toll. l. fi. per Iac. But.

65 † Præterea, qñ testator committit alicui distributionẽ bonorũ suorũ in ultima volũtate, eo ipso vr instituere illũ, & rogare, ꝙ det pro aĩa testatoris, ut extra de testa. c. cum tibi. sicut ergo dicimus in primo gradu de instituto, sic debemus

ADDITIONES.

a Compendiosa. Et ista in effectu sequitur Do. Floren. in c. Raynutius, extra de testa. & ibi refert Imo. qui postea quantum ad qõ. hic de filio decedente viuo testatore, remittit ad no. per se in l. 1. ff. eo. magna est differentia inter verba Bar. in l. 1. in 4. q. prin. ff. eod. & Bal. hic. nam Bar. ibi vult, quod ista substitutio sit pupillaris expressa. Bal. hic vult, quod sit compendiosa, effectus est magnus quia si est pupillaris expressa comprehendit tacitam vulgarem, quæ non excluderet matrem testatoris, vt no. Bar. in l. 1. in 4. effectu, ff. eo. sed si est compendiosa, comprehendet vulgarem & pupillarem expresse excludentes matrem, vt no. Bar. & alij in l. Centurio, in princ. in ver. quarto, vtrum substitũ compendiosa facta per verbum commune, &c. ff. eo. Bar. in l. 1. in 2. q. prin. ff. eo. Concorda opin. quod aut testator tenuit verba substitutionis ad pupillarem: quia dixit, si filius meus in pupillari ætate decesserit, Titium sibi substituo, vel Titius sibi hæres esto, & erit pupillaris, cũ per pupillarem succedatur pupillo, Inst. de pup. subst. in prin. & ita sonant, verba testatoris, aut dixit simpliciter, substituo Titium, vel Titius sit hæres, & tunc procedat opi. Baldi; quia testator generalẽ substitutionẽ fecit aptam sub generalitate comprehendere vulgarem & pupillarem expressas. Et ita videtur, ꝙ sm dictam distinctionem debet intelligi tex. in l. 2. §. si quis, ff. eod qui tex. facit multum pro opi. Bar. & vide Bar. in l. centurio, in ver. quarto, circa prędicta dixi, quod si ista substitutio fiat, &c. ff. eo. Ang. in l. verbis, ff. eod. videtur tenere indistincte opi. Bar. & nihil alleg. Pau. de Cast. hic transit cum Bald. scripsi post Bar. in l. 1. ff. eo. in q. an ta-cita vulgaris expiret pupillo decedente viuo testatore. pro Barto. etiam sonat tex. hic, in ver. in secundum casum. & ibi, in tex. expressa, & coniuncto tex. ibi si intra 14. &c. & sic contra opi. Bal. hic tenet Mar. Sill. per illum tex. ibi, non vsque ad certam ætatem. nam subaudi. i. non vsque ad pupillarem tantum, vbi obstat l. Cẽturio. vt etiam dicit hic gl. in ver. secus in ultimis verbis, iurẽ tex. & illud magis placet quam concordia supra data: quia contra eam facit l. si ita, §. qui filio. & quod ibi Bar. ff. de bono. poss. secundum tab. de hac q. per Ang. in consil. 40. incip. reperitur. vbi tenet, quod non sit compendiosa. quia illa verba, si hæres erit, non sunt de substantia, Io. de Imo. in c. Rayn. extra de testa. dum tractat de effectu substitutionis pupillaris, in quantum continet tacitam vulgarem, licet non faciat ibi mẽtionem de ætate, hic dicit, quod substitutio per illa verba facta, si filius meus in pupillari ætate decesserit, substituo, &c. non adiectis illis verbis, si hæres erit, comprehendit vulgarem, quæ non dicetur tacita. quia ex vi illorum verborum generalium comprehenditur. & videtur satis sustentabilis, si filius decedit in pupillari ætate, & repudiata hæreditate, & velit substitutus venire ex vulgari ad bona testatoris, & ita saluatur quo ad hoc opi. Bal. licet Ang. contra in consi. 11. facit qđ no. Bar. in l. Centurio. dum tractat, an in compendiosa contineatur vulgaris, & in l. Lucius, ff. eo. illud bene facit, quod vulgaris cõprehensa sub ista, sit vulgaris non tacita: quia non repugnat verbis, quia potest decedere viuo testatore in pupillari ætate, & erit casus vulgaris, & sic non refert, an sit compendiosa, an pupillaris.

b Et est ratio. Vide Bar. in l. 1. in prin. 1 vers. vlterius quæro, pupillus cui est facta substitutio, ff. eo. in l. 1. in prin. vers. quarto quæritur, quibus verbis ff. eod.

c And. Bar. Quia ex quo testator. Sed in l. iam hoc iure. respondet aliter quam hic. sic eum vide. vel responde, quod ibi substitutio fuit facta per verbum directum, hic vero per verbum commune.

d And. Bar. Item non obst. Sed valde obstat præall. c. si pater. vbi vult, quod semper interpretetur directa.

e Substitutio est directa. Vide Bar. in l. Centurio, in uer. 4. principaliter quæro, ff. eo. & Bar. ibi loquitur, quando in diuersis orationibus hoc contingeret hic autẽ quãdo uerbum, hæredi, est ad terminationem verbi communis. & Bald. hic sequitur Imo. in c. Rayn. in materia compendiosæ, extra de testa. facit l. si seruus plurium, in fi. de leg. 1. & Bar. in d. vers. 4. principaliter quæro. in l. Centurio. & ibi dixi post Imo. no. Ang. in cons. 129 & in cons. 169. & probatur, quia si uerbum, hęres esto, est directum; ita & uerbum, substituo hęredem, quia uerbum, esto, potest conuenire fideicommissio, sicut institutionem induceret.

f Talia uerba, Imo. in c. Rayn. extra de testa. saluat Bar. dicens, quod Bar non dixit, ꝙ substitũ per prędicta uerba intelligatur æquipollere substitutioni factæ per hæc uerba, talis sit hęres: sed bene dixit, ꝙ mens testatoris fuit, quod ualeat iure directo illo casu, quo potest ualere: & sic non sequitur, ꝙ post pupillarem ętatem non possit ualere iure fideicommissi, ex quo fuit facta per uerbum commune.

g Fideicommissariam. Vt dicta l. cohæredi. Dic, quod ibi fuerunt uerba obliqua, & adde quod Io. de Imo. non obstantib. hic no. per Bal. in c. Raynutius. extra de test. dixit posse saluari opi. Bar. quia non possent bene uerificari exempla Bart. nisi essent uerba in substitutione directa, & quod per illa substitutio directa intelligatur, probat: nam alias si non induceret substitutionem directam, & sic pupillarẽ, posset per hæredes filij impuberis detrahi legitima, in qua per fideicommissum grauari non potest, & sic sine diminutione non ueniret substitutum; & ideo expedit intelligere, quod per illa uerba testator uoluerit substitutionem esse directam, quo casu nulla fiet detractio e i legitimę, per no. in l. ex trib. sup. de inoffic. testa. Nec ob. quod dicit Bal. testatorem non uideri uoluisse in dubio de alijs bonis, quã de suis disponere: quia respondet, quod uerum est illud, si principaliter nõ uoluit; sed in consequentiam illud bene uoluit, ex quo uoluit substitutionem esse directã quia per consequens censetur uoluisse, quod ad substitutum ueniant etiam alia bona pupilli, ne alias cogat pupillum decedere pro parte testatum, & pro parte intestatum, si adiuerat hæreditatem patris, alias si non adiuerat, saltem decessisset testatus, quo ad legitimam suam, facit quod habetur in l. sed si plures, §. filio, & §. ad substitutos, ff. eodem, et a diai in m. a repent. l. Centurio, ff. de uulg. & pupil.

h A. B. Et certe si testator. Pondera, quia tantummodo extenditur ad non cogitata, si uerisimiliter de illis cogitasset, l. tale pactum, §. ult. ff. de pactis.

mus dicere in secundo gradu de substituto, nã in eo gradu executores nõ habent cohæredem vniuersalem. & hanc opi. tenet Bart. in l. Cẽturio, in lectura. secus si non dedisset executores, nã tunc ista substitutio est obliqua, q̃a Episcopus qui est pater pauperũ non venit, nisi eodem iure, quo veniũt pauperes, sed pauperes sunt substituti p verba mere obliqua, & per res singulariter distribuendas inter ipsos, ergo Episcopus non põt alio iure venire, cum veniat ex persona pauperũ, sicut dicimus in patre, J. de bo. quæ lib. l. cum non solum, & l. cum filio, ff. de leg. j. scdũ Bar. sic ergo dicit, q̃ datio executoris testamentarij, auget naturam substitutionis, & facit eam directã, vbi esset fideicommissaria, non dato aliquo executore ab ipso testatore, quod non puto verum, quia sicut tutor testamentarius & legitimus nõ differunt in officij qualitate, sed in nõie tm̃: ita executor testamentarius & legitimus non differunt. Item si moritur a testamentarius deuenit in legitimum, & idem si negligit, vt in l. nulli. Dico ergo simpliciter dictam substitutionẽ esse fideicõmissariam propter verbum dari, vt ff. de usufr. l. si q̃s ita. & de vsuf. leg. l. fundi Trebaniani. nec dat executor de bonis suis, sed de bonis hẽdis, & de bonis hæredis aufertur, & pauperibus applicatur. Item plus b dico, q̃ dicta substitutio non est vniuersalis, quia pretiũ b debet distribui, nõ onera hereditatis testator enim iussit vendi, & pretium dari, & voluntas est obseruanda formaliter, sed nemo habens pretium est propterea hæres vniuersalis, vt ff. ad Treb. l. cogi, §. & generaliter. & de le. j. l. non amplius, §. si. cum intelligatur c pretiũ, deductis oneribus, vt s̃. de coll. l. illud. c & ita de facto consului Veronæ. Et idem si non fecisset mentionem de venditione, sed de sola rerũ distributione, vt ff. de vsus. leg. l. fin. & de adimen. lega. l. fin. Nõ obst. l. si quis ad declinandã. & dicto ca. cum tibi. quia ibi testator non prouiderat sibi de aliquo hẽde expresso, hic autem prouidit de expresso, ergo cessat tacitus hẽs, vt ff. eo. l. cũ ex filio, §. filio. per dicta verba filius vr̃ post mortem grad natus, vt s̃. vt ac. ab hæ. l. 1. & si ex psona filij detrahetur lgĩma & non Trebellianica, de qua potest pater libere disponere in pau-63 peres, vt sup. de Epis. & cle. aut. si qua mulier. † Tertio gl. e dicit, e q̃ q̃n cõdõ, sine liberis, est adiecta in verbo directo, tunc substitutio est omni tempore fideicõmissaria. Et ideo reuoco in dubium f, vtrum verba f directa mutent effectum pp istam cõditionem, si decesserit sine liberis. Glos. hic dicit, q̃ obliquantur, quia ista conditio de iure & de facto nõ consueuit apponi, nec cadit proprie, nisi in substitutione fideicommissaria, ineptum. n. esset dicere, substituo tibi pupillariter, si liberos non habueris. Ridiculum est enim apponere conditionem liberorum pupillo. sed ista ratio gl. non includitur, quia immo ista conditio in pupillo ẽ quasi necessario vera, & necessaria veritas non minus operatur q̃ contingens. Item hoc q̃n pupillus potest grauare, licet diffig culter, ergo, &c. arg. g de lib. & posth. l. sed est quęsitum, §. spadonẽ, cum sua gl. & no. Inst. de nupt. in prin. in 4. glo. Secunda rõ gl. est, q̃a ista conditio, si sine liberis, trahit istam substitutionẽ ad pubertatem de necessitate, & confert eam in tempus, quo possit habere liberos. ergo durat post pupillarem ætatẽ, si durat, & est vna pro omni tempore, ergo semper est fideicommissaria, sed quando non est conditio liberorum, tunc per verbum directum non trahitur necessario ad tempus pubertatis, & ideo finitur pubertate, vt l. verbis ciuilibus. Dicamus ergo cum gloss. q̃ obliqua conditio obliquat substitutionem omni tempore. Adde aliã rationem, nam ex ista condic. apparet, q̃ fuit dispositio onerans, nõ honorans; nemo enim ideo honoratur, q̃ non habet liberos, sed grauat, vt s̃. tit. i. l. generaliter, §. 1. Porro si diceres eã pupillarẽ, & pupillaris est honor, non onus, vt s̃. de inoffi. test. l. ex tribus. sequeretur q̃ ista cõditio esset apposita ad restringendum prouisionem, nõ ad limitãdum grauamen. Sed rñd. q̃ hoc nõ est absurdum, q̃ prouisio in extraneos cesset pp liberos, vt ff. e. l. ex facto, ff. de pac. l. tale pactũ, §. fi. J. de reu. do. l. si vnquam. Item pro gl. facit, q̃ quando vna conditio refertur ad plura cõditionalia, refertur ęqualiter, vt s̃. eo. l. quamuis. Sed contra ista est gl. no. Insti. de pup. substi. §. extraneo. quę firmat contrarium. & illa est uerior per d. c. si pater. de testa. lib. 6. ubi ẽ casus expressus. Quidam dñt, q̃ cõtra istam gl. est casus in l. centurio. in uerbo, iure communi. & dicũt uerum. alij dicunt, q̃ illa lex loquitur in eo, qui poterat ęque formaliter substituere, & idcirco omni tempore, & ideo semp directa. Sed isti nõ ponderant illud uerbum, iure communi. Item cum ista cõditio, si sine liberis, semper intelligatur. ergo idem est si exprimatur. Aduerh te, si fiat substitutio pupillaris, h & ubertate generãtis & insolitę naturæ cõtingat eum genuisse, nunquid substitutus excluderet; ratione præteritionis, an ratione conditionis? Et dic q̃ ratione p̃teritionis, ob improuisum casum, ut l. milius codicillis, §. miles, ff. de mil. test. nã si ratione conditionis, iste casus esset tacite prouisus, ut l. inter, §. cũ inter, ff. de pac. dotali. & iste effectus est propter l. filio præterito, ff. de iniusto testa. quæ non habet locũ in casu, quando testator prouidit suum iudiciũ nolle habere locum in casu liberorum, ut not. de le. 1. filius, §. cum quis. Or finaliter cõcludamus, q̃ uerba sunt in suo esse cum possunt, q̃a si causa efficiens est potens in passum: & in subiacentem materiam, operatur quam melius potest, q̃a ars & natura semper conantur ad meliora, quæ possint producere in subiacẽtem materiam. Sed quid si testator miscuit substitutionẽ directam & obliquam? Dic q̃ est electio substituti, ff. ad Trebel. leg. recusare, §. Ti-64 tius. † Quarto glos. dicit, quod si testator distinguit ætates, distinguit substitutionũ qualitates, arg. ff. eo. l. ex facto, §. itẽ quæro. & optime dicit, quia distinctio cadit inter diuersa. & intellige, q̃n ætas habet distinctiuam rationem: secus si dicat, siue hodie, siue cras, siue q̃ncunque moriatur, quia hic confundit ratio distributiua, & ideo confusa distributio nihil distribuit. & hoc est i contra Ia. de Are. Item not. i q̃ verbum. pupillus, insertum demonstratiue, vt substituo tali pupillo meo, non facit substitutionem esse pupillarem, sed si inferatur conditioni, vt si decesserit pupillus, tunc facit pupillarẽ, vt leg. nostra. Extra quæritur, si testator dixit, si filius meus, aut posteri eius, decesserint sine liberis relinquo hospitali: & posteri nati post centum annos post testatorem decedũt sine prole, an debeatur hospitali? Videtur quod K non, k quia nõ potuit vltimo moriens grauari, q̃a a testatore an quo nihil percepit, vt de leg. 3. l. sed si sic. versic. sic autẽ. In ɔtra-65 rium videmr, nam † qui est causa causę, est causa causati, sed primus testator fuit causa prima acquisitionis bonorum, ex qua deriuatione aliæ processerunt: ergo potuit grauare. eo. ti. l. si fuerit, §. fin. & hoc cõsulendo tenuit Ia. de Bel. Sed Richardus Malum. tenuit cõtrarium, quia isti sunt extranei antiquo progenitori, & ideo nec honorati ab eo, nec onerati sunt, secundum Richar. Malum. & hęc quæstio ponitur p D. Ray. de For. in mate-l ria compendiosę. Tu dic, l q̃ onus descendit in eos, quia hæreditas est grauata, & grauamen est scriptum in rem, & ideo afficit rem ad quemcunque vadat, cum pro tali fideicommisso omnia bona sint a principio obligata, ar. J. ad Treb. authe. si quis rogatus. Item propria nomina non descendunt in successores, quia sunt psonalia, sed appellatiua sunt realia, nam vna qualitas potest descendere in multas substantias. Conclusio est, quod primus hæres videatur rogatus de restituendo post omnes, & ex persona eius est ɔsideranda Trebel. & Falcidia, & alienata interim. Et vide ad hoc l. cohæredi. §. cum filiæ. & de vulg. & pup. p Bar. quia originem & formã sui principij cuncta, quæ inde descendunt, debent obseruare, ff. ad l. Falcid. le. in ratione, §. si filio. 66† Item quęritur, m nunquid compendiosa facta in re certa, tram hatur ad vniuersa? Dicit Bar. q̃ sic, si est facta p' verba ciuilia & directa, vt instituo, vel hæres esto. vt ff. de vul. substi. le. cohæredi. §. fin. secus si per verba g̃nalia, quæ gl. ista vocat communia, vt per verbum, substituo, deueniat, & similia, quæ g̃nalia sunt, quia species nõ trahit ad totũ suũ genus, sicut vnus homo non trahitur ad omnes homines. facit l. cogi. §. g̃naliter, ff. ad Tre. per Dy.

& hoc

ADDITIONES.

a And. Barb. Item si moritur. Et istam partem sequitur Dom. Ioan. in l. Centurio, licet Bart. hic non alleget Bald. ibi tamen sequitur Bart. & illud dictum Bartol. tenementi, quia est v. Ide singulare secundum Ioan. ibi, & Moder. in notabilibus, & ibi sequitur Bartol quicquid dixerit hic Bald. sed Bartol. tenet contra in quæst. sua, quæ incipit, filium adultum. vbi tenet, quod sit fideicommissaria, & sic reperitur contrarius sibi. sed pro opin. Barto. fortiter facit leg. Titia Seio, §. Seia libertis, de lega. 2. & leg. denique, §. interdum, de pec. leg. & l. Proculus, ff. de vsufruct. ad quæ optime respondet ibi Ioan. de Imo. & in cap. cum tibi, de testa. vbi sequitur Bald. hic, & dicit se ita consuluisse Forliuij. vide Bald. in repetitio. cap. si pater, de testa. libro sexto vbi sequitur, quod hic voluit. vide Dom. Cardinal. in dicto capitulo, cum tibi, vbi refert se consuluisse, sequendo opin. Bald. hic, vide Salyc. hic in quinta quæst.

b Pretium. Sed ad hanc rationem patet responsio ex no. per Bart. in q. incip. filium adultum, in vers. 3. sciendum est, &c. & etiam, quia in vniuersalibus pretium succedit loco rei, & sic loco hæreditatis venditæ, l. si & rem & pretium, ff. de petitio. hæred.

c L. illud Dic, q̃ illa lex non facit, quia ibi loquitur in lucro, non in pretio unde pro hoc dicit facere, quod habetur in l. 1. & 2. li. p. de hæred. vel act. ven. quæ non probat, si recte inspicitur, vnde in contrarium facit, quia in vniuersalibus pretium succedit loco rei, & hoc loco hær. vt dixi sup. preti.

d Grauatus. Caue per no. per Bar. in l. qui duas. in fi. ff. eo.

e And. Barb. Tertio gl. An conditio, sine liberis, comprehendat pupillarem ætatem. Sed potest dici, q̃ per verbum, intestatus, comprehẽditur pupillus, vt l. 1. ff. de suis, & leg. vide Bar. & do. Io. in l. Centurio, ff. eo.

f Verum verba. Vide per Bar. in l. Centurio, vers. quid si testatur sic substituas, & ibi per alios. in prin. ff. eo.

g Arg. No. Bar. & Doct. in l. in pupillaris in fi. ff. eo.

h Pupillaris. Vide Bar. in l. in pupillari. in fi. ff. eo.

i Item no. Vide Bar. in l. Lucius, & in l. Centurio, in ver. quarto, circa prædicta dixi, ff. eod.

k Videtur quod non. Vide Bal. in l. 1. §. pro secundo, inf. de cadu. tollen. & Bart. in le. Centurio, ff. eod.

l Tu dic. Ista conclusio bene procedit, quando nõ apparet, quod onus fideicommissi sit iniunctum filijs filiorum per not. per Bar. in d. leg. Centurio, [illegible] tangit. sed ubi onus fideicomissi esset iniunctum filijs filiorum de[illegible] sine liberis, tunc uidetur quod non ualeat, quia non sunt honorati, [illegible] fi. hic alle. & Lab eo, inf. de fideic.

m Item quæritur. Rap. in l. Cẽturio, ff. eo. refert, quod Bar. hic dicit, q̃ valet iure [illegible] commissi. postquam non potest ualere alio iure. sed dicit Rap. [illegible] placet sententia Bar.

a & hoc [a] qđ dicit Bar. est verum, si habet conditionem directā, vt si decesserit in pupillari ætate, sed si dicit, quandocunq; decesserit, tunc tanquam particulare ad vniuersum traham, nam nō b posset trahi in omni ætate, quia tempus pubertatis [b] fideicommissum speciale significat, quia fideicommissum particulare non includit uniuersale, & propterea non continet hoc casu ta- c citam uulgarem, [c] quia fideicommissum non continet vulgarē 67 & ita de facto cōsului.† Venio ad ultimam glo. quæ ponit differentiam directe & obliquę. est & alia differentia, quia si nemo adiret, fideicōmissum esset inane, nam bona uacantia non possunt restituere seipsa. Secundo ponit opin. Guard. & reprobat eam, & dicit φ compendiosa continet expressas collectas, non dinumeratas uoce. & propria tamē compendiosa, idem est dicere, quod vox communis & generalis. Tertio tangit de breuiloqua, & de intellectu l. Lucius. & quare mater ibi excludatř, & ponit duas opin. una est ratio urgens, quia breuiloqua habet in suo sinu directam, quia interdū homo plus significat quam loquatur, & quandoque plus portatur in pera, quam in manu; & quia generalia exprimuntur per specialia, vt ff. de leg. 3. leg. si chorus. Alia ratio est, quia maior affectio, quę est ad filium substitutum, uincit minorem affectionē, quæ est ad uxorem. & licet ad matrē sit affectio legis, tamen affectio testatoris uincit affectionem legis, non dico iussum legis, sed permissum legis.

ADDITIONES.

a Et hoc. Scilicet in contingentia facti, & in exitu. alias Bald. contradiceret Barto. & sibimet, & etiam Saly. hic tenet contra Bald. quia compendiosa, semper continet pupillarem, ut hic.

b Tempus pubertatis. Retenta opi. Io. And. in c. si pater, de testa. in 6. quod compendiosa facta impuberi per uerba directa, post pupillarem ætatem trahatur ad fidei commissum.

c Vulgarem. Verum est si esset tantum fideicommissaria, quæ est contraria vulgari. cum fideicom. non habeat locum, nisi hæred. adita, & nunquam trahitur ad directam, ut no. in l. uerbis, ff. eo. sed ista subst. tutio per verba directa, dico, quod sit fideicommissaria si post pubertatem secundum Io. And. tamen continet etiam uulgarem, vt patet etiam ex rationib. Bar. in l. Centurio, ff. eod. dum quærit an contineat uulgarem.

LEX IX.

1 *Substitutio an dicatur recte exemplaris.*
2 *Substitutio exemplaris dissonat in pluribus a pupillari quam consonet.*
3 *Effectus rei debet magis attendi, quam origo.*
4 *An qui non potest per se possit per interpositam personam.*
5 *Pater & mater bona furiosi non possunt alienare.*
6 *An quod non potest fieri inter viuos nec per vltimam voluntatem.*
7 *Bona venientibus ab intestato iniquum est auferre.*
8 *Substituere vnum filium & alium exhæredare, est valde iniquum.*
9 *Furiosus non potest hæreditatem adire.*
10 *Legatario incumbit onus probandi hæreditatem aditam.*
11 *Mater non potest substituere exemplariter.*
12 *Mater non habet administrationem bonorum filij.*
13 *Substitutus a patre, in dubio debet præferri.*
14 *Similium eadem est natura,*
15 *Mentecaptus dicitur dupliciter.*
16 *Mutus non potest testari.*
17 *Prodigus & dolosus, non possunt testari.*
18 *Substitutio exemplaris dicitur minus præiudicialis, quam pupillaris.*
19 *Substitutio an fieri possit præterito.*
20 *Testator, vbi facit mentionem legitimæ, videtur semper ius considerasse.*
21 *Declarationem iuris potest committi sapienti, & non supplementum facti.*
22 *Institutio furiosi habet in se tacitam conditionem, si reuertatur ad sanam mentem.*
23 *Substitutio exemplaris includit vulgarem, & priuationem primi hæredis requirit.*
24 *Substitutio vulgaris in exemplari contenta, porrigitur ad omnia.*
25 *Nepotes si sunt mente capti possunt præteriri.*
26 *Testamenti factio debet esse libera.*
27 *Substitutionis inofficiosa querela, an sit locus.*
28 *Morbus si cessat, & non radix, quis non dicitur sanatus.*
29 *Testamentum furiosi ad hoc quod sit nullum, non est necesse quod decedat in furore.*
30 *Qualitas requisita loco demonstrationis sufficit momento temporis esse vera.*
31 *Qualitas, quæ respicit originem officij requirit successiuam veritatem.*
32 *Causa substitutionis exemplaris fuit humanitas & exemplum similitudinis cum pupillari, & fauor miserabilium personarum.*
33 *Substitutio exemplaris, qualiter differt ab alijs substitutionibus.*
34 *Substitutio exemplaris & pupillaris, qualiter differunt.*
35 *Hæres acquirens, & persona agens qualiter differunt.*
36 *Substitutio exemplaris habet similitudinem cum pupillari, in ratione motionis.*
37 *Substitutio exemplaris habet similitudinem cum pupillari in ordine dispositionis, in modo descentionis, in casu infirmationis, in necessitate successionis. & in alijs*
38 *Substitutio exemplaris & breuiloqua differunt.*
39 *Mater, quæ transijt ad secunda vota, filio furioso potest substituere pupillariter.*
40 *Matri filio communi patrem furiosi, an possit substituere.*
41 *Pater et mater si eandem fecerint substitutionem filio furioso, ad eius cōfirmationem non est necessaria mors utriusque.*
42 *Pater si substituit unum, & mater alium, vtroque mortuo qualiter bona debeant diuidi.*
43 *Ius accrescendi inter substitutum patris, & matris, an habeat locum.*
44 *Substitutio non rumpitur, quamuis pater sicut filius sit furiosus.*
45 *Monachus filio potest substituere.*
46 *Filius sui iuris, patri vel matri furiosæ non pōt exemplariter substituere.*
47 *Frater fratri non potest substituere.*
48 *Substitutio exemplaris filio naturali furioso, an possit fieri.*
49 *Substitutio exemplaris, non potest fieri posthumo sub conditionem, si mutus moriatur.*
50 *Substitutio exemplaris. an rumpatur si furiosus post furorem fuit decapitatus.*
51 *Filius si ante furorem fecit testamentum, eo facto furioso pater non potest ipsum reuocare.*
52 *Mater in substituendo præfertur auo, nisi sit vilis persona.*
53 *Substitutum non potest fieri prodigo.*
54 *Substitutio exemplaris an possit fieri monacho.*
55 *Substitutio exemplaris quibus verbis potest fieri.*
56 *Substitutio exemplaris potest fieri per verbum commune.*
57 *Substitutio concepta per verba communia, concipit directam & obliquā.*
58 *Locutio indefinita potest adaptari ad plures casus.*
59 *Substitutio exemplaris, an possit fieri in codicilis, & vtrum facta in testamenta possit reuocari in codicillis. & 60.*
61 *Substitutio exemplaris, an possit fieri alio die, & loco quam institutio.*
62 *Substitutio exemplaris an possit fieri in re certa.*
63 *Substitutio exemplaris facta in fundo omnino extranei, per hæc uerba, hæres esto in fundo Martiani, an trahatur ad uniuersum.*
64 *Fructus, an ueniant in exemplari substitutione.*
65 *Substitutio exemplaris, non solum comprehēdit bona testatoris, sed etiam alia undecunque quæsita.*
66 *Substitutio exemplaris aliqua potest inueniri tacita.*
67 *Substitutio exemplaris an contineatur in expressa pupillari.*
68 *Substitutio tacita pupillaris, continetur in exemplari.*
69 *Substitutio exemplaris in casu indiuiduo facta, complectitur totam suam speciem.*
70 *Prodigus nemo esse potest nisi habeat intellectum.*
71 *Substitutio exemplaris non rumpitur per natiuitatē filij naturalis furiosi.*
72 *Quid si nascitur legitimus & moriatur, an rumpat substitutionem.*
73 *Pater pupillo usurario manifesto, an possit substituere.*
74 *Substitutio exemplaris, si post furorem superuenit mentis tranquillitas, si postea uenit furor, an postea reconualescat.*
75 *Substitutio exemplaris filio frenetico, an possit fieri.*

Humanitatis. Exemplaris substitutio descendentibus mentecaptis, saltem in legitima institutus, potest fieri a parentibus vtriusque sextus de quocunque, si mentecapti prolem non habent, neque fratrem, vel fratres sanæ mentis & non potest rescindi per querelam; & cessante dementia, cessat substitutio. Si autem mentecaptus habet liberos, vel fratres sanę mentis, de his, scilicet liberis, si extāt, vel fratribus, si liberi non extant, oportet, substitui. hoc dicit. Not. primo hanc substitutionem dici exemplarem. Secundo nota. φ est introducta humanitatis causa, ex mera legis indulgentia. Tertio no. quod hæc substitutio potest fieri a parētibus vtriusq; sexus. Quarto not. quib. fiat hęc substitutio, quia mentecaptis. Quinto not. quod de esse huius substitutionis est, quod ille, cui fit, sit institutus saltem in legitima, Sexto not. de quibus debet fieri: nam si non est proles, neque frater sapiens, de quolibet, si aūt sit proles, de prole, si autem sit frater, de fratre. Item not. qđ hæc substitutio non potest infringi per querelā inofficio. test. si 1 Item no. quod cessante morbo, cessat substitutio.† Modo venio ad oppositiones: & primo oppono contra nomē substitutionis, & uidetur, φ incongrue dicatur exemplaris: nam oē sumptum ex aliquo, dicitur exemplum, non exemplar, vt not. ff. de fide instr. l. 2. & de condi. & demonst. l. in testamento. ergo ista substitutio debet dici exemplata, non exemplaris. tenet consequētia pro tāto, quia deriuatur a pupillari, vt Insti. de pupil. subst. §. qua ratione. Sol. aliquid sumi ex aliquo, pōt intelligi scilicet formaliter, vt sit illius imago & expressio, & formatum dicitur exemplum. Secundo modo productiue, siue effectiue, sicut opus sumitur ex artifice: tunc non dicitur exemplum, sed dicitur opus. Tertio modo similitudinarie, & tunc potest dici exemplar, quia habet per se principiū sui esse, licet in quadam similitudine conueniat cum eo. vnde habet occasionem essendi. Ista ergo substitutio dicitur exemplaris, idest, similitudinaria, quia habet simi- 2 litudinē cum pupillari. † Secundo oppo. quandocunq; aliquid discordat in pluribus cum aliquo, quam concordat cum illo, illud non debet dici simile, vt ff. de sta. hom. l. quæritur. sed exemplaris substitutio in pluribus dissonat a pupillari, quam, sonet, ergo non debet dici similis. Quod autem in pluribus dissonet, φ sonet, infra patebit. Secundo, nomina imponuntur secundum originalem rationem, quasi secundum rationem seminariam,

quia

possit substituere filio? Dic quod sic, vbi sibi potest testari: secus in fratribus mendicantibus, quia nunquam possunt sibi testari, ergo nec filio, ut dixi in auth. si qua mulier. 45 † Nono quæritur, vtrũ filius sui iuris possit substituere exemplariter patri, uel matri furiosæ? Dñi Docto. quod non: quia nulla lex hoc permittit: ergo nec nos permittere debemus, cum istud sit ponere falcem in messẽ alienam, quod non licet, nisi impetraretur a Principe, ar. d. l. ex facto. Aduerte ad aliam rationem, nam substõ ista habenti liberos debet fieri de liberis: ergo liberi substituent seipsos, quod est 46 impossibile. † Decimo quæritur, an frater possit substituere fratri, an maritus furiosæ vxori? & dic quod non, ff. de cur. fur. l. ab agnato, quia de liberis, & parentibus lex loquitur, ergo cessat in aliis: quia est indulgentia, vt hic, quæ non debet extendi, vt l. si vero, §. de viro, ff. sol. mat. 47 † Secundo videamus *a* de personis, quibus fit substitutio exemplaris: & primo, an pater possit substituere filio naturali furioso? & videtur, quod non, quia extraneus, cum nullo iure agnationis, vel cognationis ei attineat, vt ff. vnde cog. l. si spurius, & l. hac parte. Item tex. loquitur de filio, cui debetur legitima: sed naturali tantum nulla debetur legitima, ut l. 1. §. 1. c. de contratab. in gl. Item ad hoc facit ff. eo. l. Lucius, i. respond. Item forma tradita est, quod instituatur filius saltem in legitima: sed hanc formam non potest seruare pater in filio naturali, cum eius nulla sit legitima. Ex commemoratione autem legitimæ apparet legem de iustis liberis sensisse, ad quos legis prouidentia fauorabilius adaptari consueuit, ut sup. de inst. & substi. l. generaliter, §. fi. & ff. de ri. nup. l. lege Iul. §. nec distinguitur. In contrariũ facit l. fi. sup. de confir. tu. nam natura communis est, ut ff. de accu. l. hos accusare, §. fi. Item permittitur matri, ergo & patri; quia 48 ista lex pariter permittit parentibus vtriusque naturæ. † Ex hoc sequitur, quod etiam spurio, qui non esset natus ex damnato coitu, pater possit substituere, & si dicatur, non potest probari, quod filius sit spurius. Respon. verum est, per intrinsecas causas: sed per extrinsecas sic, de fi. presbyt. cap. Michael. & de eo, qui dux. in matrimonium quam pol. per adul. c. cum haberet, in fi. Non ob. de sta. ho. l. vulgo, quia illa lex loquitur de iuris fictione, non de naturali veritate. Aduerte, cum spurius non possit a patre institui, ergo nec ei substitui exemplariter, sed vulgariter sic, l. a. supra de hæred. instit. 49 & ibi no. † Secundo quæro, an exemplaris substitutio possit fieri posthumo sub conditione, si mutus & surdus moriatur, sicut est Perusij, quia quidam architector nunquam generauit aliquem, nisi mutum & surdum a natiuitate? Respon. non, quia tempore mortis testatoris (quod tempus attenditur) iste est pupillus: ergo debet ei substitui, tanquam pupillo, ff. de m. l. qui habet. Ista ratio parum valet, quia non concludit, nisi durante pupillari ætate: sed illo muto moriente post pupillarem ætatem nil concludit arg. puto ergo, quod pater possit vtroque tempore prouidere, ar. de conditio. & demon. l. pater Seuerinam, §. conditionum. 50 † Tertio quæritur, *b* si furiosus ante furorem occidit hominem b pro quo homicidio post furorem fuit decapitatus, an rumpatur substitutio exemplaris, quam pater ei fecit? & videtur, quod sic: quia decessit seruus pœnæ, de inoff. testa. l. si quis filio. In contrarium c facit: quia processus *c* contra eum non potest fundari, cum non possit lit. contest. quia caret sensu, & idem in muto surdo a natiuitate. Nec obst. decapitatio: quia quod de facto fit, non irrogat seruitutem, vt dicta l. si quis filio. vers. quod si quis fuerit damna 51 tus illicite. † Quarto quæritur, *d* filius sui iuris fecit testamend tum ante furorem, postea eo facto furioso, pater vel mater vult illud reuocare, & alium substituere quæritur an possit? & videtur, quod non indiget aliena prouidentia, cum ipse sibi prospexerit. Item ad hoc. ff. eo. l. ex facto, dic quod ex causa superuenienti, & cui e denti *e* potest mutare: alias non, argum. ff. man. l. si hominem. 52 † Quinto quæritur, quis præferatur in substituendo an mater, vel auus maternus? Dic in dubio matrem præferri, nisi esset vilis persona, sicut præfertur in tutela. & successione, nisi ista mater esset in potestate istius aui: quia tunc non posset ipsa, sed auus. lex ergo nostra intelligitur secundum charitatem ordinatam 53 prospicere, argumen. ff. de lib. & posthum. l. Gallus. §. r. † Sexto f *f* quæritur, *g* an mater possit substituere prodigo. cui est bonis g interdictum, vel pater prodigo emancipato? Quidam dicunt, quod nõ Barto. quod sic. argumen. ff. de cur. fur. l. si furioso pubes. si insanabili prodigalitate torqoetur, quia furiosum facit exitum, vt de tu. & cur. da. ab his l. is qui, §. finali, & argumen. de admin. tu. l. inter bonorum, & hæc vera, nisi sit prodigalitas, vel 54 dementia simulata, vt ff. de cur. fur. l. obseruare. † Septimo seh quitẽ, *h* monachus furiosus est institutus a patre, quæritur an possit ei exemplariter substitui; & videtur, quod non, quia est in potestate Abbatis, vnde non potest habere substitutum hæredem. Item quia monasterium habetur loco filij, vnde extraneus non potest substitui. Item quia habet conditionem, si decessent sine liberis, vt dicta l. ex facto, sed non decedit sine liberis, qui monasterium habet hæredem, vt extra de probatio. capitu. in præsentia. Solu. valet ista substitutio iure fideicommissi, non vt exemplaris, argumen. not. ff. de vulgaris substitutio. lege verbis ciuilibus. Non obstat, §. sed hoc præsenti. quia hic fuit institutus post monachatum, ibi ante. vnde non est hic timor, ne impediatur religio. Item pater erat certus de monachatu, & de tali statu cogitauit: alias non posset relinqui monachis cum aliquo grauamine, quod est falsum, vnde §. sed hoc præsenti, loquitur in casu improuiso a testatore: sed hic erat casus prouisus, & ideo valet substitutio, vt valere potest, id est, vt eo decedente in furore, restituatur hæreditas, vt ff. ad Trebellia. l. cum hæres, & supra de vsufruct. l. ambiguitatem, in glos. in verbo, humanissimum.

55 † Tertio principaliter *i* est videndum, quibus verbis fiat exemi plaris substitutio. & certum est, quod exemplaris substitutio est directa; & ideo fit verbis directis, vt si filius meus in furore decesserit, talis sit ei hæres, vel talis sit mihi hæres, vel impersonaliter dicendo, talis sit hæres, licet non adijciat testator verbum, filii, vel mihi, vt ff. de se. tab. l. si ita. §. qui filio. & de hæred. inst. l. fin. Idem si dicat, talem instituo, vt de lib. & posthum. l. Gallus, §. t. & in cap. primo de testamen. lib. 6. in verbo, instituendo. Idem si dicat. constituo, vt leg. precibus, in versic. constituit. Idem si nullum apponat verbum principale, quia suppletur directum, vt ff. de hæred. insti. l. prima, §. pen. & fin. Idem si apponat verbum, 56 moriatur, vt dicto capitu. primo † Et no. de natura verborum directorum, supra in l. proxim. in glos. penult. Item fit exemplaris per verbum commune. s. substituo, quia omni tempore exemplaria potest valere iure directo; quia totum tempus furoris est vnius, & eiusdem qualitatis, & naturæ: nulla enim ratio obliquationis interuenit, & ideo est directa tota; quia vbi non est ratio diuersitatis, ibi non est ratio assignanda, arg. l. prima, in fin. ff. de lib. præte. & ff. de verb. obl. l. a Titio. & ad leg. Aquil. l. illud. Sed K pone, *k* quod mutat speciem dementiæ, puta ex quieta dementia in furibundam; sed certe hic variatur qualitas morbi, sed non morbus, vnde hic vna, & eadem est substitutio, ar. ff. de mili. test. 57 l. quod dicitur, §. primo, ibi, quasi coniunctim. † Verba communia sunt neutri generis, id est non præcise directi, nec præcise obliqui. & sicut in grammatica neutrum genus concipit masculinum, & fœmininum, vt no. in l. prima si seruus extero. ita verba communia concipiunt directam & obliquam substitutionem, & pariunt postea secundum quod casus tulerit; nisi ex coniecturis mentio testatoris appareat ad vnum casum simpliciter l limitata; quod dic, vt dixi in l. precibus. *l* Mirabile dicam, quod pot fieri substitutio aliquo casu directa per verba uere obliqua. Exẽplum, dicit testor, si filius meus in furore decesserit; ego testator hære-

ADDITIONES.

a And. Barb. Secundo videamus, An pater poterit filio naturali substituere, vide Angel. in d. l. ex facto, qui tenet quod non pot, sequitur Dom. in d. c. Raynutius, nisi esset magis illustris, per l. si qua illustris, inf. ad Orfi.

b And. Barb. Tertio quæritur. Et an furiosus poterit exhæredari propter ingratitudinem ante furorem commissam, videtur text. no. quod sic, in l. fin. §. cum antiquitas, supr. de cur. fur. coniuncta l. si quis in suo, supr. de inoffic. test. nam ibi dicit, quod furiosus non pot. si exhæredari, sed in l. fin. §. cum antiquitas, dicitur, quod sic, ergo de eo, quod commisit ante furorem, ita dicit notanter Dom. Ioan. in d. l. ex facto.

c Processus. Vide Imo. in l. ex facto & ibi dixi, ff. eo. & in quantum hic dicitur de muto, vide Bal. in l. 1. inf. de confes.

d Quæro. Facit l. 1. §. exigit, cum ibi no. ff. de bon. pos. sec. tab.

e Euidenti. Idem dicit Imo. in c. Ray. extra de testa. & dicit, quod nulla esset causa reuocandi, quando institutus in illo testamento, post testamentum offendisset grauiter ipsum filium, arg. l. 3. in fi. & l. ex parte, ff. de adim. leg.

f Sexto. Vide Bald. inf. ea. l. ver. seu pone.

g And. Barb. Sexto quæritur. Adde quod Guil. de Cun. tenet, quod non potest prodigo, nec muto substitui, licet contrarium dicant Doct. communiter. Ang. tamen in d. l. ex facto. tenet, quod non potest, nisi impetretur a Principe, per l. ex facto. nam per hanc l. non est prouisum muto, nec surdo, nec prodigo, ergo stamus iuri antiquo, videlicet l. ex facto, vide Ioan. And. in dicto cap. Raynutius, & ibi Dominum Io. de Imo.

h Septimo. Facit quod no. Bar. in repe. l. ex facto. in vle. dicto, ff. eo.

i And. Barb. Tertio principaliter. Et an possit substituere vnum de filijs mentecaptis glo. hic tenet, quod omnes, Dom. Io. in l. ex facto, tenet quod vnum sufficit, quia illa lex loquitur de fratribus & filijs, & in fratribus, sufficit vnum substituere, ita dicendum de filijs, vt æqualiter determinet. Et adde, quod si filij sint insipientes, nõ valet substitutio per tex. illum a contrario sensu. Et si relinquitur vni legitima, an possit fieri illa substitutio. Angel. in l. ex facto, per illum tex. tenet quod non & bene facit gl. hic posita, & sequitur Dom. Io. ibidem, & quid in milite, vide Bart. ibidem, licet aliter teneat Angel. & ibidem tenet Dom. Io. quod filio impuberi furioso, & emanci. pater non potest substituere, licet Doct. contrarium teneant, quia tunc est impedimentum incapacitatis filij, & quia pater non potest, quia non est in sua potestate. Sal. tene glo. quod omnes filios debet substituere, alias non valet, & mouetur, quia substitutio euanescit posthumo iam nato, vt l. ex facto, in princ. ff. eod. ergo nulla est, filio iam nato prætentio Secundo, quia hæc substitutio non debet filijs esse damnosa, vt d. l. ex facto. Tertio, cum hæc substitutio trahatur ad bona filij, vt hic dicitur, ergo testamentum debet dici ipsius filij, non patris. Nec obst. §. sed nec impuberis, quia ibi loquitur in pupillari, hic in exemplari. Item, quia hæreditas est magis debita filijs, quam matri. Quarto, ne vni ex filijs hæreditas auferatur, & alijs concedatur, l. assiduis, infra qui pot. in pign. habe. Item ne odium conuertatur inter auum & nepotes per eum exclusos, contra l. illud, §. 1. de iure cod. & responde ad illam legem, vt vnum instituat in vniuerso, alios vero in re certa, vel legato.

k Sed pone. Vt col. pen.

l Mirabile. Facit ad no. in l. verbis, in gl. & per Doct. ff. eo. & in terminis per Sal. in repet. l. precibus. in materia vulgaris, sup. eo. ubi contrarium tenet, vide Bar. in l. quæ rebatur, ff. de test. mil.

a hæreditatem meam Titio restituo. ista est directa, a quia non significat medium hominem restituentem, sed ipse testator per se confert immediate manu sua, & non extranea, nec mireris, quia verbum restituo, quandoque applicatur ad significationem directi, ff. qui satisd. cog. l. inter omnes. & J. de iu. deli. l. 3. in fi. Item si, dirigam ipsi hæredi, dicendo, si hæres non eris, hæreditatem restib tuas. ista est directa vulgaris, b vt d. le. inter omnes. quia refertur 58 ad restitutionem facti, non ad restitutionem iuris. † Secundo c quæritur, c si testator ita simpliciter dicit, filium meum hæredem instituo, & ei Titium substituo, erat autem filius testatoris furiosus, tamen testator non fecit mentionem furoris. & videtur quod ista substitutio sit vulgaris tantum, vt leg. Gallus, §. j. de lib. & post. In contrarium uidetur, nam indefinita locutio est apta ad plures casus, s. vulgarem, & exemplarem. & si absque liberis moriatur sanæ mentis, est apta ad fideicommissariam, arg. de insti. & sub. l. generaliter. quod ergo potest multipliciter intelligi, debet in omnem casum intelligi, cum substitutiones, & testamenta sint latius interpretan. de reg. iur. l. in testamentis. quod verum credo. Non ob. l. Gallus. quia ibi substituebatur sub conditione mortis in vita testatoris contingentis, cui non potest substitui per fideicommissum, quia qui viuo testatore moritur, non potest adire hæreditatem, vnde non potest grauari. & sic substitutio necessario erit directa, quia directa substitutio non est grauamen. ista ergo substitutio confusa, est substitutio mixta ex pluribus qualitatibus substitutionum, uno verius loquendo non est mixta, sed implicita, sic 59 ff. de lib. & posthu. leg. 3. §. in eo, qui militauit. † Sed nunquid ista exemplaris fieri potest in codicillis? Videtur quod sic, quia fit liberis tantum, arg. ff. de mili. test. l. miles codicillis in princ. dic contra, ut hac l. humanitatis in verbo, testam. & speciale est in milite, etiam inter liberos codicillantes, ergo in contrarium est ius commune. Et est ratio, quia codicilli non sunt apti ad hoc, vt lenon codicillum, J. de testam. Et ratio rationis est, quia lex non vult, nec debet velle subiicere accessorio principali, vt J. de necess. ser. l. quidam, § 1. de iure cod. l. quod per manus. & ff. ad Treb. le. 60 Scæuola. Et per hoc † Etiam dico, quod non potest substo, exemplaris facta in testamento, in codicillis reuocari, & sic non curamus de nomine, imo de mente, quæ per nomen significatur: quia ciuilia nomina retinenda sunt in sui natura, vt ff. eod. leg. verbis ciuilib. sed Barto. dicit codicillos habere vigorem testamenti d inter liberos quod falsum d est: nam quare distaret ea imperfecto testamento. si idem esset in codicillis, nisi isti codicilli essent testamento expresse confirmati? vt l. illa institutio. de cond. insti. 61 & ff. de hær. inst. leg. asse toto. † Sed nunquid exemplaris substitutio posset fieri alio die & loco, quam institutio? Dic quod sic, vt 62 leg. si quis eum, §. fi. ff. de vul. sub † Quarto principaliter quæro, in quibus rebus fiat. & primo quæro, nunquid substitutio exemplaris possit fieri in re certa? Respon. si fiat verbis ciuilibus & directis, vt per verbum, hæres esto: vel te hæredem instituo, trahitur ad vniuersum, secus si per verba directa, non tamen ciuilia, vt per verbum, habeto, sumito, percipito: nam tunc est legatum, non autem est directa, & vniuersalis substo, vt ff. de vul sub. l. cohæredi, § fi. & ad Treb. l. cogi. §. & generaliter. per Dyn. & de vulg. sub. l. Centurio. & de hæ. inst. l. illa institutio. per Bar. Vnde leg. 1. §. si ex fundo, ff. de hæ. institu. non habet locum nisi in verbis præcisa significatione directis, quæ verba ciuilia vocantur, quæ nascuntur cum isto intellectu, vt sint directa. Secus in alijs verbis, quæ non habent istam interpretationem natiuam sed datiuam, sicut casus dat, quia non trahuntur ad vniuersum, licet quandoque interpretentur esse directa ciuilia enim & directa sunt potentiora, quam directa non ciuilia, secundum Barto. tu dic, vt dixi in leg. 63 precibus. † Secundo quæro, si est facta in fundo omnino extranei, per hæc verba, hæres esto in fundo Martiano; an trahatur ad vniuersum. & videtur, quod non; quia demens videtur iste testator, vt d. l. fin. de hære. insti. vt ibi. Sed puto quod valeat, quasi videatur institutus in æstimationem fundi, vt ff. ad leg. Falc. le. a- 64 lienus. † Tertio quæro. an in exemplari substitutione veniant fructus? Dic quod sic; quia in omni substitutione directa veniunt fructus extantes, de vulga. substi. leg. Centurio. in substitutione fi- 65 deicommissaria die, vt leg. mulier. §. sed. n. ad Treb. † Quarto e quæro, an veniant e non solum bona testatoris, sed alia vndecunque quæsita? & dic, quod veniunt omnia, ne furiosus decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus. Item quia est similis pupillari. tamen hoc interdum fallit, vt patet ex dictis s. facit ff. eod. le. sed si plures, §. sed ad substitutos, alias nulla esset prouidentia furiosi, si non daretur sibi hæres a patre. Et not. quod hæres alius dicitur datus, vt quem pater dat filio; alius natus, vt filius qui nascitur hæres patris; alius factus, vt si faciam mihi hæredem extraneum, sicut in diuina scriptura dicitur in natiuitate Domini, puer 66 datus est nobis & filius natus est nobis. † Quinto principaliter f quæritur, an sit f reperire tacitam exemplarem, & an contineatur in vulgari expressa facta furioso tacita exemplaris? & videtur, quod non; quia lex loquitur de tacita pupillari, & non de tacita exemplari. ff. de vulg. & pup. leg. iam hoc iure. & non possumus legem facere, vbi facta non est a Legislatore, vt in Authen, de non eligen. secundo nuben. §. Gregoria. Contra videtur propter similitudinem, nam similitudo expressa in lege, id est quando lex determinat, quod aliquid sit simile, trahit statim in vno ad sibi simile, vt not. sup. de fur. l. si quis seruo, & l. finali, de ind. ui. & l. his solis, de reuoc. do. & si furiosus non est hæres, succeditur, substitutori ex vulgari, & ipsi furioso ex exemplari; & sic vulgari adiicig tur, & admittit sibi exemplarem. Sed pone, g furioso factam substitutionem fideicommissariam & vulgarem, vt sup. ad Tre. l. non iustam. & quod curator furiosi petijt secundum tab. & sic expirauit vulg. ff. ad Trebel. l. cum hæres instituta tamen exemplaris perseuerat. de legatis autem particularibus dic, vt de leg. 2. l. 67 Licinius Locusta. † Sed quæro, an in expressa h pupillari contih neatur exemplaris? i Dic si potest valere iure pupillaris non coni tinere exemplarem; sed si non potest valere vt pupillaris, quia facta filio emancipato, vel a linea materna; tunc valet, vt exemplaris, supra de hæred. inst. l. fina. usque ad pubertatem, & non vltra propter taxationem temporis, argum. de legat. j. l. quod 68 fideicommissum. † Tertio quæro, an in exemplari contineatur tacita pupillaris; Dic quod sic, quia tunc verba, si in furore decesserit, compendiosa sunt, & includunt propter indefinitam locutionem quicquid potest personis & temporibus conueni- 69 re, argu. d. c. si pater, de test. lib. 6. † Quarto K quæritur vtrum K exemplaris facta in casu indiuidui, complectatur totam suam speciem, ita quod si dictum est, si decesserit in eo furore, in quo erat tempore testamenti, & ipse decesserit amens furore deposito, habeat locum substitutio; & uidetur quod non, quia indiuiduum derogat speciei. ff. de leg. 3. l. hæres meus, §. duæ statuæ. In contrarium uidetur s. tt. t. l fin. & de lib. & posth. l. Gallus, §. & quid si tantum. Item quia idem uidetur morbus, cum sit ex eadem materia, ut ff. loca l. maritus. Item si testator cogitasset, æque prouidisset, J. de posth. hæ. inst. l. fina ff. de tute. l. quæsitum. & su- l pra de nup. l. furiosi. Quinto l quæritur, quid si ex furioso factus est prodigus; Dicit Bart. idem casus enim est similis est expresso, ergo idem ius arg. ff. de cond. ob cau. l. si extraneus, supe. de insti. & sub. l. si mater, ff. man. l. fi. & de cond. & demonst. l. in 70 testamento, el 1. Sed uidetur contrarium, quia † nemo est prodigus, nisi habeat intellectum, licet tendentem in paruum statum, ergo & recuperauit mentem, & illo instanti fuit rupta substitutio. nec ergo conualescit, ut infra de posth. hæred. inst. l. a. Guil. etiam dicit, quod prodigalitas est morbus uoluntarius; quem

prodigus

ADDITIONES.

a Directa. No. per Bar. in l. si sup. de sacr. eccl.
b Directa vulgaris Pro ista opi. facit, quia si substitutio dubia interpretatur in directa vt est gl. sing. in l. verbis, in fi. ff. eo. & per hoc mag. placet op. Bald. quam Gu... retuli sup. tamen a ll. inter omnes, potest responderi, quod ibi possidebat filie de facto & uide Bar. in l. quærebatur ff. de tes. mil. test.
c Secundo quæritur. Vt no. per Bar. in l. Centurio, in ver. quæro vtrum substo compendiosa facta per verbum cõe contineat vulgarem, cum sequ. & in l. ex facto in ver. 2 principaliter quæritur. ff. eo. sed Imo. in c. ap. Ray. extra de test. ... in materia breui loquæ dicit, quod non putat opi. Bald. hic veram, quia non vi. quare magis ... casu hæc substo comprehendat fideic. ex quo est simpliciter facta, ... substo reciproca fit simpliciter, quo casu comprehendit vulgarem tantum, vt no. Barto. & Doc. in l. Lucius, in pe. q. ff. eo. per ... iam hoc iure, ff. eo. & ideo putat, quod in casu isto substo hæc non contineat fideic. in dubio, sicut nec reciproca simpliciter facta, cum eadem ratio videatur vtrobique, & per consequens idem ius, per ... illud, ff. ad ... Aqu. & sic solum continebunt ... pupillaris, & exemplaris, & quod dicit esse mens te... nondum. adde Bal. ... ad l. Gallus. §. quidam ... de li. & posth. quia licet ibi nulla esset facta mentio a testatore, si filius viuo testatore decederet, tamen est verum, quod oportebat sic intelligi, quia erat consilium Galli ... plus obstabat d. l. iam hoc iure.
d Falsum. Et pro Bal. s. vi. text. in l. diui, in princ. ff. de iure codi. sed potest responderi, quod illo tempore sic erat inductum, quod posset ex imperfecta volũtate hæredes relinquere filio, sed per l. fi. sup. fam. ercil. fuit inductum contrarium, & per l. hac consultissima, §. ex imperfecto, sup. de test. fuit extensum ad matrem. & uide quæ scripsi post Imo. in l. fi. ff. de inu. rup. & ir. te.
e An veniant. Vide Bar. in l. ex facto, in versi. quarto principaliter, cum seq. ff. eo.
f An sit. Vide sup. ver. 2. quæritur. & Bar. in l. ex facto, ff. eo.
g Sed pone. Et illum tex. tene menti, quia sicut confirmatur fideicommissum vniuersale, & pater bo. pos. vice furiosi, ita cõfirmatur exemplaris substitutio. de quo vide Io. in d. l. ex facto. And. Barb.
h An in expressa. Vide quæ in fin. not. Bar. in l. 1. in fi. in prin. in 2 vlt. q. & in l. ex facto ff. eo.
i Exemplaris. Cum Bal. transit Imo in c. Ray. extr. de test. & dic, quod illud est tacite vi sentire Bald. in l. ex facto. in illa quæstio. an in expressa pupillari contineatur tacita exemplaris, per rationem illam, quia in hæredib. per similitudinem facile est transitus, vt ex no. hic, & per Bar. in d. l. ex facto dicit Imo. in dicto cap. Ray. patere, quod exemplaris continebit vulgarem tacitam, & etiam pupillarem tacitam, si ille cui fit, sit institutus, & impubes, & mentecaptus, & in potestate substituentis, vide quæ no. Bal. sup. ea. l. quod contineat vulgarem tacitam, firmat Bart. in dicta l. ex facto, uers. quarto principaliter, & c. & uide Salv. hic, & idem Bart. in d. l. ex facto, dum tractat quid si substituitur impuberi mentecapto.
K Quarto. Facit quod no. Barto. in l. 1. in 2. q. ff. eod. & cum Bal. transit Imo. in cap. Ray. ext. de test. & no. ad l. hæres. hic alleg. quod non loquitur in substitutione, in qua aliter est dictum per iura hic allega. & uide Bar. in l. ex facto, in quæstio. an sit reperire exemplarem partim tacitam, & partim expressam, & an possit fieri ... uide in col. 5.
l Quinto. Vide sup. in uer. 6. & in uer. sed pone.

prodigua potest curare, quandocunque vult; & ideo non indiget patris curatione, cum ipse per seipsum possit, ar. ff. de condi. inst. l. quia ratio. secus in morbo necessario. & ideo ꝯcludit Gui. ꝙ lex nostra non habeat locum in prodigo, quia suo vitio miser est, ar. j. de nec. ser. l. si. ego non teneo s. opin. Gui. quia ista culpa, quæ nemini nocet nisi sibi, non punitur, vt no. ff. de lec. ta. l. e. i. §. exigit. nec etiam in proposita quæstione teneo Bar. pp dictam a rationem a de ruptura substitutionis. † Sexto principaliter quæ 71 ro de ruptura huius substitutionis, & eius conualescentia. Et primo quæro, si nascitur filius naturalis furioso, an rumpat substitutionem. Dicit Barto. quod sic. Aduerte, naturalis iste requib rit, b ꝙ mater sit concubinali affectu retenta, vt le. in concubinatu, ff. de conc. sed furiosus non habet istam affectionem: ergo iste est spurius, non naturalis, & sic non rumpit. nisi ponas, quod erat concubina ante furorem & sic præsumitur perseuerare in prima affectione, ar. no. de acqu. poss. le. si is qui. non tamen dici c potest c ꝙ non rumpat, vt s. de inst. & sub. l. generaliter, §. fina. & 72 no. in l. j. responso. t. de contrata. † Secundo quæro, quid si nad scitur legitimus, d & moritur? Respon. si viuo testatore, conualescit iure prætorio; quia cessat causa impediens, & perseuerat causa disponens. de iniusto testa. l. posthumus. si autem post mortē testatoris, & furiosi; tunc secus, infra de posth. hæred. institu. l. a. si autem moritur inter duas mortes, post testatorem, & ante furiosum; adhuc conualescere puto, quia si testator, id est furiosus viuebat, ordinator testamenti præobiisset. istud enim testamentum valuit a principio & habuit esse, & ideo de facili reuertitur ad suum esse, arg. l. si vnus, §. pactus, in fi. ff. de pac. quia principium facit remansisse reliquias quasdam proprij esse, quasi 73 quoddam fundamentum, vt d. leg. posthumus. † Tertio quæro, si ante furorem publicæ fecerat vsuras, an ei furenti substitui possit, non facta cautione; & hoc idem posset quæri de pupillo manifesto vsurario, an pater possit ei pupillariter substituere; Et e idem potest quæri, si pater & filius erant fæneratores e ad pānellum, & pater fecit cautionem suam, sed non fecit cautionem filii, an valeat pupillaris, vel exemplaris substō: & uidetur ꝙ sic in bonis substituentis, non in aliis, ar. de vul. sub. l. si is, qui. & mirabile contingit propter impossibilitatem. sic s. de secun. num. le. s. 74 † Quarto quæro, f post furorem superuenit mentis tranquilf litas, sed parum durauit; an sit rupta substitutio, an vero conualescat? Videt ꝙ sic, si uiuo testatore hoc accidit; secus si mortuo, g ar. d. l. posthumus. & ita tenent quidā. Tu dic, g aut morbus fuit sanatus, & expirat substō, aut fuit velatus; & non expirat, sed latuit interim, aut fuit interpollatus, & interim cessauit, sed tandē h redut ad suum esse, vt de cur. fur. l. cum aliis. aut dubitatur, h & tunc refert, aut noua furioris conseruatio est priori quasi coniūcta, aut longo spatio temporis segregata. Primo casu p̄sumitur eadem causa morbi, scdo oīno diuersa, & ideo in primo casu ē substō iure ciui. durat, secundo casu finita est omnino. ad qd fa 75 cit, quod dixi supra qui testa. face. pos. leg. furiosum. † Quinto i i quæritur, nunquid filio frenetico ex rabie frenesis decedenti, possit fieri substitutio exemplaria? & vī ꝙ sic. nam licet æger sit corpore, furiosus tñ est contradictio, alias sequeretur, ꝙ cū quilibet in articulo mortis sit extra mētem, cum neminem cognoscit, ꝙ cuilibet in illo mortis articulo possit fieri substō exemplaris per parentes, quod est falsum. non ergo attendimus furorem breuem, sed prolixum, ob quem consueuerit dari curator. ar. s. de testa. l. cum antiquitas, & ff. de cond. & dem. l. si quis ita legauerit. in ratione sui.

ADDITIONES.

a Rationem. Intellige retento themate quartæ q. supra positæ. cum Bald. non respōdet a l. allegata per Bar. in l. ex facto, dum tractat, an prodigo possit substitui.
b Requirit. Vide quæ dixi post Bar. in l. ex facto, ff. eo.
c A. B. Non tamen dici potest. Et ibi vide gl. si. sed naturalis non admittitur contra voluntatem patris, sed præter sic.
d Legitimus. Vide quod dixi post Im. in l. ex facto, ff. e. & ipse tenet idem quod Bal. in c. Ray. extra de test. licet de Bald. non faciat mentionem. quod vide per Sal.
e Fœneratores. Intellige si erat doli capax, & proximus pubertati. alias cum vsura sit crimen, vt in cap. quia in omnib. extra de vsu. non cadit in ipso. leg. infans, ff. de sica. cum simil.
f Quarto quæro. Si post furorem superuenit mentis tranquillitas, & postea redit furor, an reconualescat exemplaris. adde quod Bar in leg. ex facto, indistincte tenet, quod sic, & eum sequitur Do. Io. And. Bar.
g Tu dic. Sed Imo. indistincte in c. Ray. de testa. tenet opi. Bart. maxime per istam legem, q̄ dixit, cesset, nō dixit, extinguitur. Nec obstat. l. maritus. cum ibi no. p glo. & Bar. ff loca. per quæ fundatur opi. Bald. quia ibi loquitur in alia materia, qū quæritur, an medicus qui promisit curare pro certa quantitate a morbo furoris, debeat habere mercedem promissam, si liberatus fuit infirmus pro certo tempore, & postea incidit in eadē infirmitatē, sed nos loquimur in materia substitutionis exēplaris, per quam succeditur ipsi filio mentecapto, & censetur esse fauor eius, vt habeat hæredem, ideo vī, ꝙ indistincte substitutio reconualescat. ita dicit Imo. contra Bal. etiam facit quod dicit supra ead. l. proxi. col. ver. quarto quæritur. licet ibi se restringat, tamen rationes suæ ibi hoc probant.
h Dubitatur. Dic ut post Imo. in l. ex facto, ff. eo. & ibi Bar. & vide sup. in 4. oppo. & in apost supra.
i Quinto. Sequitur Imo. in cap. Raynutius extra, de testa. & uide tex. hic in uer. perpetuo. & Ang. hic, qui dubitat de habente dilucida interualla.

LEX X.

1 *Substitutio pupillaris pluribus coniunctim facta, non resoluitur in singularitates.*
2 *Intellectus l. cum quidam.*
3 *Liberi filij puberis ex persona præsumpta testantis, excludunt substitutū.*
4 *Oratio si sumatur ex vniuerso, non verificatur in singulo.*
5 *Substitutus per se uocatur ex cuius libet persona.*
6 *Quod fit per se, per se interpretandum est.*
7 *Aequitas sumpta ex mente, præfertur rigori sumpto ex uerbis.*
8 *Determinatio una respiciens plura determinabilia respectu unius effectus, utriusque concursus requiritur.*
9 *Substitutio fideicommissaria facta pluribus tendens ad diuersos effectus, resoluitur in singularitates.*
10 *Substitutio vulgaris non admittit diuisionem uoluntatis.*
11 *Substitut si pluribus fuerit facta absolute, sufficit conditionem fideicommissi existere.*
12 *Substitutio pupillaris, & fideicommissaria, differunt.*
13 *Conditionis euentus in substitutione compendiosa, est inspiciendus.*
14 *Substitutio vulgaris facta extraneis per uerba pluralis numeri, non collectiue si unus repudiat, admittitur substitutus.*
15 *Testatoris mens certificatur per iuris interpretationem, testatoris declarationem, & per urgentem dispositionem.*
16 *Nepos non excludit substitutum & ratio.*
17 *Pluralis loquutio an dinumeretur in singularitates discretiuo modo, an uero formam pluralitatis retineat correctiuo modo, cum sint diuersa.*
18 *Substitutio si filij mei in ætate pupillari decesserint, talem substituo, dicitur compendiosa.*
19 *Vir & uxor si bona sua deuouerunt monasterio, uno eorum decedente, monasterium admittitur ad bona illius.*
20 *Substitutio fideicomm. facta filijs per hæc uerba, si ambo sine filijs; decedant, volo quod hæreditatem meam restituant, intelligitur si decedant sine testamento.*

a CUM QUIDAM. a Substitutio pupillaris facta duobus impuberib. filijs, nō vēdicat sibi locum vno moriente in pupillari ætate, & alio superuiuente, 1 vel pubere decedēte. h. d. † Not. quod substō pupillaris facta pluribus coniunctim, non resoluitur in singularitates. Illud ergo, quod dicitur, ꝙ pluralis oratio resoluitur in singularitates, vt ff. de cond. & dem. l. falsa, §. fi. debet intelligi, nisi uoluntas dispoa nentis refragetur, vt hic, & s. eod. l. q̄uis. † Quæro, quis est uerus b intellectus b huius l. nunquid requiritur, ꝙ tam primus, q̄ secūdus moriatur impubes? Respon. sic, si a primo īcipias licet enim primus decedat impubes. si postea secūdus ad pubertatē perueniat, excluditur substitutus in totum, nam hæreditas impuberis fuit ad fratrem applicata, vt ff. de vul g. subst. l. vel singulis: & iō substitutio deferri non potest, hæreditas uero puberis ad substitutum pertinere non potuit, quia euanuit substō pubertate, vt ff. eo. l. in pupillari. Sed si incipias ab ultimo. i. si ultimo moriēs, moriatur in pupillari ætate, licet primus decesserit pubes, uocatū substitutus ad hæreditatem impuberis, sicut dicimus in substitutione fideicom. vt ff. ad Tre. l. hæredes mei, §. cum ita. secundum c Ni. de Ma. quod. verum credo, nisi c ex pubere præmortuo, ex3 tarent liberi. Nā † ex præsumpta uoluntate testatoris, excludunt d extraneum substitutum, testator. n. d substituendo extraneum liberis cum adiectione nominis collectiui, cogitauit suā posteritatem extraneo præferre, quia omnis testōr præsumitur prudens, & omnis prudens hoc facit, vt ff. de hære. insti. l. Lucius, & arg. s. tit. 1. l. generaliter, §. fin. & ff. de pac. l. tale pactum, in fi. quia e ergo super est e persona, quæ ex præsumpta charitate, & uoluntate defuncti excludit substitutum extraneum, merito excludit sed si substitutus esse de liberis, non crederem quod excluderetur, arg. s. de inoffi. testa. l. 3. & l. j. qui po. in pig. hab. l. assiduis. & ff. de

ADDITIONES.

a Cum quidam. Limitatio ad istam l. ponit hic Ful. scripsi post Sal. in prin.
b Intellectus. Vide Bal. in l. 1. inf. de cond. inser.
c Credo nisi. Vide Bar. in §. cum ita, hic alle. & cum Bal. transit hic Sal. sed Ful. hic cōtra, vt post Sal. dixi, & scripsi in repe in §. cum ita, dum tractaui de pu.
A. B. Testator. n. No. ꝙ si extarent liberi puberis, illi excluderent substitutū ex præsumpta mente testatis. sed tunc contra, si liberi non extant defuncto testatore, quia testator pōt unum præsente alijs. l. sed si plures, §. quos possum, ff. de vul. & pu: sed hoc est in pupillari uni facta, alias secus, s̄m Sal. Sed ꝙ requiritur concursus omniū, & non sufficit, ꝙ ultimus moriatur in pupillari ætate, facit, quia ad veritatem conditionū requiritur, ꝙ quælibet uerificetur, l. si hæredi plures, ff de cond. inst. resp. verum est in conditionibus ex tpe, non in conditionibus intrinsecis, q̄ regulantur s̄m mentem testantis, vt Per Sal. hic.
d A. B. Quia ergo super est persona. Idem dic s̄m Ao. & Bar. in l. hæredes mei, §. cū ita, ff. ad Tre. si statuto caueret. ꝙ nepos masculus excluderetur, quia tunc nepos dispositionem testatoris excluderet nepotem, quia testator uf se confirmare iuri statuario, licet D. Io. ibi contrarium tenet, videlicet quia potius uf confirmari iuri communi. tu dic, si illud statutum erat generale, & manifestum, procedit opinio Barto. facit quod ipsemet D. Io. no. in l. fin. ff. de cond. & demon. aut non est manifestum, & tunc secus. facit quod no. gl. in c. 1. de cens. in 6. & quod ibi per Do. Dominicum.
e Arg. sup. Et d. l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Treb.

ff.de ven.in pos.mit.l.vbicunque, §.Interdum. Non ob. ad id, quod dixi liberos præferri substitutio impuberis ultimo morientis, vt d.l.vel singulis.in fin.quia ibi substitutio non fuit facta sub nomine plurali, vel collectiuo: sed sub singulari, quia testator dixit, substituo ei, qui impubes nouissimus morietur. quia substõ sicut ex verbis apparet, ad unum applicatur, non ad omnes, sed post omnes, sicut quando dicit: vterque. licet causaliter quandoque contingat, ꝙ dicendo ei qui nouissimus, etiam substitutio adaptetur ad omnes, vt quando simul impuberes moriuntur, a vel ordo mortis probari non potest de re.du.l.qui duos. *a* versi. in proposito. Ex prædictis apparet ratio l. nostræ. nam si vnus decedit impubes superstite fratre; substitutus repellitur duplici ratione. Primo ratione rigoris sumpti ex propria significatio- 4 ne nõis collectiui, nam † quia oratio ex vniuerso sumitur, non verificatur in singulo, vt ff.de re.du.l.si is.qui ducenta.§.vtrum. Secundo ratione æquitatis, & præsumptæ charitatis patris in filium, ad quod etiam facit §.l.prox.in fi.sic ergo in l.nostra æquitas non separatur a rigore.& ideo id totali seruatur, vt §.not.de 5 iud.l.nulli.secundum Mar.Sil.& Iac.Bui.† Oppo.& vr̃, quod ex b persona *b* cuiuslibet per se substitutus vocetur, vt ff.de inius.test. l.pe.Sol.dicit gl.ꝙ ibi substõ fuit facta cuilibet separatim per se. hic autem fuit facta coniunctim, & collectiue, & sic non ob. 6 Et est ratio, quia † quod per se fit, per se interpretandum est, vt c ff.eo.l.iam hoc iure.versi.hoc itaque. non autem *c* dicas, ꝙ in l. contraria hoc operatur vulgaris substitutio, vt condõ substitutionis uideatur cuilibet de per se applicata; nam hoc est falsum, primo per tex.l.quamuis, §.eo. secundo per rationem.nã de natura copulæ est, ꝙ requirat ueritatem utriusque partis, vt l.si ga d ita stipulatus fuerit decẽ aureos.de verb.obli. Secundo *d* oppo. ad idem de l.hæredes mei, §.cum ita ad Treb.ubi dicitur, ꝙ sufficit conditionem existere in personã unius attenta mente testa- 7 toris potius quam verbis: nam † æquitas sumpta ex mente præfertur rigori sumpto ex verbis. Sol.ibi loquitur in substitutione fideicommissaria. Et est ratio differentiæ: quia per directam substitutionem magis infringerent iura hæredis legitimi, q̃ per substitutionem fideicommissariam, vt §.eo.l.precibus.& l.cohæredi, §.cũ filiæ, ff.eo. Præterea directa substitutio tendit ad unum finem.s.testati; sed fideicommissaria substitutio tendit ad diuersos fines, quia in cuiusque persona proprium onus decernitur & factum vniuscuiusque per se in restituẽda hæreditate desideratur, ergo sunt plura, arg.de duo.re.l.reos, §.cũ tabulis.& no.in simili, ff.de iur.om.iud.l.si familia. tunc ego arguo sic: quan- 8 do † vna determinatio respicit plura determinabilia. si quidem respectu vnius effectus, requirit vtriusq; concursus, si vero respectu diuersorũ effectuum, tunc quod iuris est in toto quo ad totum, idem & de parte quo ad partem, sed ita est, ꝙ substitutio pupillaris tendit ad vnũ effectum, ne quis decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus: ergo ibi requiritur veritas utriusq; 9 partis, vt in l.nostra. sed fideicõmissaria † substitutio facta pluribus tendit ad diuersos effectus: ergo merito resoluitur in singularitates, vt in l.contraria. & hoc tenet Iacob.Bui. sequendo Dy.qui dicit, ꝙ in fideicommissaria substitutione ideo pluralitas resoluitur in singularitates, quia testator cuiuslibet hæredis fidẽ grauauit, & elegit, secus in pupillari substitutione. Sed Bart. dicit, ꝙ hæc ratio non procedit, nam licet pupillaris substitutio non contineat grauamen, continet tamen prouidentiam plurium liberorum, & sic plures effectus, & ideo idem dicit in pupillari, ꝙ in fideicõmissaria, vt sufficiat existere conditionem in persona ultimi morientis quo ad ipsius hæreditatem deferendam in substitutum, cum eadem sit ratio diuisionis verborum quasi uoluntas testatoris habeat plura capita. absurdũ enim esset excludere substitutũ propter primam faciem.i.corticem verborum, si nemo est, qui excludat eum ex præsumpta uoluntate defuncti: hæc enim ratio est dicti §. cum ita, quæ æque locũ habet in pupillari substitutione, sicut in fideicommissaria secundum Per. & idem (vt dixi) tenet Nicol.de Matarell.sed contra istos sic opp.expressa pupillaris continet tacitam uulgarem: sed 10 † in vulgari non fit diuisio uoluntatis, vt d.l.quamuis. & arg.ff. de his, quib.ut ind.l.eum qui.§.pro parte.ergo nec in pupillari; quia non dẽrorario respiciens tacitum, & expressum diuerso iure censeri, ita quod inducat diuisionem volũtatis in expresso & non in tacito, vel contra, arg.§.l.si pe.app. mors interue. l.1.sed respondeo, in vulgari si vnus filiorum adiuit hæreditatem: licet alter repudiet, semper extat persona, quæ potest excludere substitutum propter copulam, vel nomen collectiuum, secundum thema propositum in l.quamuis, supra eo. nam licet adiens si moriatur ius accrescendi trãsmittit, vt l.si ex pluribus, ff.de suis & legi.sed in §.cum ita, conditionalis substitutio non trãsmittitur etiam de liberis ad liberos, ut ibi patet. & no.de his, qui ante 11 ap.tab.l.1.† Vlterius *e* op.& videtur, quod sufficiat existere con e ditionem fideicommissi, etiam in persona primo morientis, quia diuisa est obligatio conditionalis numero personarum, vt ff.ad Treb.l.Lucius.§ Caio.at.ff.de cond. & de.l.cui fuodus.ver.nam quamuis.Solu.in d.§. Caio. fuit facta substõ pluribus absolute,

12 a hic autem cum adiectione nominis collectiui.† Modo reuoca in dubium, si testator dicit ita, instituo filios meos impuberes, & si decesserint in pupillari ætate, substituo eis Seium, decessit vnus in pupillari ætate fratre superstite: nunquid substitutus vocabitur, an vero frater? & vr̃, ꝙ substitutus, ex quo idem est in pupillari, quod in fideicommissaria, vt in d.§.Caio. Contrarium dico per l.pater filiam, §.duobus, ver. ꝙ si frater.ff.ad leg.Falcid. & sic quo ad primum morientem aliud est in pupillari, aliud in fideicommissaria. Et est ratio differentiæ, quia in pupillari pater intendit prouidere liberis, sed in fideicommissaria intendit quẽcunque eorum grauare; merito ergo in pupillari copulata ad liberos, prouisio neutrius exclusionem a legitimo iure inducit, 13 vt §.duobus. † Ex prædictis apparet quid iuris in vulgari, & quid in fideicommissaria. In compendiosa vero inspiciam conditionis euentum; nam si intendit ad vulgarem, dicam idem qđ in vulgari: si ad pupillarem, dicam idem, quod in pupillari, si ad fideicommissariam, dicam idem quod in fideicommissaria.pe- 14 ro in exemplari idem, quod in pupillari dicam. Dubitatur † ta- f men *f* adhuc in vulgari, si vulgaris substitutio *g* est facta a duobus g extraneis per verba pluralis numeri: non tamen collectiue, sed sub his verbis, quibus talem vulgariter substituo, & vnus repudiat, alter adit: an admittatur substitutus? & videtur quod non, vt d.l.quamuis, sed ibi fuit coniunctio copulatiua, hic vero oratio fuit soluta. Item ibi vnus institutorum erat filius. hic neuter, & ideo dicit Iac.de Rau.ꝙ vocatur substitutus, & non coniunctus; quia pluralis sermo resoluitur in singularitates, & iste est casus in d.l.pe.de iniu.test. Nam ꝙ ibi in quatuor extraneis institutis patet: quia si filius posthumus erat exhæredatus, & tunc procedit tex.illius l.sine vlla diuinatione, & ista differentia tangitur in gl.& per Odo. Sed hoc reprobat Bar.quia dicit, ꝙ substitutio vulgaris respicit vnum effectum.i.vnam hæreditatem, & vnum testatorem, & ideo requiritur veritas vtriusque partis, ff.ad Tre h bel.l.fi.quæ ratio mihi non placet. *h* Nam substitutio vulgaris respectu plurium, tendit ad plures effectus.i.ad acquirendas plures portiones: ideo in vtraque conclusione insisto, ꝙ aut testator voluit substituere primo morienti, etiã altero superstite; & tunc substitutus excludit superuenientem, aut dubitatur, & tunc si quidem aliquis de liberis, de quib. testator cogitauit, est in medio, excluditur substitutus, ut hic. si aũt nõ est in medio, & tunc substitutus admittitur, per d.l.pen.de iniu.testamen.& dict.l.Lu 15 cius, §. Caio. sed † quomodo *i* possumus esse certi de mente te- i statoris? Respondeo per ipsius declarationem, & per l.cum proponebatur, ff.de leg.2.per iuris interpretationem, vt dic. §. cum ita, & per vrgentem disputationem, nam si testator dixit, si hæredes mei decesserint sine liberis, substituo Titium in omnib. bonis meis; necesse est dicere propter istam adiectionem, omniũ bonorum, ꝙ requiratur existentia conditionis in omnium persona, vt no.per Bar.in d.§. Caio.& de vulg.subst.l.quidam testamento Proculum. Et no. ꝙ quando testator substituit vulgariter, prouidet sibi principaliter, & secundario, sed quando pupillariter, prouidet pupillo principaliter, & secundario sibi: sed qñ per fideicommissum, prouidet substituto. Item no.mirabile, ꝙ 16 in dicto §.cum ita, nepos † non excludit substitutum, & est ratio, quia non agitur de portione patris nepotis, sed de portione cohæredis, qui liberos non habuit, & sic vna portio est grauata alia est libera. & hoc in substitutione fideicomm. & tene menti. 17 Modo generalius quæritur, † an pluralis *K* locutio dinumeretur K in singularitates discretiuo modo, an vero formam pluralitatis retineat collectiuo modo: nam hæc sunt multum diuersa, ut l.hoc articulo, ff.de hæred.instituen.& l.si pluribus, de legat. 2.& no. in l.si duo. §. videamus, ff. vti possi. Solut.aut pluralitas respicit

ADDITIONES.

a l.qui duos.& l.qui duos, ff.eo.
b Ex persona. Vide Bal.in l.1.inf.de condi.inser.
c Non autem. Et sic videtur tenere Bal.hic op.Bar.& vide in fi.huius col.& Sal.hic etiam transit cum Bar.
d Secundo. Vide Bal.in l.1.inf.de condi.insertis.
e Vlterius. Vide Bal.in l.1.inf.de condit.insertis.
f A.B. Dubitatur tamen. An extraneis institutis vno repudiante, admittatur substitutus. Ang.tenet quod sic.ita intellexit tex.d.l.pen. & d.l.hæredes mei, §.cum ita sed D.Io.ibi contrarium tenet.quia testator præsumitur velle illud, quod est magis verisimile, sed magis verisimile est, quod veniat cohæres, quia est institutus, cogita.
g Substitutio. vide no.per Bar.& Imo.in l.hoc articulo, ff.de hære.inst. & per Bal.in l.1.inf.de condi.infer.& vide sup.prox.col.
h Non placet. Contra Bart.etiam in hoc tenet Imo. in §.cum ita, hic alle.Ang.hic in duob.transit cum Bar.
i A.B. Sed quomodo. Not. quod si testator dicit, quod volebat vniuersum venire ad substitutum, tunc debet concurrere consensus vtriusque, & iterum partem tenet Bar.in l.hæredes mei, §.cum ita, ff.ad Treb. & Bal.in l.quidam testõ Proculũ, de vulg.& pu.in contrarium est tex.l.fi.§.1 ver.uniuersas de le.2.per quem tex. An. in præal.l.quidã testõ, in d.§.cum ita, contrarium tenet unde Io.in præal. locis.
K An pluralis. vide sup.in 1.no.& in l.1.inf.de condi.inser.

spicit vnam determinabile;& tunc requiritur omnium copulatorum cõcursus:vt v.g. si plures qualitates inseruitur vni subiecto ad ipsum qualificandũ,ut extra de prob.c.licet causam item si ea pluribus simul coniungendis resultat vna substantia, & si disiungatur,non resultat forma tradita a iure,vt l.s.§.qus num. tn.Item oẽ,quod non potest constare, nisi ea pluribus , requirit eorum concursum,vt no.§.de testi.l.iusiur.§.fi. facit leg.3.§.hoc autem,ff.de in.actuque.pri. Aut pluralitas respicit plura determinabilia,& tunc aut si resolueretur in singularitates,resultaret aliquid absurdũ,seu contrarium naturali vel ciuili rationi , vel menti loquentis,& non resoluit,vt hic.Secus si non resultar ex tali distinctione aliquid absurdum,sed iustum,& æquum : nam tunc resoluit pluralitas in suas singularitates,vt d.l.falsa, §. fi. &

18 l.si chorus,de leg.3. facit qđ not. extra de rescrip.c.a.† Vltimo no.quod licet omnes Doc.intelligant leg.nostra in substitutione pupillari,dici tñ potest ꝙ loquatur in compendiosa. nam hæc substitutio, si filii mei in pupillari ætate decesserint,talem substituo,est compẽdiosa,& continet vulgarem & pupillarem ex

a generalitate verborum,vt diai §. eo. l. precibus. a non enim expressit totam formam pupillaris;quia non dixit, si hẽdes erunt, &c. vnde est in ista lege casus,quod idem in vulgari & pupilla-

19 ri,quando aliquis liberorum est in medio.† In glo.vt at. in fina. vel hæc secundum illam:quia & hoc si deficeret conditio ex pſona primi,vt quia factus pubes decederet , siue alium haberet hæredem,siue non,& postea decederet alius impubes , admitte

b retur substitutus ea interpretatione illius legis: b & econuerso si ibi primus decederet sine liberis ab intestato,vocaret fratrem, & non substitutum ex interpretatione huius legis, & hoc videtur innuisse pen. solutio hic posita.& quod litera hic dicit in fin. vterque,&c.hoc subintelligitur , cum primo vnus in pupillari ætate mortuus est,vt §.potui in quæstione ibi,an altero decedẽ

20 te,&c.Quid † ergo in casu illius l.c cum testator dicit , si ambo

c filij mei decederent sine liberis,volo quod restituant hæreditatem meam tali, si prius decederet sine liberis,& extraneum heredem instituit,non fratrem? Respondeo tunc, quod frater nõ admittitur,cum testator hoc voluisse non præsumatur : sed solummodo ꝙ ab intestato vnus habet alterius hæreditatem , vt ff. de re.iud.l.qui duos,§.responsu. Et si non est aliquis , qui substitutum repellat,credo ꝙ tunc substitutus possit petere fideic. arg.ff.de cond.& demon.l.falsa,§.fi. Nic.de Ma. Et prędicta fa

d ciũt d ad quæstionem e de marito,& vxore,qui simul monaste-

e rio deuouerunt omnia eorum bona post mortẽ eorum:ꝙ si moritur vnus:monasterium debeat habere eius bona,etiam superuiuente altero:quia nõ extat persona,quæ possit admitti in præiudicium monasterii:nam vxor non succedit viro,nisi in vltimo loco;& si non succedit,ergo non excludit monasterium , argu. not.in leg.ex facto,§.fin.ff.ad Treb.Item inter prędictos virum & vxorem nulla est coniunctio quo ad res donatas;qa vnusqsque intelligitur loqui discretiue de iure suo, vt ff. de contrahen. emp.l.qui tabernas.& ff.de le.1.l.serui electione,§. cum fundus. Et ideo licet sint eadem charta nominati,nihil ad rumbum , vt §.si cer.pe.l.eo quod.facit §.de consti.pec.auth.si quãdo. & hoc teneat.Cõtrarium tamen seruatur in multis partibus. s. ꝙ vxor est hęres mariti in totum,& per omnia bona.& hoc in Alemania,& multis aliis locis,de quo miror.

ADDITIONES.

a L.precibus.Et l.hæredes mei,§.cum ita,hic alleg.

b Illius legis.Scilicet l.hæredes mei,§.cum ita,ff.ad Treb.

c Illius legis.Sequitur hoc Pa.de Ca.hic,licet ipse contra in leg.hẽdes mei,§. cũ ita, ff.ad Treb.tñ contra decisionẽ Bald.facit,quia in terminis istius q̃stionis , substitutus vr̃ substitutus vltimo morienti,l.qui duos,ff.eo quo casu ipsi ambo , quib. est facta substĩo fideic. videntur ẽt ad inuicẽ substituti per fideic.leg. Titia Seio,§. Seia,ff.de l.2.ergo licet frater decedens instituat extraneum, tamen hẽditas per fideicommissum est obuentura fratri superstiti,propter illud fideicommissum.reciprocum,ergo debet excludi substitutus extraneus propter fratrem , nisi intelligas quæstionem istam,qñ dicit testator.ꝙ re[illegible] rct totam,quo casu non videntur inuicem grauari,vt dicit Bar.in l.vel singulis,ff.eo.

d A.B Et prædicta faciunt.Not.quod si vir,& vxor d[illegible] uouerunt bona sua monasterio,vno eorum decedente,monasterium admittitur ad bona illius. & uide D. Io. post alios,in l.fi.§.pe.de le.3.& in l.Lucius,§.Caio,ff. ad Tre.Et Cy.in l.nostra, & Bar.in l.Lucius.§.Caio,prææalleg.

e Ad quæstionem. Vide Bar.& Doct.in l.Lucius,§. Caio,ff.ad Tre.Et facit quod no. Bal.in auth.qui rem,sup.de sacros.ec.& hanc q.ponit Gu.de Cu.hic , quam vide, & vide Imo.in l.fi.§.filium,de le.2.

LEX XI.

1 *Collectiuum nomen,quod uerba pluralis numeri apponitur.quid sit.*
2 *Collectiua nomina,quæ distributionem habent quæ sint.*
3 *Nomina distributiua apposita alicui dispositio.ad plura subiecta de necessitate referuntur.*
4 *Nomina propria ponuntur discretiue,quia cuilibet per se proprium nomẽ conuenit.*
5 *Hæreditatis pupilli dicuntur fieri tres partes.*
6 *Quis,relatiuum idem operatur,quod expressio proprium nominum.*
7 *Relatiuum in dubio facit relationem specialem,& non generalem*
8 *Adiectus e an admittatur pro tertia,& alij tantum pro duabus.*
9 *Nomen distributiuum si non fuit appositum specialiter , nominatus debet habere dimidium.*
10 *Testator si loquatur ad omnes collectiue,an habeant vnam portionem.*
11 *Hæreditatis diuisio an debeat fieri in trientes.*
12 *Filij legatarij,an veniant successorio ordine.*
13 *Patris astimum etiam uiuente patre,prodest filio.*

Si quis. Copula nõ distributio applicata distribuit vnicuique virilem:sed copula applicata ad eos,qui naturaliter reputantur vnum & idem.facit eos in vnam portionem admitti,& disiunctim in alteram coæqualem.h.d.& habet hęc l.

1 contraria satis difficilia.† Et pręmitto a ad euidentia dicen-

a dorum,ꝙ quædam sunt nomina collectiua nõ distributiua , vt populus,agnatio,turba,gens,& similia,vt ff.de iud.leg.proponebatur,ff.de fideiust.l.mortuo,ff.de proba.l.1.& ff.de iur.om.iud.

b l.si familia.Collectiuum enim nomen b est illud,quod in singulari numero multitudinem significat.Et dicunt authores,quod nomina collectiua sunt singularia voce , sed plurali intellectu; quia in singulari numero conueniunt pluribus simul vniuersaliter.v.g.hoc nomen,populus nã populus non est vnus homo sed multi homines,vno tamen intellectu comprehensi,ut not. ff.quod cuiusque uni.no.le.sicut,in fin.& ideo omnis numerus facientiũ populum,ad vnum & quasi singularem intellectum refertur.Fit etiam collectio per verba pluralis numeri , vt ff. de reb.du.l.ciuib.unde nomen antianorũ,vel priorum, est nomen collectiuũ,qa exponitur p nomen collectiuũ singularis numeri,i.per hoc nomẽ officium , uel collegium , vel multitudo , vel vniuersitas,ut d.le.ciuib.si ergo tali nomini collectiuo adiungatur alius specialiter nominatus , talis specialiter nominatus habebit dimidiã,& tota illa vniuersitas uel congregatio, aliã dimidiam;quia apud intellectum tota illa collectio pro singulari persona accipitur.sic ff.de cond.& demon.l.cui fundus.& istud nomen collectiuum in oratione stat trib modis.quandoq; vt supponens verbo principali,vt populus clamat,ut J.de pęn.l. decurionum quandoque vt apponens,seu determinans; vt cum dico,omnes isti sunt populus Perusinus.quandoque vt exponens, ut cum numerus pluralis exponitur per collectiuum singularis numeri,ut supra dixi.unde qui dicit,lego hæredib.Titii & Seio decem,intelligitur loqui de hæredibus collectiue;quia hoc nomen;hæredibus;exponitur per nomen collectiuum singularis numeri;quia tantum ualet , quantum si diceret;lego multitudini hæredum.est autem hoc nomen , multitudo; collectiuum nomen,vt patet ex superioribus. Quædam vero sunt nomina

2 collectiua,† quæ distributionem habent,vt dictio , quisquis , dictio vter,& similia;vt dictio,quilibet,& dictio uterque, vt ff. de hæred.insti.le. Titius & Seius. & ista nomina propter diuersitatem quæ includitur in distributione , non possunt repręsentare intellectui unitatem. Et ideo quando isti termini distributi-

3 ui † apponuntur in aliqua dispositione , de necessitate referuntur ad plura subiecta. Scias ergo in istis nominibus distributiuis quandam vim partitionis in esse,quam partitionem faciunt pro rata.est autem rata quandoque virilis vt in l. nostra; quandoque hæreditaria,vt §.eo.l. prima. quod intellige,ut statim dicam.Quædam sunt nomina relatiua,quæ referuntur ad plures non

ADDITIONES.

a Præmitto. Vide per Bar.et Doct.in l.hoc articulo,ff.de hęr.insti.

b A.B.Collectiuum.n.nomen. No.quid sit nomẽ collectiuum,quod apponitur verbo pluralis numeri.vide cap.significauerunt,de exce.et Io. Cal.in cap.capitulum, de rescri.not.si.damnatur ciuitas,et Titius in centum,Titius intelligitur damnatus pro dimidia,vide quod not. Barto.in leg.semper,§.si in sepulchro,ff. quod vi , aut clam et uide Bald.in leg.interdum,ff.de hær.insti.vbi si data est potestas arbitrandi prioribus et Capitaneo,vox Capitanei valebit tantum, quantum vox priorum,quod bene not. vide Bald.in cap.1.qui feu.dare poss.prope fi.ubi dicit,quod si prælatus cum capitulo incidit in leg.si quis in tantam,inf.unde ui.medietatem soluet prælatus,et aliam medietatem capitulum.uide Abb.in quæstione , episcopus.ubi si Antiani et Potestas tenentur ad centum, intelligitur de quinquaginta pro Antianis et de quinquaginta pro Potestate.uide ibi.et si legetur Episcopo , et tali capellæ,medietas debetur Episcopo,et alia medietas debetur capellæ , secundum Ioã. And.in cap.requisisti.de testa.et uide Sal.in leg.quoniam,inf.de ap.ubi si damnatur iudex et sui officiales in centum,iudex tenetur in 50.et officiales in 50.et ibi refert secundum Iac.But.quod si est data potestas Rectori et uniuersitati scholarium consulendi,quod tantam potestatem habebit Rector,quantam uniuersitas.et uide Bal.in leg.si quis Titio,ff.de usufr.accres.et Fede.de Sen.in 1.consi. vbi dicit,quod si potestas conferendi spectat ad prælatum & capitulum, capitulum repræsentat pro medietate,& Episcopus pro alia.Et pridie allegaui in palatio,quod cum Domini sex decim cum domino Locumtenente rescripsissent contra statutum,nec in eo erant debitæ clausulæ derogatoriæ & diceretur per aliquos,quod sufficiebant illi,qui erant de municipio,& qui sciebant statutum , ego dicebam quod Locumtenens habebat dimidiam vocem,& Domini sexdecim habebant aliam dimidiam.& Locumtenens erat forensis,& non sufficiebat sententia partis,nisi esset maioris partis.vide Ni.de Neap.in leg.non ambigitur,ff.de legi.Bald.in leg.ad scribatum,ins.de app.vbi pulchre loquitur.vide gl.in auth.causa,quæ fit cum monacho,C.de Epis.& cler.& elegans consilium Dom. Abb. 59. & in consi.132.vide text.glo.& Dom.An.vbi dicit in cap.Ray.de testa.& Lu.Ro. consi.47.

c A.B.Et vide Bar.consi.inc. Dominicus fecit testamentum de ista dictione, unde.

non per modum collectiuum: quia talis erat sensus loquentis, vt referret ad singulos, vt ff.de leg.2.l.Lucius,§. Titius testamen-
4 to.Quædam† sunt nomina propria,& ista ponuntur discretiue: quia cuilibet per se proprium nomen conuenit, vt ff.ad Treb.
5 l.nonnunquam. † His ergo præmissis, veniamus ad contraria legis nostræ,quæ difficilia sunt.& opp.& dicitur hic in primo responso,quod fiũt tres partes totius hæreditatis pupilli, & vnusquisque substitutorum fert tertiam contra legem expresse cauetur quod nõ fiunt, nisi duæ partes quarum vnam ferunt cohæredes, aliã specialiter nominatus,siue adiectus,vt ff.eo.l.si pater filio impuberi. Sol.dicit glo.quod hic hæredes fuerunt instituti separatim æqualibus partibus, & ideo separatim videntur substituti quia quæ in præcedentibus dicuntur,in subsequentibus repetita intelliguntur,& maxime in substitutione,vt l.licet Imperator,ff.de lega.primo,& inf.ad Treb.l. non iustam.sed in l. contraria fuerũt instituti coniunctim, quæ coniunctio facit eos haberi loco vnius, ar.ff.eo.l.cohæredi,§.qui discretas.dicuntur autem separatim instituti,quando verbum geminatur,idest, quando in diuersis orationibus;per eandem autem orationem fit coniunctio verbalis,vt not.ff.de hære.insti.l.liber homo, §. Titius hæres. sed ista sol.glo.continet diuinationẽ.& ideo dicit Per. quod in lege nostra
a fuit appositum nomen distributiuum, quisquis,quod ponitur distributiue ibi verò fuit appositum nomen collectiuum, vnde cohæredes fuerunt ibi coniuncti re & verbis,sed specialiter nominatus re tantum. & ideo fuit diuisio in partes duas æquales, vt ibi dicitur: quia tantum dẽt habere disiunctus,quantum ambo coniuncti,quia coniuncti propter vnitatẽ sermonis,quasi in vnum corpus redacti sunt, vt infra de cad.tol.l. 1.§. hoc ita tam varia.& hoc etiam modo respõdetur ad d.§. Titius. & ad l. Ti-
6 tius fundi, ff.de hær.insti.†Secundo op.tu dicis quod in l.nostra est ratione nominis distributiui. cõtra, quia imo idem si non sit nomen distributiuũ,vt d.§.Lucius. Sol.dicit Pet.quod ibi est nomẽ relatiuum,quos,quod idem operatur quod propriorum nominum expressio,arg.l.certũ,ff.si cer.pet. Barto.dicit,quod ista solutio est falsa per d.l.si pater filio. vbi est relatiuum, quos, & facit relationem ad nomen appellatiuum,& non ad proprium. & ideo dixit ipse,quod in § Lucius,illud procedit ex speciali charitate, quã testator habuit ad singulos de familia, quod patet per id,quod ve-
7 tuit extra familiam alienari. & hoc tenet Dy.† Ex hoc no.quod ex coniecturata mente defuncti receditur a vi & natura coniunctionis verbalis. & adde quod no.ff.de hæred.institu.l.Iul. in prin.vbi not.quod relatiuum facit in dubio relationem specialem, non generalem,seu simplicem. Item de hoc relatiuo substantiæ no.infra de sen.quæ pro eo.l.vnica,in gloss.ex conuentione, &
8 ff.de contrahen.emp.l.hæc venditio, §.pe. † Tertio oppo. & videt,quod licet vnus adiectus admittatur pro tertia, & alij pro duabus , in illas duas illi diuident pro hæreditaria parte inter se , vt ff.eo.l.qui cum plures. Sol.dic , quod isti cohæredes fuerant æqualiter instituti. & ideo non referri inter virilem & hæreditariam
9 portionem. † Quarto contra hoc oppo.nam in dicta l. qui cum plures, non fuit appositum nomen distributiuum; ergo specialiter,& seorsum nominatus dẽt habere dimidiam. So.dicit Pe. quod ibi ideo hoc contingit,quia cohæredes fuerũt a testatore verbis disiuncti, quia testator dixit,ex eisdem partibus,&c.vt ff.de hæred. instit.l.interdum. & ideo non habentur loco vnius,quia testator discretiue direxit ad eos sermonem . secus si locutus fuisset ad eos coniunctim. vt d.l. Titius fundi. Et ratio est prædictorum,quia coniuncti habentur loco vnius, sed disiuncti non, quia ubi diuersitas,ibi pluralitas secundum Pet.sed Bar.dicit,quod in d.l.qui cũ plures , est ex præsumpta voluntate defuncti , quia instituit eos ex disparibus, & similiter substituit· vnde nũquam voluit eos coniungere, sed totaliter separare , & satis recidit in idem cum dicto Pet. Item ibi specialiter nominatus fuit adiunctus.& videretur iniquũ, quod adiunctus esset maioris cõditionis, quam illi,de quibus principaliter est dispositum.nam verisimile est , quod voluerit testator adiunctum esse vnum inter cæteros, non vnum præ cæteris. Tu dic, quod ibi fuit oratio distributiua·quia testator dixit.ex eisdem partibus, &c.quod est tantum dictum.
10 quantũ quisquis,&c.& sic non ob.†Quinto oppo.quod omnes hæredes habeant vnam portionem, vt ff.de vsufr.accre.l.si quis Titio.Sol.vt dixi s.quia ibi testator quo ad hæredes locutus est
11 collectiue,hic discretiua. † Sexto oppo.dicitur hic in secun-
b da parte legis . quod pater & filij habent vnam dimidiam.&c.contra,imo fit diuisio in trientes,vt d.l.si qs Titio. versi.quod si ita. Sol.
c ibi non loquitur de hæredibus, idest,de filijs legatarij,sed de hæredibus testatoris , & secundum istum intellectum solutio est clara,quia ibi non erat naturalis copula,hic sic.sed si illa lex intelligitur de hæredibus,idest,de filijs legatarij, tunc contrarium esset difficile.nisi dicas quod in lege nostra fuit positum aduerbiũ, una,quod est ualde coniunctiuum.erat etiam coniunctio naturalis vnde ex mente & verbis colligitur, quod testor voluit patrem vna cum filijs uocari in unam portionem: sed in lege contraria testator non posuit aliquod aduerbũ , quod ita præcise stet pro unitate. Vel dic,quod aliud est in vsufructu, in quo magis consideratur persona singularis, quam in proprietatẽ, vt s. de vsufr.l.si in fi.& ff.de vsufr.l.si Titio,§.vsumfructum,prima sol. verior est &
12 approbatur in contrario.† Extra quæritur, d si quis dicit ita lego
d Titio,& hæredibus Titij decem,an veniunt ad legatum filij legatarij viuo patre? Respõdeo, videtur quod sic,vt d.l.si quis Titio.in cõtrarium,quia ista verba non verificantur, nisi post aditam hæreditatem,ergo necesse est patrẽ esse præmortuum,no.ff.ad Treb.
e l.ex facto,§.fi. Sol.si volui eos coniunctim admitti e cum patre, statim vocantur,& hoc præsumi potest ex natura coniunctionis & qualitate affectionis, vt hic, & dicta l. si quis Titio. Et facit ad testamentum cognati mei,qui instituit sororem cum liberis, vt potius videatur coniunxisse , quam subordinasse vt ff.de hæred. insti.l.si quis ita hæredes,& ff.de pec.lega.l. quidam in testamento.Non obst.l.Gallus,§. primo, & §.bene, ff.de lib. & posthum. quia ibi loquitur in ordinatione testamenti necessaria: hic in li-
13 bera & voluntaria,in qua non est datus certus ordo a iure.† Vl-
f timo f lex ista facit ad no.in l.a.J.qui eta.lib. 10. scilicet quod æstim ũ patris prodest filio etiam viuente patre , nec mirum, quia quod vnus habet,alter videtur habere, vt l.cum scimus,infra de agr.& censi.lib. 10.& quod vni placet,alteri videtur placere, vt no.ff.de ope.lib.l.si operarum.

ADDITIONES.

a Distributiuum. Et an per distributiuum & collectiuum inducatur coniunctio, dic vt per Bar.plene in l.re coniuncti,de leg.3.
b Sexto ad intellectum d.l.si quis Titio,vide no.per Bart.in l.huiusmodi, §. si Titio, el 1.ff.de le.1.& quæ dixi in d.l.si quis Titio.
c Hæredibus. Vide Bar.in l.Gallus,§. 1.de lib.& posth.
d A.B.Extra quæritur. Et an isti debeant venire ordine successori, vide gl.sing.secundum Dy.& Bal.in l. Gallus,de libe & posthum quod vbi est affectio ordinata veniunt successiue,sed contrarium tenet Iac.de Are & eum sequitur D. Io.in præall. §.institutio.in l.codicillis,de leg. 2.In contrarium tamen est opi.communis,quod vbi non sunt instituti ab extraneo,non veniunt ordine successiuo, & hic est casus,vide Bald.in præal.l.Gallus,§.1 & quod no.ad Bar.ibi,& an priuilegium concessum Doctoribus intelligatur concessum eorum filijs ordine successiuo, vide Bar.ibidẽ. & Bal.& ibi dicit,quod filius Doctoris habet tria priuilegia.vt no.gl. quæ non est alibi,in l.iubemus,sup.de aduo.diuer.iudi.Et an priuilegium intelligatur concessum in dubio rei,an personæ,glo.in l.forma,§.quamquam,ff.de censi.& glos.decreti dicit personæ.25.quæst.1.cap.ergo.vide Dy in c.priuilegium: de reg.iur.in 6. Bar.in l.si maritus,ff.sol.ma.& l.si pater.ff.de serui.leg.
e Admitti. Vide l.si mulier.in prin & quod ibi Bal.ff.de vsufru.accre. Bal.in l.Gallus, §.1.de lib.& post.& aliquid per Salyc.hic limita,vt per Bal.in l.3.§.vbi autem, infra de caden.tollen.& ad dicta l.si quis Titio,vide etiam Bar.in d.l.Gallus,§.etiam si parente.
f And Barb. Vltimo. Vide Bal.in l.etiam,in ver.modo,infra de exe.rei iud.et in l.1.§.illud,infra communia de manumis.et in l.2.ad fi.sup.de lib.et eo.lib.et in c.1.§.filius,de Ca.qui curiam vend.et in Spec.de censi.ad fi.et in l non plures,supra de sacrosan.eccl.et in l.sciendum,in prin.et ibi Bar.in pen.q.ff.qui satis.cog.et in l.diximus,§.si pater,cum l seq.ff.de excu.tu.et Alb in 1.et 2.parte stat.et quod no. Bart. in l.cum scimus,inf.de agri.et censi lib.11.et dicit Bal.in l.2.in fi.infra de le. hæred. quod illud,quod possidet filius,videtur possidere pater,et econtra. Bal.in l.prætor, §.sed et filius ff.de eden.in lec.antiqua.dicit,quod libra patris prodest filio etiam seorsum habitanti.alleg.gl.d.l.2.quam dicit non esse alibi.et per Angel.hic,et per Bal.plene in l.1.§.domini,ff.ad Syl.
g Vltimo lex illa.No.quod æstimum patris prodest filio,quod est no. dignum , uide Bar.in l.cum scimus,C.de agri.et cen.lib.11.et in l.1.in prin.ff.ad Syl.Bald. in l.secundum,ff qui satisd.cogantur,& in l.si non plures, supra de sacrosf. eccle. et in l.diximus,§.si pater,cum l.seq.ff.de exc.tut.et Io. An.in addi Spec.in tit. de cen.prope. fin.et uide Bald.in præallegatis locis,ubi notabiliter loquitur, vide gl.cap.super code testibus.

De necessarijs seruis hæredibus instituendis,vel substituendis. Rubrica.

LEX PRIMA.

1 *Debitor in fraudem creditorum non potest alienare.*
2 *Debitor non potest præiudicare creditori.*
3 *Hæres non solum necessarius sed etiam uoluntarius potest adiungi.*
4 *Species plus afficit, quam genus.*
5 *Seruus sub conditione cum libertate institutus, an possit petere separationem bonorum, ut non teneatur creditoribus.*

Is, qui. Ille, qui non est soluendo, potest vnum ex seruis suis hæredem instituere,& liberum, & necessarium sibi facere, nisi sit creditoribus specialiter obligatus.h.d.† Opp. debitor non potest aliena-
5 re in fraudem creditorum,quia non potest quis præiudicare iuri alterius.sic ff.de pig.l.lex vectigali.Solu. ibi erat creditor & do-
2 minus,hic creditor simpliciter. † Secundo oppo. quod debitor non possit præiudicare creditori etiam simplici, vt Insti.de actu.§.item si quis in fraudem.Solu. illud est verum proposita reuocatoria: non autem ipso iure , sed libertas non potest reuocari , & ideo fuit necessaria l. Aelia sentia. & adde quod no.ff.quod me.cau.l.
3 metum,§.idem Pomponius.† Tertio opp. quod non solum necessarium,sed voluntarium, hæredem potest quis adiungere,ff. de hær. inst.l.ei, qui soluendo non est aliquo casu. Solu. ibi speciale , propter ius inseparabile hæreditatis iam quæsitæ. † Quar-
4 to op-

to oppo. de l. ab eo, J. de ser. pig. dato manu. Solu. aut seruus pignori datus manumittitur tantum, & tunc distingue, vt ibi not. aut hæres instituitur, & tunc distingue, an generaliter, an specialiter. Et sic no. φ plus afficit species, quam genus; quia prouisio specialis sæpius efficacius prouidet, quam generalis prouisio. facit J. de pig. l. 2. licet regulariter genus operetur in genere, quod
5 species in specie, vt leg. si duo, ff. de admi. tut. † Quæro, institui seruum cum libertate sub conditione, iste seruus pendente conditione fuit hæres a quodam alio institutus sub conditione, si liber erit, vel simpliciter, nunquid poterit petere separationem bonorum, vt non teneatur creditoribus domini, nisi vsque ad vires dominicæ hereditatis? Respon. vt ff. de mino. le. an prætor, §. pen. & facit inf. eo. l. fi.

L E X II.

a *Appellatio, vel denominatio falsa alicuius qualitatis, non inducit dispositionem.*

a *Verba enunciatiua, minus operantur in odiosis, quam in fauorabilibus.*

s Cum serui. † Falsa appellatio, vel denominatio alicuius qualitatis, non inducit dispositionem, nisi sit actus multum fauorabilis. h. d. Oppo. infra de contrahen. & commit. stip. l. optimam. Sol. ibi fuit vtriusq; partis confessio ad validitatem actus emanans: hic vero fuit dictum non promissum, nec assertum, vt ff. de ędil. edi. l. sciendum, §. dictum, & l. qd venditor, ff. de dolo. Vlt. no. quod vbicunque verba enūciatiua haben ut pro dispositione, istud procedit ex mera & fauo-
a rabili inter, . eta. vnde † in odiosis verba enunciatiua minus operantur, quam in fauorabilibus, vt no. ff. de rei ven. le. emptor, §. ancillam. & ff. de hæred. instit. l. qui volebar.

L E X III.

Si tutor. Non potest tutor testari de bonis pupilli. hoc dicit.

L E X IIII.

Cum quidam. Seruus, qui ex primo gradu fit liber, ex secundo gradu efficitur necessario hęres h. d. Et est ratio, quia voluntas testatoris imperat sibi. Et no. de imperio voluntatis. Item no. φ omnis testator affectat habere hęredem ex testamento.

L E X V.

1 *Potens dubitare, facile soluit.*

2 *Lex pedetentim vadit post mortem testatoris.*

a Quidam. Institutio serui, vel si totor a dño relinquatur libertatem a habet annexam, secus in legato. h. d. vsque ad §. sed cum veteres. Et est ratio differentię, quia hęres reprę́sentat personam defuncti, tanqoam sit vna & eadem
1 persona, ergo libra; secus in legatario. † No. primo ibi cum dicit dubitationis autem materia erat, &c. φ potentes dubitare, facile
a soluunt. † Item no. φ lex pedetentim vadit post mortem testatoris, sicot venator post leporem.

A D D I T I O.

a Libertatem. Intellige quando hæreditas directo relinquitur secus si per fideic. l. si res, §. 1. & ibi no. ff. ad Treb. & quid si relinquitur hereditas pure, & libertas sub conditione: dic φ non habet locum iste tex. & institutio intelligitur conditionalis, l. 3. §. si seruum, & ibi gl. & Doct. ff. de hær. insti. vide Io. de Imo. in l. quoties, §. si eius ti. & adde ad prædicta glo. & Doct. in l. qui filio, §. 1. & 2. ff. de hær. insti.

s *Electio vtilis non vitiatur per confirmationem inutilem.*

§. Sed cum veteres. Vtiliter datū ex inutili confirmatione non vitiatur. h.
1 d. Iac. Bur. † No. φ illud, quod non indiget confirmatione, non vitiatur per confirmationem inutilem, & ideo vtilis electio non vitiatur, licet pronuncietur confirmationem fuisse inualidam; nisi iudex adijceret causam ea vitio electionis.

§. Illo videlicet. Aliquid dēnt ex vrbanitate, qđ non debetur ex obligationis necessitate. h. d. Quæro, vtrum in foro conscientiæ peccet hæres? Respondeo non: quia dominus, & quia quando lex disponit super certo, disponendo secundum aliquam rationem, satis lex re
a putatur iusta in foro a conscientiæ.

A D D I T I O.

a In foro. Vide Bald. idem dicentem in auth. ingressi. in 8. col. sup. de sacros. eccl. Pau. de Ca. hic tenet idem, quod Bal. vt plenius hic per eum.

§. Quæ iuris. Secūdus gradus inducit suspensionem in primo, & videtur ordo conuersus: sed non est propter fauorem libertatis. Nota. expectandum quod præiudicare potest.

L E X VI.

Decisione. Nisi seruus pareat potestatiuæ conditioni non est hęres, nec liber: sed in conditione casuali apposita libertati, & non hæreditati, si deficit, & habet cohæredem adeuntem, vitiatur: alias valet vtrunque hoc. d. Et not. hoc fieri, quia interest testatoris habere hæredem ex testamento. facit ff. de inter. act. l. & quia.

De libe. præte. vel exhære. Rubrica.

L E X P R I M A.

1 *Clausula non absolute posita idem operatur quod relatio ad omnia præcedentia.*
2 *Clausula refertur ad omnia, vbi ratio restrictiua non potest assignari.*
3 *Relatio dicitur fieri ad proxima.*
4 *Clausula semper construitur cum verbo, cum quo de iure construi potest.*
5 *Exhæredatio quando dicitur fieri ab omnibus gradibus.*
6 *Exhæredatio an possit fieri a persona hæredis.*
7 *Exhæredatio non valet ab hærede extraneo.*
8 *Testamentum a gradu posteriori potest incipere.*
9 *Exhæredatio non potest fieri a re certa.*
10 *Clausula absolute posita dicitur quando a nullo regitur.*
11 *Clausula quæ per se regitur, quandoque importat dilationem.*
12 *Clausula vbi lex refert ad omnia, potest probari contrarium ex mente loquentis.*

Cum post. Exhæredatio facta post gradus, firmat omnes gradus, qui vitiarentur
s ratione præteritionis. h. d. † Not. φ clausula a non abso-
a lute posita, operatur idem quod relatio ad omnia præcedentia, & tamen clausula absolute posita non ponitur relatiua, sed
a simpliciter. † Et not. rationem literæ, quæ dicit quod vbi non potest assignari ratio restrictiua, tunc clausula refertur ad omnia: quia natura clausulæ absolute positæ si est generalis, seu indefinita, equipollet vniuersali rationi, vt not. Dyn. de reg. iuris.
3 libr. 6. in rubr. † Oppo. & videtur, quod relatio fiat ad proxima, vt lege si idem, §. fina. ff. de iurisd. om. iud. Solutio. ibi non potest fieri ad omnib. propter contrarietatem. hic autem poterat, & debebat ad præcedentium firmitatem. Secundo oppo. de l. legatorum, §. qui plures, ff. de lega. secundo. & sup. fam. ercl. l. quoties. Sol. ibi non est relatio, sed species per se posita, quę derogat generi, vt ff. de hęred. instit. l. cum in testamento, §. fin.
b Tertio opp. b quod clausula non referatur, nisi ad sibi connexa. vt ff.

A D D I T I O N E S.

a AA. B. No. quod clausula. Vide c. fraternitatis, de test. ubi unica solutione respondetur duabus quęstio. uide c. præterea, de testi. & c. prudentiam, in prin. de offic. de leg. uide do. Car. in c. pen. de homi. ubi ad vnum rńdetur. c. ad hæc, el 2. de app. uide Bal. in l. 1. C. de legi. hær. vbi pulchre loquitur. vide c. qa frustra, de usu. ubi una solutio refertur ad duo. Bal. in l. si quis id, quod. §. si. ff. de iur. om. iud. allegat in § item lapilli, insti. de re. di. uide Bal. in l. oēs populi, vbi alle. gl. §. item lapilli. Inst. de rer. diui. uide Doc. in c. ex parte, de test. Do. Abb. de elec. in c. ecclesia uestra. uide Bald. in c. ex tenore, de rescri. vbi pulchre loquitur. vide glosam optimam. in cap. causam, de rescr. uide quod pulchre loquitur Bal. in c. ex tenore, de rescri. Bar. consi. 33. ubi facti contingentia proponitur ubi dicit, qđ clausula in principio apposita, non reperitur in sequenti quādo est diuersa ratio in seqoentib. uide Bal. in l. J. infra de leg. hæ. ubi pulchre loquitur. allega. l. 1. §. deinde, ff. de poll. Pau. de Cast. consi 356. allegauit illum §. ui de ibi. & ad hoc facit capitu. pastoralis, §. 1. de rescri. vide quæ dixit Inn. in cap. sententiam, de iureiu. Et uide consi. Bart. in c. si Angel. matre. ubi sing. loquitur de clausula in princip. o apposita. & Lud. Roma. consil. 110. & uide car. de app. ubi aliqui illam decisionem, vt uideatur respōsum oib. ibi quæsitis, licet Doct. ibi dicant Papam malaluere. & ad hoc facit c. consuluit, de vsur. & ibi dicitur. uide D. Abb. consi. 31. glo. in cap. cum in tua, de test. & ibi D. Abb. vide c. cum dilecti, de dona. Do. Car. & Io. de Imo. ibi. Abb. in c. causam quæ. de rescr. gl. in cle. ne in agro, §. cæterū, de statu reg. ad materiam ēt facit c. Iudæi & c. licet, de test. ubi fuit quæsitum de Iudæis & Saracenis, & respondet de Iudeis uide cap. consuluit, de usur. ubi unica solutione respondetur trib. quæstionib. dum alle. l. Plautius.

b A. B. Tertio oppo. No. hoc dictum & pro intellectu d. l. Plautius, uide Bald. in l. tallo. sup. de testa. mil. & in materia no. de clausula, in fin. apposita, quo refertur ad oia præcedentia, & Bart. in l. talis scriptura, de lega. 1. & l. si idem. §. fin. ff. de iur. om. iud. & quod no. in cap. inquisitioni. & c. secundo requiris, de app. & in l. fin. sup. de diuer. rescr. & quod ibi eleganter dixit Bald. uide bonam glos. in l. consi. §. quæsitum, de cura. furio. uide Barto. in l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus, ad fin. ff. de uer. obl. ubi si quis interrogatus an sit debitor Titij, & Sempronij: & respōdit, sic, refertur ad Titium, & Sempronium. alias secus. Et uide quod singulariter dicit Spe. in tit. deposi. §. 7. uers. 11. Sed si quis interrogatus an cognouerit Titij uxorem carnaliter. & talis respondet sic, cognoui carnaliter uidetur fateri quod sit uxor Titij. quod est not. dignum. & sic consuluit Barto. ut refert Bald. in l. si seruus plurium, §. fin. ff. de lega. 1. & ad aliud dictum Spe. uide Bal. notabiliter loquentem in c. senes, de test. & proposito adde et Barto. in l. gerit, ff. de acq. hær. qui dicit, quod si qs interrogatus, an Titius filius aduerit hæreditatem, dicit, sic, nō intelligitur fateri quod sit filius talis. quod est notabile et uide tex. l. 1. §. quibus, ff. de succ. edic. & ibi gloss. super verbo, ut succedat: quod si qs simpliciter repudiat hæreditatem, vi in totum repudiasse, & quod not. in l. si sine, §. interrogatū, ff. de interr. act. & ista tene menti: quia cū esset de facto dubium sup quadā uilla, interrogatus ab uno nobili Doctore existente in curia pro Illustr. Duce Sabaudiæ, omnia ista improuise, non uoluendo chartas allegaui, licet fuerim minimus inter scholares. Et adde glo. in cle. ne Romani, de elec. ubi uult. quod determinatio in fin. posita, refertur ad proximum. Tñ contrarium tenent ibi Doct. uide omnino. & gl. no. in c. 1. de rescr. in 6. & Ang. in auth. de hær. & fal. in §. si uero ablatā. super gl. in uer. legatarios. ubi dicitur, quod si apponuntur duæ quæstiones, & consultor rńdet sub unica solutione, tunc ad ambas respondisse ui. Et uide D. Ant. in ca. 1. de pac. ubi si qs interrogatus, promittis mihi dare sub pęna mille, rñdet si, vl promittere pęnam, licet Do. Io. ibi cōtradicat, ex quo responsio fuit simplex. uide tex. & ibi Bald. quisquis, C. ut si cer. pe. ubi si lex ponit pœnam in fine, φ illa pęna comprehendit omnia præcedentia.

vt ff.eod.l.3.§.filius,primo respõso. Sol.ibi est locutio coarctata, 4 non simplex.† Et no.quod clausula arctat id,cum quo potest cõstrui,salua ratione recta sermonis,& non aliud, vt ff.de au.& ar. le.l.Plautius. Idem si resultaret in iure absonus intellectus; quia semper construatur cum verbo,cũ quo potest de iure construi. Literam etiam semper congrue punctuabis, vel finem orationis facies.ubi debes, vel virgulabis secundum iuris nostri rationem,quod iura sequi debemus.ad hoc facit quod not.in l.cu filium,ff.quãdo dies leg.ced.& l.fi.de rebus du.& ff.de leg. a.l.fin. 5 §.Sexto.† Nũc venio ad materiam legis nostræ,& quæro,quãdo, exhæredatio dicatur facta ab omnibus gradibus? Respon.quando omnibus præponitur,nam generale principium,generaliter est intelligendum,vt l.regula, §.fin.ff.de iure & facti ignoran.& not.infra si per uim,vel alio modo.l.2.nam exordium generale esse uidetur,vt l.si quis ex argentarijs,§.si initium.ff.de edendo, quia ex caput totius orationis. argumen.ff.de hæredi. instit.l. fina. Item quando post omnes gradus: quia quod ultimo dicitur,uidetur dictum in principio, medio, & in fine.supra a.tit. l.penult.& ff.de hær.instituen.l.si ita quis. la prima. Item quando interponitur, seu miscetur inter gradus, ff eod.l.3.§. sed interer.nam habet extrema ante & retro diuersorum graduum, & ideo refertur ad omnes gradus quantumlibet diuersos. Sed quã fit inter personas eiusdem gradus,est a suis extremitatibus coarctata,& nec ante,nec retro potest respicere nisi eundem gradũ, d.§ filius primo respon. Sunt enim extrema sibi quasi pro finibus assignata,vt non vagetur vlterius; nam si testator uoluisset exhęredare ab omnib.non astrinxisset se ad interiora graduum. 6 quod est not. † Secundo quæro, nunquid exhæredatio possit fieri a persona hæredis,proprio tantum, vel proprio & appellatiuo nomine designata; & videtur φ non, quia ab eodem procedit priuatio,& habitus; vnde sicut per alium quis non fit hæres, vt l.captatorias, supra de testamento mili. ita nec potest fieri ex 7 hęres: quia esset exhæredatio captatoria. † Item exhæredare ab extraneo hærede instituo, est inepta locutio, vt ff.de verborum obligatio l.quidam cum filium,& ideo tex.dicit,φ talis exhæredatio non valet,d.l.3.ibi,nisi. Et hoc est verum,nisi fiat sub nomine appellatiuo hęredia, & in persona eius, vel eorum a quia bus fit exhæredatio,fundetur totus gradus:a nec refert, an pcedat nomẽ proprium,vel appellatiuum: quia ad id debemus reb ferre,quod facit rem valere,b vt infra de fideicommis.l. etiã. & 8 l peto,§.mater.ff.de leg.a.† Tertio quæro,c nunquid testamenc tũ possit incipere a gradu posteriori; & dic φ sic, nisi habeat in se vitium dependentiæ a gradu priore,qui sit inutilis effectus, vt d.l. 3.§.fin.& de iniusto testamento.l.nam & sub conditione, §. d rumpendo.& ideo hoc casu d fortius rumpit posthumus,quam iam natus: quia posthumus rumpendo locum sibi facit, & inuadit primum gradum, quem ipse facit vocare sibi,& ad sui vtilitatem; & ideo omnis substitutio rumpitur, vt d.§.rumpendo.& e ita placuit iurisconsulto,cum tamen iã natus e non rumpat, nisi dicat nullum. Item nec debet posthumus plus posse quam iam natus;sed Iurisconsultus cõsiderauit dependentiã.sed proprie loquendo, non dicitur dependere ab aliquo, quod habet existentiam illo remoto; sed illud quod ita existit,quod non potest habere existentiam, nisi cum illo.ad quod facit ff.de condictione,indebi.leg. Iul.certe Iurisconsultus considerauit, quod aliquid debet operari ius rumpendi; nemo enim rumpit ad vtilitatẽ tertij,sed sui ipsius,vt ff.de cõtraha.l.si post mortem,§.libe- 9 ri. † Quarto quæro, vtrum a re certa possit quis exhæredari? & dic quod non, vt ff.de hæredibus instituendis.l.si quis ita hæres institutus fuerit excepto fundo. & idem si exhęredet a parte quota, & non tota, quia est pro alia parte præteritus; ergo testamentum nullum,nam exhæredatione cessat ius accrescendi. cum sit mero fauore,& non odio introductum; & quia priuatio non est extendenda, nam id quod nihil est, nõ potest extenf di,vt ff.eod.l.cum quidam.f † Quinto quæro, quando dicatur 10 clausula absolute posita? Respond.quando a nullo præcedenti regitur, sed per se ponitur, quia clausula quandoque importat conditionem, ff.de conditionib.& demonstration. l.a testato- 11 re.quandoque priuationem, vt hic.† Quandoque dilationem vt l.talis scriptura,ff.de legatis primo.habet etiam naturã limitãdi,vt ff.de tritico, vino, & oleo lega.l.fi.§. cui dulcia.& de pe.lega. l.nam quod liquide, §. si cui penus. & adde quod nota. per Barto.in l.Aurelius,in §.idem quęsijt, ff.de libe.lega. Et prædig cta faciunt ad clausulas,g quæ ponuntur in rescriptis, vt extra 12 de appella. capitu.secundo requiris. † Sexto h quæro, vbi lex h clausulam referr ad omnia, vtrum possit probari contrarium ex mente loquentis glo.sentit quod non.sed tu dic quod sic,qa est quæstio voluntatis, quæ potest probari per testes tam in ascendendo vltra significationem verborum; quam in descendendo ab ipsa significatione, nisi mens forte esset contra verba omnino,vt ff.de usufruct.le.l.stalij. Nam aliud est ponere, aliud perimere,vt extra de accusatio.c.cum dilecti.potest enim peniri,nisi diceretur falsum.& facit φ no.ff.de pac.l.iurisgentium, §.quod fere.

ADDITIONES.

a Gradus. Hoc communiter tenetur,vt hic per gl.& Doc.sed Fulg. contra per illum tex.ibi,appareat tamen eum a contrario sensu.Item quia tex.in leg.tertia §.3.cum seq.ff.eod. hoc non ponit: & quia facilius præcedentia trahuntur ad sequentia, quã econtra,vt no. Doct. in l.si quis ex argentarijs, §.si initium, ff. de eden. Tene communẽ opinionem,quia apparere dicitur,eo quod non probatur contrarium, vt in an.facit l.talis scriptura, ff.de leg. primo. Item quia si quando exhæredatio facta est in medio, trahitur ad præcedentia, dicta leg.tertia, quare non ita si in fine.

Gradus. Vide Imo.in l.3.§.fi.de lib.& posthu.

b Valere. Vide Ioan.de Imo.in lege quod dicitur,& ibi dixi, ff.de verborum obligatione.

c And.Bar.Tertio quæro. An testamentum poterit incipere a gradu posteriori. vide glo.in c.2.de electio.in 6.vbi totum positum in vno ex duobus. non comprehendit nisi vnum ex duobus,quando vtrunque non possunt recte cõprehẽdere verba præcedentia: quia comprehenditur ad quod ponitur,vide tex.cap.vlt.periculum, eo.ti.& hoc vbi illud verbum secrete loquens,comprehendit verba præcedentia, s.mittens nuncium,vel epistolam quod est bene not.ex quo ponitur ad finem, vide glo.in clem.sæpe.in verbo,figura.de verb.signi.quæ dicit,quod si committitur causa de plano,summarie,& sine strepitu & figura iudicij, quod illa dictio,& videtur repetita in omnibus illis dictionibus per cap. secundo requiris, de appel. & operatur illum effectum, ac si fuisset in omnibus repetita vide cap. causam,quæ.de rescri.& ibi Dom Anto.de clausula autem in medio apposita. vide glo.in c. si. de postu.præ.lib.6.Et quod clausula in fine posita non referatur omnia præcedentia,quando non est eadem ratio,vide aliam glo.in c.statutum, §.1.de rescri.lib.6. Et de clausula in medio apposita in substitutionibus,an referatur ad præcedentia, vide Pet.de Anch.in suis consilijs,& vide glo.Insti.de rer.diui. §.item lapilli quæ dicit φ vbi orationes sunt coniunctæ clausula in fine apposita refertur ad omnia secus si non sunt coniunctæ,sed solutæ. Et hoc consului apud Regium. Statuto cauetur,φ si mutuum factum sit post decennium,non possit peti,nisi creditor interruperit præscriptionem,illud petendo in iudicio, vel extra iudicium,coram testibus. Si vero est debitum conditionale,vel in diem.purificata conditione incipitur præscriptio per citationem,vel requisitionem quod ista clausula in fine apposita,non refertur ad præcedentem clausulam positam in principio statuti.

d And.Barb.Et ideo hoc casu. No.rationem,quare in iam nato testamentum incipit a secundo gradu in posthumo autem non,& hanc conclusionem contra gl. sentit Bald.etiam in l.3.§.fi.ff.de libe.& posthum.& eam sequitur Ang.& addit quia legata pendente ex institutione,tamen institutione irrita,non irritantur legata.l.si. ff.de hæred.insti.ergo D Ioan.addit,quod proprie loquendo, lex ipsa rumpit primum gradum propter natiuitatem posthumi.l. 1.& 2.infra de posthum.hæredib. instituen.ideo aliam rationem dant in posthumo,quia hæreditas versatur in primo gradu.Sal.& Spec.quia potest non nasci: ideo si lex rumpit primum gradum, ad vtilitatem posthumi,rumpit etiam secundum;sed in iam nato hæreditas nullo modo versatur in primo gradu,quia est nullus.

e Iam natus. Vide Bald.Angel & Imo.post Bar.in l.3.§.fi. de liberis & posthum.is.

f L.cum quidam. Vbi de hoc est casus,& ibi per Doct.& hic per Petr.& alios.

g Clausulas. Ista sunt verba Cy.

h Sexto Idem tenet Bar.hic,& in l.4.§.filius,in lec.noua, ff.de libe. & posth. vbi tenet contra gl.sed Fulg. hoc conatur sustinere glo. in terminis huius legis, vbi idem erant instituti & substituti,& sic nulla ratio potuit mouere testatorem ad exhæredandum filium a primo gradu,& non a secundo.& quia si institutus non habebit a gradu institutionis, habebit a gradu substitutionis & sic nihil refert. Secundo per tex.hic dicentem,quod nulla ratio reddi potest,ergo contrarium probari non potest;sed communis sententia videtur tenenda. Non obst. primum argumentum quia unino redditur ratio,vt si a primo casu multa legauerat filio,quibus poterat merito remanere contentus, sed a secundo gradu nihil legauerat. Non obst. tex. ibi, nulla, & c. quia illud est verum in dubio. Item potest interesse magis habere ex vno gradu,quam ex alio,ut si vnus gradus est magis oneratus legatis,quam alter l.licet,ff.de leg. 1.vel pone quod probatur, quod testator noluit exhæredationem extendi ad primum gradum tantum,& contingat quod vnus ex filijs institutis in casu huius l.repudiet;certe alius non poterit venire ex gradu substitutionis,a quo filia non fuit exhęredata: nec etiam poterit venire per ius accrescendi, quia testator hoc casu videtur prohibuisse,l .pen .ff.de inof.rup. & irr. testa. & sic testamentum erit nullum,tamen hoc vltimum ita non approbo, quia non videtur prohibere ius accrescendi,quando idem est substitutus & cohæres,vt per Bar. in l.testamento,sub.tit.2.

i And.Barb.Sexto quæro.Et tene menti illum tex. pro exponentibus statuta, vide Bald.ibi.

L E X II.

1 *Factum legitime non potest haberi pro infecto.*
2 *Nepos præteritus agnoscendo,an rumpat testamentum.*
3 *Verba sine impedimento,interdum explicantur cum auxilio & fauore.*
4 *Nepos rumpit testamentum quia loco patris succedit.*
5 *Filia dotata præterita testamentum patris potest dicere nullum instituto masculo.*
6 *Filius deportati in integrum restitutus, an possit dicere testamentum nullum.*
7 *Hæreditas non potest adiri ex testamento,quod speratur rumpi præteritione.*
8 *Posthumus interim dum est in ventre,non potest dicere testamentum nullum sed natus retro rumpit.*
9 *Ius dicendi testamentum,nullum transmittitur.*
10 *Ius petendi legitimam non transmittitur.*

Si auus. Nepos pręteritus agnoscendo rumpit testamentum aui. h.d.concor.ff.de iniust.test.l. posthumo 1 rũ.§.sed si filius,ff.eod.leg.Gallus. §. licet.& l.inter cętera.† Oppo.& uidetur,φ testamẽtum aui non rumpatur; quia est legitime factum:quia quod est legitime factum,ex superuenienti casu fortuito non debet infringi,ut ff.de his, qui sunt sui, vel alie. iu.l.patre furioso.& de verborum obli.l.eastimo. Sed istud testamentum fuit a principio legitime factum,quia pater nepous fuit

fuit institutus, vt l. Gallus, §. in omnibus. versic. & ut nepote. ergo non debet morte filij irritari. Solu. ea, quę perfecta & confirmata sunt, non irritantur: sed ea, quæ sunt confirmanda bene irritantur, si superuenit impedimentum confirmationi obstans, vt ff. communia prædiorum. leg. fi. & hic. & no. quod confirmabile nihil valet sine confirmatione: confirmatio nihil valet sine confirmabili, vt ea. l. probatur. † Secundo oppo. & vr, quod nepos non rumpat testamentū, ff. de inut. testam. l. si quis filio ver. & dicemus. Sol. ibi pater nepotis decessit mortuo auo, & sic post testamentum. morte testatoris confirmatum; & ideo casus superueniens non officit testamento, hic autem pater nepotis decessit viuo testatore. † Tertio oppo. dr̄ hic, quod nepos agnoscendo rumpit sine impedimento legis Velleię. contra immo debuit dicere, quod rumpit suffragio, seu ope legis Velleię. Nam cum nepos non sit substitutus patri suo, vt uult secundum caput le. Velleiæ, ergo rumpit ex ordinatione l. Velleię. Solu. quidam concedunt cōtrarium, quod ista verba, sine impedimento, exponantur. i. cum auxilio & fauore. quam expositionē bene notabis. Alij dicunt, quod lex Velleia nō loquitur nisi in nepotib. posthumis. Tertij dicūt, quod hic nepos erat exhæredatus inter cæteros, quo casu testm̄ videbatur valere per legē Velleia. vt ea. l. & §. & bn̄ verba se habent, in fi. quod hic remouet, quia exhæredatio debet fieri nominatim, quod qualiter intelligatur, dic vt ff. eod. l. Titius. in princ. in §. Lucius. Tu teneas primam solutionem. nam hic impendere, exponitur. i. suas vices sibi. i. nepoti ex toto porrigere. † Quarto oppo. dr̄ hic, quod nepos ideo rumpit testamentum, quia succedit loco patris sui. Contra; ille, qui succedit in locum alterius, vtitur eo iure quo ille vti poterat, vt ff. ad Trebel. l. qui quadringenta. ver. nam hęres. sed filius non poterat dicere nullum, quia institutus. ergo nec nepos in locum eius succedens. Solu. succedere in locum alterius dr̄ dupliciter. primo modo per priuationem, secundo modo per transmissionem. Primo casu ille dicitur succedere in locum alterius, qui ex sua propria persona succedit amoto obstaculo, quod ei videbat̄ obstare, ff. eod. leg. Gallus, §. & quid si tantum. & hoc modo loquitur hic. Et est simile, quando moritur primus hęres habens præbendam: nam succedit sequens in locum eius, nec tamen ex præcedentis prębendam facto obligatur, a vt no. in c. fi. extra ne prælat. vic. suas per Inno. Secundo casu loquuntur cōtraria, quia quæ veniunt ex transmissione, non possunt venire nisi eodem modo & qualitate, vt ff. de reg. iu. l. in his quæ non debeo, siue hominis ministerio, siue ipso iure transmissio fiat, ut ff. de manumiss. leg. Caius. † Extra quæro b de tali quæstione. Pater filiam dotatam præterijt, & filium instituit; superuixit filius patri, & bona paterna possidet, deinde decessit dictus filius sine filijs masculis, nunc dicta filia pręterita dicit testamentū nullum, quæritur an possit Statuto c communis Perusij supposito, dicente quod filia dotata non possit venire, nec reuerti ad bona dotantis, quousque superuixerit filius masculus. Circa quod indubitanter dicendum est, quod dictū testamentum est nullum, & retro nullum fuisse apparet, quod probatur rationibus infrascriptis. Et primo sic: certū est, quod ista filia præterita dotata potest hodie dicere testamentum nullum, & hoc voluit statutum, quia solum voluit eam excludere a bonis, quousque masculus superuixerit, & sic eo mortuo eam admittit: quia prohibitum ad tempus, post tempus videtur esse permissum, vt l. Imperator, ff. de post. Sed si ita est, quod hodie non potest dicere nullum, nisi dicatur retro nullum, vt probabo. ergo ex mēte statuti est, quod retro fuerit nullum. Hoc sic probo; ille præteritus non potest dicere testamentū nullum qui tempore mortis non debebat de necessitate institui, vt ff. de inut. test. leg. si quis filio exhęredato, in princ. Si ergo dicerem dictum testamentū viuo filio esse aliquid, & per consequens filiam tempore mortis non fuisse necesse institui: ergo hodie non rumperetur testm̄, vt d. l. si quis. in princ. Cum ergo hodie filia dicat nullum, ergo de necessitate habet præsupponere, quod hodie apparet eum fuisse talis conditionis, quod tempore mortis debebat institui. † Pręterea hoc apparet per glos. leg. Gallus, §. & quid si tantum. vbi si filius deportati post mortem patris restituatur in inte. tamen non dicit testamentum nullum, nisi restituatur ex causa, quæ retrotrahatur, vt ibi patet in fi. gl. Aut ergo ista filia dotata incipit esse habilis post mortem filij ad succedendum ex causa, quæ nō retrotrahitur, & non possit dicere nullum; aut ex causa quæ retrotrahitur, & tunc constat testamentum retro fuisse nullum, & istæ rationes de necessitate concludunt. Prætere † ex eo testamento, quod speratur rumpi ex causa præteritionis, non potest adiri hæreditas, nec suus hęres existere, vt ff. de acquir. hæred. l. cum quidam, §. quod dicitur. sed istud est huiusmodi: quia si contingat filium decedere sine filijs, filia pręterita superstite testamentum istud rumpitur: ergo filius masculus ex eo testamento nō potuit hęres esse. ergo concluditur de necessitate, quod dictum testamētum retro fuit nullum, saltem ex ea ratione, quod ex dicto testamento non fuit adita hæreditas, nec suus hæres extitit. † Præterea prædicta probātur per casus similes. primo de posthumo præterito, qui non potest dicere nullum quousque est in ventre. tamen natus retro rumpit. Item in filio capto ab hostib. præterito, qui non potest dicere nullum, quousque est apud hostes, tamen reuersus rumpit retro, vt iura dicūt. Prætereahoc videtur quasi in his terminis expressum, ff. de bonorum possessione secundum tab. l. æquissimum. circa prin. ibi, ea spectandi ergo, &c. vbi dicitur, quod quandiu superest aliquis, qui possit venire per contra tab. non debet venire aliquis per secūdum tab. sicut dicit ista tutū, quod quandiu superest masculus, non veniat fœmina Mo d do pone, d quod illi, qui possunt venire per contra tab. sunt exclusi morte, vel alio modo. certe tunc instituti venient per secūdum tab. non vtex nunc confirmetur testamentum, sed tanquam retro testamentum valuerit, ergo virtus istorum verborum, quamdiu &c. interim suspendit, e tamen postea retro fingit, secundum Bart. qui ita consuluit de verbo ad verbum. & per hoc cōcludit. Bar. quod clausula, si non valet iure testamenti, non valeat iure codicillorum, quæ, erat in prædicto testamento apposita, tanquam retro non habeat operari suum effectum, prout dicam in auth. ex causa. cui ego f contradicebam omnino, dum essem aduocatus partis aduersæ, quod dicta clausula nil poterat operari; quia illa conditio, si non valet, &c. nunquam fuit impleta viuo filio masculo, sed demum eo mortuo. & ideo fideicommissum conditionale interim non transmittit, vt l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebel. & no. in l. cum filio, ff. de leg. 1. & infra de his, cui ante aper. tabulas, l. 1. dicebam ergo, quod dictum testamentum erat nullum ex nunc. i. post mortem filij, non retro, super qua quæstione Rayn. de For. & collegium Senense consuluerunt, quod dicta filia nihil poterat petere, nec nullum dicere, quod tēpore mortis patris, & tempore aditæ hæreditatis per filium masculum se inuenit exclusam ex forma statuti; & nūquam potest redire ad ius dicendi nullum, nec de iure ciuili, nec de iure prætorio, quia inuenit hæreditatem alteri applicatam, argum. supra de secun. nup. l. in quibus. nullitas enim nisi insit tempore mortis, confirmat testamētum inexpugnabiliter, vt d. l. si quis filio. & ideo in tota l. Gallus, non considerat, nisi quis procedat tempore mortis testatoris. Nā si tunc iuris obseruantia non deficit testamentum inexpugnabiliter valet; & in hac parte non fuerunt secuti, consilium Bar. sed præcise consuluerunt contra partem meam, g sed collegium g Florentin. consuluit pro parte clientulę meæ. & quod ipsa succederet in dimidia, dicta clausula non obstante & idem consuluit recolendę memorię D. Fran. Tigri. de Pisis. Et respōdebat ad leges cōtrarias, quod ista filia erat hæres anomala, & cōcedebat quod hæreditas tota fuerat ad filium applicata, sed nihilominus ex dispositione legis municipalis pro parte dimidia euinci poterat, filio masculo mortuo sine liberis. Nam hoc non est nouum, quod ex dispositione legis vnus incipiat, alter desinat esse hæres, vt no. ff. de vul. subs. in l. in substitutione filij. & Insti. de eo, cui liber. cā bo. addicun. in fin. Nam statutum excludit regulas iuris cōis, excludendo filiam ad tempus vitæ fratris, sed postea includendo & reintegrando ipsam ad successionem, ar. ff. de lega. 2. l. statuliberum, §. Stichum. vere ergo filius fuit interim hæres insolidum ex testamento, & non filia sed mortuo filio redit ad causam intestati ex præteritionis defectu; & sic cā finalis,

ADDITIONES

a Obligatur. Vide Bal. in l. emptorem, sup. loca.
b Extra quæro. Not. q. de qua p. Bar. in l. fin. ff. ad Tertu. cum concord. & scripsi post Imo. in l. ei, qui soluendo, ff. de hæred. instituen. & hic in meis reportatis.
c Statutum. Vide Bal. in auth. si quis, sup. de nat. lib.
d A. B. Modo pone. Et de ista q. vide Bar. & Bal. in l. si quis posthumos, §. si filium, ff. de liber. & posthumis & l. 1. ad Treb. Bald. Ange. & Io. de Imo. in l. Gallus, § & quid si tantum, de liberis & posthumis. & plene Bald. in l. si quis filium, supra de inoffi. test. & l. in quibus, de secun. nupt. vbi singulariter limitaui dictum statutum. vide Bal. in l. fi. ff. ad Tert. & in l. in substitutione, ff. de vulg. & pup. & in l. Titius, ff. de excu. tut.
e A. B. Interim suspendit Sal. hic recitat Bal. de verbo ad verbum, & nihil vltra dicit & sic videtur cum eo transire.
e Exclusus. No. φ exclusus ignoranter a iure ciuili ab adeundo, potest intra annum utilem petere bon. poss. uide Bal. in rub. sup. qui admit. in 6.q. mihi ut pro hac parte esse casum iniectus ar. in l.fi. iuncta auth. quas actiones, [illegible] de sacros. eccl.

potest adire hæreditatem matris ex capite liberorum, exclusis transuersalibus. Modo pone, quod per triginta annos non adiuit ex capite liberorum, nunquid habet alios triginta annos ad adeundum ex generali capite *a* legitimorum? Dicit Bar. quod sic, & sic dotem matris consequi poterit, & petere vsq; ad sexaginta annos nam ex quo potest adire, poterit agere, vt hæres. donec enim hæreditas iacuit, non incœpit contra eam præscriptio cursum suum; & ideo contra actionem de dote, *b* quæ est hæreditaria hæreditatis maternæ, interim dum matris hæreditas iacuit, præscriptio nō currit. nec contra hæreditatem, quia iacuit; nec contra filiam, quia nondū hæres erat. Probat Bart. primum dictum: quia † sicut se habet annus de iure prætorio, sic se habent triginta anni de iure ciuili: ergo &c. vt ff. de suc. edic. l. j. §. sed uidendum, quod uero interim iacēte hæreditate præscriptio non incipit cursum suum, notat̃ C. de tempo. in integ. resti. l. ea quæ. in fi. & hoc sm̃ tenent multū notabiliter hic Pet. & Cyn. Tene ergo menti ista dicta quæ sunt multum memoriæ commendanda, & maxime in filijs vtilia in 12 successione parentum. † Et ex prædictis infero, quod si filio, cui hæreditas matris erat delata, est elapsus annus deliberandi, quā habebat vt filius, quod adhuc possit transmittere secundum annū deliberandi, vt legitimus. & idem in emancipato, *c* quod post primum annum, & intra secundum moriens transmittit ius deliberandi quasi agnatus, *d* quod est notabile dignissimum. † Quinto *e* quæro, nunquid iacente hæreditate possit inchoari præscriptio acquisitiua rerum singularium? & dic quod non, vt d. l. ea, quæ secundum Petrum & Cynum, de hoc not. ff. de minor. l. & ei. Non obstat ff. de diuersis, & tempore. præscri. l. si seruus hæreditarius, quia ibi in præscriptione, quæ sumit originem ex actu conuentionali facta hæreditate iacente, & idem in præscriptione mere conuentionali, quæ legem, id est, formam & actū recepit ex conuentione partium, vt ff. de in diem addi. l. si prædio, sed hic loquimur in legali præscriptione; nam siue sit mixta ex fauore & odio, siue mere odiosa, requirit moram non petentis; sed hæreditas iacens non potest dici in mora, *f* quia ibi nullum consilium animi, ibi nulla mora, vel culpa esse potest. Et hæc de præscriptionem tam exclusiua, quā acquisitiua siue translatiua quantum ad præsentem l. dicta sufficiant.

ADDITIONES.

a Ex generali capite. Hoc vr̃ procedere, quādo non supererat aliquis alius de gradu liberorū, qui posset adire, quia si superesset, non faceret transitū ad gradum unde legitimi, ut no. Bar. & Doc. in l. 1. sup. qui non peten. par. & gl. in d. §. sed uidendū. hic alleg. de succe. edi. cū Bal. hic transeunt. Ang. & Pa. de Cast. hic, sed Sal. hic cōtra Raph. in l. quādiu, la 1. ff. de acq. hære. tenet cum Bal. facit, quod in simili not. Bal. in l. si emancipati. sup. de colla. & in rubr. extra de præscrip. sed nunquid ista quæstio procederet in expressa renunciatione, Cyn. & Bal. in l. accusationē, inf. q. accus. non poss. uidetur uelle, quod non per dictū §. sed uidendū, & ad Bal. adde, quæ dixi post Bar. in l. suum, & ibi per Paul. de Castr. infra eo. & uide, quod no. Bal. supra proxim. & cū Bal. hic transit ēt Pau. de Cast. in l. quandiu, la 1. ff. de acqui. hære. & consuluit Bar. in consi. incip. quidam habens uxorem.

b A. B. Actionē de dote. Sal. hic dicit, quod de hoc dubitat, quia oēs successiones hodie sunt legitimorū. & tñ inter nos tria sunt capita, ut in Authē. de hær. ab intest. §. s. cum 1 q. & si exclusus ex capite liberorum, est exclusus ex capite legitimorum, sed dicamus Bal. procedit sm iura antiqua fatetur tñ, quod exclusus ex testō, ueniret pōt ab intestato. hæc tñ non habent locum secundum opē quā tenuit Sal. in fi. ibi, quinto quæritur. l. si seruus contrarium uidetur secundum Ang. hic, qui tamē dat solutionem Bal. & sequitur.

c Emancipato. Quod emancipatus non transmittat, uide per Bar. & alios in l. neo nr̃. ff. de acq. hære. Fulg. hic opponit contra Bald. quia dixit, quod non pōt dici secundo anno delatam hæditatē, ideo ex secūdo capite, quia primum ad hoc durat, nisi sm eum intelligatur, quod non duret primū adhuc quo ad remedia iuris prætorij, l. bon. poss. quæ anno finitur, ēt liberis de quocunq; capite uenientibus l. 1. in fi. ff. de suc cess. edi. l. si contrarie. Item §. 1. ff. quis or. in bon. posses serue. & prouisio d. l. cum antiquioribus, habet locū ēt in succedentibus, de iure prætorio, ut ibi per Doct. & scripsi post Bal. ibi. & uide hic Sal. & quod scripsi post eum. & per Raph. in l. quādiu, la 1. ff. de acq. hær. & ad istud sin. facit, quod no. Bald. in rub. extra de præscrip. dum limitat nihil. C. pro hærede.

d Agnatus. Tale ēt dr̃ agnatus per Bal. & Sal. in l. qui se patris, sup. unde liberis, quia coniungitur per masculum.

e Quinto. Dixi in l. ea, quæ in uer. tempus utile. sup. de temp. in integ. rest. peten.

f Mora. uide l. si cui, §. cessatum, ff. ut in pos. leg.

L E X IX.

1 *Citatio qualiter fieri debet, ad interrogandū per iudicem heredes defuncti.*
2 *Actus in iudicio fiendi ad partis petitionem debent fieri nisi ubicunque iudici est permissum supplere, & ubi iudex potest facere actum partibus inuitis 4.*
3 *Terminus moderatus debet statui petenti terminum ad deliberandum.*
5 *Terminus nisi statuatur ad adeundum, perpetuo licet adire.*
6 *Iudex potest limitare tempus legale.*

Si curatoris. Is cui defertur *a* hæreditas, potest quādocunq; eam adire; & si de aditione nō cōstat, interrogabitur, & tempus ad deliberandum ei dabitur. h. d. † Not. practicam volentis conuenire hæredes defuncti, vt eos citari faciat, & interrogari per iudicem, an velint esse hæredes, vel non & si petierint tempus ad deliberandum, eis dari debet, & nota, quod hoc casu *b* nō sufficit citatio, & proclama generale, dicendo, quicūque vult esse hæres, compareat. Sed debent citari illi, quos proxima successionis causa cōtingit, vt est casus not. in l. j. §. denunciari, ff. de vent. inspi. In glos. necne. ibi, & hoc ad petitionem tuam † nota, quod quilibet actus in iudicio fiēdus, debet fieri ad petitionē partis, vt le. properādum C. de iud. & leg. ad peremptorium, ff. de iud. l. a. j. vt intra certum tempus crim. quæstio terminetur. Fallit vbicunq; iudici est pmissum supplere, vt j. de appel. l. ampliorē. extra de fide instr. c. cū Io. ff. de cur. bo. dādo. l. j. & ff. de admi. tut. l. ita aūr. post prin. & vbicunque iudex pōt aliqd facere vtraq; parte inuita, vt ff. de post. l. quos prohibet, & ff. de test. l. scio. & dic plenius, vt no. C. vt q̃ desunt aduo. par. iu. sup. l. j. † Deinde not, quod petenti terminū ad deliberandū, dēt statui terminus moderatus. Nā qui deliberare sed dicit, præcipitandus non est, vt ff. de suc. edi. l. j. §. Largius, & facit j. de vsu. & fruct. lega. l. a. ver. quod si satisdationem, & quid operatur lapsus termini, dic, vt ff. de acqu. hære. l. quandiu, in vltima gl. † Item no. quod istæ interrogationes præparatoriæ *c* iudiciorū fiunt implorato iudicis officio, quod implorari potest viua voce sine scriptura, ēt libello super principali causa nondū porrecto, vt not. ff. de interrogato. actio. in rubrica. † Vltimo habes in leg. ista, quod nisi terminus statuatur ad adeūdum, perpetuo adire licet, vt dixi supra eo. l. licet. † Item no. *d* quod iudex potest limitare tempus legale, secundum Iaco. But. alias secundum Bar.

ADDITIONES.

a And. Barb. Is, cui defertur. Et ad materiam huius l. vide Ang. qui sing. alleg. istum tex. quod iudex debet interrogare omnes, ad quos hæreditas spectat, ad petitionem partis, vnde dic, quod solennes Aduocati dirigunt libellum ad omnes, non ad vnum singulariter, quod dicit esse summe no. & dicit per hunc tex. quod fecit cassari multos processus, quia facit, quod iudex non potest statuere minus tempus, quam centum dierum, vt l. 1. ff. de iure delib. nam Ang. dicit hic fore casum, & ista lex est posterior illa, & tenet gl. in l. quandiu, de acq. hære. tandem dicit, quod ad hoc, vt detur curator hæreditati, potest minus tempus, alias secus, vide Ang. in l. si quis ita hæres instituatur in diem, ff. de hæred. institu en. vbi tenet hoc dominus meus, & ibi sequitur Bar. igitur eum vide.

b And. Bar. Hoc casu. No. quod debent requiri venientes ab intestato ad adeundam hæreditatem. & ibi vide tex. fin. videlicet, quod non debet citari substitutus, vide Bal. in l. cum ita dictus, ff. de adop. & in rub. sup. de suc. edi.

c And Barb. Interrogationes præparatoriæ. No. quod interrogationes præparatoriæ fiunt iudicis officio sine libello, vide quæ no. ad tex. l. 2. ff. quia ordo in bo pos. ser. vbi ad hoc addendo ad Nic. de Nea. alle. 13. glo. quas uide.

d And. Barb. Item no. Vide Bar. in l. 2. ff. de re iudi. & ibi vide quæ no. ad Bar. quia plura ibi no. quam Doc. dicant.

L E X X.

1 *Iniuria si dicatur inferatur, non propterea efficitur alijs iniuriosus.*
2 *Expulsi de ciuitatibus, & omnibus bonis spoliati, contra creditores non habent exceptionem spoliationis.*
3 *Colonus partiarius spoliatus fructibus communibus, liberatur a debito portionis domini.*

Si te bonis. Expulsus, siue spoliatus, nō est propterea a suis creditorib. liberatus. hoc dicit. quia violentia tertij non excusat debitorem, nec inopia. Iaco. But. † Not. quod licet ab alio patiaris iniuriam, non tamen per hoc alijs iniuriosus eris, vt in gl. & tene menti contra represalias. *a* † Et nota quod expulsi *b* de ciuitatibus de facto, & omnibus bonis de facto spoliati, non habent exceptionem spoliationis de iure ciuili contra creditores suos; ergo coloni & inquilini expulsorum de facto spoliati, id est coacti portare bladum & pecuniam in communi, non sunt per istam spoliationem liberati a domino eorū. & hoc tenet Spec. expresse in tit. de resti. spo. §. nunc videamus. ver. porro, quod † in colono partiario non est verum, quia violentia fuit commissa in fructibus communibus, & ideo liberat̃ colonus, tanquam debitor speciei, & adde quod not. Cy. in l. a. C. quod met. cau.

ADDITIONES.

a Represalias. De quo per Bar. in l. 2. §. item si is facto, ff. de verb. obl.
b Expulsi. Vide Bar. in l. creditor, in prin. ff. de solu.

L E X XI.

1 *Pater non potest renunciare iuri concernenti filium.*

Renitente. Pater contradicente filio, non potest hæreditatem ipsi filio delatam repudiare, vel seruos hæreditarios manumittere. h. d. † Not. quod pater non potest renunciare *a* alicui iuri filium concernenti, quod teneas mēti. Et adde quod not. de bon. poss. leg. tutor. adde etiam leg. de re filiorum, ff. de transac. cum similibus.

ADDITIO.

a Renunciare. Vide in l. ex repudiatione inf. de fideic. an autem pater possit adire inuito filio, vel eo non consentiente, vide Bal. in l. an 17. opp. in ver. quo ad sextum, sup. qui admit. & not. per Cyn. hic, & Imo. in l. si quis hæres, §. fi. ff. de acq. hæred.

L E X XII.

1 *Hæres non efficitur qui bonorum possessionem agnoscit de iure ciuili.*
2 *Hæreditas cum adeatur animo, Prætor non debet decernere bonorum possessionem.*

3 *Hæres efficitur de iure ciuili, qui possessionem bonorum petit elapso tempore petendi.*

Puberem. Agnoscens bonorum possessionem, dicitur gerere pro hærede. h. d. † Oppo. agnoscens bonorum possessionem, de iure ciuili non efficitur hæres, vt Insti. de bo. pos. §. quos autem, sed gerens pro hærede efficitur hæres de iure ciuili, vt ff. eo. l. pro hærede. ergo litera ista est falsa. Solu. dicit gl. quod litera, quæ dicit, quod gerat pro hęrede, intelligitur, dum dicit, pro hærede, &c. id est, quod idem ius sortitur, quod sortiretur, si adisset de iure ciuili: non tamen, quod sit hæres de iure ciuili, vt ff. de reg. iur. l. Prætor. & ff. de bon. pos. l. 1. & 2. Bart. dicit, quod efficit hæres de iure ciuili, & bonorum possessor de iure prætorio. Sed male a dicit: quia ius ciuile applicat hæredi iura directa, prætor vtilia, & non potest apud eandem personam residere vtile, & directum, vt ff. ad Trebel. leg. hęres. † Item cum hæreditas adeatur animo, frustra prætor postea decerneret bonorum possessionē quia ex duabus causis non potest quis fieri dominus, ergo nec hęres, vnde necessarium est alteram causam circumscribi, vt ff. de hære. insti. l. 3. §. qui fideicommissariā. † Et no. ex hac l. quod si quis petit bonorum possessionem elapso tempore petendi, tamen quia ex hoc videtur gerere pro hęrede, efficitur hæres b de iure ciuili, quod est perpetuum, vt s. eo. le. licet. Et ita intelligo etiam hanc l. Et hoc verum, si quis agnoscit bonorum possessionem iuris, secus si facti: quia tunc non videtur gerere pro hęrede, vt ff. ad Tertul. l. 2. §. si quis ex liberis. & ibi per Bart.

ADDITIONES.

a Sed male. Placet op. Bald. & vide Bal. in rub. in 7. q. sup. qui admit. sed idem Bal. in l. si quis mihi bona, §. sed quid, si mandatu, ff. de acq. hær. tenet contrarium, vide ibi Bar. & Imo. & adde etiam Bal. in l. 1. in 2. op. sup. qui admit. & vide glo. & ibi Bal. in l. 3. sup. quando non pet. par.

b Hæres. Vide Bal. in c. 1. an agn. vel filij. & in rub. sup. qui admit. in 7. q.

LEX XIII.

1 *Habens plura iura ad eundem effectum competentia, si vni renunciat, excluditur ab alio.*

Suum hęredem Omisso prætoria beneficio, potest suus a hæres succedere de iure ciuili. h. d. † Oppo. de leg. 1. s. eo. Sol. illa loquitur in emancipato, hæc in suo. Secundo oppo. de leg. hæres instituta, s. de imp. & aliis sub. sti. Sol. dicit gl. ibi repudiās habebat substitutū vulgarē hic nō. ergo sm gl. b licet quis habeat plura iura ad eundem effectum competentia, si renunciat vni iuri, excluditur etiam ab alio iure, si habet substitutū, qd Doc. non placet, si renunciatio sit specialis vnius iuris tm, arg. de ser. vr. prædio. l. si domus. & ff. de bo. lib. l. si filius. ver. Paulus. alias sequeretur, quod exclusus a iure prætorio per lapsum anni, in casu, quo haberet substitutum vulgarem non posset postea adire de iure ciuili, qd est falsum, vt s. eo. l. licet. Non ob. d. l. hęres instituta, qa ibi repudiauit oē ius testan. & volebat venire ab intestato. Nā hoc nō pt, vt ibi, & ff. de hære. insti. l. iam dubitari, sed nos loquimur, qn renunciauit certo iuri succedendi, & nō bonis, nec hrditati simplr. Et hoc tenēt Cy. & Iac. But. & facit ff. de succe. edi. l. i. §. sed videndū. hoc etiā tenet Bar. ff. eo. l. nec is, §. hæres Gl. tn posset sustineri, qn renunciaretur iuri in specie. addita tn cā in genere: verbi gratia si dico, c renuncio bonorū possessioni, quia hæreditas c est damnosa, nam ista ratio infert pariter circa vtronque remedium, & ex ratione intelligimus dictum, vt no. ff. de acqui. pos. l. is, qui animo.

ADDITIONES.

a Suus. Istam l. singulariter limitat Bal. in l. filio præterito, in 5. opp. ff. de iniusto rup. & irr. testa. procedere, quando aliquis repudiat de iure prætorio ex testamento, & esset aliquis alius, qui posset succedere ex testamento, quia tunc renuncians prohibetur succedere ab intestato de iure ciuili.

b Secundum gl. illam gl. etiam reprobat Imo. in l. filio preterito, ff. de iniu. rup. & irr. testa. & in c. Rav. extra de testa. secus dicit ibi Imo. si simpliciter repudiaret hęreditatem, quia tunc videretur omni suo iuri renunciare, per id quod legi. & not. in l. 1. §. sed videndum, ff. de succe. edi. & iō substitutus admittitur, secundum eum hic, & vide Bal. sup. in rub. qui admit. in 6. q. & in l. accusatione, & qd ibi dixi, inf. qui accus. non possunt. & Paul. de Cast. in l. quandiu, la 1. de acqui. hæred.

c Hereditas. Sequitur Rom. in l. nec is, §. 1. ff. de acq. hære. & Pau. de Cast. & Sal. hic.

LEX XIIII.

1 *Hæreditas potest quæri, licet bona non possideantur.*

Si sorori Hæreditas a pōt quæri † licet bona non possideantur. h. d. concor. ff. de acqu. pos. l. cum hæredes, & j. de edi. diui. Adr. tol. l. fi. j. quo. bo. l. j. & j. quo. leg. l. j. In quibus omnib. prius est hęres, & dominus, quam possessor, & ideo habet interdicta adipiscendæ possessionis.

ADDITIO.

a Hæreditas. Vide Cy. in l. ea lege, circa prin. sup. de condi. ob. cau.

LEX XV.

Non est. In quærendo hæreditatis commodo, tempus a aditionis inspicitur. h. d. ratio dubitandi erat qa retro fingit, vt l. si ex re, §. fi. ff. de stipu. seruo.

ADDITIO.

a Tempus Facit ad quæstionem Bald. in l. Deo nobis, in p. de Episc. & clericis.

LEX XVI.

1 *Beneficium vel præbendam acceptare quis non cogitur.*

Nec emere. Ad contrahendum vel quasi, nemo inuitus a compellitur. h. d. No. † quod non cogitur quis acceptare Episcopatum, vel prebēdam, vel beneficium quia nemo gaudet inuitus, vt no. ff. de neg. gest. l. soluendo Item not. ex prædictis illud generale dictum, quod beneficium non confertur in inuitum.

ADDITIO.

a Inuitus. Limita hanc l. vt per Io. And. in addit. Spec. in tit. de senten. exc. super rub.

LEX XVII.

1 *Hæreditas potest adiri diebus creticis, vel solemnibus.*

2 *Statutum, quod hæreditas certis diebus non possit adiri, valet.*

Cretionum. In adeunda † hæreditate non considerantur dies cretici, vel solennes: quia hęreditas potest omni tempore adiri. h. d. Ista lex ostendit, quod antiqui fuerunt multū bestiales: qa nimis colebant dies, & ideo statutum erat, quod forte in diebus creticis non posset hęreditas adiri quasi in diebus infortunatis. Vel forte dicebatur, quod infirmi non possent hæreditatem adire in diebus creticis, ne forte impediatur operator naturæ super morbum, quam facit in diebus creticis in quibus homo non debet attendere ad aliam operationē, nisi ad propriam salutem. Sed quicquid dixerūt antiqui hodie quolibet die potest hæreditas adiri: nec curamus dies, vel constellationes, & h. d. hęc lex. Si tamen statutū † disponeret, quod certis diebus non posset hæreditas adiri, tale statutum valeret: & ideo cōsuluit Bar. a quod per statutū possint induci, & poni feriæ in laudis arbitratorū: quib. pendētibus, non valeret arbitriū secundū cum & inducebat antiquum ius, de quo hic fit mentio.

ADDITIO.

a Bar. Vide in c. 2. & quod ibi scripsi post Bar. in prin. extra de ferijs.

LEX XVIII.

1 *Infans dicitur, qui est minor septem annis.*
2 *Pater hæreditatem filio delatam potest adire nomine infantis.*
3 *Hæreditas per infantem non adita transmittitur ad patrem.*
4 *Pater adit hæreditatem pro pupillo, maiore infante.*
5 *Pater pro puero hæreditatem potest adire.*
6 *Pupilli consensus non requiritur in adeunda hæreditate.*
7 *Pater iure patrio capit hæreditatem, filio infante defuncto.*
8 *Hæreditas aui materni si fuit delata infanti & infans decesserit superstite matre, fratre, & patre, omnes isti qualiter succedent.*
9 *Emancipatus habebat hęredem de iure ueteri.*
10 *Hæreditatis dies non cedit infanti relicto in infantili ætate.*
11 *Dies non cedit non habenti intellectum.*
12 *Pater nomine infantis non potest repudiare.*
13 *Pater si adit nomine infantis, dicitur infantem obligare.*
14 *Pater an possit obligare filium.*
15 *Infans an transmittat hæreditatem non aditam stante fratre infantis.*
16 *Infans, cui hęreditas est delata non dicitur suus.*
17 *Causa naturalis potior est, quam accidentalis.*
18 *Legislatori quicquid placet pro iure legitimo habetur.*
19 *Restitutio in integrum non datur contra statutum legis, vel naturæ.*
20 *Dictio, minime, est vniuersalis negatiua.*
21 *Infans ius deliberandi potest transmittere.*
22 *Infans si decessit superstite patre, & auo paterno, in cuius aui potestate erat, an auus præferatur patri.*
23 *Patris scientia non operatur, quod filius transmittat in ipsum ius deliberandi.*
24 *Pater filio mortuo, an possit adire.*
25 *Pater ius deliberandi ex scientia filius impuberis, an possit transmittere.*
26 *Tutoris scientia, an sufficiat ad transmissionem iuris deliberandi.*
27 *Hæres impuberis habet recursum contra tutorem negligentem.*
28 *Matris scientia non sufficit ad transmissionem iuris deliberandi.*
29 *Scientia mariti debet esse coniuncta.*

Si infanti. Hæreditatem delatam infanti, ascendens per lineam paternam potest adire & infante ante defuncto ex proprio priuilegio sibi quærere. Itē tutor pro infante adire potest, sed ea non adita, non trasmittitur in maiore infante ascendens dictum priuilegium non consequitur, & tutoris defectum Iudex supplet. h. d. not. vsque ad finem. Diuide, primo loquitur in infante in potestate constituto, vsque ibi parentes. Secundo in infante sui iuris, non habente ascendentem sed tutorem, vsque ibi, ea vero. Tertio, in infante sui iuris, habentē ascendentem, vsque ibi, si autem. Quarto loquitur pupillo 1 maiore infante, vsque in finem. † No. primo, quod infans a dr̄ ille, qui minor est septem annis. Sed secundum etymologiā vocabuli, infans dicitur ille, qui fari non potest, & hæc est in homine prima ætas, de quibus ætatibus Cyn. ponit hic glo. in l. hæreditatum, ad legem Fal. Dominus Io. And. plenius in proœmio sexti 2 libri. † Secundo nota, quod pater potest hæreditatem filio delatam

ADDITIO.

a Infans. Sed quis dicatur puer, & paruulus, vide gl & Bal. in l. fi. inf. de infan. expo quis autem dicatur iuuenis, vide in l. non alter, §. 1. ff. de leg. 3. Bar. in l. 1. infra. de emen. propin. & quis dicatur senex, vide gl. in d. l. non alter.

tam nomine infantis adire: per hoc sis cautus. vt in adirione di catur, φ pater hoc facit nomine infantis, tãquam eius legitimus administrator, vt probat text. hic dum dicit, eius nomine, &c.

3 † Tertio nota, quod hæreditas non adita per infantē transmittitur
a ad patrem, ac si ipsi infanti tam quæsita fuisset. Et isto casu, quia infante mortuo pater adit, non debet tunc dicere nomine infantis, sed suo nomine proprio, & ex iure competenti per mediam
4 personam infantis. † Veniamus ad apparatum, & primo circa particularem, de infante, opponitur, & vr φ idem sit in pupillo maiore infante, quia pater adit pro eo, vt inf. eodem. leg. fin. Solu. in hoc differt pupillus ab infante, quia in infante non est necessarius ipsius infantis consensus. in pupillo vero non potest adire pater solus, nisi pupillus consentiat, vt s. eo. l. potuit, & inf.
5 na l. in fine † Secundo oppo. inf. de bo. quæ lib. l. fina. §. ubi autem pueritis ætas, ubi indistincte permittit patri pro puero hæreditatem adire. Solu. expone tb. pueritis, id est infantilis, secundũ glos.
6 & bene. † Tertio contra hoc opponitur, quasi nullus consensus pupilli requiratur, quia etiam si esset maior, eo inuito pater potest adire, vt l. cum non solum, §. 1. insra de bonis, quę lib. Solu. & aduerte hic, quandoq; pater vult adire pro filio, & hoc casu non potest adire sine consensu filij, si est maior infante, vt supra proxime dixi. Quandoque vult adire pro se, & tunc si filius non est adhuc exclusus, non est dubium, φ pater nõ potest quia ipsi filio præiudicare non potest. supra eod. l. renitente. & s. de repud. bo. poss. l. filio. & l. is, qui hæres. §. fin. ff. eo. Si autem filius esset exclusus, si quidem repudiat: sine dubio pater potest adire suo nomine, & pro se ex iure sibi quæsito ex persona filij quantumcunq; repudiantis, ex dispositione illius l. cum non solum, §. 1. præallegato, sed si filius esset exclusus, morte, etiam filio infante potest adire, vt hic. Et in maiore infante quid iuris sit, not. in d. l. cum non solum, §. 1. secundum Barto. Sed certe de maiore infante videtur casus huius l. in fine. scilicet, φ eo mortuo pater non possit adire, quia maior infante non aditam non trãsmittit: & maxime cum patris possit mora imputari, & ideo litera istius l. in vers. si autem. dicit hoc casu ea seruari, quæ vs teribus legibus continebantur: sed i veteribus legibus contine eba tur hæreditatem non aditam, siue agnitam non transmitti, vt in §. in nouissimo. ergo, &c. Tu dic, vt dixi sup. qui admit. ad bon.
7 possess. l. prima † Quarto ô oppo. dicitur hic, quod filio infante
b defuncto, pater capit iure patrio quasi infanti quęsita, ergo vr φ pater occupet iure peculij, sed hoc videt falsum, quia hodie filiusfamilias habet hæredem ab intestato, vt J. ad Trebel. auth. defuncto. Sol. dic gl. φ hodie hæc lex in hoc corrigitur. Oportet ergo, φ hodie pater istet adeat hæreditatem ex psona infantis, tã quã hæres eius: & sic oia inra, quæ loquuntur de hærede, habe-
e bunt locũ in patre, tã in cõfectione inuentarij, q̃ in alijs oibus. Item si plures essent hrditates infanti delatæ, pr nõ posset vnam hæreditatē acceptare, & aliã repudiare, nisi quatenus posset ip-
8 se infans, si viueret. † Sequitur alia conclusio, quod si hæreditas
d (ponamus aut materna) sit delata infanti, & infans decesserit superstite matre, fratre, & patre, qd omnes isti æqualiter succedunt: & sic pater non ent magis priuilegiatus, q̃ mater, vel frater. & pro hoc facit litera, quę dicit quasi iã infanti quęsita, &c. Nam si quæsita ergo omnes isti succedunt, vt in d. authē. defuncto. & secundum hoc hodie nullum uidetur esse patris priuilegium, si linea materna, & transuersalis potest uenire eodem modo, quo pater, vel auus paternus; quare ergo litera dicit iure patrio? Respond. iua paternum est causa huius fictionis cautandę: sed postquam fictio cautata est, omnibus prodest, gbus prodest veritas, si ergo pater repudiat, hoc ius accrescit matri & sorori: quia apertum erat eis priuilegium, ar. ff. de cõtrata. l. si post mortem, §. fin. secus si pater non aperiret viam hanc, puta quia esset præmortuus; tunc secus, in versi. patente, nec mirum, nam sępe euenit, vt quis habeat per aliũ, quod per se non posset habere, vt l. Arist. ff. de distra. pig. Et si dicas, quomodo priuilegiũ personale alii prodest? Resp. magis prodest fictio, q̃ priuilegium; nam quia lex fingit, quęsitum, quod non est, ideo omnibus prodest,
9 quibus vera acquisitio prodesset, & sic nõ obstat ff. de lega. 2. l. cũ patronus † Quinto õ hoc oppo. nam certum est, quod de iure veteri emancipatus habebat hæredem, vt ff. t a pa. qs sue. ma-
e nu. l. 1. tamen in eadem l. dicit idem in infante emancipato φ de posito in potestate, †. ea l. §. ea vero. ergo glo. quæ dicit, φ hodie pater occupat, vt heres, cum filiusfamilias possit habere heredem, non dicit verum. vnobiq; enim vt dicendum, φ iure patrio capiat, non tanquam hæres. Et ex hoc sequitur, quod ipse solus. Item φ si decedit, licet infantis hęreditatem non agnouerit, tamen trãsmittit. Item sequitur, φ iste pater non conuenitũ tanquam hæres infantis, nec arctetur ad conficiendum innentarium, quia et magis successor bono. quã ipsius filij; sicut nos dicimus, φ ille, qui succedit in bonis uacantibus, nõ est proprie hæres, nec tenetur vltra uires bono. licet inuentarium non con fecerit, vt taotat Bart. ff. de acq. irend. hered. in rubr. Ille passus est dubius 3 tamen ea quoista lex fingit ius quęsitum infanti, puto glossam veram, quod hodie non posit pater venire, nisi tanquam heres. Non obst. ver. ea vero, qa dico, φ ille versic. dẽ intelligi, φ pater debeat venire, vt heres, etiam de iure veteri, & sic infans in potestate retentus & emancipatus equiparantur in hoc, vt fingatur vtrique quęsitum, sed non in modo succedendi quia vni iure peculij, vt ff. de acqui. hęred. l. placet. alteri, vt heredi; sed hodie vtrique pater succedit, vt heres, & sic est hodie exequatio infantis in potestate positi & emancipati per omnia. Impossibile est dicere, φ in dicto ver. ea vero, pater veniat iure peculij; cum emancipatus nõ habeat peculium, vt s. de inof. testa. l. si ergo cum hodie suus, sicut emancipatus, possit habere heredem ab intestato, sequitur φ glo. est vera. & ita teneo. Sed Nic. de Mat. dicit, φ ad istam hęreditatem non aditam ab infante nullo modo vocatur mater, nec linea materna; quia priuilegium huius legis est scriptum habenti in potestate, vel emancipato; & in hoc hęc lex statuit õ ius commune fauore certarum personarum, ergo ad alios non extendit, vt ff. sol. matri. leg. si vero, §. de viro, nam si Imperator contrarium voluisset dixisset in d. §. ea vero. quia ita succedat mater, sicut pater, cum emancipatus posset iure veteri habere heredem. Ex hoc ergo colligitur, quod Imperator noluit matrem vocari; quia de ea non dixit. facile enim erat sibi dicere si voluisset, vt J. de caduc. tollen. l. prima. §. si autem ad deficientis. Ego (vt dixi) teneo glo. prœfer-
f um, quia est hodie sublata differentia agnationis, & cognationis. Itaq; dico, quod pater aperit editum huius legis etiam ma-
10 tri, quod est notabile. † Sexto oppo. & videtur, φ nomine infantis non possit adiri hęreditas, vt ff. de bonorum posses. infan. de ba. l. 1. vbi dicitur, φ non cedit dies hęreditatis infanti relicto in infantili ętate; si non cedit dies, ergo agnosci non potest, ff. de lega. 2. l. si na scriptum, §. 1. Sol. dico, quod nõ cedit dies in preiudicium infantis, ut ibi sed ad eius commodum, sic, vt ff. de bono
11 poss. l. seruus, §. dies. † Septimo oppo. & uidetur, φ nec in eius fauorem cedat; quia non habenti intellectum dies non cedit, ut s. de cura. furio. l. 3. Sol. aliud est in eo, qui caret intellectu rõne morbi accidentalis, puta ratione furoris: aliud in eo, qui naturaliter ratione infantilis ætatis. Et est ratio, quia legitimus administrator infantis habet plenrorem potestatem, quam curator furiosi, arg. s. de nupt. l. in copulandis, sed certe licet ratio proxima procederet quo ad extraneum curatorem; tamen non uidetur procedere quantum ad patrem legitimum administratorem, quia habetins in persona ratione patriæ potestatis: & in bonis ratione vsusfructus, vt notatur J. de bonis, quę liberis. authen. excipitur. vnde pater dẽt comparari tutori, potius quam uero curatori, quia maiorem nim ac potestatem habet. Et iõ tu redde aliam rationem, vt dixi supra, qui admit. ad bonorum pos. le
12 infantia nomine. † Octauo oppo. pater non potest repudiare, u sup. eo. leg. retinente. ergo nec adire, vt ff. eod. l. is potest. Solut. il la regula intelligitur in illo, qui suo nomine gerit actum, secus in eo, qui alieno nomine: quia ei permittitur acquirere, sed non permittitur renunciare, vt ff. de pact. l. contra iuris, §. fina.
13 Nono oppo. † nam si pater adit nomine infantis: ergo obligat infantem: sed patris authoritas non sufficit ad obligandum filiũ l. si. §. 1. ff. de verb. obl. & Insti. de inuti. stipu. §. furiosus, ergo &c. Sol. quędam est obligatio mera, & tunc non potest filius per patrem obligari, vt in õnis. Quædã est obligatio mixta cũ acquisitione, & tunc potest obligari, vt hic. Ratio dicit glo. quia hoc est potius commodum, sed ista ratio non uidetur vera: pone enim hereditatem fore damnosam, infans tamẽ obligatur. quod pater, quia est necessaria in integrũ resti. vt J. de bonis, quæ libe. le. fi. §. ubi autẽ pueriliis, qa præsupponit successionem damnosam Nam etiam si ponamus in hæreditate nulla esse corpora, sed tñ debita: ita talis hæreditas adiri potest, vt ff. de petitio. hæredita. le. hæreditas, in prin. & tamen ibi nihil acquiritur, nisi inane nomen hæredis, vt s. de nofi. donatio. l. precibus. Dic ergo, φ in patre est ratio, pp ulumfructum, quẽ sperat, si infans est in potestate, vt J. de bonis, quæ lib. auth. excipitur. Si autem non est in potestate, cessat dicta ratio: et ideo patri conceditur, quia est eadem persona cum filio: & quia lex plurimum de patre confidit, unde quod infans non potest per se, potest per patrẽ, sicut per tuto-

ADDITIONES.

a Ad patrem. Sed an hæreditas delata infanti non adita transmittitur ad matrem, vide Bal. in l. 1. de his, quæ ante aper. tab.
b Quarto. vide Bal. inf. l. proxi. in §. q.
c Inuentarij. vide infra, & quod in simili no. Bal. in l. liberrius, inf. ad Treb. & Ange. in tractatu inuentarij, in prin.
d Alia conclusio. Bart. hic reliquit hoc indecisũ: & vide hic in 5 opp.
e In infante. Imo. in l. ventre, ff. de acq. hære. reprehendit opinionem Bal.
f Differentia. Verum est in hæreditate, quæ iure cõi defertur, vt esset hrditas adita. nam tunc pariter succedit pater, & mater in bonis iam perfecte acquisitis filio: sed in hæreditate filio delata, & non adita q̃ iure cõi non transmittitur, sed solum in priuilegium patris, vt hic, vtra nouissima debent distingui per vetera, vt not. in le. sciendum, in prin. ff. qui satisf. coga. Ideo per hõc text. in ver. ea vero magis placet opinio Nic. vt hic per Ang. Saly. & Paul. de Cast. licet Barto. Ang. & Imo. in l. ventre, ff. de acq. hęred. sentiant contrarium. Fulg. hic propter dubium nihil eligit,

torem: nam pietas paterni nominis consilium capit pro liberis, vt ff. de adult. l. nec in ea. Et speciale est in aditione hæreditatis, quod filiusfamilias infans obligetur per patrem adeuntem noie filii infantis: nec istam specialitatem trahas ad filiũ a furiosum, quia non reperitur lege cautum. Vel dic, quod quædam est obligatio necessaria, annexa actui permisso, & tali obligationi pôt pater obligare filium. Nã hoc venit ex quadam consequentia necessaria, nõ principaliter, & directo, vt ff. de autho. tuto. leg. j. & ff. de cõditio. & demonst. leg. conditionibus pupillus. quædam est obligatio voluntaria principaliter & directo, & in tali obligatione loquitur cõtrarium. 14 † Decimo oppo. de leg. i. õ pro numero, quæ est l. a. J. ad Officia. Solu. ibi pater non superenat: vel dic, vt ibi dicam. Expeditus de oppositionibus primę partis huius legis, venio ad quæstiones, quę tangunt istam primam partem, in qua pertr. dabo sulummi do de transmissione infantis.

15 † Et quæro primo, b Titius decessit superstite Seio eius filio infante, Caio eius fratre, & Berta vxore; post quem immediate decessit infans, hęreditate paterna non agnita, quia erat infans, & non habebat tutorem, cui esset decreta administratio. quęstio est autem de hæreditate Titij inter fratrem eius, & vxorẽ, dicit enim Berta, quod infans transmisit ad eam hęreditatem paternam pp existentiam sui hæredis, per l. apud hostes. J. de suis, & leg. & alia iura. quæ allegauit s. eo l. si fratris, & specialiter per textum in l. a. §. si qs ea liberia, ff. ad Trebellia. ibi, si nõ suus patri agnoscitur, ergo e contrario sensu, si suus transmitteret ad matrem. In cõtrium dicit frater testatoris, quod hęreditas paterna pertinet ad eum, quia infans non transmittit. & quia in infante non attenditur existentia sui hæredis, & sic hęreditatem paternam non transmittit, vt J. ea l. §. sin vero vel nõ sit tutor. nam ille §. loquitur in infante, cuius pater prædecesserat. & sic erat ei delata hæreditas patris, & tñ ex quo non est agnita, fingitur non delata & ideo non transmittitur. ad illum enim textum non videtur posse responderi: quia dicit, omnes hęreditates, &c. sub quib. vniuersalibus verbis manifestę paterna hæreditas includitur. Nec obst. si dicatur, quod ibi non loquitur in hęreditate paterna, pp verbum, delata, quod est ibi, qđ proprie significat hęreditatem extraneorum. Nam istud nõ est verum, vt dixi s. eo. leg. potuit. in 7. quęst. Pręterea ibi est verbum, deuolutas, quod est verbum generalissimũ ad omnẽ deuolutionem, siue ad suos, siue ad extraneos, cum specialis significationis ratio reddi non potest. pro hoc etiam inducitur tex. d. §. si quis ex liberis, vbi aperte dicitur, quod succedit mater patris impuberis, & non mater impuberis, si non suus patri agnascitur, s. cum effectu immittendo se hæreditati, & non per nudum nomẽ suitatis, vel exponitur, si, pro quia: nam qa non agnascitur, s. cum effectu, ideo non transmittit: qđ enim ibi loquatur in eo, qui erat in potestate, apparet in verbo, suus. Et si tu dicis, ibi præcedit negatiua dictio, s. non. Respondeo, quod illud non constituitur cum dictione, suus, sed cũ verbo, agnascitur, s. dictum, si suus nõ agnascitur. supponit ergo, quod sit suus, & tamen dicit, quod non agnascitur quo ad transmissionem: & si aliter tu construeres illam literam, ita quod esset sensus literę, quod non suus agnasceretur, esset implicare cõtradictionem, vt ff. de capi. dimin. l. tutelas. Qua pp ibi vr̃ casus expressus, quod nõ trãsmittatur, cum ibi tex. loquatur de duabus matribus: vna patris impuberis, & alia impuberis: & dr̃ ex Tertulliano matrem scilicet patris, succedere filio suo exclusa matre impuberis. Siue ergo pater impuberis decessit testatus, siue intestatus, non est vis: quia ex quo impubes non transmisit ex testamento, nec aliter, statim reducta est ad causam intestati, vt Instit. de legi. agna. succ. §. proximus, & hæc est opi. communis glo. Tamen primã opinionem communiter tenent Moderni: sed loquendo in infante, quomodo respondẽt ad §. si vero vel non sit tutor. non clare patet, nisi ille tex. glossetur, & dictiones restringantur ad hæreditates extraneorum suorum. In aliis autem suis, qui non sunt infantes, clare patet, quod transmittunt, vt dixi in l. si fratris & est ratio: quia in eo, q excessit infantiã, tex. vt seruari leges veteres, vt hac l. ver. si autem septem, sed in infante e non vult seruari leges veteres, sed hanc solam constitutionem, quę aperte dicit quod infans nullam hęreditatẽ non agnitam transmittit, vbi linea paterna non superest. Iste passus indiget declaratione imperiali, & pro quacunque parte feratur sñia, non esset error expressiua.

16 † Secundo d quæro, pone, quod infans, cui delata est hęreditas, non est de suis puta, quia hæreditas est paterna, vel fraterna, vel alterius agnati, vel cognati remotioris; vel est hęres institutus ab extraneo, ita quod de rigore iuris non transmittit, vt d. §. si uero, vel non sit tutor nunquid de ęquitate Prętoris transmittit beneficium restitutionis in integrum, vt ętatis ratio habeatur, quemadmodum haberetur absentiæ, ff. eod. le. cum quidam, & l. Pamonius, & supra de resti. mil. l. j. & videtur quod sic: qa si absentia patrocinatur, multo fortius ętas, quę habet in se causam naturalẽ, 17 † quę potior est & potentior, quam accidentalis causa, vt ff. de mino. l. verum. in fi. & ff. de tute. leg. qui habet, sed quod absentia beneficium restitutionis indulgeat, patet ex legibus supra proxime allegatis. Pręterea lex videtur expressa, ff. de rebus dub. l. qui duos, in princ. vbi dicitur, quod si pater substituit vltimo impuberi morienti, & ambo periierũt in naui; si quidem vnus post alium, etiam per momentum temporis, substitutus succedit vltimo morienti. & per eum etiam habet hæreditatem impuberis primo mortui; & hoc non potest esse per aditionem hæreditatis, quia periclitante naui non erat consilium hæreditatis adeundæ. nec trãsmissio ista de iuris rigore, quia hæreditas fratris est hæreditas extranei: ergo necessario sequitur, quod per beneficium restitutionis in integrum transmissa secundo impubere ad substitutum eius & ita ibi apostillatur per Iaco. de Are. & Bar. in contrarium; quia vbi habemus casum legis, non debemus ire per argumenta, & rationes, vt ff. de legi. l. non omnium.

18 Nam † quicquid Legislatori placet, id pro iure legitimo habetur, vt ff. de consti. Princip. l. j. Sed lex ista aperte declarat, quod non transmittitur, & fingitur non delata, & quod ad alium applicatur, quod intellige cum effectu. quia verba legis debent esse efficacia, 19 vt ff. quod quisque iur. l. j. §. hæc verba, & † contra statutum legis, vel naturę non datur restitutio in integrum, vt s. de in integ. rest. min. l. non uidetur, & ff. eo. tit. l. verum, §. sciendum. Nã vnde causetur ista in integrum restitutio non cõstat, si quidem iure cõi nuit, qui non agnitam hæreditatem non transmittit, & donec vixit non fuit læsus; nec inceptus lędi; vnde talia in integrum restitu. nec causam, nec personam habet, vnde fundetur. Non ob. l. qui duos, quia intelligitur, quod transmutit. s. si inuenit transmittendam, alias non transmittit, h. d. text. ff. ad leg. Fal. l. pater filiam, § duobus, ibi, quod si frater fratri legitimus hæres extiterit. Nam in eadem nauigatione potest tantum superuixisse, quod hęreditatem fraternam agnouit; & ideo apostilla Iac. de Arena est falsa, & cõtra casum nostræ legis in d. §. si vero. Et in infante pro certo teneas opi. Iac. de Are. & Bar. esse falsam, & in quodã consilio Iaco. Bu. consuluit idem, & inhæreas tex. & habeas pro te egregium testem, qui hoc tenuit. Iac. de Bel. in Auth. de triẽ. & semis. tex. enim huius legis in §. si vero. loquitur valde prætiose, & non potest glossari, nec recipere interpretationem affirmatiuam ea aliqua æquitate edicti prætoris, cũ dicat ita intelligi quasi ab initio non essent ad eum delatę; vnde hæc est interpretatio iuris, & de iure. & sequitur in tex. & eo mõ ad illas psonas perueniat, &c. & hęc est delatio iuris, & de iure, & sequitur in 20 tex. si minime, &c. qđ est præcise exclusiuũ; qa † dictio, minime 21 est vniuersalis negatiua; & ista est ipsa veritas. † Tertio quęritur e nunquid infans e possit transmittere ius deliberandi per scientiam tutoris sui? & Bar. cõsuluit, quod sic, etiam si tutor adhuc non fecisset inuentarium, quia ius deliberandi est annale, & sic tempore periturum. Et in his, quæ sunt tempore peritura, non desideratur inuentarium, vt in bon. possess. vt s. de tuto. & cura. qui sa. non de. l. si. per quam legem potest tutor impetrare, ius deliberãdi etiam antequã satisdet, & si potest impetrare quod sibi decernatur a iudice. pari ratione decernitur a lege, & cedet dies iuris deliberandi infanti ad eius vtilitatẽ, vt decedens transmittat per scientiam tutoris, & si postea superuiuat, ita quod habeat scientiam ex se ipso, transmittit per sciẽtiam propriã; sicque istud ius deliberandi, quod transmitti, poterit esset plus quam annale, & viuere per multos annos; sed hoc non probat lex, & est contra casum istius legis in d. §. si vero. nam ubi non est delatio, ibi non est deliberatio; sed in infante fingitur cessare delatio, ergo & deliberatio; alias pari ratione deberet dici, qđ sciẽtia patris pmortui induceret transmissionẽ iuris deliberandi, quod est falsum. Non ob. l. cum antiquioribus, quia non loquit̃ in infante, sed in eo, qui põt deliberare; & ideo fit ibi mentio de sciente. Item illa lex est generalis; ista uero specialis ĩ infante, & species restringit genus, ubi contrariatur generi, siue præcedat genus, siue sequatur, vt ff. de leg. i. sed & posterioris, & ff. de le. 2. l. legatorum, §. q plures. Præterea omnis trãsmissio hæreditatis non agnitę, oportet quod fundetur aliqua lege, q̃ hoc dicat specialiter, cum regula sit in contrarium. Vnde cõtra iuris ciuilis regulas nulla fit hæreditatis non agnitę transmissio, nisi in casibus specificatis in iure. & est ratio, qa si fieret transmissio; ergo hæres secundus adeũdo efficeret hæredẽ illum, qui mortuus est: nam nisi illo mediante non potest dici hęres hęredis. per intellectum enim primi hæredis deuenimus in notitiam secũdi. & nisi primus sit heres, impossibile est, quod secũdus sit hæres primi testatoris, vt not. ff. de pe. hær. l. 3. & ar. ff. de leg. j. l. cũ filio, sed impossibilẽ ẽ, quod ille, qui non fuit hæres in uita, efficiatur hæres post mortem, quia post mortem

ADDITIONES.

a Ad filium. Bar. hic ante medium uidetur uelle contrarium.
b A B Et quæro primo. An infans hæreditatem non aditam ad matrẽ transmittat, stante fratre infantis. consulo nunc Veronę, & uide Bal. in l. a. J. ad Offic. & in l. i. J. de his, qui ante aper. tab. uide Salyc. in l. apud hostes. inf. de suis, & legi. & quod not. Ang. to. de tmo, & Ludo. Roma. in l. venter, ff. de acqui. hæred.
c In infante. Imo in l. ventre, in prin. tenet opi. Bald.
d Secundo. Vide Bal. inf. l. proxi. in 5. q.
e Infans. Quid in maiore infante, uide Bal. inf. ibi, præposterũ est prius trãsmittere quam habere, &c. Sal. hic.

tem nemo obligaẽ, nec liberatur: habitus enim, & passiones requirunt subiectum, vt ff. de oper. libe. l. qui libertinus, §. posthumos, & l. fi. ff. comm. præd. Item præposterũ *a* est prius transmittere, quam hẽre, & ante nos locupletes dici, quam ꝙ acquisierimus, vt ff. ad leg. Falcid. l. pretia rerum. Item aditio hæreditatis est animi, & uoluntatis quę autem sunt animi, & voluntatis, nõ separantur a persona, vt in ca. si gratiose, de rescrip. li. 6. & ff. loc. l. 4. quia variæ sunt voluntates hominum, vt ff. ad Trebell. l. qa poterat. Et si dicatur, ꝙ sciẽtia tutoris prodest pupillo in bonorum possessionibus, vt ff. de bon. poss. l. seruus. §. fin. Respond. verum est, si viuo pupillo sit in actu agnationis deducta: alias non transmittitur bon. poss. eod. tit. l. 3. §. acquirere. Itẽ si dicaẽ quod tutor potest petere tempus ad deliberandum, vt ff. de iure deliberã. l. ait prætor & l. 2. Respond. ꝙ non; sequitur ea hoc, ꝙ fiat transmissio: vel potest dici ꝙ fiat tunc transmissio quasi de iure præparato. Nam si hac ratione transmittitur querela inofficiosi, quæ est odiosa, ut ff. de inoff. testa. l. quemadmodũ. ergo multo fortius fit transmissio iuris fauorabilis: ex quo. n. istud ius deliberandi fuit agnitum in iudicio; ita vr̃ transmitti, sicut trãsmittitur hæreditas agnita: si autem tutor tacuit, & nullum actum agnitionis fecit, tunc nulla fit transmissio, vt d. §. si vero. in ver. neglexerit. nam negligentiã præsupponit scientiam: & tamen ibi aperte dicit, ꝙ nulla fit transmissio, & ꝙ hæreditas pertinet ad illas personas, quæ uocabãtur, si minime fuisset infanti hereditas delata, nec potest responderi, ita clare loquitur in hac trãsmissione, & est deterioris conditionis infans, quam sciens. & est ratio, ꝙ scientia est de natura, & de substantia huius transmis-22 sionis iuris deliberandi. † Quarto *b* quæro, si infans decessit superstite patre, & auo paterno, in cuius aui potestate erat, vtrũ auus patri pręferatur. & vr̃ quod sic, ratione potestatis, vt hic in prin. contrarium credo, ꝙ præferatur pater tãquam proximus: quia non est de substãtia, ꝙ habeat infantem in potestate, vt inf. ead. l. §. ea vero. sed pro primo opin. facit ff. de acquir. hæred. l. filiusfamilias, duait vxorem. & arg. ff. ad Maced. l. filium habeo. Expeditus sum de materia quatenus respicit infantem, & procedo vlterius ad pupillum maiorem infante, in quo tex. dicit iura uetera seruari. s. vt hæreditas non agnita non transmittaẽ rr̃. Modo quæro de ratione differentiæ, quæ est ratio, ꝙ infans trãsmittit ad patrem, & maior infante non transmittit? Respon. qđ tempore infantiæ residet ius libere in solo patre, sed post infantiam requiritur consensus filij: & ideo tempore infantiæ pater 23 habet plus iuris, quam post. † Secundo quæro, nunquid scientia *c* solius patris operetur, quod filius trãsmittat ius deliberandi in ipsum patrem? Respon. non credo, quia non est lege cautum; requiritur enim scientia transmittentis, non eius, in quem fit 24 transmissio. † Tertio *d* quæro, cum pater possit adire, inuito filio, vt ĩ. de bo. quæ lib. l. cum non solum. quare non potest filio mortuo? Respon. quia deficit persona, ex qua ius patris habet fundari, arg. ff. de leg. 1. l. cum filio. vnde in isto §. si autem, septem annos. est casus ad literam, ꝙ mortuo filio maiore infante, pater non habet ius adeundi, & non debemus ire per ratiun-25 culas, cum habemus text. expressum. † Quarto quæro, nunquid sufficiat patri scientia solius impuberis? & puto ꝙ sic, quia l. cũ antiquioribus, non distinguit. cuius ętatis sit hæres sciens. vnde generaliter intelligam. Idem puto de scientia prodigi, cui erat bonis interdictum, quia acquirere ius deliberandi ad finẽ trans-26 mittendi, est merus fauor, arg. ff. de nouat. l. cur bonis. † Quinto *e* quæro, nunquid sufficit scientia solius tutoris, ad hoc ut maior infante transmittat ius deliberandi? Bart. dicit. ꝙ sic. Sed contrarium puto, s. ꝙ requiratur scientia pupilli. & est ratio, quia solus tutor non potest velle, & nolle, vt s. eod. l. potuit. *f* unde proprie, & plene in dicto solo tutore non stat deliberatio: alias pari ratione diceres, ꝙ sufficiat scientia curatoris impuberis, qđ non 27 credo verum, arg. ff. de appel. l. cum in uno. §. tutor. † Sexto quęro, vtrum contra tutorem negligentiã detur recursus hæredib. impuberis. Respon. glo. ꝙ sic; licet non deẽ regressus contra patrem negligentiato, quod est not. dignum. & considera; *g* quia glo. præsupponit, ꝙ non sit facta transmissio; nam si esset facta transmissio, non essent hæredes impuberis dãnificati culpa tutoris, existente saluo iure adeundi apud hæredes impuberis; & sic 28 glo. est pro me contra Bart. † Septimo *h* quæritur, posito, quod opi. Bar. esset vera, ꝙ scientia solius tutoris induceret transmissionem iuris deliberandi; nunquid hoc sit uerum in sciẽtia matris, & auię, quibus erat delata tutela, sed non infixa. Item quid de tutore, qui habebat excusationem, qua pendente decessit pupillus? Respon. non sufficere talium personarum scientiam, quibus tutella non inhæret, & idem in tutore dato in testamẽto solemni; quia non est tutor ante cõfirmationem; & idem esset in solemni, vbi exigeretur tutor Attilianus; quia si testamento nõdum est tutor, ergo scientia eius non est scientia tutoris. Idem puto, si sunt duo tutores ĩ testamẽto dati, cum clausula, ꝙ unus sine alio nihil possit, & tutelam solemniter susceperunt. Dico enim, ꝙ non sufficit scientia unius, arg. ff. de procur. l. pluribus. & l. Titium, & Męuium, in princ. ff. de admin. tu. & ff. de exerci. l. j. §. si plures. Octauo *i* quæriẽ, supposito adhuc, ꝙ opin. Bart. esset vera, ꝙ sufficeret scientia solius tutoris, quid si primo moriatur tutor sciens, & inde ad paucos dies moritur pupillus, nunquid transmittitur ius, & tempus deliberandi? Bat. dixit ꝙ non; quia tempore mortis pupilli, nec tutor scit, quia præmortuus, nec pu-29 pillus. † Porrò, scientia debet esse coniuncta morti; alias non dr̃ deliberare tempore mortis, qui nescit, & ita consuluit, & inci. cõsilium, Domina Scilla. Sed hoc dictum nõ vr̃ verum, quia si sciẽtia iam induxit ius transmittendi, superueniens mors, vel memoriæ infirmitas, damnum circa trãsmissionem afferre non potuit, cum transmissio sit iuris, non facti, & id, quod est factum transmissibile, debeat a modo permanere in eadem natura, arg. ff. de leg. 3. l. pater, §. quindecim. & ff. quod me. cau. l. videamus. & l. si ipsa. Præterea falsum est, ꝙ scientia debet esse morti coniuncta: quia nec lege, nec ratione aliqua hoc probatur; pone enim hæredem scientem tandem furere, ac freneticare cępisse, certe per hoc non est interruptum ius transmittendi, alioquin & indormiente esset interruptum, quod esset ridiculum dicere, vt ff. de ac. pos. l. si is, qui animo, & l. peregre. in prin. nam annus deliberationis continuus est, & non vtilis, vnde ex quo semel cępit currere, & procedere, semper labitur, quia natura ipsius continua est arg. ff. quemad. ser. amitt. l. qui fundum, secus esset in tempore vtili, ergo quod dixi, verum est in tempore continuo, vt ff. quis ordo in bon. poss. ser. l. 2. Profecto tempore mortis nullus decederet sciens, quia prius inducitur obliuio, q̃ anima a corpore separetur, vt s. de test. l. hac cõsultissima. §. at cum humana. & ff. de test. l. in aduersa. & tamẽ transmittit ius deliberandi ratione sciẽtiæ præcedentis, vnde falsum est, ꝙ scientia debeat esse morti cõiuncta, quia hoc esset considerare exiguum, & extremum tempus arg. ff. de triti. l. in hac. Vides ergo me ꝯtrantem Bar. in multis. quæ ipse ponit in l. qui duos. ff. de rebus dub. & hic. Tu autem applicando tex. legum, secundum consilium rectum inhæreas sententiæ potiori, vt ff. qui po. in pig. hab. l. Claudius, fęlix.

ADDITIONES.

a Præposterum. Rõnes, quare hæreditas non adita non transmittitur, vide per Bald. in l. quoniam. supra eo. & in dicta l. ventre. & ibi Imo. in fi. ff. de acq. hære. & Sal. in l. apud hostes, infra de suis & legit.
b Quarto. Vide Imo. in l. ventre, in vj. reg. ff. de acq. hær.
c Scientia. Vide Bar. in l. qui duos, ff. de reb. dub. & per Sal. hic.
d Tertio. Vide Bart. in l. 1. 4. q. prin. ff. de vulg. & pup.
e Quinto. Quid autem si esset maior infante, vide quæ dixi supra, & infra in 6. & 7. q. & per Ang. & Salyc. hic.
f L. potuit. Bar. rñdet in l. qui duos, pręalleg. dum alleg. l. obligari, ff. de auth. tuto.
g Considera. Facit l. cum oportet. §. non autem. ibi, ratiocinia. inf. de bon. quæ lib.
h Septimo. Vide in simili Bar. in l. qui duos ff. de reb. dub.
i Octauo. Per Salyc. hic.

LEX XIX.

1 *Deliberatio quid sit.*
2 *Deliberatio requirit libertatem arbitrij.*
3 *Deliberare dicit, qui nullum actum facit.*
4 *Obligare se in dubio nemo præsumitur.*
5 *Subsitentio vulgaris non impedit transmissionem iuris deliberandi.*
6 *Opinio vehemens sufficit ad transmissionem iuris deliberandi.*
7 *Ius semel factum transmissibile transmittitur.*
8 *Annus a die scientia transmittitur, & non a die impetrationis.*
9 *Ius transmissionis non dicitur inchoatum si adultus decessit ignorans.*
10 *Restitutio quid sit.*
11 *Successores hæreditatum quidam dicuntur, & tamen non sunt successores ex testamento, nec ab intestato.*
12 *Transmissionum species quot sunt.*
13 *Transmissio legalis dicitur transmissio iuris deliberandi.*
14 *Transmissio conuentionalis dicitur, qua fit authoritate conuentionis.*
15 *Transmissiones non sunt eiusdem naturæ.*
16 *Primogenitura est dignitas.*
17 *Primogenitus intelligitur secundum naturam, qui primo natus est.*
18 *Dignitas, quæ recedit ab indigno applicatur proximiori.*
19 *Hęreticum est disputere de his quę sancta sedes Apostolica determinauit.*
20 *Hæreditas non adita a quo potest transmitti ad hæredem.*

Cum antiquioribus. Quicunque hæres sciens mortem testatoris, trãsmittit inde ad annum ius deliberandi, quod est annale, sed postea non transmittit. hoc dicit. & intellige, *a* quòd nullus quantumcunque suus, postea transmittit ius deliberandi, sed bene transmitt eius adeundi per existentiã sui hæredia, sicut & transmitteret ad posteros etiam post annum scientiæ, vt infra de his, qui ante aper. tab. l. prima. & infra de cadu. tollen. l. 1. §. in nouissimo. versic. exceptis. Nam lex nostra non emanauit ad transmissiones hæreditatum restringendas, sed ad eas extendendas, *b* vt patet

ADDITIONES.

a Intellige. Vide infra proxime. & rationem in l. qui se patris, cum seq. supra vnde lib. post Ang. ibi in repet.
b Extendendas. Verum sicut in hæredem ita in fiscum, in quem transeunt bona dãnati, transeat hęreditas delata dato vigore huius iuris deliberandi, vide no. Cyn. Bald. & Imo. quod sic, in l. si quis mihi bona, §. prim. o. ff. de acquir. hæred. licet Raphael. ibi contra.

patet in tex.in versic. protelandam.i. prorogandam, siue extendendam, sicut extenditur tela texentis. Et ideo quęcunque trāsmissiones fiebant, vel fiunt aliter, quam per l.istam, non sunt refrenatæ: sed vbi alias nō fiebant, ista lex inducit nouam trāsmissionem, quæ appellatur transmissio iuris deliberandi, quod ius consistit in iure, & in facto.i. scientia facti, quia ignorans delibera 1 re non potest, † cum deliberatio sit quędam meditatio, & nemo potest deliberare, nisi possit acceptare, sed ignorans, vel dubitans non potest hęreditatem acceptare, vt j.de cap.l.nec nos, & l.mul 2 tum interest.ff.de condi.& demon.quia † liberatio requirit libertatem arbitrij, quæ in ignorante non cadit, s̄.de cond.inde.l.fi.& a sup.de furt.l.manifestissimi.§.si autem nescius. Modo ᵃ reuoco in dubium, quare est opus sic transmittere iura deliberandi, si potest perpetuo transmittere ipsam hæreditatem in quoscunque? Respon.quia sponte astrinxit se ad ius deliberandi, petendo ipsum a prætore, vt no.Bart.in l.ex militari, §.fi.ff.de test.mi. Item est vtile ei, in quem fit transmissio, quia non habet necesse probare de patria potestate, quod interdum est difficile, vt ff.de cond.& demon.l.Lucius, & sic ad transmissionem iuris deliberandi non requiritur probatio matrimonii, & per consequens non appatet, quod de matrimonio probetur in facie ecclesiæ, sicut alias esset necesse, quando hæreditas ex matrimonio dependet, vt extra de b ord.cogn.c. tuam. His præmissis ᵇ collige notabilia. Et primo 3 collige, † quod qui nullum actum facit, dicitur deliberare, vt ibi in tex. sed nec aliquid gesserit. Et sic patet, quod nihil gerendo, & nihil c dicendo nemo videtur adire ᶜ quia in aditione hæreditatis, requiritur actus, & voluntas, vt s̄.eo.l.potuit. sciendo autem, & tacendo vr̄ deliberare, vt hic. Et per hoc infero cōtra Bar. qui dicit, quod si maritus non restituit dotem vxoris præmortuæ superstiti filio, quod mortuo filio nō tenetur eam restituere hæredibus vxoris: quia videtur eam adisse non restituendo. Nam non vr̄ habere animum restituendi, ergo retinendi, vt ff.de pecu. leg.l. si peculium.§.sicut, & certe etiam ignorante filio vr̄ gerere pro hęrede vt j.de bon.quæ lib.l.fi.quod mihi non placet, quia tunc videretur adire, cum exciperet, si conueniretur: sed tacendo simpliciter, nulla inducitur aditio quia in tacente reperitur media iuris dispositio.i.deliberatio. Ita adeundo quis obligatur: ergo si hære d ditas esset damnosa, ᵈ præsumeretur obligatio. sed † certe in du 4 bio nemo pręsumitur se velle obligare. Item aditio est ens sed silētium nihil est, quapropter opi. Bart. non approbo, nec mihi placet. Non ob.l.si peculium, §.sicut, quia fateor, quod nemo præsumitur disponere contra se, vt ibi: sed hic nulla est dispositio, sed silētium, quod non potest interpretari certo modo: quia est indifferens ad alterutram partem, & ita teneo. oportet ergo, quod per alias e coniecturas probetur de mente, ar.ff.de cōtra tab.l.si pręteritus, ᵉ f & ff de iniur.l.si filius. † Secundo ᶠ quęritur, nunquid substitutus 5 vulgaris, impediat transmissionem iuris deliberandi? Et dicendum est, quod non, quia substitutio vulgaris defert substituto hæreditatem ex duplici capite.s. si institutus nolit, aut non possit: ex capite vero deliberationis nihil defert substituto, vt ff. de acquiren.hæred.l.quamdiu. Item si habens cohæredem extraneum, transmittit, vt s̄.eo.l.a.ergo & habens substitutum vulgarem, vt dixi sup.de hæred.inst.l.cum proponas. Præterea lex est expressa, quæ dicit, quod si fratres sint inuicem substituti reciproce, & vnus dum deliberat, decessit relictis liberis, quod transmittit ad eos vnde patet, quod vulgaris substitutus non impedit transmissionem 6 deliberantis, iste est casus in l.1.j.de his, qui ante aper.tabu. † Tertio quæritur, an ad transmissionem istam sufficiat vehemens opinio, sicut certitudo? Dic quod sic, quia ęquiparantur, vt no. ff.eod.l.si is, ad quem, & l.cum quidam, §.quod dicitur, est autē vehemens opin. quando ex probabilibus coniecturis credit id, quod verum est, licet certitudinaliter non nouerit. Scire autem proprie est, & dicitur res per causas cognoscere; sępe tamē ignoramus, quid alius crediderit, vt not.ff.de hæred. instituen.l.si pater.id tamen creditur credidisse, quod dixit, argum.ff.de sup.leg. l.Labeo.etiam si causam credulitatis non expresserit, vt no.in c. 7 cum causam.extra de iuram.calum.per Innoc. † Quarto quæri g tur, ᵍ Titius, cui delata erat hæreditas, transmisit sciens ius deliberandi in Caium, qui Caius intra annum deliberandi constitutus decessit ignorans, an transmiserit? Dicit Bart. quod sic, quia semel transmissibile factum est, & ideo naturam, quam, acquisiuit, retinet, quæ opinio vera est, quia non tam a proximo transmittente, quam a primo transmissore habet. Nam certe non solum in hæredes nostros, sed etiam in hęredem hæredum iura nostra transmittimus, propter antiquam regulam, sup.de hære. insti.l.fi. Et hoc est, quod dicit litera ibi, suis successoribus, & cæ. quod comprehendit proximos, & remotos, ff.de verb. signific.l. sciendum. Nec mirum, quia quicquid est causa causæ, est causa causati, quia causa prima influit non solum in causatum proximum, sed in remotum, & transmissionem tam honorum, quā onerum, vt ff.de leg.3.l.si fuerit municipio.§.i. Pręterea licet iste annus sit vtilis quo ad principium, tamen in processu non requiritur scientia, & ideo cedit dies ignoranti tam respectu præscriptionis, quam transmissionis, vnde hæredi hæredis etiam ignoranti pręscribitur. Caue tamen, quia dum iacet hæreditas, non prescribitur, quia ista transmissio requirit personam a qua, & in quam: frustra namque transmitteretur ad hæreditatem iacentem, cum sit sine animo, & adire non possit, vt ff. si quis testam. liber esse ius.fue.leg.1.§.Scæuola.& ff.de in diem adie.leg.si prædio. Et ideo litera designando personas, dicit successoribus. suis.

8 † Quinto quæritur hæres sciens stetit decem mensibus quod nō adiuit postea impetrauit a Principe annum ad deliberandum, nunquid quandocunque decedit infra annum Principis transmittit? & videtur quod non, sed solum attenditur annus a die scientię, & non a die impetrationis prædictæ, vt in versic. si enim ipse. sed contrarium videtur, quod illud habet locum, vbi deliberatio minime est petita: sed vbi est petita, videtur transmitti totum tempus concessum a iudice vel Principe, vt not.inf.eod. h leg.fin. ʰ §.fi.in vl.glo. Nec est mirum, si beneficia coniungantur.s. beneficium legis cum beneficio iudicis, argum.ff.de milit. testam.leg.quod dicitur.§.miles & ff.ad Carbon. leg. ideoque.

9 † Sexto quæritur: adultus decessit non adita hæreditate sibi delata, & elapsis ponamus vndecim mensibus anni, ad quod tempus vult restitui ex persona minoris, quęritur nunquid possit? & videtur quod sic, vt tempus quod est elapsum in minori ætate, subducatur de pręscriptione, & tantum tempus refundatur, tanquam quędam restauratio deperditi, argu.ff. ex quib.causis maior.l.nec non, §.si quis sępius. Tu dic, quod interdum ius transmittendi non est inchoatum, quia adultus decessit igno-

ADDITIONES.

a Modo. Vide Lud.Rom.in le.ventre, ff.de acq. hær. nam cum videatur illam viam elegisse, illa sibi pateat, l.recusare.§.Titius, ff.ad Treb.& idem Ang.hic in fin.

b A.B. His pręmissis. No.quod mortuo filio pater non vr̄ adisse hęreditatē filii, vbi erat dos materna. vide Bal.in l.1.supra qui admit.& in l.non hoc, supra vnde cog. & in l.si certis annis, ad fin.C.de pact.in l.pen.§.1.solu.matri.Bald.in leg.peric.& ibi Bal.& Io.de Imo.de acq.hered.

c Adire Pau.de Cast.hic respondet ad istum tex.qui nihil facit, quia non propterea negat, quod per non factum quis videatur adire.

d Damnosa. Dicit Pau.de Cast.hic, quod istę rationes non obstant, qui Bar. vult induci aditionem, quando ipse, vel hæres eius asserit aditionem fuisse inductam: secus si negat, ne sibi afferatur præiudicium.

e L.si preteritus. Responde, vt dixi post Bal.in l.dos a patre.sol.matr.

f Secundo. Vide per Bar.in l.1.ff.de vulg.& pupill.idē tenet Bal. inf. l. proxi.in versic. sed hic quærit cū seq.sed vtrū istud ius deliberandi hēat ēt locum in eo, qui poterat dicere testm̄ nullum. Bal.& Imo.in l.filio præterito, ff.de inoff.tes.& inu.testa. tenent quod sic. itē an hēat locū in bonorū possessione. Cyn.in l.qui se patris, in fi. a.col.cū seq.sup.vnde lib.sensit quod non, relinquit tn̄ sub dubio, & illā opi.sequit Pa. de Cast.hic, quia regulariter dant centū dies ad petendū bon.possessionem, vel ēt annus liberis. & sic non congruit prouisio huius legis, dum loquitur de anno deliberationis, secundum eum. sed mirum, quod non faciat mentionem de Cyn. hic, in 1.q.qui tenet contrarium. & cum eo transit Fulg.in leg.licet, supra eo.vide per Roman in leg.qui se patris post Ange.ibi, in repet. & facit in leg.1.post gloss. & antiquos.supra de testa.milit.pro quo in simili adducit not.in leg.emancipata. supra qui admitt.

g A.B. Quarto quęritur. Semel ius affectum transmissibile transmittitur. vide Barto. ff.quod met.cau.leg.quantum autem. In materia feudali circa successionem est magna differentia ab vno ad alterum, nam iure ciuili non valet conuentio successionis, & tamen valet in iure feudali: ergo de vno ad aliud non valet, argu.1. q.1. cap.sicut vrgeri.& ideo in feudo antiquo filius succedit loco patris ex pacto, ut c. si quis miles. in tit.hęc sunt constitutiones feudales.sed istud est nouum feudum, & non defertur ista successio iure communi, sed conuentio fieri potest, ut dicit Bal.in leg.1.quando non pet.en.par. ergo iste nepos non uocabitur iure communi per authen.post fratres.& authen.cum cessante.inf.de legit.hęr.quia ibi defertur hæreditas successione, non conuentione, quam habet.leg.non admitti.leg.hæreditas, C.de pact.conuent.nec de iure communi feudali, quia eo iure reuertitur ad dominum si ergo defertur ad aliquem, defertur iure conuentionis. sed hic casus est incogitatus a consuetudine feudali, ideo stabimus regulę, quæ est, quod ubi sunt plures habiles ad feudum, ille præfertur, qui est gradu proximior, ut ca.1.de natu.succ.feu.per quem tex.uidetur decidi iste casus argumentando. In contrarium tamen facit cap.1.§.paternum.de nat.succ.feu.ibi, Respondeo ad solos. per quem tex.non uidetur seruari debere nouam constitutionem. Authen.ut fra.fil. sed seruari debēt iura antiqua etiam communia, quib.patruus excludebat nepotem a successione fratrum, licet glo.ibi destruat illum tex.facit, quod dixit Bal. in cap.1.§.& quia, qui feud.dare poss.ubi allegat illum tex.& illud cap. quod Barto. hic alleg.potest allegari in materia feud.ut dicit glo. in cap. pen. de prohib. alie. feu.per totum, a contrario sensu Nec obstat prima ratio, quia illa procedit in feudo antiquo, non in feudo nouo, ut sequit Aud.de Ker.in c.1.de nat.succ.feu.& in cap.si quis miles.in tit.hę sunt constitutiones feudales.itē inducitur ad aliud, quod hoc feudū non defert iure hęreditario, prout dixit Bal.in §.& quia uidimus. quia frater superstes haberet hoc feudum absq; eo, quod haberet hēditatem fratris. ut in cap.1.an agna.uel fil.illa.n.procedit in successione certi feudi, & regulari, de qua in cap.1.de gra.succ.in feu.licet hæc est irregularis, & contra naturā feudi, ut in c.1.§.hoc autem notandū.qui feud.dare poss. Ad quartā rōnē dic, quod non procedit, quia sequeretur, quod ēt in feudo nouo.si frater succederet fratri ex conuentione, quod feudum tale transiret ad hęredem extraneum, stante illa regula, quod uī sibi, & heredi suo prospexisse, quod est falsum, ut dicit gloss. in d.§.& quia uidimus. Respondetur etiam ad quintum argumentum de successione ciuili. & non sequitur, hoc non est statutum in feudo antiquo, nec §.cum uero Corradus probat id, ad quod allegatur, cum ibi dicatur appellatione fratris, fratrem contineri, sed in feudo antiquo fratrem succedere, fratre decedente sine filiis, & sic loquitur de successione iuris ciuilis. Nec obstat, quod dicitur, quod est domini Principis, quia non dēt intelligi cum præiudicio tertij. Nec iudicio tertij. Nec ob. sexta ratio, quia est uarietas casuum. Et uide D. Abb.consil.86 ubi pulchre loquitur. uide Lud.Rom.consil.25.incī. In causa Mauræ Hispanensis. ubi loquitur de concessione facta a Rege alicui propter sua merita, quod transit ad filium, & non ad patruum.uide ibi.

h L.si. Et ibi uide Paul.de Cast.ac etiam Fulg.qui tenent contrarium. & uide Cyn. ibi, in §.si quidem.

10 sit ignorans, & tunc nulla datur restitutio, quia † restitutio est in pristinum statum repositio: sed status ignorantia nullum est quantum ad adeundum, vel deliberandum: vnde si hæres eius reponeretur in illo statu, reponeretur in nihilo. Præterea lex nostra non distinguendo ætatem dicit ignorantem nihil transmittere. Interdũ ius transmittendi est inchoatum, & actu permanens, tunc quia in ipso non fuit læsio inchoata, & consummata, sed in persona successoris non datur restitutio in integrum, quia successor debet suæ negligentiæ imputare, nisi successor esset minor, sicut transmissor, vt [illegible] de tẽp. in integ. rest. l. ca quæ. sicut si cœpisset in adulta ætate, & fuisset consummatum in ætate maiori, nõ mutata persona, quia extremum tempus est illud, quod lædit, vt no ff. quib. ex caus. maior. l. ab hostibus, §. fin. quia ei, qui in maiori ætate incipit, non datur restitutio, vt ff. de mino. l. 2. §. j. Et attende, quia ego præsuppono, quod iste annus currat adultis, vt in Auth. de hæred. & Falcid. §. pupillus. Interdum ius transmittendi est expiratum in persona adulti: & tunc hæres eius potest restitui ex persona minoris, vt s. de restit. milit. l. j. & l. Pantonius. ff. de acquiren. hæred. & l. non solum, ff. de in in-
11 teg. resti. † Septimo quæritur, quid intendit litera dum dicit, si quis vel ex testamento, vel ab intestato, vel aliter? Gl. respondet multum not. dicens, quod quidam sunt successores hæreditatũ, & tamen non sunt successores ex testamento, nec ab intestato, sed quodã tertio iure, vt pater occupans iure peculij. Et ex hoc notatur, quod in l. si infanti, pater non transmitteret post annũ deliberationis, iuncta gl. cum text. Item impubes arrogatus, cui debetur quarta ex constitutione diui Pij, inani illam deliberans, non transmittit, nisi intra annum, secundum glo. quod non credo verum: immo credo, quod transmittatur perpetuo, tanquam infixa impuberi, vt æs alienum, vt ff. de collatio. bono. l. j. §. si impuberi & l. vlti. ff. si quid in frau. patr. & Instit. de adopt. §. cum autem. vnde illud exemplum non est bonum, præsertim quia talis successor non est vniuersalis successor, vt not. s. de rei vendi. l. cum mater. Idem dicit gl. quod impubes non dicitur habere hæredem, tanquam testatus, vt l. 1. §. 1. ff. de suis, & legit. dixi in l. s. s. qui testam. fac. poss. arg. contra: quia verba negatiua verificantur, siue quis nolit, siue non possit, vt supra de hæred. institu. l. 3.
12 † Octauo quæro, quot sunt transmissionum species? Respon. tres sunt, scilicet naturalis, legalis, & conuentionalis. Naturalis transmissio est, quando natiuus splẽdor, seu nobilitas a progenitoribus seminatur in posteros, vt s. de commerc. & merca. l. nobiliores. & talis nobilitas non transmittitur nisi per legitimam, lineam, etiam a matre. Quia si nobilis mulier in corpus suum peccat, efficitur infamis: & ideo splendorem dignitatis amittit, & non transmittit, vt J. ad Orphic. l. si qua illustris. & in regulæ iur. infamib. lib. vj. & ff. de senator. l. Cassius. & s. de nup. l. imperialis. & præsertum si commisit incestum, quia utilitas tunc eam [illegible] humilem, & deploratam, vt s. de incest. nupt. l. si quis
13 incestu. & l. humilem. † Legalis transmissio, est trãsmissio, iuris deliberandi, & hæreditatum, quæ sola iuris ciuilis authorita-
14 te fit, vt hic. † Conuentionalis transmissio est, quæ authoritate conuentionalis fit, vt ff. de probatio. l. si pactum. ff. de pactis, l. iurisgentium. §. pactorũ. s. vt actio ab hære. & contra hære. l. j.
15 & in Authen. de non alie. §. emphyteusim. † Et quia talis transmissiones non sunt eiusdem naturæ, talem hic subiicio quæstio
a nem. Constat namque, a quod Dominus Clemens IIII. quarto Kalen. Iunij Põtif. sui anno primo, anno Domini M.cclxv. concessit perpetuo Regnum Siciliæ Domino Carolo Comiti Andegauensi, filio fœlicis memoriæ Domini Ludonici VIII. Regis Francorum, fratris Sancti Ludouici, noui Regis Francorum, & hæredibus ipsius Domini Caroli ex eo descẽdentibus, & inuestiuit eum pro se, & suis hæredibus authoritate Apostolica de dicto Regno, cum certis pactis, modis, & cõditionibus; & inter alia, quod semper primogenitus dicti Domini Caroli, vel descendentium ex eo, ad quos deueniat dictum Regnum Franciæ, succedat in dicto Regno, & quod descendentes ex domino Carolo, & eius hæredibus Siciliæ Regibus, mares, & fœminæ in eodem Regno succedant, sic tamẽ de duobus marib. in eadem linea concurrentibus primogenitus, & de duabus fœminis primogenita, & de mare & fœmina in eodem gradu similiter concurrentibus, masculis alijs omnibus præferatur. Item
b quod si contingat aliquem de successoribus b dicti Domini Caroli Regem, vel Reginam Siciliæ sine legitima sui corporis prole decedere in futurum, succedat eidem, seruatis gradibus, si superstites fuerint hæ personæ, videlicet Regis, & Reginæ sine prole legitima sui corporis descendente, frater vel soror, ac collaterales superiores mares, vel fœminæ, vt puta patrui, vel auunculi, amitæ, vel materteræ, & sursum vsque ad quartum gradum duntaxat illis collateribus, quos habebat ad præsens, vel haberet dum viueret, & quid post suum obitum ex eisdem forsitan orietur exceptis. Collaterales etiam inferiores succedant similiter mares & fœminæ, vt puta nepos, vel neptis ex fratre, vel sorore, & inferius usque ad eundem tantummodo quartum gradum. Et sic inter hac personas gradus seruari voluit, ut scilicet prior gradus posteriori gradui præferatur, & sic in eodem gradu pluribus concurrentibus, priorem natu posteriori, & marẽ fœminæ, in huiusmodi successionibus maluit anteferri. Item quod personarum huiusmodi nulla superstite, Regnum ipsum sicut prædicitur, ad Romanam Ecclesiam, & eius dispositionem libere reuertatur. Accidit postmodum, quod mortuus fuit superstite nepote filio primogeniti prædefuncti, & superstite filio suo secundo genito, qui tamen erat maioris ætatis, quam nepos
c Modo c quæritur, quis debeat præferri in successione dicti Regni, an scilicet dictus filius ex propria persona, an dictus nepos ex

ADDITIONES.

a A. B. Constat namque. Not. de quæstione Regni, an secundogenitus præferatur filio primogeniti, vide Bal. in l. si viua matre, infra de bonis matern. sed Oldr. consi. 225. alias 55. consuluit pro nepote, & ita etiam decidit Ioan. Andr. in tit. de feu. in addit. mag. super Spec. & ita etiam decidit Dom. Petr. de Anchar. in capit. licet. de voto. & in cap. grandi, de suppl. neglig. prælat. in 6. Bario. post Rich. Malum in auth. post fratres. inf. de legit. hære. consuluit pro secundogenito. & ita dicit Ioan. de Imo. in dicto capit. grandi. fuisse obtentum in persona Regis Roberti. dicit tamen, quod de æquitate præfertur nepos, vt est ca[illegible] Instit. de hæred. quæ ab intes. §. cum filius, de rigore secus, Instit. de leg. agn. success. in princi. & no. pro filio primogeniti, quod allegauit hic Bald. & facit, quia si non vocetur ad feudum per ius accrescendi, sicut dicit Bar. in l. si mihi, & tibi. de verb. oblig. & Bal. in l. 1. §. in primo, de cad. tol. siue per successionem, quia omnia iura in feudo paterno, vel nouo, nolunt fratrem fratri succedere, si est appositum pactum, & modus hic ponitur inter gradus succedendi. capit. 1. in fi. de succes. feu. & in capit. 1. de benefic. fra. & capi. 1. de grad. & infertur ex consuetudine feudorum admitti nepotem ex fratre adeo talis inuestitura, de qua infra, debet recipere interpretationem a iure communi, quo filius succedit in locum patris, l. j. §. lex Falcid. ff. ad l. Falcid. facit quod no. Bal. in capit. primo, an agn. cap. primo, de grad. ubi in feud. defertur hæreditas, vt in iure ciuili. Item prouisio hominis in dubio intelligitur secundum naturam rei, super qua ponitur, d. cap. 1. §. filia, de succes. feu. & ibi Bal. cum ergo inuestitura sit facta de feudo, cuius natura est, quod filius fratris simul cum patruo succedat, ita debet interpretari, hoc patet ex tenore inuestituræ, vbi dicitur ad superuenientem, vel superuenientes: ergo videtur, quod prouideat pro fratribus, & ipsorum filiis, stante regula, quod vbi est noua species acquisitionis, testator prouidens agnatis, videtur prouidere, secundum quod succederent ab intestato, l. cum ita legatur, §. si. iuncta gl. de legat. 2. & sic admittitur nepos. facit etiam, quia indistinctè nepos venit loco sui patris, qualiscunque sit successio feudi. facit quod habetur in ca. 1. §. 1. de gra. succ. in feud. vers. si vero. ibi, agnatus autem illuc facit quod habetur in cap. 1. de feu. cogen. ubi quando non est decisum de consuetudine, recurritur ad ius ciuile. facit quod habetur in auth. defuncto, ad Tertul. ibi, salua gradus sui prærogatiua. & quod [illegible] o. Bald. in 1. q. & in auth. in successione. ibi, primi quidem iuncto § cum filius. inst. de hære. quæ ab intest. & per tex. l. lege. ibi, eandem sibi vendicare in eadem prærogatiua. iuncta l. meminimus, & in auth. post fratres infra de legit. hære. l. facit cap. 1. de duobus, frat. a cap. inuesti. & quod hic no. Bal. facit copula inuestituræ cum filijs, quæ requirit concursum, l. si hæredi plures, ff de cond. inst. Item ex tenore inuestituræ, cum dicit, si alter moritur sine filijs, quæ verba intelligi possunt de secundo & vltimo, ex dictis fratribus moriente: nam illa verba, in superuenientes, non possunt verificari, nisi principaliter in filijs fratrum facit quod no. Io. And. in addit. Spe. tit. de success. ab intesta. vbi dicit, quod consuetudo præferens fratrem sorori in successione præfert pariter filium fratris, & sic nepotem, quam sententiam refert Pet. de Anch. in cap. 1. de consti. item quia ille succedit circa consuetudinem feudi, nepos succedit cum patruo. facit cap. 1. de benefi. fra. ibi, vel vtriusque nomine domino sciente, simul steterint. vel in hostem Regis acquisierint. & not. in capit. 1. §. cum vero Corradus, de his, qui feud. dare poss. facit quod no. Bart. in l. ex hoc iure, de iust. & iure. in 2. quæst. ubi dicit, quod nepos admittitur cum patruo in locum patris ad successionem, facit quod not. Io. And. in tit. de feud. in rubr. allegat etiam, quod no. Bald. in l. j. ad fi. C. de suis & legit. Item quia in feudis non est dissimilis successio, quam in patrimonialibus, in quibus, filiorum prior est causa, l. 2. de success. edic. ff & nepos ad successionem patrui concurrit cum patruo. nec aliter ob. consuetudo feudorum, quæ filium vocat ad feudum, cap. 1. §. cum vero, qui feu. dare poss. & in ordine succedendi attenditur qualitas eiusdem gradus, cap. 1. de gra. success. in feud. & sic filius sortitur locum patris, in l. si quis filium, C. de inoffi. testa. ergo hic nepos loco patris uocatur ad feudum, facit quod no. Bal. in d. §. cum uero. alias in d. §. & quia in uersic. notabilibus facit ratio l. si pactum, de probat. & cap. 1. de duobus fratribus. de nouo benefi. inuest. ibi unusquisque suis hæredibus uidetur prouidere. facit §. cum uero. in uersic, & frater fratri. iuncto cap. 1. §. 2. de gra. success. in feu. ubi appellatione fratris, de quo exprimitur dicto §. cum uero, uenit filius fratris. Ideo cum hæc inuestitura sit Principis, debet interpretari ut lex, ergo & c. sed in contrarium non admittitur nepos. facit, quia illud est nouum feudum, ideo non est locus iuri accrescendi, quia non est portio uacans, prout dicit glo. in l. quod dicitur, ff. de impens. & Bar. in l. 1. ff. de interdic. & in d. l. si mihi. facit quod habetur in cap. 1. de alien. feu. pat. & in cap. j. de uas. decre. æta. & Bal. in rubr. de rerum diuis. & Oldr. in quodam suo particulari consilio, & quia ex contractu inuestituræ fuit acquisitum patruo defuncto, ideo etiam iure communi admittetur, per cap. primo, de gra. success. in feud. & in cap. 1. de duo. fratr. cum illa portio deficientes fratris redeat ad dominum, si aliud non sit in conuentione expressum, & conuentio illa exprimit fratrem non filium fratris, ergo ad filium non extenditur, l. si unus, §. ante omnia, ff. de pact. & ideo cum tenor inuestituræ, derogat omni naturæ feudi, ut in cap. 1. de duobus fratr. ibi propter tenorem inuestituræ. facit quod no. Bald. in l. liberti, C. de ope. libert. uersic. quarto primo de tali quæst. ubi nullum sine filio quæritur patre uiuo in emphyt. & feudo, ut ibi dicitur, ita hoc casu donec aliquis de fratribus superstit, non admittatur nepos, facit quod no. idem Bald. in d. l. liberti, in uers. Sed dubitatur de tali q. ubi dicit patruum præferendum in Regno. & quod not. in cle. pastoralis, de re iud. facit quod not. Bald. in l. 1. C. quan. non peten. par. uersicu. sed si de hoc iterum, & quod dicit Bart. in feu. esse locum iuri accrescendi, secundum quod respondetur ei, quod dicunt aliqui in contractibus non esse locum iuri accrescendi, & concluditur pro patruo.

b Successoribus. De hac q. one decisionem per Bal. in l. 4. inf. de suis & legit. scripsi post Bar. in auth. post fratres. inf. de legit. hæred. cum concord. ibid. signatis.

c Modo. Quid autem si statuto cautum, quod primogenitus Regni succedat Regno uide Cyn. & Saly. c. in l. Imperialis, §. illud, sup. de nupt. et Saly. c. in 2. membro tenet contra Cyn. per regulam l. in delictis, §. si extraneus, ff. de noxal. tone. n. cum agitur de successione, talis primogenitus dicitur filius Regis, licet illo tempore, quo natus est, pater non esset Rex.

ex persona patris. Certum autem est, quod dictum pactum est non solum pactum, sed lex, vt in l. pen. de dona. inter vir. & vxo. Et ideo si quod dubium oritur, (cũ interpretatio legis pertineat ad Principem) non nisi per Principem poterit interpretari, vt ff. de public. l. Cæsa. salua ergo semper Principis authoritate, vt sũ. de legi. l. fi. & l. instar. ℈. de cri. sacri. in d. q. allegabo pro, & cõtra.

8 Et primo præmitto, q̃ primogenitus a idem est dicere, quod primo natus, idest, qui primo vidit lucem, & totus ad orbẽ processit, ad nullum declinans monstrum, vel prodigium, vt s̃. nt. proar. l. quod certatum. & prius & posterius in tpe consistit, vt ff. de sta. hum. l. Arethusa. & ff. de reb. dub. l. qui duos. in prin. & id apparet a diffinitione temporis, q̃a tempus est numerus motus, secundum prius & posterius. Quandoque tamen dr̃ aliquis prior respectu situs & dignitatis, vt quia in altiori loco sedet, vt Insti. de bon. poss. §. alia vero. & ibi not. glo. quod ille est altior, qui proximior est domino. Primogeniti autem debent primogenita, i. iura primogenituræ, vt patet 7. q. i. c. quã periculosum. vnde super illud Genesis 25. paruipendens, q̃ primogenita vendidisset, dr̃ in historijs scholasticis.

16 † Erant autem primogenita dignitates, quas habuerũt primogeniti in cognationibus vsque ad Aaron. habebat enim primogenitus vestẽ spiritualem, quam induebat tantum in sacrificio offerendo, & recepturus finalẽ benedictionem a patre. Item in solemnitatibus, & cõuiuijs benedicebat minoribus. & in his duplicem ciborũ portionem recipiebant tradunt etiam, q̃ in diuisione hæreditatis, semper duplum recipere solebant. Ex quibus apparet, q̃ primogenitus ẽt in vita patris habet quædam iura, quæ naturaliter appellantur primogenita. Quædam vero iura consequitur post mortem pa-

17 tris, vt ius succedendi: † hoc autem verbum, primogenitus, secundum naturam intelligi debet. i. qui primo natus est, vt extra de verb. signifi. cap. ioseph. Et proprie dr̃ masculinum, quod primum aperit vuluam, secundum Raba. videlicet, vt refert Catholicon super ver. primogenitos & primogenitas Rubem, primogenitũ Israel, eo q̃ violauit thorum patris, data sunt primogeni-

18 ta filijs Ioseph. nam † dignitas, quę recedit ab in digno, applicatur proximiori gradui. facit extra de voto. c. licet, & arg. ff. de contrahen. l. 3. §. si emancipatus. His ergo præmissis. arguamus primo pro nepote, & sic omnis, qui subrogatur loco alterius, recipit gradum illius. hoc videmus hic in patre, qui subrogatus loco filij instituti, qui pro instituto, & in primo gradu debet haberi, quasi ab initio ipse pater fuisset institutus, vt ℈. de bon. quæ libe. l. cum non solum. §. similiq; modo. sed nepos subrogatur loco patris sui ergo iure potestatis, & artificio recepit iura patris, & primogenituræ. Secundo sic, ius primogenituræ, est ius dignitatis adeptæ, ergo iure naturali, atque ciuili descendit in posteros, vt ff. de interdic. & releg. l. 3. Tertio arguo ad idem, sic se habet dignitas primogenituræ, quemadmodum se habet dignitas ingenuitatis, in qua calamitas patris non nocet filio, vt ff. de libe. & eorum lib. leg. s. ver. quoniam illis. Quarto sic, in quibus quis magis consideratur vt filius, quam vt hæres, talia iura transmittit filius moriens ẽt viuo patre, vt s̃. de secun. nup. l. in quib. sed in dignitatibus, & officijs magis attenditur filiatio, quam hæreditas, vt ff. de oper. liber. l. vt iurisiurãdi, §. si liberi. ergo & c. Quinto sic: sicut reliquiæ prioris tutelę excludunt sequentem tutelam, vt plene no. s̃. de test. tut. l. 1. & ff. eo. l. si quis sub conditione. ita reliquię primogenitorę debent secundam genituram excludere: sed non est dubium, q̃ nepos est naturalis, & intrinseca reliquia (vt sic dicam) patris, & ex eodem corpore censentur vna persona, vt s̃. de impub. & alijs substit. l. fi. ergo sequitur, q̃ dictus nepos præferatur. Sexto hoc probatur euidenter: quia expressum est, q̃ in feudo nepos obstat patruo suo, vt in ca. 1. de nat. success. feu. & in c. 1. de gra. succ. in feu. collat. 10. Septimo, quia hoc non est tam ex vi trãsmissionis a filio in nepote, quam ex propria forma, & natura feudi. Non consuetudo, quæ est altera natura, vt probatur ℈. de prob. l. actor. hoc iure in feudis vsi est, & minime sunt mutanda, &c. vt ff. de legib. l. minime. & l. de quibus. Octauo, quia nepos non tam venit ex transmissione, quam ex beneficio dñi. & certe etiam ex natura contractus: nã cum ipse habeat formam, & originem a primogenito, ita reuocandus est ad intellectum primogeniti, nec ab eo separandus, arg. ff. ad legẽ Falcid. leg. in ratione. §. si filio. versi. etenim nepos. Nono, quia primogenitus nascendo se includit, & cum hoc secundo genitum perpetuo excludit: ideoque durante finali causa exclusionis, quæ durat pro interesse excludẽtis, cuius interest transmittere in filium suum propter naturale votũ. vt ff. de inoff. te. test. l. nam & si parentibus. in prin. necessario sequitur. q̃ ipsa durabit exclusio, quia quod vni est collatum, alteri est sublatum. ff. de legat. 1. l. quod in rerum. §. si quis post. Decimo sic, licet possessio ad suũ heredem nõ consueuerit transmitti, vt not. in l. cum miles, ff. ex quib. cau. maior. tñ in feudis (quia filius viuo patre intelligitur inuestitus, ac etiam possidere) continoatur in eum, & possessio sine alia inuestitura. vt not. in cap. 1. de feu. cog. collat. 10. adeo q̃ viuo patre non deest filio ius sed administratio. ius ergo, quod habet, transmittere potest, vt s̃. eod. le. fratris. Porro illa est transmissio necessaria, in qua non considerantur iura contentius, sed iura naturæ: vnde licet filius viuo patre non possit ex aliquo suo consensu sibi iura patris sui vendicare, vt ℈. de capti. l. nec nos tamen ius necessarium primogenituræ, transmittit, q̃a iura naturalia sunt inseparabilia, & impossibile est non haberi, quod natura infixit, vt ff. de pact. l. ius agnationis. Et hanc opi. tenet Nic. de Mata. nisi verba concessionis feudi aperte dicerent cõtrarium, vt dixi s̃. de ope. lib. l. libertis. Sed hæc verba non dicunt contrariũ, & in dubio sunt interpretanda secundum ipsius feudi naturam, & generalem consuetudinem feudorum. Nam nunquam est recedendum a rei natura in dubio, quinimo verba sunt potius trahenda ad naturam rei, quam ecõtra natura ad verba, vt ff. de dam. infe. l. damni. vers. quod in stipulatione. & l. si vno. ff. loca. Et licet dicatur Papam Bonifaciũ aliter pronunciasse, iustñ alterius. i. Domini Regis Vngarię tunc indefensi, nuncere non potuit, arg. ff. de milit. test. l. cum filius. facit qđ no. per Cyn. s̃. de leg. l. digna voa. Et ista opinio tñ inualuit in maximis Regnis Francorum & Angliæ: ergo quia eam semp crescere, & inualescere uidemus, seruare debemus, ff. de fun. instr. l. quæsitum. §. sed si fundus. ibi, quam sniam, &c. Nunc antequam ad partem contrariam veniamus, intuendum & præmittendum est, q̃ interpretatio legis est necessaria & probabilis, vt ff. de legi. l. 1. & ibi no. Et ideo vbi est casus legis, nulla est dubitatio: sed casus legis est pro filio Regis. i. pro Dño Rege Roberto, in c. pastoralis. de re. iudi. in clem. Item Papa Bonifacius, in cuius statutis non est repertus error, vt patet in tota sua aurea cõpilatione sexti libri Decretalium, ita determinauit. Et Princeps põt etiam de facto proprio iudicare, vt in l. proxime, ff. de his, quæ in test. del. Nam hoc facit ex summa potesta-

19 te, in qua fungitur vice Dei. Si † ergo ita determinauit sedes apostolica, ridiculum est, & quasi hæreticum disputare: quia iniuriã facit iudicio Reuerendissimę Synodi, vt s̃. de sum. Trini. l. nemo. Sed posito, q̃ de his nõ esset aliqua decretalis: sed solum dictamen naturalis, & ciuilis rõnis, & ars boni & æqui, quæ præ se est idem, quod ipsum ius a iustitia procedẽs, vt ff. de iust. & iure, l. 1. in prin. ff. de excus. tuto. l. scire oportet, §. sufficit. ibi, dũ dicit, cuius fidem tamet si sufficit firmare ea ipsa naturali iustitia ostenditur filiũ Regis esse potiorum filio primogeniti, suppos ito quod filius primogeniti fuerit natus post patruum, & hoc multis rationibus comprobabitur. Et primo, q̃a prior tempore, ergo potior in iure; non. n. habet ante se nascendi ordinem priorem, vnde successio incipit ab eo, q̃a primo ætas reperitur in ipso. & hoc est beneficium ętatis, non filiationis; quia filiatio sine ętate non est causa prælationis, sed ætas, quod ergo tempus sibi vsurpauit, alteri concedi non debet, vt ff. de bo. lib. l. si filius, §. cũ filius. vers. & sine dubio. Secundo sic, ius, quod non est cessibile, non est transmissibile, vt l. ex pluribus. ff. de admi. tut. sed ius ętatis non potest cedi, vt Insti. de usufru. §. finitur. & ff. loca. l. si quis domum. §. huic. & ff. de leg. 2. l. peto. §. prædium. ff. de pign. l. ex vectigali. Tertio sic; verba sunt intelligenda secundum ordinẽ debitũ, vt ff. de lib. & posth. l. Gallus. §. j. Sed ordo iuris, & naturæ præfert filiũ nepoti in his, q̃ non possunt vtrique competere, sed debent regi ab vno; iniquum enim esset nepotem præferri filio, vt inf. de bo. mater. l. si viua matre. Quarto sic, vbi consideratur ętas, ibi consideratur successor, & non prędecessor, in his, quę post mortẽ prædecessoris sumunt initium, vel effectum vt sup. de temp. in integ. resti. l. ea quæ. Et ideo si minor succedit maiori, vtitur iure minoris, & econtra; si ergo minor natu succedit maiori natu, debet cẽseri secundum suam ętatem, non secundum ętatem prædecessoris, quantũ ad beneficio consequẽda, quæ sumunt originem ex persona, & non reperiebantur in persona prædecessoris consummata, sed cõsummanda, vt ff. de minor. b. l. Aemilius. Quinto sic; quia nemo dixerit ętatem filij esse ętatem patris, vt ff. de adoptio. l. si pater. §. fi. vnde cum ætas est proprium subiectum, beneficium non potest in alium transmitti. Sexto, quia filius est causa proxima, nepos remota; & de causa proxima intelligitur sensum, non de cã remota, vt in l. qui liberis, §. hæc verba. ff. de vulga. substi. Septimo, quia nepos non põt dici primogenitus, nisi ficte & improprie, cum sã contra naturales terminos veritatis; sed nos non debemus attẽdere fictionem, vt ff. de neg. gest. l. 3. §. hæc verba. quia abusio est vitanda, vt ff. de suis & legi. l. item prætor. Octauo, quia non potest venire per alium aliquis, quando ille alius medio tẽpore est extinctus, vel inhabilitatis, arg. ff. commu. præd. l. fi. & no. per Cyn. ℈. de legit. hære. auth. post tres. sed filius primogenitus fuit medio tempore extinctus, ergo eius primogenitura nihil nepoti patrocinatur, quia recessit ab aula. Nono hoc probatur, quia verba dicunt de primogenito Regis, quod sapientes ita interpretari debẽt. i. de primogenito, qui superuiuit tempore mortis Regis, ut ff. de vulg. substi. l. in substitutione filij. & ff. de test. tut.

ADDITIO.

a Primogenitus. Quis dicatur primogenitus, vide infra proxi. & per Bal. in l. 3. supra de iure emphyt.

tue.l.moribus datis,sed tpe mortis Regis nullus est ante genitus quam filius; ergo comparatione facta ad nepotem, ipse est primogenitus,licet alium habuerit ante se,sed ad alium non pôt fieri comparatio,quia comparatio requirit duo extrema, & ambo uera,& facit Institu.de leg.agn. suc. §.pximus. Decimo hoc probatur euidenter,comparando legem tutori,nam lex est expressa,qp tutela legitima,vel fiduciaria,plus consistit in filio, q̃ in filio filii,vt ff.de legi.tut.l.1.§.si duo.& ff.de ope.lib.l.si cum duobus.versi.nec quicquid,ff.de bo.li.l.cũ liberto,& ff.de asti.lib.l.c. si ex duobus. Et pro hoc ratio nãlis, quia expedit regia seniori, ff.de leg.1.l.cum pater,§.pater pluribus,& id Apostolicus vĩ cogitasse,quia de regno, cũ Rex puer erit, & intentionem suam, & prędecessorum pôt apostolicus declarare, cum non sit sicut alij homines terreni, nec Imperatorem excipio, cũ apostolicus sit principalis Vicarius Iesu Christi,& ultra humanam nãm habeat potestatem,quæ ex ore Altissimi prodijt. Ecc.24. vnde ipse est Princeps Regum terræ, Apocalyp. 1. Item verba vĩr loqui de primogenito hærede in regno,id est qui ex patre Rege natus est,ut l.filium diffinimus.ff.de his,qui sunt sui,vel alie. iur. Solut. quæstio stat in hoc.vtrum,istud punctum determinetur per verba feudi necne;nam cessantibus verbis,sm tacitam naturã feudi præfertur nepos,quia autem verba sunt satis prægnantia, & dubia.& opinio. Doctorum sunt pro & contra, ad necessariam & probabilem interpretationem Principis recurrendum est, ff. de

20 legib.leg.1. & ideo soluat Apollo.† In text.ibi,intra annale tempus.circa hanc transmissionem sit distinguo plenius, quam hic sit tractatum; Si quæratur qñ hẽditatem non aditam quis possit transmittere ad hæredem,nam aut ille,qui trãsmittit,est suus hęres,aut non suus. Primo casu siue sciat,siue ignoret hæreditatem sibi delatam esse,ad quoscunq; siue suos,siue extraneos perpetuo transmittit,cum beneficio tamẽ abstinendi,ut ff.de castr. pecu.l.hæreditatem.§.1.& ff.de acqui.hęredi.l si quis filium. §. j.

a licet glos in hoc aliud sentiat,diri s.le. proxi. Si autem a non erat suus,aut erat de liberis,aut non. Primo casu transmittit ẽt ignorans ad liberos,siue sit in potestate,siue non,vt J. de his, qui ante aper.tabu.l.j.nõ autem ad superiores,ut J.ad Orfi l. 2.licet gl. contradicat in d.n.J.de his,qui ante aper.tab.per le.apud hostes, J.de suis & legi. sed illa loquitur in suis. Secundo autem casu, aut erat infans habens parentes per masculinam lineam,in quorum erat potestate,puta patrem,auum,vel similem; & idem, si quocunque casu factus erat sui iuris,& si moritur in infantili ætate,transmittit,ad p̃dictos parẽtes,quasi sibi iã q̃sitũ,ut s.l. proxi.§. 2.& §.ea uero.aut non erat infans tempore,quo decessit;& tunc aut ignorabat delatam sibi hæreditatẽ,aut sciebat, si ignorabat.non transmittit,vt s.eod.l.quoniam,& s.l.proxi §.si vero. nisi decederet ignorans,iusta absentia; quia tunc daretur resti-

f Acceptilatione. Idem dicit Bal. in l. si causa, sup. de transa. sed Sal. ibi reprehendit, & tenet rationem Bar. ibi positam. Fulg. hic tenet cum Bal.

g Opp. Et vide no. inf. prox.

h Scriptus. Facit ad no. per Imo. in l. si stipuler, §. fi. ff. de verbor. obl.

LEX IV.

1 *Liti renuncians non est amplius audiendus.*
2 *Renunciatio non valet ad exonerationem renunciantis.*
3 *Renunciatio litis, & renunciatio hæreditatis differunt.*
4 *Hæres, q hæreditatem repudiauit, non fit postea hæres, licet dicat se hæredem.*
5 *Contrariorum eadem est disciplina.*
6 *Contumax habetur pro confesso.*

Sicut maior, Inutilis renunciatio non habet se confessionem, h. d. Vel sic. Semel hr̄s per repudia-

pudiationem non desinit esse hæres, sed cõfessus in iudicio pro iudicato habetur.h.d.Casus hæres,qui adiuit hæreditatem, fuit conuentus a creditoribus, uel econtra mouit actionem contra debitores hereditarios;tandem lite pendente, repudiauit hæreditatem,quęritur vtrum valeat repudiatio? Et respõdetur,ꝙ nõ ga sicut repudiatio est impossibilis aditio, ita aditio est impossibilis abstensio. Sed ꝯ a hoc opp. quia in iudicio statur confessioni,ergo,& renunciationi. Resp.quod ista non sunt similia, quia aliud est renunciare.& aliud est confiteri.h.d.notanter. Et no.ꝙ qui renunciat,b non dicitur confiteri. Item no.quod actus inualidus non pręiudicat, licet fiat in iudicio.Item no.ꝙ impossibile est duo ꝯria simul valere; nam si valet aditio, non ualet repudiatio,& eꝯ.Item no. quod confessus c in iudicio, & sine causa, & informiter,habetur pro condemnato. Et est argu.quod in instrumento guarenugiato non requiratur causa,cum sit ibi præceptum iudicijs chartularij factum in confessum, quod videtur factum in iudicio,ut no.Cy.in l.prima, infra de confes. † Modo veniamus ad apparatum certum est,quod ille.qui renunciat liti amplius non auditur,ut l.postq̃ liti,sup.de pact.sed ille, qui renunciat hæreditati.videtur renunciare liti,& hæreditati,ut ff.de mino.l.si filius,ergo amplius non auditur. Sol.aut quęris, vtrum repudiatio valeat quo ad aduersarium,& valet, d. l. postquam. aut quo ad alios vniuersos,& nõ ualet,ut hic,& no. s. proxime. Op.ꝯ istam solutionem,& videtur,quod etiam quo ad aduersarium non ualet:quia renunciatio, quę non põt fieri extra iudicium,ergo nec in iudicio facta ualet. Sol.sequens gl.hoc concedit in illo ver.& est ratio, &c. & sic uidetur cõtradicere alteri gl. † Tertio e op.ad idem,sicut non ualet confessio in fauorem confitentis, ita non valet renunciatio ad exonerationem renunciantis.cum ergo renunciatio sit quædam exoneratio,ut ff.de acqu. hęr.l.cum hæredi.ergo merito non ualet. Sol. gl. hoc concedit. & sic ab Azone recedit,in uersi, item est alia, & sic non est dr̃ia inter confessionem,& renunciationem, sed inter pro se, & ꝯ se. Et hoc clare procedit in hærede conuento, qui litem pendente renunciat hereditati iam aditæ, nam totum hoc facit pro se, & ideo non ualet etiam quo ad aduersarium. Sed in hærede agente uidetur standum opin. Azo. Et si dicas; ista renunciatio est impossibilis. Resp, verum est quo ad inseparabile ius hæredis.tamen quo ad actionem motam est possibilis,quia habet uim pacti,quam profitetur sibi aduersarium non teneri, vt ff. de pact. l. tale pactum in prin. Quid dicemus? Ia.But.dicit,ꝙ inutilis renũciatio non habet in se pactum;quia si non ualet expressum,non valet tacitum.& idem tenet hic Cy.& Nico.de Mata. Et sic no. † quod aliud est renunciatio hæreditatis,aliud est renunciatio litis,uel pactum,aliud est confessio.nam si renuncians confiteretur se non fuisse, nec esse heredem, præiudicaret sibi in illa lite, vt l.qui se patris.s̃.vnde libe.quod est notandum,quandoque tamen actus expressus non tenet, & tacita repudiatio tenet, ut ff. de acqui.hæred.l.filium.& l.Clodius. Vlterius f opp.dicitur hic † quod ille,qui repudiauit,licet postea se dicat hæredem,non fit hæres.ergo non tenetur vt hæres. Contrarium lex dicit, quod aut expresse confitetur se hæredem,& tenetur ut hæres:aut interrogatus noluit respondere, & non tenetur ut hæres, licet de contumacia mulctetur,ut ff.de interrog.actio.l.si filius. Sol. aut tu quæris, utrum efficiatur uerus hæres,ita quod teneatur ad oĩa onera hęreditaria, ac etiam econtra habeat cõmoda hæreditatis;& certe non fit verus hæres, ut hic. Aut tu quæris an patiatur actionem propositam ab aduersario;& tunc sic, ut in cõtrario,& in l.fi.eo. Et sic confessio non habetur per omnia pro aditione hæreditatis,quia nostrum negare, uel affirmare non facit naturalem ueritatem aliter se habere; quia natura non potest mentiri. † Oppo.contrariorum eadem est disciplina, sed negando non pręiudicat sibi.ergo nec confitendo.Sol.ista non sunt similia, nam confitendo quasi contrahitur, sed negando. non, ſm Iacob.de Are.& Cynum.Ea vero negatio, quæ pertinet ad substantiam iudicii, id est, per quam fit contestatio litis, parit quasi ꝯtrium,ut l.3.ff.de pręto.stipu.Item oppo. nam in l.si filius. confessio est uniuersalis.ergo implicita ad plura. Tunc arguo sic,Confessio implicita non potest diuidi; sed aut in totum acceptari;aut in totum respui,ut ff.de ope.li.l.si ita stipulatio.in fi. & ff.de posi.l.publia.§.fi.& no. j.de excep. l. si quidem. Sol. hic aduersarius in totum quo ad se acceptat.† Vlterius.g opp. ad ſm responsum l.si filius,nam contumax videtur confiteri, ut in ca.2. de confe.li.6.Sol.ibi fiebat positio,quę continet assertionem ponentis, sed in l.si filius fiebat interrogatio, in qua interrogans nihil ponit.nec concludit aliquid. Et sic non obstat, ꝙ est notandum. Vel dic,ut dixi no.in l.1.§.ex hoc rescripto. ff.de uentre inspic.per Dynum, & Iacobum de Are.si tñ quis falsum poneret scienter:licet aduersarius non rñderet,non haberetur pro confesso,quia dolus cum dolo compensatur, vt l.prima.§. hæc uerba.ff.ne uis fiat ei.cum simili.

ADDITIONES.

a Sed contra. Vide inf.in 4.opp.

b Renunciat. Adde Ro.in fi.tex.inf.de inge. & man. & ille tex. est multum ad hoc sing. no.secundum Bal.ibi.

And. Barba. Quod confessus. Not.quod confessus in iure,& sine causa, habetur pro condemnato.vide quod no.in l.si donatione,sup.de coll. adde quod etiam si præcedit aliqua causa specialis,& postea quis simpliciter promittat, quod tunc videt promittere ex precedenti causa,& sic valet talis promissio. casus est sing. iuncta. gl.l.triticum,ff.de ver.obl. Item nisi ipsi promissioni fuerit inserta conditio. quoniam ea purificata tenet vicem causæ.l.cum ad præsens,ff.si cer.pet.cum si. licet proprie conditio non sit causa,vt no.gl.in l.2.ver.statutum,ff.de cond.ob cau. sed habetur loco causæ.

d Et est ar. Vide Bal.in l.2.sup.de exec.rei iudic.per Imo.in l.fi.ff.a qui. ap. non licet in ver.3.limitat Bar.facit quod no.Bar.in l.generaliter.in 3.quæst. sup. de non nume.pecu.

e Tertio. Vide Bar.sup.ea.in prin.& quæ no.Bald.in l.1.in 4.opp.sup. de non nume. pecun.

f Vlterius. An præsens habetur pro confitente,vide Bal. in l.1.inf.de confes.quod interrogando quis non dicatur confiteri,tenet etiam Bald.in l.edita.sup.de eden.

g Vlterius. Idem tenet Pau.de Cast.sup.l.prox.

L E X V.

1 *Pupillus hæreditatem damnosam cũ tutoris authoritate potest repudiare.*
2 *Prælatus,vel ecclesia,hæreditatem sibi damnosam potest repudiare.*
3 *Pupillus hereditatis aditionem potest impedire.*
4 *Testator vbi sibi prouidet standum est ei,quod statuit.*
5 *Restitutio datur contra dolum etiam in omittendo.*

Pupillorum. Pupillus hæreditatem etiam damnosã sine tutoris authoritate repudiare a nõ potest h.d.† Quod intellige,nisi faciat in iudicio b cum authoritate iudicis,secundum Cy.hic allega.ff.de ritu nupt.l.pen.§. fi.& ff.ad Treb.l.restituta,§.fi.cum sua gl. & hoc verum, si cum cãæ cognitione iudex suum decretũ interposuit, cognita rei qualitate,vocatis amicis & coniunctis pupilli iusta no. ff.de bono.possess.l.tutor.† Et idem dicendum est c in prælato,d vel Rectore ecclesiæ, & perquisito, quod hæreditas delata ecclesię sit damnosa,vel subiecta nimijs vexationibus,potest eam efficaciter repudiare. tamen si est ecclesia collegiata,requiratur consensus capituli,nec credo,quod requiratur authoritas Episcopi, quia ista non est alienatio,cum nihil de bonis ecclesiæ in alium transfertur,vt ff.de reb.eo.l.magis puto,§.si fundus legatus,primo respõso. Neque.n.pauperior fit,qui non acquirit,vt ff.de do. inter virum,& vxo.l.si sponsus, §.si maritus heres, cum hæreditas non sit in bonis nostris ante agnitionem,vt ff.ad leg. Fal.l.pretia rerũ. † Oppo.contra hanc legem, & videtur, quod pupillus possit facere,quominus sit hæres,vt ff.de cond. & demon. l. conditionibus pupillus. Solut.non parendo conditioni potest impedire hęreditatis acquisitionem, sed repudiando non potest & est ratio, quia quædam possumus omittendo, quæ non possumus remittendo,vt notatur in l.aduersus, supra de vsufruct.Sed pone,testator reliquit monasterio Sancti Petri hęreditatem suam,sub ꝯditione construendi hospitale intra annum.& quod si dictum hospitale non fuerit in dicto termino constructum, hęreditas dẽat pertinere ad hospitale Misericordiæ de Perusio. Quæro,nunqd si monasterium dictum hospitale non construxit intra annum, possit restitui in integrũ tanquam lęsum? & certũ est, quod non, si hr̃ditas est damnosa vt s̃.de sacrosanct.eccl. auth. sicut alienatio. Idem tñ videtur si est lucrosa, quia testator vltra processit, & hęreditatẽ in alium transtulit; vnde contra testamentũ e non datur restitutio, quia † quæ a testatore geruntur, pro disciplina regulari non decet in irritum reuocari,arg. s̃.de resti.mili. l.quæ a patre. Et † vbi testator f sibi prouidet,stãdum est ei, qđ statuit, vt ff.de annuis leg.l.libertę.§.Lucius. pro hoc facit glo. huius legis. In contrarium facit,quod no.ff.de ver.oblig.l.cum filius, §.

in hoc

ADDITIONES.

a Repudiare. An autem tutor infantis, possit cum authoritate iudicis repudiare, Bal.in l.bonorum,sup.qui admi.remittit se ad no.per Cy.

b And.Bar. In iudicio. Quid operatur præsentia iudicis, vide quæ plene notaui. ad Barb in l.1.C.de pręd.cur.lib.10.

c An.Bar. Et idem dicendum est. An prelatus ecclesię potest repudiare legatũ factũ ecclesię suę,vide Bal.in l.is,qui heres,§.neque,ff.de acq.her.& l.contra iuris,§.cessatur,ff.de pa.& l.magis puto,§.fundum,ff.de reb.eo.& Fed.de Sen.in consi.2. & quod no.in l.fi.C.de acq.pos.vide Pet.de Anch.in ca.vt.super. de re.eccl. non alie. & D. An.& D. Car.in c.tua,de his,quę fi.a prela.vbi tenet quod sic. D.Pe.de Anc. in c.vt super.de reb.eccl.non alie. tenet. quod non. & eum ibidem sequitur D.Io. de Imo. Vide Lap.alle.26.

d Prælato. Dixit tamen Abb.Sic.in c.tua.nuper.extra de his,quæ fi.a prela.sine consil.c. quod prelatus potest repudiare legatum sine consensu capituli. & respondet ad l.magis puto,§.si fundus,ff.de re.eo.& vide quod no. Doc.in c. vt super ea:. de re.eccl.non al.& Bal.in l.contra iuris,§.1.ff.de pact.& ibi dix: sed an solus prælatus possit restituere hæreditatem,vel petere sibi restitui,vide Bal.in l.pen.in prin. inf.ad Treb.& hic adde Bar.in l.tutor.in prin.de bo.poss.

e Testam entum.vide per Ro.in l.si insulam circa vlt.char.ff.de ver.obl. per Ang in consl.165.incip.testator,in omnibus,&c.& vide Pet.de Anch.in consil.258.

f An.d.Bar. In ubi testator. vide q.in qua consuluit D.Abb.in c.2.de pręc.& ibi dixi latis bene. vide ibi omnino.

in hoc. & ff. de minor. l. Aemilius. Sol. Standum est ei, quod testator voluit, vt s. de necess. seruis, l. cum quidam. hæc enim non est pœna, vel damnum monasterij, sed fauorabilis executio vltimæ voluntatis, quæ non debet alterari, vel violari, vt in cle. quia contingit, de relig. do. Et ideo videtur, quod restitutio in integrum, non competat, quia esset restituere ad lucrum cum iniuria testatoris, & ad talia lucra non competit restitutio, ar. ff. ex quib. cau. ma. l. sciendum. Sed hoc non est omnino expeditum, cum minor institutus restituatur contra substitutum, vt ff. de min. l. & si sine, §. sed quod Papinianus, & l. quod minor, §. Scæuola. ergo, ita in proposito, cum dictum monasterium fuerit institutum, quod æquiparatur minori, & dictum hospitale Misericordiæ fuerit ei substitutum, quod similiter æquiparatur minori, vt s. de Episc. & cle. l. orphanotrophos. in minor contra minorem restituitur, vt ff. de min. l. verum. §. pen. † Quapropter vi. verius concludendum, quod monasterium possit in integrum restitui, nisi monasterium fuerit in dolo: quia cum sciret, & posset, noluit cõditioni parere, arg. sup. de sacrosan. eccles. l. iubemus nullam. quia contra dolum etiam in omittendo non datur restitutio, vt ff. de mino. l. si ex causa, §. in commissum, & §. nunc videndum.

ADDITIONES.

a Restitutio. Vide per gl. & Doct. in l. 3. §. Labeo, sup. de acqu. poss.
b And. Barb. Monasterium. Sed tu pro ista quæstione vide tex. in l. 3. §. & si hæres, ff. de minor. vbi minor restituitur. ita dicas in causa pia. ita allegauit illum tex. Lud. Ro. pro ista q. & Bal. in suis no. in 4. char. uide Rap. in l. si. sup. in quib. cau. in inte. rest. non est nec. ff. vbi dicit, quod præscriptio testatoris currit minori ipso iure. allegauit illum tex. ita dicamus in causa pia. vide quæ dixi in c. 1. & in c. cum non liceat, de præscrip. & quæ dixi in l. si ex stipulatu, de verb. obli.

LEX VI.

1 *Priuilegio pro se introducto potest renunciari.*
2 *Re non integra illud non licet, quod re integra licet.*
3 *Præscriptio non currit maiori intra quadriennium a die maioris ætatis.*
4 *Emancipatus potest pœnitere vsque ad annum re integra.*
5 *Hæreditas descendentium quando est delata ascendentibus, locus est pœnitentiæ vsque ad annum.*
6 *Suus, qui debito subsidio bonorum renunciauit, non potest pœnitere.*
7 *Suus habens vulgarem substitutum hæreditati non potest renunciare.*
8 *Filius si in iudicio renunciauit, non est locus pœnitentiæ.*

1 Si quis suus. Ad euidentiam præmitte, quod vnusquisque potest beneficio, seu priuilegio pro se simpliciter introducto renunciare, etiam si prius acceptauerit, quia nemini facit iniuriam, qui cõtemnit ea, quæ pro se tantum sunt introducta, vt ff. de mino. l. si iudea. hac ratione suus beneficio prætoris abstentus, poterit illi beneficio etiam acceptato renunciare, & immiscendo hæreditati se reponere in iure ciuili quod beneficio Prętoris non erat absorptum, cum Prætor non possit funditus extinguere ius ciuile, a quo emanauit ipsa Prætoris authoritas, vt Insti. de bon. poss. §. quos autem, sic igitur de mera ratione iuris ciuilis suus hæres potest beneficio abstensionis renunciare quandocunque, & esse suus. & necessarius hæres: præsertim cum res de facili reuertatur ad suam naturam, vt ff. de pact. l. si vnus. §. pactus, ver. quod & in specie dotis hanc ergo licentiam semper reuocandi suam abstensionem limitat lex nostra. Et hoc intendit, Suus hæres, qui se abstinuit, potest suam abstensionem reuocare infra triennium ante bona vendita, quod triennium nõ currit in minori ætate, nec post intra tempus petendæ restitutionis: bonis autem venditis non auditur maior, sed minor auditur beneficio restitutionis in integrum. h. d. No. quod principium huius legis loquitur in quolibet suo hærede. & ideo licet tex. ins. dicat, res paternæ, &c. tamen ista lex generalis: & ita habet locum in hæreditate aui, vel pro aui paterni, sicut in hæreditate patris, vt no. in l. nonnunquam, ff. de colla. bon. & patet in l. suus, ff. de iure delibe. & argum. ff. de iur. & fac. igno. l. regula, §. fi. Secundo no.
2 quod re non integra non licet illud, quod re integra licet, sic ff. de mino. l. quod si minor, §. Scæuola, & arg. in c. quamuis, de rescrip. li. 6. † Tertio no. mirabile, quod maiori intra quadriennium con-
3 tinuum a die maioris ætatis ipso iure non currit præscriptio. & est hoc speciale, cum regulariter tempus quadriennij non sit priuilegiatum, sed priuilegiatæ rei accõmodatum, vt s. de temp. in
4 integ. rest. l. ea quæ. & l. fi. & ff. de nouat. l. poli. §. diuersum. † Quæ-
a ro, quid in emancipato? a Resp. dic. vt Cy. quod de equitate põt pœnitere vsque ad annũ re integra: & idem in hęreditate materna, vt l. filij mater, § 1. ff. ad Ter. Et hoc verum, quando ei patet ius adeundi de iure ciuili, sicut est per Iustinianum, qui sustulit differentiã emancipationis, & patriæ potestatis. Cęterum si quis per solum prętorem vocaretur post renunciationẽ tacitã, vel expressam, nulla via sibi pateret, ne terminus edicti prætoris sit ludibrio, ut s. de iur. & fac. ign. l. si emancipati. & l. 2. & ff. de suc. edic. l. 1. §. decretalis. Conclude ergo, aut loquimur in suo hęrede, & loquitur lex nostra; aut in alio descendente, & tunc, aut ei est delata hæreditas de iure ciuili, & admittitur cum æquitate usque ad annum re integra, aut non est ei delata hęreditas de iure ciuili, sed solũ de iure prætorio & tunc semel exclusus nunquam ad ius redire põt. non obstat l. nonnunq. ff. de colla. bon. quia ibi non loquitur in renunciante, sed in differente conferre, uel cauere, & sic non aliud est enim esse in mora cauendi, uel conferẽdi; aliud expresse, uel tacite renunciare iuri suo, ut ibi tex dicit eleganter. Quæ-
5 ro, † quid ergo b quando ascendentib. est delata hæreditas descenden-
b tium: & uidetur idem dici posse ex æquitate, quod usque ad annũ admittatur pœnitentia, ar. ff. de inoff. testa. l. nã. & si parentibus, quia bona ad propria bona ueniunt, vt ff. de succ. edi. l. 1. §. Largius. secus in transuersalib. in quibus præcise seruanda est regu. quæ ponitur s. eo. l. sicut j. rñ. parentib. n. debetur legitima tanquam æs alienum, secus in transactionib. Et ideo non mirũ, si habet locum pœnitentia in parentib. & non in transuersalib. Verius, puto, quod nec in ascendentibus habet locum pœnitẽtia, quia cũ hoc nõ reperiatur iure
6 exceptum, ergo stamus regulæ. d. l. sicut. † Extra c quæro, nunquid
c suus, qui renunciauit debito bonorũ subsidio, possit pœnitere? Rñ. non, sicut nec qui renunciauit querelæ, vt s. de inoff. test. l. si quis filiũ, uel legato, ut l. pinde, si cert. petat. vnde lex nostra
7 non hẽt locum, nisi in suo usi successore. † Item d quæro, quid si
d suus e hẽt uulgarem substitutũ? Rñ. nõ vr. hẽre locum hæc lex, cũ
e nec suus sit ea quo hẽt uulgarẽ substitutum, & abstinet ut no. s. de iu. delib. l. suum hędẽ. & s. de imp. & al. sub. l. hẽs instituta. Et idẽ minorib. necessaria est in integ. rest. cum substitutum habent uulgarem, & abstinuerint, ut d. §. Scæuola. in uer. miserit, quod proprie ad suos pertinet. ergo. cõi auxilio, & mero iure nõ sunt muniti, vt ff. de min. l. in causæ. & facit eo. ti. nõ oĩa. Item d. Cy. indu-
f cit hanc. l. ad quandam q. de dilatione f concessa cruce signatis; utrum confundatur cum dilatione conuentionali. & determinatum fuit ultra montes, quod non, quia priuilegium non confunditur cũ iure cõi; & ideo tempus per priuilegium concessum, vel indultum incipit post tempus pacti cõpletũ, ar. huius l. uer. si aũt, ibi, nunc post impletũ, &c. & ita fuit determinatum ultra mõtes sm Pet. & bñ, quicquid dicat hic Cy. nõ ob. l. 4. §. si quis, ff. de re iu. quia ibi iudex est minister legis, & de mente legis loquit. & ideo nõ sunt duæ dilationes successiuæ. sed una ex l. & iudicis arbitrio simul iunctis idẽ, quod in priuilegio, dico in testõ, ut aliquid operetur. quod tene menti. † Vltimo g scias, quod lex nostra etiam hẽt lo-
8 cum, si filius in iudicio renunciauit apud acta, iuxta no. in l. si-
g cut, s. eo. in ult. gl. facit j. qui bo. ced. poss. l. 2.

ADDITIONES.

a Emancipato, Vide Ang. in l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de lib. & posth. & Imo. in l. quia poterat, in fi. ff. ad Treb.
b Quid econtra. uide Bal. in l. non iustam, ad fi. inf. ad Treb.
c Extra. Intellige tamen ut per Imo. in l. quia poterat, ff. ad Treb.
d Item ponit gl. 2. hic.
e A. B. Quid si suus. Vide Lud. Ro. consi. suo. 119. ubi dicit, quod per specialem conuentionem non uidetur recessum a generali beneficio statuti.
f De dilatione. Cum hac determinatione transit Io. Cal. in disput. sua, incip. sacerdos priuilegiatus. & uide Pau. de Cast. hic.
g Vltimo. Contrarium videtur uelle Bal. in l. 2. sup. de iur. & fac. ign.

Quemad. test. aper. inspician. & describantur. Rub.

LEX PRIMA.

1 *Testamentum per iudicis officium aperitur.*

1 AT testamentũ. † Testm̃ per officiũ iudicis petitur aperiri, & publice recitari. h. d. Intellige in ea particula quæ spectat ad petẽtẽ, ut s. de prec. Imp. off. l. fi. ibi ijs solis. &c. & si nihil pertinet, nil recitabitur sibi licet testm̃ sit apertũ, ut ext. de fi. instr. c. contingat.

LEX II.

1 *Iudicij locus debet seruari quantum ad processum.*
2 *Locus fori dicitur, ubi est maior pars hęreditatis.*
3 *Testamenti executio fit secundum statuta loci insinuationis.*
4 *Testamentum coram testibus idoneis apertum, an sit publicatum.*

Testamentis. Testm̃ aperiri seruata forma consuetudinis loci, petit. & si testes sunt absen-
a tes, fit apertio corã honestis personis. h. d. † No. quod quantum ad processũ a causæ

ADDITIO.

a A. B. Quantum ad processum. No. quod testamentum factum extra solum Romanũ sm ius gentiũ est ualidum: & quid si esset factum in portu, an dicatur factum in terra Christianorum, uide Bal. in rub. de ter. diui. pondera, quia Bal. non uidetur recte loqui, quia attento iure gentium, nulla solennitas requiritur: quia sufficit, quod probetur per duos testes, et non rogatos, ut patet in testõ militis, quod requiritur fieri sm ius gen. ut l. 3. ff. de test. mil. iõ non recte loquitur de solennitate iuris. dicit et, quod si est factum testamentum sm consuetudine hostium, non ualet. Sed pone, quod statutum est apud eos, quod ualeat cum duob. testib. & fuerunt adhibiti, certe hoc plus est, quam obseruantia iurisq. quæ non requirit, ut adhibeantur. nec Bar. uult, quod testamentum sit nullum ex eo, quod sit factum sm consuetudinẽ hostium, sed ex eo, quod non adhibita solennitas iuris ciuilis, quæ forte maior est sed si solemnitas hostium esset maior, non uult Bar. quod testamentum sit nullũ, quia quod pluris est. utique tanti est, l. cum furem, ff. de in lit. iur. ideoque dicit Bar. quod debet seruari solemnitas iuris minor, uel maior. seruatur apud hostes. si minor non ualeret, licet talis ibi esse consuetudo, quia perinde est, ac si nulla esset cõsuetudo ut non approbetur: & ideo sicut in solo Romano, ubi esset alia consuetudo, debet seruari ius ciuile. extra solum Ro. ubi non est ius ciuile, uel consuetudo, debet seruari iusg. ita quando testatur apud hostes. & ita est intentio Barto. & Io. Bal. non uidetur intellexisse Bar. in hoc secundum Pau. de Cast. in d. l. qui a latronib. Cogita, & ad materiam, uide Bal. in l. ius ciuile, de iu. & iure. Lu. Ro. in l. si nõ speciali, sup. de test. de porta uide Bal. in l. fi. sup. de test. & gl. & Dominicum in c. ubi per multi, §. porro, de elect. lib. 6. Bal. in l. si testamentum, de insti. & substit.

causæ seruatur locus iudicij, seu consuetudo fori. Sed quantum ad substantiam testamenti inspicitur locus, vbi factũ fuit testam̃, vt supra de test. l. si non speciali, quod intelligit Bar. esse verum, qñ testm̃ fit in solo Romano: sed si fieret in alijs partibus mũdi necesse est Romanũ testari iure Romano, vt ff. de test. l. quia la-
a tronib. per Bar. Ego vero a consultus sum de facto super quodã testõ cuiusdam mercatoris de Anchona, facto in terris Soldani Babyloniæ, & dixi, ꝙ valebat testm̃ factum ſm merum ius gentium, quod præsumitur ibi vigere, nisi ꝯrium probetur, cum tale ius gentium sit etiam apud ipsos, & consuetudo in dubio præsumenda. Nam istud ius gentium est bonum, & æquum: ergo seruandum. Et quia potius debemus seruare ius canonicum, ꝙ ius ciuile, quia ius canonicũ inhæret iuri diuino: & sub lege diuina sunt omnes populi, & nationes: sed ius Imperatoris non viget vbique locorum, facit quod no. extra de uoto. c. quod super. Nõ ob. dictum Barto. quia loquitur in hostibus. s. rebellibus imperij, quorum consuetudo non est consuetudo, nec eorũ statuta sunt statuta: & ideo non sequenda, vt in auth. naugia, §. de fur. vnde testamentum, quod fieret ſm eorum consuetudinem, non vale-
2 ret. † Quæro hic, quis est locus fori? respondetur, ubi est maior pars hæreditatis, ut §. ubi de hære. agi. l. j. §. respon. Secundo quæ-
b ro, si vna consuetudo *b* est in ciuitate, alia extra, & testm̃ fit in suburbijs, quæ consuetudo seruabitur? Respon. ciuitatis, quia in ciuitate factum dr̃, vt ff. de eaqu. tu. l. Titius §. Romæ. vbi est ca-
3 sus no. & expressiua in testamento. † Vltimo *c* not. in hac lege, ꝙ
c testm̃ factum Paduæ, uel Bononiæ, insinuatum Perusij, meretur executionem secundum statuta Perusij, quia has vires assumis mediante insinuatione, quæ fit in foro Perusino, quod tene mẽ-
4 ti. † Item quæsiit hic Cyn. utrum testamentum apertum coram idoneis testibus, dicatur publicatum: & idem sit aperire, quod publicare, sicut dicimus in testibus publicandis, quia dicũtur publica testimonia, cum per iudicem sunt aperta coram partibus? & breuiter dicit Pet. ꝙ aliud est in testamento, quod non potest publicari, nisi certa forma seruata. i. receptis testibus testamenti, & eorum assertionibus publicatis, & idem tenet Cy. & Ia. But. & no. ff. eo. l. 2. in prin. in glo. q̃ incip. authoritate, quæ dicit, quod nisi sit publica manu scriptum, non probat, nisi (vt dixi) solemniter fiat publicatio per iudicem, ut sup. de test. l. publicati. & adde quod dicam in l. edicto, infra tit. 1.

ADDITIONES.

a Ego uero. Vide Bal. in l. ius ciuile, ff. de iust. & iu. & in rub. ff. de re. diui. Pa. de Cast. in l. nutrioribus, & in auth. omnes peregrini inf. comm. de success. & Pa. de Cast. hic in lect. Paduana refert opi. Bar. & postea Bal. hic, & plus non dicitur.
b An. Bar. Vna consuetudo. No. si una consuetudo uiget in ciuitate, & alia extra, & testamentum sit factum in suburbijs, attenditur consuetudo ciuitatis in l. Titius, §. Romæ, ff. de excu. tut. & ibi uide Bal. qui no. loquitur.
c Vltimo. Facit ad no. per Bal. in l. 1. sup. ne fil. pro pat.

LEX III.

1 *Copia non debet dari de tribus.*
2 *Dies, & consul quare non edantur.*
3 *Actio ad exhibendum, & actio in factum, quomodo differant.*
4 *Tabellio iudicis mandato, non propria authoritate, debet edere instrumentum his, a quibus non fuit rogatus.*
5 *Actio ad exhibendum cessat, vbi petitur instrumentum, vt publicum, & habet locum actio in factum.*

Eius, quod Testm̃ dẽt aperiri, & eius copia dari, præter partem, quam testator aperiri noluit, uel ad ignominiam alterius tendit, & præter diem, & Consulẽ.
1 h. d. † No. ꝙ tria sunt, de quibus non datur copia, s. de secretis, de criminosis, & de die, & Consule. No. quod non uitiatur testamẽtum, licet testator ibi describat crimen famosum. Quærit gl. nũquid ualet alicui relictum cum ignominia? & dic, ut ff. de leg. 1.
2 l. Turpia. † Secundo quærit gl. quare non editur dies, & Consul? Rñdet, ne aliquid possit excogitari, & falsum fabricari in præiudicium testamẽti, quæ ratio cessat qñcunq; eius, qui petit, interest testm̃ ualere; quia non est uerisimile, ꝙ impugnet id, quod facit pro se, imo ꝙ habeat ratum & gratum. unde hæc lex non intelligitur quando hæres, uel legatarius petit copiam testamẽti, quia debet ei edi cum die, & Cõsule; sed loquitur quando legitimus, uel exhæredatus hoc petit, quia uerisimiliter infringerent testamentum, si possent, secundum Iac. But. sed Iac. de Aret. dicit, ꝙ si quidem conuenitur Tabellio, qui scripsit mandato testatoris, ꝙ debet edi legatario, & hæredi cum die, & Consule in publica, & solemni figura; quia mandatum testatoris reputatur mandatum eorum, ergo &c. arg. ff. eden. l. si quis ex argẽtarijs, §. pertiuere, non tamen dicit, an Tabellio teneatur edere exhæredato, uel legitimo, & uidetur, quod non, quia non est factum ad eorum utilitatem, iuxta no. ff. de eden. l. Prætor. §. primo, super uerbo, meum. Contrarium dico, quod debet edi exhæredato, & legitimo. tñ sine die, & Consule, ut ff. eo. l. 1. in prin. & §. testm̃. Idem-
3 que † faciet Tabellio mandato iudicis, non propria authoritate quia non fuit rogatus ab eis, nec ad eorum utilitatem argu. ff. de præ. l. si quis aliquid, §. instrumẽta. Si uero conuenitur alius, quã Tabellio; tunc indistincte obtinet hæc lex, si conuenitur ex hoc edicto, sed si conuenitur rei uendicatione, restituere debet proprietario agenti ipsum instrumentum. Et ista non uocatur editio, sed restitutio possessionis ipsius causæ principalis, seu originalis, quæ debet fieri plenarie secundum glo. & omnes. Et adde
4 quod vbi petitur instrumentum, vel instrumentum publicum, cessat actio ad exhibendum, ut no. ff. de eden. l. quædam. in prin. Et hẽt locum actio in factum, in qua non iuratur in litem, sed vbi petitur, vt certum corpus possessum, ꝓt agi actione ad exhibendum, cum possit agi rei vend. vt ar. ff. de proc. l. ad rem mobilem. & ff. ad exhib. l. 3. §. interdum. Vel dic melius, ꝙ in charta est hoc speciale, ꝙ non possit agi actione ad exhibendum. s. ratione cuiuslibet interesse, sed solũ ratione interesse dominij, uel quasi:
5 ut ibi no. & hæc vera. † Et differt actio ad exhibendum ab actione in factum; quia actio ad exhibendum est arbitraria, & in ea iuratur in litem, & sic probatur interesse per iuramentum, & facit sup. de prob. l. si de possessione, & ff. vt leg. no. ca. l. postquam. §. dies.

LEX IIII.

1 *Codicilli operiuntur, quemadmodum testamenta.*

a Codicillos. Codicilli † aperiuntur eodem modo, quo testamento, hoc dicit.

De edicto diui Adriani tollen. *Rubr.*

LEX PRIMA.

1 *Prior tempore, potior est iure.*
2 *Institutionis titulo nemo videtur renunciare.*

CVm inter. In adipiscenda possessione hæreditatis præfertur in dubio institutus sub-
1 stituto vulgari. h. d. † No. quod cæteris paribus, & in re dubia, ille qui obtinet primum locum in tempore, obtinet primum locum in iure. Concordat ff. de leg. 2. l. si quis seruũ, §. certã. ff. de hær. inst. l. qui soluendo non erat. ibi; dum dicit, vt quisq; prius scriptus sit, &c. Vbi est tex. no. ꝙ vbi ex pluribus electis nõ potest possidere, nisi vnus; institutiam hẽt primo nominatus, et in
a *a* eodem instrõ, ꝙ est no. Habes igitur, ꝙ qui in ordine verborũ est prior, in ordine possidendi erit potior. Et sic no. ꝙ ea prioritate tituli præsumitur pro aliquo ẽt in possessorio iudicio, facit
2 quod no. extra de prob. c. licet causam. Item no. ꝙ præsumitur quis renunciasse titulo institutionis, quia renunciare est facti, & iõ non præsumitur Op. & vr̃. ꝙ substitutus pendente conditione possit petere possessionem ſm tab. ut ff. de sec. tab. l. & si sub conditione. Sol. ibi loquitur in instituto sub conditione, & non in substituto, & est ratio, quia institutus non habet potiorem ante se. & hoc est verum, si contra institutum non obijcitur aliqd exclusiuum ipsius: idem si obijcitur aliquid exclusiuum, tñ non potest de facili probari sine mora iudicij, & gl. ponit exemplum ut patet in l. prox.

ADDITIO.

a Primo nominatus. Vide in §. qđ no. Io. de Imo. in l. si ita scriptum, in fi. ff. de leg. 1.

LEX II.

1 *Probare incontinenti, qualiter dicatur.*
2 *Possessorium non tantum præiudicat, quantum petitorium.*
3 *Testamentum qualitercunq; potest tolerari, pro testõ est præsumendum.*

Quamuis. Quinq; sunt dicta huius l. sub modo exempli. sed regula est vna, & h. d. vitium testi inuisibile, seu inelegibile, ꝙ requirit altiorẽ indaginem, non impedit scriptum hæredem in possessionem mitti. h. d. Et est ratio, quia missio procedit ex figura testi uisibili, & ideo per inuisibile non iustificatur, nec impugnatur. Et illud est verũ, nisi uitium inuisibile possit probari incõtinenti, & sine mora, uel tractatu iudicij, vt ff. vt in pos. l. le. l. is a quo. & ff. ad Treb. l. ille, a quo. §. si testõ & non dr̃ differri iudiciũ ꝑꝑ tres dies, vt sup. de iu. l. cũ ſpãlis, ver. illico, nec ꝑꝑ quinq; dies, ut ff. si qs cau. l. sed, & si post tres, nec ꝑꝑ decẽ dies, vt ff. de in. l. si debitori, nec ꝑꝑ duos menses, si forte ꝓbationes sunt promptæ, sed non in loco iudicij, ar. ff. de iu. fisc. l. aufertur, §. qui cõpensationem. Quod enim vltra duos menses differtur, non pertinet ad huius iudicij naturam, quæ morosam dilationem nõ recipit, nam ex liquido pendet, ut J. eo. l. fin.
1 & ibi de hac materia plene notabo. † In gl. quinque, dicit in fi. sed qualiter dr̃ incontinenti probare. Rñ. incontinenti probatur. idest, in actu se simul tenentu, & antequam ad alia extranea diuertat, puta, quia habet instrã in manibus, & statim ostendit ea iudici sine alia dilatione, ut ff. de ner. obl. l. ꝯtinuus circa pr. ff. de duob. reis. l. duos reos, §. fin. Alij intelligunt. idest intra triduum. sup. de erro. aduo. l. fin, sed melius dicendum est, hoc iudicis arbitrio committendum, argum. ff. de iure deli. l. 1. in prin.
a † In glo. præfertur in fin. sed quare est aliud in possessorio, aliud in petitorio? Respon. quia possessorium non tantum præiudicat quantum petitorium: quia in possessorio semper reseruatur cã petitorij, vt J. si de momen. pos. l. 1. in fin. Et ideo sufficit tantum

semiplene probare, vt colligitur ȷ. eo. & l. fi. & ff. ad Carbo. l. 3. §. causę. sed lata sententia, in petitorio, tota causa est finita, vt infr. l. proa. in fi. & ideo plene de omni exceptione cognoscendū est, vt sup. de ord. iud. l. & ȷ. de ord. cog. l. a. ſm Nic. de Mata. Vnum † scias, a & no. quod qualitercunq; testm̄ possit tolerari, pręsumitur pro testō, vt sup. de iure, & fac. igno. l. si post diuisionem.

ADDITIO.

a A. B. Vnus scias. No. quod semper præsumitur pro testamento, & per Bal. in l. scriniarios, sup. de testam. milit. & C. de iur. & fac. ignor. l. si postquam.

LEX III.

1 *Occupans hæreditatem, dicitur occupare possessionem uac antem.*
2 *Hæres, nisi possessionem apprehendat, non dicitur possidere.*
3 *Casus sunt quatuor, in quib. propria authoritate licet hæreditatem occupare.*
4 *Fides facta de possessione sua, sufficit ad consequendum iudicis interdictum.*
5 *Possessio vacoa qualiter potest occupari.*
6 *Citatio non est necessaria, si possessio non possidentur.*
7 *Causa competitionis differunt a causis contradictionis.*
8 *Iustitia requiritur maior in actore, quam in reo.*
9 *Instrumentum interdum conficitur de hora.*
10 *Oppositor si dicat se possidere, & actor fatetur, actor tenetur sibi libellum offerre.*
11 *Dicitur dupliciter missio inordinata.*
12 *Hæres scriptus, qualiter mittatur in possessionem bonorum.*
13 *Vigesima de relictis testamento, gabella sublata, non debet solui fisco.*
14 *Correctio in quibusdam. videtur cætera confirmare.*
15 *Instrumentum, ex quo fit missio, debet esse sine vitio.*
16 *Hæreditas non potest adiri ex testamento nullo.*
17 *Instrumenti prima figura est attendenda.*
18 *Testis si uno capitulo est falsus, in tota causa dicitur suspectus.*
19 *Scriptura debet esse munita dispositionibus testium.*
20 *Testes non possunt recipi a priuato.*
21 *Testis subscriptio videtur depositio.*
22 *Scriptura solennis dicitur quandoque priuata.*
23 *Scriptura non solemnis potius præsumitur falsa, quam uera.*
24 *Possessio acquiritur ei qui habet iustiorem causam.*
25 *Possessio acquiritur ei, qui immissus est.*
26 *Malefactum contra iuris ordinem, ante omnia debet reuocari.*
27 *Possessionis suæ causam reus non tenetur dicere.*
28 *Protestans ne ulla fiat nouitas super possessionē, causam debet allegare.*
29 *Præscriptio requiritur cum titulo ad hoc, ut hæres repellatur.*
30 *Hæreditatis petitio non excluditur per istum titulum possessoris.*
31 *Hæreditatis petitio postquam est nota, non patrocinatur titulus accedens possessori.*
32 *Hæreditatis petitio tollitur usucapione, & longi tēporis præscriptione.*
33 *Iudicium possessorium dicitur actio personalis.*
34 *Actio non clauditur in iudicio, nisi lis contestetur.*
35 *Tempus non est causa actuum humanorum.*
36 *Exceptio nulla tollit obligationem ipso iure.*
37 *Præscriptio semper impedit processum, vbi tempus statuitur alicui ad agendum.*
38 *Possessorium facti si ex possessorio iuris dependet, præscriptio cōtra ius dicitur præscriptio contra factum.*
39 *Præscriptio exceptionis est priuilegiata, vt admittatur, si requirit altiorem indaginem.*
40 *Præscriptionis exceptio est priuilegiata, ut sit litium finis.*
41 *Præscriptio de facili potest probari quo ad titulum, qui per scripturam probari debet.*
42 *Error iustus titulus habetur pro titulo.*
43 *Consuetudo in quibus differt a mera præscriptione.*
44 *Præscriptio omnis dicitur contra aliquid.*
45 *Iuris mixtio dicitur fieri ex persona agentis.*
46 *Substitutus per fideicommissum, an possit mitti in possessionem sine aliqua restitutione.*
47 *Missio in possessionem ex testimonijs publicatis, competit ad æternam rei memoriam.*
48 *Hæres scriptus, cum petit se mitti in possessionē, an aliquis sit citandus.*
49 *Causa apta, quæ dicontur ad contradicendum.*
50 *Priuilegium nihil esse potest sine probatione.*
51 *Iudex concluso in causa actoris productionem non potest recipere.*
52 *Instrumentum præsentatum in actis, & perditum, est factum de actis.*
53 *Libellus in petitione possessionis bonorum, an iudicis officio sit contradictori offerendus.*
54 *Libellus si possessores sunt infiniti, an singulis sit offerendus.*
55 *Missio an fieri possit rebus existantibus extra territorium.*
56 *Missio qualiter possit probari.*
57 *Missio ex edicto diui Adriani, si uersatur circa res incorporales, potest patrocinari.*
58 *Ius patronatus per pactū singulare nō trāsit, quod per se alienari nō pt.*
59 *Dictio mea, puta bona mea dono, est dominij significatiui.*
60 *Ius patronatus transit cum hæreditate uendita ad emptorem.*
61 *Sententia idem potest, quod pactum.*
62 *Missio in incorporalibus. qualiter possit fieri.*
63 *Possessor causam suæ contradictionis debet dicere.*

a **Edicto.** a Diui. Ad euidentiam pręmitte, ꝙ hęreditas nō possidet res suas: quia possessio facti est, & animi, ff. si quis test. lib. esse ius. fuer. l. 1. §. Scæuola, hæreditas autem est res sine anima, licet in his, quę plurimum iuris habent, loco psonæ fungat, vt ff. de fideiuſ. l. mortuo, ff. de vsucapio. l. cęptā. sine psona igit vera possessio esse nō pt, cū possessio sit hoīs actus, aut ſm votum hoium, vt cū aīo & corpore possidet, i. plene possidet ciuiliter & naturaliter; aut ſm eā partem, q̄ prędominat, i. animus; nā animus est in cā ciuilis possessionis, corpus aūt, i. pedum positio, est cā naturalis possessionis, & a natura cępit ars. & ius vocauit eam possessionem ciuilem, quæ animi est, & eam vocauit naturalem, quæ sensibus tenetur; prima est possessio intellectualis, secunda est sensibilis, i. visibilis, & tangibilis, vt suis locis 1 satis de hoc tractatum est. † Ex hoc. l. ꝙ hrēditas vere non possidet, sequitur, ꝙ interim occupans, occupet possessionem vacantem vere, sicut expilans hæreditatem, cui similis est iste inuasor, vt no. Inn. ext. de prob. in c. pſentia, in prin. non tn̄ mere, & oīno vacat possessio, eum hæreditas vsucapionem ɔplet, & fructus acquirit. Creditur. n. bonam fidem habere, sicut defunctus habuit vt l. de vsu. l. nunq̄. §. vscunin, & l. possessio, & l. hrēditas. & iō plus delinquit, qui occupat possessionē vacantem per mortē, quam qui occupat vacantē per neglıgentiā hominis viuētis, de quo ȷ.
a vnde vi. l. cum quærebatur. † Item ex hoc, ꝙ hæreditas non possidet, sequitur, ꝙ nec hæres possidet, nisi apprehendat possessionē, vt ff. de acq. pos. l. cum hæredes. etiam si sit suus hæres, vt not. in l. cum miles, in prin. ff. ex quib. cau. maio. quia existentia sui hęredis. facit quem suum hæredem, sed non possessorē, vt ff. de vsu-
b cap. l. si homo. Et ideo sequitur, ꝙ oī hæredi tam suo, b q̄ necessario, aut extraneo, est necessarium beneficiū huius l. cum maximum commodum sit hr̄e possessionem, in qua consistit emolumentum fructuum, vt no. ff. de acq. pos. l. j. §. ex contrario, & l. cer-
3 tū, s̄. de rei vend. per Cyn. † Secundo præmitte, ꝙ interdum hæres properat ad possessionem propria authoritate occupandā, interdum ad eam per legitimos tramites iudicij consequēdam. Primo casu quatuor sunt casus, aut nemo alius tenet, nec cōtradicit & tūc est in sua optione, i. electione accipere, & possidere, quia nullius interest, & ipse ea iure factum iustificat, hæc. n. est authoritas habentis iura principalia & directa, vt per seipsum possideat, nec ab alijs quærat, aut alius tenet & ɔdicit, & tunc iudex dēt vetare, ne accedat sine licentia eius, vt ff. de offic. procur. Cęsa. l. fi. & l. si seruus, ff. quod cum eo. per Iac. de Aret. & probat s̄. de transac. l. si super possessione, uers. cuius rei. in tex. & gl. & s̄. de inoff. test. l. 2. Aut alius tenet, sed non cōtradicit, quia ignorat de accessu, vel scit possessionem suam vbique durare. & tūc accessus non punitur, nisi probetur, qđ sciebat alium tenere, quia nō debuit diuinare, ꝙ alius inuasisset. vnde non est in dolo, nec in culpa tamen cum primū scit, debet a possessione recedere absq; prędudicio iuris sui in petitorio, vel possessorio; alias remanēdo in possessione, facit vim & ex tunc transit ignorantia in consensum, & efficit dolus, vt ff. de acq. pos. l. clam possidere, §. fin. Est & quartus casus, qn̄ nemo tenet, & tn̄ vterq; properat ad occupandum; & tunc aut verisile posset veniri inter eos ad arma, & tunc sequestrabitur possessio, & utrique mandabitur, ne accedat sine licentia iudicis: & si accedit post interdictum iudicis, punietur & reuocabitur statim a possessione. Si autem non est timor armorum, tunc non intromittit se iudex, quia de facto non debet se intromittere. Et ideo nec prohibet, nec permittit, sicut dicit Inno. in d. c. in pſentia. Et hoc in reb. profanis, secus in spiritualibus; qa iudex non dēt pati, ꝙ bn̄ficia spiritualia de facto occupētur. Idē in reb. ecclesiarū, quia ipsa ecclesia possidet, & nūquam uacat possessio earum pp mortē Prælati, quia ecclesia non mori-
4 tur, ſm Inno. † Et est no ꝙ ubi aliquis c timet, ne alius suam pos-
c sessionem inuadat, sufficit ad cōsequēdum iudicis interdictum facere fidem de possessione in libello, & sine ordine iudiciario, ſm Inn. & patet in l. liberis, §. fi. ff. de lib. leg. ſm Andr. de Pisis. tn̄ tunc super possessione non fertur diffinitiua, ut no. s̄. fin. reg. l. si
5 quis super. † Scdo casu principali, qn̄ quis non vult accedere si-
d ne licentia iudicis; & tūc aut nemo citatur, d & talis licētia est superuacua, & nil aliud iuris acquirit, q̄ primo haberet, ut Insti. de lib. §. multis. & qd no. in l. 3. §. pe. ff. de bo. pos. & l. 2. s̄. de iu. emp. cū si. Et si alius tenebit, statī de facto reuocat, vt ȷ. vn̄ ui. l. meminerit. & l. fi. ȷ. si p vi, uel alio mo. & ff si mul. nē. nom. l. j. §. necessario, ut sicut iudex fuit facilis ī mittēdo, ita sit facilis ī extramittēdo, ut ff. d euic. l. si minor, ī pri. & s̄. de pac. l. si pacto, quo pęnā, ī fi.

Aut

ADDITIONES.

a Edicto. Hanc l. habeo bene lectam per Mars. in lec. Gui. de Cu. super Cod.
b Tam suo. Et quod in suo hęrede sit necessarium remedium huius legis, vide Bal. in c. 1. de controuer. inter masc. & fęm. & ibi subdit unum singulare, quod habet locum etiam ab intestato illud remedium, etiam in suo hærede possessione uacante. hic adde Bal. in repet. l. l. in suis, ff. de li. & posth. & quid si ex forma statuti continuetur possessio in hęredem, unde sing. Bal. in rub. extra de cau. pos. & propr. & in l. ea lege, & ibi Cyn. sup. de cond. ob cau.
c Vbi aliquis. Facit quod no. Bal. in l. quisquis, inf. quor. appell. non recip.
d Citatur. Vide Bal. in l. si pacto, quo pęnam hic alleg.

6 Aut citantur citandi, & tunc obtinet lex nostra, † Scias tñ, ꝙ si a nemo possideat, a nemo est de necessitate citandus: si ergo dicatur, ꝯ ius factum, agatur; nam cum aduersarius possideat, ipse debet esse petitor, vt Insti.de interdi.§.commodum. nam si sua au- b thoritate est præueniendos. in possidendo est reus, b & non actor, ſm Inn. ergo multo fortius si per Iudicis opem possideat. Vnde in mā huius l. nemo proprie est reus, nisi sit possessor, & huic est offerendus libellus conuentionalis. Esse tñ non potest petitor, & oppositor pro suo interesse, vt no. in c. veniens, extra de testi. 7 per Inn.† Differunt tñ causę competionis a causis ꝯdictionis, nã nemo potest esse competitor ratione nudæ possessionis, sed bene potest esse oppositor; quia possessio facit eum reum necessa- c rium, cum sit citandus, quia hoc ipso, c quod vocatur, vel spãliter nominatur per actorem in libello, vel narratione actoris: firmauit psonã suã in iudicio, vt opponere possit, tanq̃ merus reus & possessor negatiuas positiones, putatu si es hęres scriptus, vel testator non possidebat hanc rem tpe mortis. Et idem si diceret d testm̃, d ex quo agit esse reuocatum: nam infringere potest reus actorem euacuando fundamenta petitionis, sed non posset opponere de iure tertij, vt de præteritione alterius, q̃ sui, nisi esset talis præteritio, quæ aperiret edictum opponenti, vt ff. de contra-tab. l. si post mortem, §. fi. ff. de inoff. testa. l. Papinianus, in princ. intellige hoc, si probationes sint in promptu, alias non, vt l. a s̃. co. Si autem non opponit directo, negando narrata, prout narrãtur per actorem, sed dicit se petitorem, tunc non omnis est legitimus ꝯdictor, ita ꝙ victor; sed requiritur alterũ de duobus, vel ꝙ habeat titulũ parem, idest ex quo oriatur beneficium huius edicti, vel tale ius, ꝙ elidat actoris intentionem, vt ius ex præscriptione natum, vt hac l. in fi. vel ex obligatione inter agentem, & ipsum, vt quia emit a testatore, vel ab ipso hr̃de, vt ꝫ. plene dicã.
55 † Sed dubitatur, an conclusio in causa Iudex ex officio possit recipere p istā productionem? & dico quod nō, quia recipere parte producente, non esset merum officium impartiri, sed ad petitionem partis producentis; sed tunc nil facere pōt fundando se super partis petitione, sed bene potest supplere circa ea, quæ suo officio incubuerunt, de fide instr. c. cum Ioannes, & c. cum dilectus. Secundo debet reus considerare inuisibilia in actis actoris, tamen visibilia per acta, i. per instr̄a rei, & consideret primo eneruare per instr̄a ꝯria titulum actoris, vt per testm̄ reuocans primum, vel per sententiam deportationis, l. Gallus, §. & quid si tātum, ff. de lib. & posth. Secundo per instrumenta similia incompatibilia, vt per aliud testm̄ simul factum; nam præiudicialis est vna probatio alteri probationi pp obscuritatem ordinis temporis, & omne incompatibile est quodammodo ꝯrium, vt in l. qui accu. non poss. l. 1. & ꝭ. de contrahen. & commi. stip. l. optimam, in fi. Tertio per instrumenta dissimilia, vt per instrumenta contractus, nam si remoueat personam actoris a iudicio ratione obligationis, vt l. vendicandi, ff. de euic. obtinet reus. Item si remouet acquisitionem agentis, vt præscriptio, & dñium: nam possidens habet rei vend. formaliter ad excipiendum, l. fi. ff. de Publicia. licet non ad agendum, si plene possidet. Si autem reus non habet ex ꝯctu exceptionem, nec ex præscriptione exceptionem, *g* vel dominium, nec alias habet dñium; melius *g* iacet, si silet, q̄ si allegat titulum dissimilem, qui non pertinet ad huius iudicij nām, & vigorem, neque. n ideo, quia forte emitur, sequitur, ꝙ actor non sit hæres, & quod defunctus non possederit: vnde exceptio tanq̄ impertinens, non dēt admitti: quia probata vt proponitur, non releuat probantem, & ita intelligitur opinio Albe. Sed ꝯ istud oppo. nam sicut titulus rei non infringit titulū actoris, sic eꝯ titulus actoris non elidit titulum rei. Item constat, ꝙ reus habet Publicianam, ergo excludit petitionem hæreditatis, vt nota in l. hęreditatem, & per consequens excludit possessorium; quod suo petitorio minus, & inferius est, vt innuit hic in ver. principalem. Item titulus rei est æque potens. Item ratione possessionis aliquis plus rationis habet eo, qui non possidet, vt ff. vti possi. l. 1. in fi. sed ad ista sic respondemus, nam hæreditas sic expilata quasi spoliata fuit, & ideo hæres debet prius restaurari, & hoc facto erit potior hæres, q̄ emptor; nam sicut emptor hēt Publicianam, ita hæres. ff. ad Publ. l. sunt & aliæ. & l. quæcunq;, & priori tpe finitur Publiciana hæredis, q̄ emptoris, de stipulatio. seruo. l. si ex re, §. fi. Et ideo hęres fit possessor quasi spoliatus *h* & cum erit in possessione, erit prior, etiam in petitorio; & sic *h* cum non teneatur restituere, non potest excipi, dolo facit, &c. quia non tenetur restituere; ergo non facit dolo. Et quia non est nunc disputandum de his, quæ nā iudicij non requirit. Quarto generaliter consideret reus auferre, vel debilitare fundamenta actoris, quę sunt in causis, nec tñ astringat se vltra q̄ expendit; nam qn̄ reus se astringit, tunc in pari probatione succumbit, secus si actor nihil probaret, quia tunc vincit reus, vt no. ff. de proba. l. circa eum, astringere tamen se ad multa separata non nocet ei, cui vnum sufficit, ff. de appel. l. Seio. Sed pone, *i* quod testm̄ est productum Iudici, & aduersario, & registratum in actis, & casu est perditum, an fiat missio? Dic. ꝙ sic; † quia transumptiue factum est de actis, ff. si tabu. test. nul. exta. l. 1. & ꝭ. de re iud. l. gesta. de test. l. publicati. ff. de admin. tu. l. chyrographis. Sed Inno. dicit, ꝙ non est de actis *K* instrumentum, sed eius probatio, de prob. c. qm̄ ꝯ. & de off. deleg. c. cum in iure. per Inn. sed istud intellige quo ad editionem diei, quia productio non mutat naturam editionis, sed quo ad usum probationis totum est de actis, quia est insinuatum, & facit s. de test. l. omnium, de fide instr. l. fi. de do. l. in hac. † Sexto principaliter quæro, si ꝯparet ꝯdictor, & petat sibi offerri libellum: an iste libellus offeratur super officio Iudicis concludendo Iudici, an super condōne ex lege concludendo reo, s. quod condemnetur. Quidam dñt, ꝙ cum possessio faciat eum aduersarium, ut l. 1. de alie. iudi. debet ꝯcludi ad eius ꝯdemnationem super possessione restituenda, sicut cōcluditur in actione triticaria. Alij dñt offm̄ Iudicis interpretari, nam interdum lex disponit priuatiue, & tunc oritur exceptio l. extat, ff. qđ merus

ADDITIONES.

a Possessionem. Vide l. pe. cum gl. ff. pro le. quam ad hoc multum no. Raph. in l. si ex stipulatione, ff. de acq. pos. facit l. fi. cum gl. in ver. ignorantia, inf. unde vi.
b Persona. Vide Bar. in l. 2. sup. eo.
c Fundamenta. vide hic Sal. & post eum dixi.
d Dissimilis. Vide Bal. in l. contractus, sup. de fide instr. & tex. in c. inter dilectos, ext. de fid. instr. & in l. si vnus, sup. de test. per Bal. & tex. in cap. cum olim. el 2. extra de priu. & Bal. in l. nostram, sup. de test. & ibi etiam quid si apparet aliquid additum, vel cancellatum diuersis temporibus, vt quia vna pars est magis recens. & per gl. in c. cum venerabilis, ext. de rel. do. in gl. fi. & Spec. in tit. de instr. edi. §. instrumentum. ver. item quod habet subscriptiones varijs manibus.
e Priuata. Vide quod no. Bal. in l. 2. inf. de ma. uin. & Pau. de Cast. in l. 1. §. editiones. ff. de eden.
f Et ideo. vide Bal. in l. ea quidem, inf. de accusa.
g Melius. Facit ad hoc, quod no. Bal. in l. si quis conditionis, supra loca. & Bar. hic in q. quis sit legitimus contradictor.
h Sic. Vide Bal. in l. gesta, hic allegata, in fi. & Bar. in l. 1. ff. si ta. testa. nul. extra.
i A. Bar. Sed pone. De testamento registrato apud acta, vide Bal. in l. gesta. inf. de re iu. & in auth. si quis in aliquo, sup. de eden.
K Actis. Vide Bal. in l. 2. sup. de eden.

a metus causa. Interdum disponit prodnctine: & tunc aut dirigit uerba iudici, & oritur officium Iudicis. non enim est iudex obligatus, quia tunc non posset esse iudex in causa sua, ff. de mino. l. q si minor, §. fi. Aut dirigit uerba patri, tunc aut præcedente negotio gesto inter partes, ex quo oritur actio, & tūc agitur ex illo negotio ratione illius nominis; aut præcedit, sed non solenne, tunc agitur condictione ex l. si quis argentum, ǰ. de don. aut nullum, tunc agitur officio Iudicis, ff. de lib. agno. l. si quis a liberis. Modo hic nullum est gestum negotium inter eos, ff. de condi. indeb. l. si in area, qua propter est officiū Iudicis; & primo erat summarium, sed comparente ꝯdictore est ordinarium: tñ si ante litem contestatam reus contumaciter abest, fiet mistio, ac si nūq̄ comparuisset, quia in illo iudicio nō est necessaria persona rei; ergo nō est necessaria litis conte. ar. ǰ. ad Treb. l. pe. nisi utraque parte præsente, facit qđ no. extra qui filij sint legi. c. per uene-
54 rabilem. in gl. † Sed hic quæritur, an si infiniti sint possessores, erit singulo possessori singulus offerendus libellus; & vř, q non, ar. de ali. leg. l. 3. sed omnes ad eundem iud. sunt mittendi. l. 1. de
b qui. re. ad eun. iud. ea. etiam si aliquis sit clericus: b nam ratione clericatus illa regula non debet infringi, quæ etiam in ecclesiasticis seruatur, extra de consti. c. cum M. Ferrariensis. per Inn. nā litis natura, & res ipsa trahit ad se personam, sicut ī feudis, quia forum principale unusquisq; sequi debet, vt ff. de iud. l. uēditor. Vel dic in clerico, ut no. in Spec. de secundo decre. §. restat. uers. quid si clericus. & facit ff. de ali. iu. l. cum miles. & ff. ut in poss. le. l. is cui, §. qui possessionem. in fin. nam si in fraudem iurisdictionis clericus successit prædoni. non est curandum unum obulū de clericatu: quia ecclesia, quod uult in se, ut sua iurisdictio non fraudetur, debet uelle in aliis. 10. coll. de alle. feu. c. j. uer. ecclesia. Forus autem principalis est, vbi est maior pars hęreditatis. ſ. vbi de hære. agi. opor. l. 1. & ibi debent cōparere omnes ad ꝯdicendū vt in auth. de hęre & Fal. §. si uero absunt. Principalior namque forus est domicilii, q̄ originis, ut no. in c. statutum. §. j. in gl. olim dicebamus de rescri. lib 6. Et in eadem ciuitate ille est principalior forus, sub quo sunt aliunde forus Potestatis in scholari est principalior foro Doctoris, quia Doctor est sub potestate, de iurisdictio. omnium iud. l. fin. & forus Episcopi est maior foro Potestatis, quia Potestas quandoque est sub Episcopo. non econtra, vt no. ff. de poll. l. ex ea. In delictis autem forus principalis est forus loci delicti, quia omnis cognitio inde oritur, & reuertitur
55 illuc. de acc. c. sicut. in fi. † Septimo principaliter quæritur, an rebus existētibus extra territorium possit fieri mistio? & dic. q corporalis mistio est mixti Imperii, quod nemo habet extra suum territorium, etiam inter consentientes: quia territorium suis finibus clauditur, & finium latitudo facti est, & mensura non animo constat, ff. de acqui. re. do. in Lagris limitatis, & facit quod no. ff. si quis in ius uoc. l. 2. potest tamē fieri pronunciatio de mittendo? & tunc aut fit cum legitimo ꝯdictore, & fiet ad literas ꝓnunciantis, quia inter partes ius facit, & intra suum uigorē extendunt vbiq; de bo. auth. iu. pol. l. cum vnus, §. is qui. Absq; literis uero fieri non posset, quia de alieno processu nō potest quis intromittere se, nisi rogatus seu requisitus, ut no. in l. cum quędā puella, ff. de iuris. om. iud. Cum autem est requisitus, potest, quia imaginem gerit illius. Aliq̄n tñ non exiguntur literæ, ut in successore, uel superiore, ad quē deuoluitur, & pertinet una & eadē iurisdictio, ff. de re iudi. l. a Diuo Pio, in prin. & §. 1. & vbicunq; finitur iurisdictio pronūciantis. ibi eius literæ superuacuæ sunt, de Epi. aud. l. Episcopale, & de iud. l. pe. & in executione ꝯtuum non exiguntur aliæ litere, nisi partium, & ipsum instr̄m habetur pro literis, facit quod no. in d. l. a Diuo Pio. §. 1. per Bart. & ǰ. de confes. l. vna. per Cy. Si autem pronunciatio fit Iruato capite, q a nemo ꝯdicit, non potest ipse, qui non discussit, mādare aliquid alii iudici, ar. notatorū per Inn. in c. solet, in fi. de senten. excom.
c Et no. istam pronunciationem c priuilegiatā d esse, ut ab ea non
d appelletur: puto tñ, q si inter loquendo emanauit, possit querela exponi superiori, sm̄ vnā lecturam, ff. qui sati. cog. l. arbitrio. secus si diffinitiue est pronunciatum, quia ius facit, ff. de iudi. l. si prætor. Et prędicta uera in omni testamento, etiam nuncupatiuo, de quo tamen appareat scriptura probans, arg. ſ. de secund. tab. l. 2. ita tenet gl. & dictum est in superioribus. Et no. quod ēt in his omnibus animaduertere debes locorū consuetudines, & statuta, sup. tu. j. l. 2. & ǰ. de exact. tribu. l. misti opinatores. lib. 10.
56 † Octauo quæritur, qualiter mistio probetur. tex. dicit, q p testificationem publicatum personarum, & sic per scripturā probatur possessio. Contra de fide instrumētorum c. inter dilectos, §. fi & ff. de acqui. pos. l. prædia. Sol. aut instrumentū conficitur super promissione, & non probatur possessio, etiam si permittatur pensio, uel fructus, ut in contrario. aut super possessionis recognitione, vel census solutione; & tunc probatur possessio con-
e tra se, e non contra tertium. de agri. & censi l, litibus. lib. 11. & ff. quib. mo. vsusf. amit. l. Pomponius, aut super traditione, & tunc aut super traditione ficta, & inuisibili, ut sup precario; & nō probatur possessio vera ex solo instr̄o, sed probatur eius confessio in-
f ter partes, f vt no. ff. de pact. l. ab emptione. in gl. aut super corporali & visibili traditione, & probatur per instr̄m factum intra rē possessam, sed per verbalem traditionem factam extra rem possessio non probatur, sed licentia possidendi. d. l. prædia. & facit q no. in c. a. de consue. per Inno. sed cum apparitores sint vilissimi, quō creditur eis? Respondeo, quia vilia tractant: nam vilissimū est cursoris officium, vt ff. de iud. l. 2. fi. Aduerte, antiqui magna ueneratione præstantiores fuere numero, pondere, & mensura, & tñ nec moderna tempora sunt frustra. † Nono quæritur, si
57 g missio ex hoc edicto patrocinatur in corporibus, constat quædā incorporalia versari circa corporalia, vt obligationes circa actiones, & in his nihil operatur missio. Quædam versantur circa res incorporales vt seruitutes, & in istis puto operari, vt qui est in possessione principali, sit in accessoria connexa, idest coniuncta ei, arg. de agri. & cen. l. cum scimus, §. fi. lib. 11. Contra hoc facit, ff. de pet. hær. l. non tantum, §. seruitutes, dic quod non veniunt per se, sed in consequentiam. Vel dic, q in l. contraria hęres agebat proprio nomine: quia ipse prohibitus fuit, non defunctus, quia non potest per petitionem hęreditatis; quia non est actio hęreditaria, sed propria, secundum Cy. ibi in additionibus. Quędam incorporalia versantur circa actum hominum, vt ius præsentandi in ecclesia patroni. Nunquid si iudex secularis mittit in possessionē hæreditatis, videatur in hoc ius mittere? & viderur, quod sic, quia si hoc facit pactum, vt ff. de acq. rer. dom. l. quædā, de contrah. emp. l. in modicis. & de re iu. l. cum Bertoldus. ergo
h & per iudicem fieri potest. Dicit Innocen. h in c. ex literis, de in-
58 re pat. q † per pactum singulare non transit ius patronatus, vt si dico; dono tibi ius patronatus, quod habeo in tali ecclesia: quia est ius quasi spirituale & religiosum, quod alienari per se nō potest. Idem si habeo ecclesiam in fundo meo, & dono tibi fundum; quia ecclesia non accedit fundo, quia non est eiusdem rationis & conditionis cum ipso fundo, etiam si ad eam non sit accessus, nisi per fundum: licet secus sit in sepulchro, quod potius in facto, quam in iure consistit. Ecclesia enim cum ambitu libera est, & non est in commercio nostro, sicut si illa in particulam in alium ante alienassem, de leg. 1. l. si fundum, §. qui fundū. ibi,
59 sed inclinandum, &c. Idem si dono tibi omnia iura mea; † quia dictio, mea, est dominii significatiua, l. Quintus, §. argento, de auro & argen. lega. sed patronus non est dn̄s, nisi abusiue; vt ff. de hęre. insti. l. talem. §. fi. Idem si dixi, omnia iura, quæ habeo. nam sermo iste generalis per suas species intelligitur, ff. de le. 3. l. si chorus, sed in speciebus dinumerandis non potest dinumerari ius patronatus; quare non includitur, ar. ff. de pign. l. obligatione. Si autem hęreditatem tibi relinquo iure directo includitur; quia ab vniuerso vna res vacare non pōt, ff. de hære. instit l. si quis ita hæres institutus fuerit, excepto fundo. In fideicom. substitutione non includitur ius patronatus ff. ad Trebel. l. quia perinde. Si
60 aūt † per successionem paternā ad me peruenit ius patronatus, & vendo tibi hęreditatē; transit ius patronatus quia nomen hęreditatis prædicatur de eo non rōne nominis collectiui, sed ratione propriæ significationis ipsius hęreditatis, cū ius patronatus ex hęreditate sit. Idem si vendo castrum & territorium, q a iurisdictionalia, & honorificentiæ significantur tali vocabulo. Et si dico, vendo tibi castrum & patronatum: copula, &, ad amplandum posita non minuit, nec excipit, siue accessorie copulet, siue principaliter, vt de pecu. leg. l. si peculium, §. & si fuerit, ſ. de necessa. ser. l. quidam, §. sed cum veteres. Et sic inutilis ampliatio non vitiat, vt ff. de preca. l. cum precario. & ff. de seru. l. si
61 tam angusti, † quod ergo per contractum fieri potest, idem per sententiam induci potest, ff. de statulibe. l. statuliberi a cæteris, §. Quintus. Etenim quod vni prohibetur, & alteri, ar. ff. de manu. l. senius hac lege. credo, quod hęres possit pręsentare sine aliqua missione: quia sufficit ius habere in puris incorporalibus, vt no. in c. cum nostris, de concess. præb. per Innoc. & adde quod not.
62 ǰ. de leg. l. monumenta. per Cyn. † Vltimo no. practicam, qualiter fit missio in corporalibus, vide de noui. oper. nunc. l. si prius. In glo. scilicet titulo, circa hoc dic, quod si instrumētum producitur sine vitio visibili ab eo, qui scriptus reperitur, & appareat contra-

ADDITIONES.

a Disponit. Vide Bar. hic in 1. q.
b Clericus. Vide quę no. Bar. in l. præcipimus, §. p. inf. de appe.
c An. Bar. Et no. istam pronunciationem. No. quod non videtur prohibitus recursus pro iustitia ad superiorem, & sic tenent, quod si non potest appellari a diffinitiua, quod non potest querelari, quod est contra gl. c. 2. de procu.
d Priuilegiatam. No. ad materiā l. 1. inf. si de mo. po. & Bal. in l. fi. § pe. inf. de temp. ap. sequitur Lud. Ro. in rub. de arb. dū tractat, an statutū possit tollere appellōne.
e Contra se. Vide Bal. in c. 1. qui sint necess. in vsibus fe. & in c. cum venisset ext. de rest. spo. & an actus confessionis sufficit ad probandam possessionem, vide Inno. in c. dilectus, extra de ca. mo. dum loquitur de eo, qui facit confiteri homines esse suę iurisdictionis.
f Inter partes. No. Ang. in l. quędam mulier, ff. de rei ven.
g Nono. Vide Sal. hic, & post eum dixi.
h Inn. Vide Bal. in l. 1. sup. de bon. lib. & quæ dixi post Bar. in l. quędam, ff. de acqui. rer. domin.

contradictor, qui detinet rem, quam defunctus detenuisse tempore mortis dr aut negatur res fuisse defuncti, etiam quo ad detentionem, & tunc est legitimus a ɔdictor quolibet possessor, cũ adhuc non constet de intentione petitoris, quæ est in duobus, scilicet, ꝙ sic scriptus, sm formam huius leg. & ꝙ res fuerint defuncti, saltem iure detentionis tpe mortis defuncti, vt in hac l. vnde non tenetur aliquid de suo iure dicere, vt s. de rei vend. l. res. & j. de excep. l. si quidem. Aut constat rem fuisse defuncti: qa possessor hoc confitetur, & testm apparet sm. formã huius l. & tunc aut allegat se habere simile ius, quia dicit se in alio testõ scriptum, quod dicit esse posterius: aut allegat se habere titulũ, aut nullam causam allegat. Primo casu audiendus est, tanq̃ legitimus ɔdictor, sm omnes, vt j. e. l. l. ibi qui potiora ea legitimis modis iura ostẽdent. Si autem allegat titulum, aut dicit se habere titulum a defuncto, aut ab hærede, aut ab extraneo. Primo casu auditur sm Azo. sed sm alios non. & hoc est verũ, quia l. illa voluit herede mitti in eo statu, in quo erat defunctus tpe mortis. Secundo casu, qñ ab hærede, bene audietur, & erit legitimus ɔdictor, arg. ff. de euic. l. vendicantẽ. Et non permittitur ei venire ɔ suum ɔctũ, vt sup. de pact. l. si quis in conscribendo, & hoc secundum Odof. Et ego in hoc concordo, si hæres aliquo titulo dederit ei: si autẽ simpliciter promisit ei hæres, vt acciperet, si quidem ante aditam hæreditatem, non noceret ei; si autẽ postea, noceret, vt ff. quo le. l. 1. §. quod ait Pretor. Tertio casu cum titulum habet ab extraneo: & tunc dicit Azo eũ esse legitimum ɔdictorem, & eum audiẽdum, & hoc potest esse verum sm Odoff. si ipse possidet tpe mortis defuncti. alioquin si quidem præscripserit, bene erit legitimus contradictor. ut hic in fi. leg. si aũt non præscripserit, non & hoc modo intellexit Al. & hoc est verum, licet obscure sit hic tractatum in glo. Si autem non allegat causam aliquam, tunc omnino non audiatur, vt hic cum dicit, causæ in possessionem missionis, & subsecutæ contradictionis.

13 † Ex quo tex. no. quod sicut petitor b debet dicere causam suæ petitionis: ita possessor & conuentus debet dicere causam suæ ɔdictionis, quod est verum in hoc casu, & similibus: quia fundata est intentio petitoris per testm, quod producitur sine vitio visibili: & constat rem fuisse defuncti tẽpore mortis, de quibus cõstare debet, vt petitor frui possit hac l. alioquin si non est fundata intentio petitoris, nõ est necesse reo aliquid allegare, vt sup. de rei vend. l. res, & de edẽ. l. qui accusare. In glo. i. fauore in fin. Vel dic ex vna parte, idest sola præscriptio. 30. annor. cum malafide interuenit, quæ petitoris intentionem excludit: non autem præscriptioni tribuit iura directi dñij vel utilis, vt j. de psc. 30. ann. l. si quis emptionis, §. i. & quod subijcit, ex utraque, & c. intelligitur, quando vtraque interuenit, scilicet acquisitio dominij ex parte præscriptionis, & exclusio inuentionis & parte petitoris, quod est in præscriptione 20. vel 10. annorum cum titulo & bona fide: & multomagis triginta; & in usucapione triennij, quia hoc ipso, ꝙ dominium est quæsitum præscriptore, excluditur petitio petitoris, vt d. l. si quis emptionis, i. respon. & sic respondet hæc litera superiori proximæ, cum dicit, ꝙ possit vel possessum, & c. secundum Nico. de Mata.

ADDITIONES.

a Legitimus. Tangit hic Bal. aliqua circa quæst. quis sit legitimus contradictor reliqua uide. sup. & etiam in 5. quæst. & ista sunt uerba Nic. de Mat. ut p[...] in fin.

b Petitor. Vide Bal. in Spec. de testa. & Paulum de Cast. hic. & Bal. supra. ea.

Questio Baldi de Schismate.

¶ Ad honorem Dei, & beatæ Mariæ semp Virginis, & beati Petri Principis Apostolorum, ecclesiæ tam triumphantis, quã & militantis, ego Bald. de Perusio, minimus, vtriusq; iuris Doctor, duxi hic inserere quasdam allegationes, quas feci super puncto infrascripto, quandam mihi transmisso per uenerandæ recordationis Dominum, & Dñm tunc Sacrosanctæ. Roma. eccl. dignissimum Cardinalem tpe, quo primũ in ecclesia Dei fuit seminata zizania circa electionem summi Põtificis, videlicet anno Domini 1378. de mense Iulij. A quo Domino Cardinali fui requisitus, vt solum Deũ habendo præ oculis scriberem sibi, quid mihi iuris videretur, quod & feci obediens, confisus non in proprijs viribus, sed in Deo, donecque ipse vixit, silui ex causa: vnde quæ infera scribo, non publicaui, sed tantum sibi insinuaui, paucis per me postea additis ad corroborationem eorum, quæ prius scripseram, & ad maiorẽ indaginẽ veritatis. Cuius intuitu simpliciter & nullo alio respectu loquor, nõ pertinaciter aliquid dicens, vel asserens, sed sine præiudicio sententiæ potioris, vt l. Claudius Felix. ff. qui pot. in pig. ha. Quicquid. n. dico, cum protestatione loquor, quam facio secundum formam c. damnamus, in fid. de sum. Trin. & fid. catho.

IN nomine Domini. nostri Iesu Christi, amen. Factum tale est. Cum sanctæ memoriæ Dominus Gregorius Papa xi. die 26. Martij, obijsset in Roma, Officiales urbis diuersa consilia tenuerunt, aliqua secreta, aliqua non secreta, prout inter eos moris est in expeditione magnorum negotiorum, in quibus tractatum fuit, quis modus tractari deberet per eos in electione. Papæ & prout per plures Ciues Romanos relatum fuit Dominis Cardinalibus quorum Ciuium aliqui prædictis consilijs interfuerunt. Alij vero audierunt ab his, qui interfuerunt semper in illis consilijs, ꝙ concluserunt, quod omnino expediebat eis habere Papam Italicum, vel Romanum, & quod de hoc pulchro modo supplicarent Dominis Cardinalibus quantum possent: & ꝙ si precibus obtinere non possent, & ad hoc omnino cogerent eos scilicet Dominos Cardinales. Et hic erat sermo communis in Roma inter omnes, & in omnibus locis publicis, dicebant. n. se non posse esse aliter securos, nisi ꝙ curia in Italia remaneret. Mortuo tamen Gregorio Papa prædicto, præstiterunt Senator, & alij Officiales urbis debitum iuramentum de obseruando cõstitutionem, vbi periculum, de elect. in 6. Item prædicti Officiales vrbis decem diebus præcedẽtibus, qui effluxerunt. inter mortem Domini Gregorij, & introitum cõclauis simul adunati cũ alio numero Ciuium, omnibus Dominis Cardinalibus insimul adunatis, supplicauerunt & eos requisiuerunt, vt eligerent Papã Romanum, vel Italicum; addentes vt ante ingressum cũ clauis vellent eis super hoc declarare ad consolationem populi. Et aliquibus vicibus subiunxerunt, ꝙ alias dubitabant de maximis, & irrecuperabilibus periculis, cum viderent & cognoscerent corda Ciuiũ nimium subleuata. Et vlterius certos Ciues miserunt ad domum Dominorum Cardinalium ex parte Officialium & populi; & qui similes requisitiones fecerunt dominis in particulari, pp quod Domini Cardinales dubitantes miserunt pro Officialibus, & exposuerunt eis errores, qui poterãt sequi ex modis quos tenebant circa ipsos; & quomodo ipsi tendentes, ꝙ curia circa eos remaneret, essent causa eam perdendi. Et requisiuerunt eos de duobus. Primo, ꝙ ruſtici expellerentur de Communitate, qui erant in magna quantitate in Roma, prout reportabatur Dominis, & taliter ordinaretur populus, ut non posset esse scandalum: & ꝙ abstinerent ab illis consilijs, quæ videbantur esse causa inflammandi populum. Secundo ꝙ ordinarẽt vnum bonum Capitaneum ad custodiam Burgi sancti Petri cum certo numero gentium, & gentes essent bene confidæ Dominis & ꝙ facerent bene custodiri pontes, vel ipsos tenendo clausos, vel saltem de bona gẽte in bono numero munitos: taliter, ꝙ populus ad palatium transire non posset, quæ omnia verbo concesserunt, & vnum Banderensem tunc fecerunt Capitaneum, & ille fecit quatuor Ciues Conestabiles: & isti vltra iuram, quod prius officiales præstiterunt iuxta formam c. vbi periculum, iurauerunt bene & solenniter Dominos ab omni violentia, & impressione tenere securos, & alia multa, prout ab eis petita fuerũt, sed finaliter nihil seruauerunt. Aduertendum est autem. ꝙ dictis decem diebus præcedentibus, mandatum fuit omnibus nobilibus, & sub grauissimis pœnis, vt exirent vrbem, & Dñi Cardinales multoties requisierunt Officiales, vt nobiles stare permitterent pro eorum securitate, ꝙ penitus negauerunt, sub colore, ꝙ timebant de aliquo rumore intra ciuitatem. Et finaliter Domini Cardinales rogauerunt Officiales, vt saltem duos ex dictis nobilibus stare permitterent, qui erant Officiales Ecclesiæ, ꝙ etiã expresse negatum fuit. Adueniente autem hora introitus conclauis, tota platea sancti Petri fuit impleta populo pro magna parte armato: & intrantibus Cardinalibus, magna pars populi intrauit palatium, & intra palatium per totam noctem, & vsque ad exitum conclauis steterunt, & ruperunt diuersas portas diuersarum domorum in palatio, & ipsum palatium ab omni parte circundederunt armatis hominibus, ita vt nullus posset intrare, vel exire sine ipsorum voluntate. Item subsequenter postquã omnes (prout moris est) exierunt conclaue, excepto Senatore, & quibusdam alijs paucis: qui cum aliquibus ex Dominis loquebantur, vt porta conclauis custodiretur, ita vt nullus intrare posset sine licentia, superuenerunt Capita Regionum vrbis, cum aliquibus Ciuibus in bono numero, volentes intrare conclaue. & licet sæpe fuerit eis dictum, ꝙ non erat de more, ꝙ post clausam porta, maxime ita tarda hora, aliquis intraret: nihilominus intrare voluerunt. & Dominis (licet cum displicentia) cõgregatis in Capella similes requisitiones fecerunt, petentes etiam vicibus iteratis, ꝙ antequam exirent conclaue, de hoc declararẽt expresse, subiungentes, & plures repetentes, ꝙ ita videbant populum dispositum, ꝙ istud non poterat aliter transire sine periculo personarum suarum. Item sciendum, ꝙ ante introitum conclauis fuerat per multos reportatum Dominis, ꝙ erant quidam in Roma, quorum aliqui erãt Romani, aliqui Italici, qui ad hoc vt impressio fieret, totis viribus populum inflãmabant; & ꝙ multa promittebant officialibus, casu quo quilibet eorum eligeretur in Papam, & licet tunc iste Baren. a principio non fuerit nominatus: tamen ex post facto relatum est quibusdam ex Dominis, licet non clare constet, & credo non esse verum, quia ipse fuerat vnus ex sollicitatoribus antedictis. Item aduertendum, ꝙ mortuo præfato Domino Gregorio, remanserunt in curia

sexdecim

sexdecim tantummodo Cardinales, ad quos solos competebat ius eligendi Romanū Pontificem; quorū duodecim erāt Vltramontani, & quatuor Italici. Et omnes Cardinales Vltram. antequam intrarēt cōclaue, & in introitu & post vsq; ad tps īpressionis cōtinue (prout asserunt) fuerunt in deliberatione, ꝓposita & uoluntate eligendi de collegio, & nō de extra, & Vltramontanū & nō Citramontanū. Et iam Domini Italici erāt in proposito eligendi de collegio, & non extra, licet tenderent ubi bono mō posset fieri, ꝙ unus ex Italicis eligeretur, de Italicis tñ, uel extra collegium, dūmodo debito modo eligitur, ꝓtulissent tñ illos de collegio. & in ista voluntate ꝑmanserunt omnes continue, etiā primo q̄ intrauerunt cōclaue usq; in crastinū post Missam, non obstante, ꝙ Romani occupauerunt palatium, & tota nocte existentes armati, ut plurimū sine intermissione clamauerūt dicētes (Romano ouero Italiano lo volemo) & ita cum sonitu tubarū, & tāburorū, &c. cōtinuauerunt ꝑ totā noctē adeo quod aliq ex Dñis modicū dormierunt, dictos rumores ēt continuauerūt per totam noctē usque ad rupturam conclauis per eos factam. Demum auditis Missis dum Dñi se disponerēt, ut de electione tractarēt, cāpanę Capitolii & Ecclesiæ sācti Petri, (quæ Ecclesia stat iuxta palatium incæperunt ad sturmum pulsari, & pro congregatiōe populi, & populus incæpit fortius clamare) Romano o vero Italiano lo volemo. fuerunt ēt Dñi auisati, ꝑ illos, qui ab extra custodiebant conclaue. quorum aliqui erāt Romani per dños electi, & aliqui Vltramōtani, quod nisi statim sine aliqua mora eligerent Romanū, vel Italicū, ꝙ omnes dñi Cardinales erant in periculo, & inciderentur ꝑ frustra, ꝑꝑ quod Dñi Vltramontani (ꝑꝑ periculum euitandum mortis, prout maior pars dixit & tunc omnes cum sacro affirmant, & alias nisi ꝑꝑ mortis periculum non factum) consenserunt, ꝙ Italicus eligeretur. Et quia aliqui ex Cardinalibus Italicis dixerunt, ꝙ nullatenus accepttarent, si tali modo eligeretur, cum uidebant impressionē, quę fiebat, omnes quasi ex abrupto sine alia discussione personæ, nominauerunt Dñm, scilicet Archiepiscopum Baren. & ipsum tanq̄ illum, quem credebant eis magis uotum & in factis curiæ expertum, elegerūt in Papam animo, & proposito (prout dixeront tunc) ut ipse esset verus Papa. Timore tñ prædicto durante ut nunc asserunt, exceptis tamen duobus; vno Vltramontano, qui dicebat, ꝙ consentiebat taliter qualiter, tanq̄ compulsus & credebat, ꝙ electio esset nulla; & uno Cardinali Romano, q dixit, ꝙ ꝑꝑ notoriam impressionē, quā uidebat, nec sibi nec alteri daret vocem suam, nisi cessaret impressio, & esset in sua libertate. Et vlterius dixerunt inter se aliq ex Cardinalibus facere, prout alias fuerat factum, & per chronicas apparet, scilicet, ꝙ quam primum commode possent, accederent ad locum tutū & etiam tunc ꝙ ipse renunciaret ad cautelam, & tunc ꝙ ipsi de nouo reeligerent, & ita ꝑꝑ schisma euitandum sibi adiuuicem ꝯ dixerunt. Demum Domini Cardinales cum iam pluries super expeditione fuissent per custodes conclauis solicitati ad populū clamantem & tumultuantem, & iam dispositum ad furiosa, miserunt tres ex Dominis Cardinalibus. Et quia nō audebant eis in illo furore existētibus publicare electionē, ꝑ eos fecerunt eis promitti, & promiserunt, ꝙ in diem crastinum ante vesperas ꝯsolarent eos de Papa Romano, vel Italico, & fecerunt populū rogari, ꝙ recederet, q cū magna difficultate recessit de aula, nō tñ exiuit palatium, vel circuitū eius sed aliquātulum rumor cessauit, & interim Dñi miserunt pro multis Prælatis, inter quos fuit iste tunc Baren. & per prædictum modum electus, qui venit, & vidit populum furentem, & totam uiolentiam & impressionem factam & ante uiderat, & audiuerat clamores populi furentis, & sciuit, & scire debuit quicquid per populum actum est tanq̄ rē notoriam. Et tunc populo aliqualiter a rumoribus cessante; eo tñ iuxta & infra palatiū existente, Domini aliqualiter comederūt, & interim Prælati, pro quibus missum fuerat uenerunt, & post comestionem Cardinales venerunt ad Capellam in eodem loco, vbi electio primo facta fuerat, exceptis tribus, q non interfuerunt, & tūc vnus ex Dñis dixit: modo cessat illa uiolētia, & illi rumores, qui erant de mane; quare reiterato reeligamus eum. Tunc fuit sibi dictū per quendam alium Cardinalē, ꝙ non cessabat uiolentia, nec timor, qui fuerat per prius, & ꝙ quicquid fieret, non valeret, nam semper armati reclamantes erant in palatio, licet nō ita fortiter, nec in tanto numero. His tamen spretis, exceptis illis tribus, & etiam excepto illo Romano, q dixit, vt prius, reelegerunt eū, & adhuc durantibus uerbis, cum perpendissent Romani ex aliqbus signis, ꝙ nō esset electus Romanus cum maximo furore incæperunt frāgere conclaue, & clamantes (Romano lo uolemo) intrauerunt, & ipsum per tres partes fregerūt, & intrauerūt Officiales & populus armatus, quantum fere recipi potuit. Propter quod Dñi plus solito mortis timorē timentes in Capella secreta se pro maiori parte reduxerunt, cuius porta statim fuit securibus fracta, & intrauit populus armatus adhuc clamans, vt s. & omnes Dños hincinde circundedit, & nisi quia vnus dñs volēs suum & aliorum periculum euitare dixit eis, ꝙ dominus sancti Petri erat electus, sed nolebat consentire, & ꝙ ipsi introducerent eum ad consentiendum, creditur, ꝙ omnes fuissent interfecti, maxime Vltramontani, sed audito illo uerbo irruerunt in prædictum Dñm sancti Petri, & ipsum inuitum & retinentem posuerunt in vna cathædra. Et dū accederent ad faciendum sibi reuerētiam, quilibet ex Dñis (vt melius potuit) exiuit palatium. Et aliqui exiuerunt Romam, vel de nocte, uel de die dissimulato habitu; & aliqui etiā sub dissimulatis habitibus se retraxerunt ad castrum sancti Angeli. Aliqui tamen pauciores in suis domibus remanserūt. In crastinum autē aliqualiter quietato populo, iste tūc Barensis, qui remanserat in palatio, & nullo modo, & pluries per aliquos ex Dominis requisitus exire uoluit; misit ad Dominos, qui erant in castro iteratis uicibus, vt uenirēt ad ipsum, & quia non cito uenerūt, fecit eos requiri per Banderēsem & alios Officiales verbis pro parte populi (ut Domini asserunt) ꝙ pro maiori scandali euitatione exirent castrū, & uenirēt ad palatiū. Ipsi uero (ut affirmāt) dubitantes de maiori scandalo: maxime quia tam ipsorum, q̄ aliorum Dominorū familia fere tota erat dispersa ꝑ vrbem, primo scripserunt manibus propriis, ꝙ erant contenti, ꝙ domini, qui erant extra, inthronizarēt eum, & ad hoc faciendum eos procuratores constituerunt. Demum quia fuerunt modo præmisso requisiti exiuerunt castrum, & uenerunt ad palatium, & ipsum inthronizauerunt more consueto. Et dum hoc sciuerunt illi, qui ab urbe recesserant, redierunt ad urbem, & ipsum coronauerūt & ab illo tempore Domini Cardinales in reuerentiis, & aliis tractauerunt eū ut Papam; tamen (vt asserunt) nunquam intentionē habuerunt, vt per hoc aliud ius sibi tribueretur, quam ꝙ esset ex electione quæsitum; ipse autē in consistoriis & aliis usus est, ut Papa, hæc tñ omnia facta sunt in urbe, ubi Domini saltē Vltramontani (vt dicunt) nunquam reputauerunt se securos, imo verisimiliter credūt, ꝙ si in vrbe suam electionem reuocassent in dubium, ꝙ fuissent in magno periculo. Itē quod requisitus pluries noluit exire urbē usq; ad diē, qua oēs Cardinales Vltramontani erant in Anania, & tunc uenit ad Ciuitatem Tiburtinam, a populo Romano subiectam. Modo primum quæritur, a vtrum istius electio fuerit canonica. Secundo, si a principio nō fuit canonica, vtrum tacitus consensus omnium Cardinalium præmisso modo subsequutus sufficiat, ita quod iste sit verus apostaticus, an apostolicus debeat iudicari.

ADDITIO.

a Quæritur. De hac q. facit etiam mentionem Bal. in l. fi. §. fi. inf. com. de leg. & Ang. in l. inter stipulantem, §. 1. ff. de verb. obl. aliud per Salic. in l. interposita. sup. de trāsac. & quod ibi stat in addition.

1 *Veritas super omnia amanda est.*
2 *Ratione & authoritate probari debet, quod dicitur.*
3 *Leges habet originem de celo & per ora Principum promulgantur.*
4 *Pontifex dicitur qui est electus a duabus Cardinalium partibus.*
5 *Cardinales non possunt suspendere summum Pontificem.*
6 *Obligatio non est ubi libertas ablata est.*
7 *Cardinales iure orectorio non possunt renunciare.*
8 *Ordo est modus cuiuscunque rei quo prætermisso nil rite geritur.*
9 *Obligatio dicitur duobus modis, & nu. 11.*
10 *Conscientia quid sit, & unde dicatur.*
12 *Arbitrij coactio non repugnat libertati in substantia voluntatis.*
13 *Libertas an sit de genere substantiæ.*
14 *Electio significat substantiam actus.*
15 *Clamor populi non excusat a peccato.*
16 *Substantia cessat, licet non cessat consensus.*
17 *Principis nomen potest esse inane.*
18 *Papa nemo potest esse, nisi sit Papa re, & nomine.*
19 *Ardore in eligendo iudicium, quid sit.*
20 *Clerici debent esse audaces.*
21 *Electio non omnis dicitur electio.*
22 *Causa generis, dicitur causa speciei.*
23 *Cardinales Summum Pontificem eligētes, debent esse puris & liberis mentibus.*
24 *Liber non dicitur, qui uim patitur, nisi uis a iure inferatur.*
25 *Mente libera non fit quicquid illicitu metu urgente fit.*
26 *Terror armorum inducit iustum metum.*
27 *Minarum feruor impedit libertatem arbitrij.*
28 *Cardinales si dicant quod Papa de eorū mente non fuit electus, an standum sit electioni.*
29 *Conscientia aliena a nemine potest cognosci.*
30 *Animus non potest probari abesse, quando accedit ad uerbum.*
31 *Cardinales in electione summi Pontificis, debent habere utilitatem publicam præ oculis.*
32 *Prætoris edictum approbat ius ciuile.*
33 *Papa si pecunia uel gratia populari fuit electus, non apostolicus, sed apostaticus debet haberi.*
34 *Sine concordia qualiter sit intelligendum.*
35 *Concordia dicitur duplex.*
36 *Electio canonica plus continet, quam concors.*
37 *Papa dicitur apostaticus, quando popularis tumultus impedit concordem electionem.*

In

In nomine Patris, & Filij. & Spiritus sancti,amẽ.

Domine Deus, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum, digneris illuminare oculos meos & intellectum meum in uiam dirigere veritatis, vt super quæsitis a me recte respondeam. Causa enim tua agitur, Deus. Reuerendissime pater & Domine, visis literis vestris & puncto quod mihi misistis, expaui, & cum lachrimis & tremore cordis loquar super ipso: semper salua veritate, & uestra correctione. Et quia scriptum est, q̃ nos veritatis debemus esse tutores, vt C.de a edili.l.t.toll.l.j.qm̃ † veritas super omnia est amanda ff.de cond. & demonst.l.cum ita legatum, quæ veritas per authoritatẽ sanctorum Patrum probatur, quæ pcedit ab ipsa veritate, vt dicit Honorius Papa, 50.dist.c.si quis Diaconus, &c.si ille.vbi dicit, quicquid cõ illorum diffinitionem, in quibus Spiritum sanctum locutum credimus, dictũ fuit, non solum temerarium, sed etiã periculosum esse non dubito, ad idem 70.di.c.illud, 25.q.1.cap. violatores.2.q.2.c.igitur.16.q.3.c.nemo 8.di.c.quo iure.non datur alias credendi facultas, & 9.di.c.ego solis. Et ideo quod dicitur 2 † dẽt authoritate, vel ratione proban, 68.di.c.Episcopi.26 dist. ca. deinde & quia voluntati suæ obtemperare quis non debet, sed tenetur, quod legum est, 3.qu.8.c.iudicet: ideo legum & canonum sententia exquiratur.3.q.9.c.dignum, & cum res, quæ ignoratur, penitus ad notitiam venit, tũc diuina & humana lex resoluatur, & sm̃ q ibi cõstitutum est, remota personarum acceptatione, diffinitiua feratur sententia, & hoc probat exemplũ Moy. 11.q.3.summopere.hoc est enim ingredi tabernaculum Dñi, & secundo q Dominus imperat ferre sententiam, diuino 3 † enim nutu iura processerunt, de præscr.lon.tem.l.fin. De cœlo. n.originem ducunt, & per ora Principum promulgantur, vt in Auth.de iustr.cau.& f. §.quia igitur. collat.6.sine quibus erubescimus loqui, vt C.de colla.l.illam.ff.sol.mat.l.si vero.§.de uiro. ff.de acqui.hær.l.si seruum.§.non dixit.in Authen.de triu. & semis.§.consideremus, collat.3.de feu.cog.§.1.strenuua, col.10. In suffragium quoq; & interpretationem canonum possumus uti legibus & debemus.50.dis.c.si in adiutorium, qm̃ iustissimæ leges, & sacri canones ex vno vtero vel fonte diuino processerũt vnde leges firmãtur canonibus, & canonũ ambiguitates legibus resoluũtur, sicut ex discussu glossarum vtriusque iuris lu4 culenter apparet. † Prius vero quam ad propositum concludendo veniam, tex.præmittam, & quędam euidentialia annectam. ait decretalis. Ille absq; vlla exceptione ab uñi ecclesia Romanus Pontifex habeat, quia duabus partibus Cardinaliũ electus fuerit, vt in c.licet de uitanda, de electio. Verum consensum electio requirit, consensus aũt libertatem; nam cessat electio dũ libertas adimitur eligẽdi, vt ait sacrum cõciliũ, de elec.in 6.ca.vbi periculum, §.cæterum.vbi dum formaliter dicit, cessat electio, dum libertas adimitur eligẽdi. Et parum post. Sed nullo arctante ipsorũ in eligẽdo iudiciũ, nisi Deo puris & liberis mentibus nuda electionis consciẽtia vtilitatẽ publicã libere prosequãtur.

5 Suppono aũt, quod Cardinales a cõ sacrum concilium in hoc dia spensare, vel ipsum suspendere non possunt, vt in cle.ne Romani, de elec.nimirum, quia non habent iurisdictionem tantum & talem, p quem si haberẽt, possent uñem statũ ecclesię perturbare, qui de facili perturbatur, cũ quasi submersa nauicula Petri in summi Pontificis electione claudicat, 23. dis.ca.in nomine dñi. non.n.debet, nec põt tñ, licet diuini Senatus cetus, id, quod pro totius mundi vtilitate sancitum, est resoluere, & sacro concilio illudere.nempe, & totum maius sua parte necesse est esse, & caput cũ mẽbris iungens nobilius mẽbris digniusq; esse. Vnde Senatus nõ potest facere legem, p quam Senatorium destruat ordinem vel Principis: & multo minus totius congregationis legẽ obrumpere facit quod not.ff.de legi.l.non ambigitur.C.de leg. l.fi.& ff.de peti.hær.l.uẽ veniunt, §.pridie.vnde nulla statuta Senatus, seu Prin cassat, vt C.de Senatuscon.Claudi.l.1.& Insti.de fideicom.hær §.sed quia stipulationes.nec mirum; quia penes ipsum est Imperij plenitudo, in qua ei nullus absolute comparari põt, ff.de cõsti.Prin.l.1. percipue apud Apostolicũ, cuius factum vel statutũ nemo corrigit, nisi Deus, quia hoc sibi dñs reseruauit 79.dist.c.fin.licet successori nõ possit legẽ imponere, C.de legi.l.digne vox est maiestate regnantis. seruare ergo debent Dñi Cardinales seruare legem, vt ita dixerim, Regiam, quę de Imperio supremissimi Principis lata est, ne lex fiat ludibrio, extra de elec.c.commissa.§.porro.C.de li.& eod.li.l.1.§.sane. in ratione, de bo.quę li.l fi.§ ubi aũt.& ff. de in.l.si prætor. profecto non est debitoris abrũpere vinculum, sed soluere debitum. Obligatio. 6 n.passiua priuatiua non est; quia † non est obligatio, vbi libertas, ut Insti.de obl.in princ.omnis aũt arctatio obligatio dici põt largo 7 modo: † & ideo in arctatiuo Cardinales renuntiare non possunt, nec de sancitis omittere vnum iota: quia nihil agitur substãtialibus prætermissis, vt in reg.& si nihil facile. & ff.de verb. oblig.l.qui Romę, §.Flauius Hermes.& ff.de leg.1.l.nemo põt & C.ad Velle.antiqui.& dum ordo omittitur, ordinabile nitatur. Nempe ordo est figura substantię cuiuscunque rei, & nihil 8 constat sine ordinis compositione. † Est autem ordo modus cuiusque rei agendæ, quo prętermisso nil rite geritur, ff. de re iu.l. si cum nulla. C.de sen. l.prolatam, de rescrip.cum dilecta, & de resti.spo.cap.Pisanis. Super quo etiam sciendum est, q quædam sunt necessitatis, quædam consilij, & quædam prohibitionis: nã interdum lex arctat pręcipiendo: interdum consulit suadendo: interdum procedit inhibendo, ff. de leg.l.2.& 3.& l.legis virtus, & constitutio quandoque aliquid requirit pro ordine rei, quandoq; pro meta seu taxatione rei gerendæ & actus fiendi, qñdoq; pro satisfactione voti vel debiti, & omnia ista sunt necessitaria. Quandoque vltra procedit ad bene esse, & est consilij: quãdoq; factum damnat, & tunc talis lex est lex prohibitionis. Et sicquædã sunt necessitatis, quædã impossibilitatis, & quædam contin9 gentiæ liberę in actu voluntatis. † Et rursus etiam obligatio dicitur duobus modis, vno modo prout distrahitur per liberationem, & hoc modo non dicitur obligatio etiam in perpetuo necessitatis, ut in diligere Deum, & dicitur lex naturæ, & sicut leue ascẽdit, quia sic est aptum natum; ita hõ est sic aptus dispositus, & ordinatus, & data est libertas arbitrij & cõscientia, quę nõ põt cogi.sui.n.ipsius conscientia sibi imminet, suijpsius iudex ac testis existens, facit quod no.in c.statutum, §. assessorẽ. de rescrip. lib.6.in gl.per hoc uerbum de fo.compe. cle.1.& de uoto, c.fin. 10 cũ cõcor. † Est autẽ conscientia, status mentis in suo esse. Conscientia autem dicitur a cõscio conscis.i.cognitio suijpsius cordis, & est conscientia dictamen rationis, & si recta non est ratio 11 esse non potest. † Secundo modo dicitur obligatio, prout distinguitur cõ libertatẽ, & hoc modo in indissolubilibus vinculis esse potest, in quibus non cadit liberatio.i. libertas, quia a perpetuo vinculo & indissolubili nexu aliquem liberari implicat cõtradictionem. Exemplum in matrimonio, & voto religionis, & similibus, ad hęc cognoscẽda per ordinem optime facit cle. exiui de paradiso, §.circa.& §.item quia de verb.sig.& quod no.in c.1.de reg.iu.li.6.in gl.hęc dictio. & C. ne fideiut.do. den. l.1. Prædictis quoque accedat, quo iuri traditio certæ formę in actibus hominum non potest renunciari. Id apparet ex iure antiquissimo, quo ideo actionum formulę fuerunt pręfixæ, ne proprio motu prout sibi quisque vellet, proponeret actionem, vt de orig.iu.l.2. §.quas actiones. Testator etiam, quanquam rei suæ sit dominus pleno iure, tamen non potest dispensare contra legum authoritatem, vt ff.ad leg.Fal.l. Seius & Augerius, ff.de le.2.l. codicillis, §.fin.de ope.lib.l.cerdonem, ff.de hęred.inst.l.paterfa. Titium. ff. de admi.tuto.l.quidam decedens, in prin.quod.n.ad meram authoritatem legum attinet, seruari necesse est.ff.qui & a qui.l. prospexit.in Auth.iusiu. quod præsta. ab his & in Auth. vt sine pro 12 hi.ma.debi.& cre.§. quia vero. † Deinde ad euidentia prætuitendum est, an coactio repugnet arbitrij libertati in substantia voluntatis, ita quod sit nulla de iure naturali, tanquam facta circunscripto consensu, qui solus est in actibus hominum de iure naturali, vt ff.de pact.l.1.in prin.ff. de reg.iu.l.cum amplius, §.is natura debet, ff.de cond.& demon.l.quibus, §.dominus. & ff.de cond.inde.l.frater a fratre. An vero repugnet per modum accidentis, sicut dicimus coacta voluntas, tamen voluntas est, cum aliud sit pręcise nolle, aliud velle coactum, vt ff quod me. causa. 13 l.si cum exceptione, §.qui vim intulit. † Vtrum ergo libertas sit de genere substantiæ in actu volitiuo, vt sicut substantia est fundamentum & basis omnium entium, sic hic sit libertas. An autem sit de genere accidentis.i.aduenientis substantiæ, ad ipsam tamen substantiam protegendam: breuiter vt aliqualiter discutiam, sicut & alibi discutitur, ff.si cer.pe.l.cum fundus, §.seruum tuum imprudens, in glo.sic mihi, & q substantia ipsa in arbitrij libertate cõsistat, ex eo apparet, quia tex.in d.c.vbi periculum.§. cæterum, de elec.in 6.dicit, cessat electio, dum libertas adimitur 14 eligendi. † Not.n.q dicit electio: nam hoc nomen, electio, substantiã actus ex omnibus suis partibus integrans hoc significat: quasi diceret cessat substantia ac si dicat, peccat in iure naturali, vt not. Inno.extra de elect.cap.q sicut.dolus enim dans causam rei tollit essentiam, vt no.C.de actio. & obli.l.bonam fidem, & confirmatur, quia ad iurisdictionem nemo potest eligi per metum, vt ff de iudi.l.2.§.1.imo totaliter. s.per metum electus esset tyrannus: quia nõ habet canonicum principium, C.de sacrosan. eccle.l.decernimus, & 78. di.cap. si quis pecuniam quem. enim ibi vocat apostaticum, ego prædonem voco, ex ipsa vocis significatione damnatum, tanquam hostem & rebellem Dei, & diuinę fidei, & sanctę catholicę Ecclesię, 23. distin.c. in nomine dñi, §.quod si quis, ibi, quod sicut Antichristus est inuasor, & destructor totius Christianitatis, vt C.de sedi.l.prima, ff.de appellatio. 15 l. si constat. & ff.qui & a qui. l.si priuatus. † Ad clamorem denique populi nil geritur recte, vt C.de pœn.l.Decurionum, nec excusat peccantem a peccato, vt ext.de exces.pręla.cap.ex literis, & ff.

ADDITIO.

a Cardinales. Dicit Bal in l.pen.inf.de bon.quæ lib.quod omnes clerici, & Ecclesiæ mundi, non possunt Papæ auferre Papatum.

de leg. 2. l. Lucius, §. Lucius, quia inimicitia voluntaria ea quali bet causa oriri potest: sed probabilis inimicitia non oritur, nisi ea rationabili causa, & ideò in dispositione legis non attenditur inimicitia, nisi sit ex capitalibus, vel ex magnis causis orta, vt ff. de arb. le. licet. 3 † Modo procedamus ad vlteriora, & scias, quod quidam sunt indigni eo, ꝙ habent contra se voluntatem legis, & non testatoris: quidam autem sunt indigni, eo ꝙ habent contra se voluntatem testatoris principaliter, secundario voluntatem legis. Quidam vero sunt indigni, quia non habent voluntatem legis, neque testatoris. de primis, qui habent contra se voluntatem legis, non testatoris. dic ꝙ aut voluntas legis est agnitionis, seu acquisitionis impeditiua, aut translatiua, primo casu non vocatur fiscus, nisi in casibus expressis in iure, vt s̄. de secund. nup. l. j. & de natu. libe. l. j. & de incest. nup. l. si quis incestu. Secundo casu vocatur fiscus, vt s̄. eod. l. j. cum simil. & licet indignus noli adire: tamen quia fisco quæsitum est ius adeundi, vt dixi in d. l. j. s̄. eo. nō curat fiscus, quid faciat indignus: nam aperta est via fisco, vt ff. de contra tabu. l. si post mortem, in fi. & facit le. eius qui, §. fi. de iure fisci, & ff. si tabu. testa. nul. extra. l. 1. in fine De secundis, qui habent contra se principaliter voluntatem testatoris, sic distingue secundum Nic. de Mat. quia aut quæritur de ademptione hæreditatis, aut de ademptione alterius relicti. Primo casu, aut fit ademptio in eadē voluntate, in qua scriptus est ante perfectionem illius voluntatis, aut postea. Primo casu pro non data habetur hæreditas; & ideo ipso iure non competet hæredi scripto, sed pro non scripto habebitur, siue per inductionem, siue per verba, vt ff. de his, quæ in testa. delen. l. 1. §. hæreditas. & de leg. 1. leg. si ita scriptum. 4 † Et est ratio, quia nunquam videtur fuisse scriptus is, qui nō perfecta voluntate fuit scriptus, & ante perfectionem fuit deletus, vel reuocatus, vt J. eod. l. pe. §. fi. ff. de testa. l. si quis, & de hæred. institu. l. si ita scriptus, 1. & 2. respon. licet illa lex de his, quæ in testa. delentur, aliter sit exposita. Si autem post perfectionem illius voluntatis, aut est facta tunc ademptio per verba, id est per aliam vltimam voluntatem, quā facit: aut per facta, vt per cancellationem, vel incisionem, vel per peremptionem primæ voluntatis. Si per verba, tunc aut in testamento, aut in alia vltima voluntate. si in testamento: aut in perfecto, & completo, aut in non perfecto. primo casu similiter ipso iure erat adempta hoc ipso, quod aliam institutionem fecit, vt s̄. de testa. l. sancimus, & ff. de iniu. test. l. i. Secundo casu, scilicet in non perfecto, tunc non valeret; quia pro non facta habetū ademptio, vt in l. ea parte ff. de adim. leg. & est ratio, vt J. eo. l. pe. in fi. & Inst. quibus modis testa. infir. §. ex eo. Hoc autem fallit in quatuor casibus. Vnus est supra de testam. l. hac cōsultissima, §. pen. & ff. de iniusto testam. l. 2 Secundus est in eadem le. 2. ff. de iniusto testamen. Tertius est ff. de testamē. milit. l. eius militis, §. a fina. Quartus est a supra de testam. leg. sancimus. Si autem fiat in alia vltima voluntate, si non est perfecta, nec completa. tūc nullo modo valet, vt d. l. ex parte, & in concor. suis positis. si aūt est b perfecta, aut simpliciter, aut directo: & tunc nō valet, b vt hac le. in princ. & infra ti. 1. leg. 2. & Instit. de codicil. §. hæreditas, aut per verba precaria: & tunc valet, vt J. ti. 1. l. 2. aut denotando hæ- 5 redem indignum: & tunc datur fisco, vt hic. Si † autem fiat ademptio per facta, id est per peremptionem primæ voluntatis: aut incidit, & perimit totum testamentum, vel sigillationes, & subscriptiones: & tunc videtur voluisse decedere intestatus; quia talis peremptio non magis ad institutionem, quam ad legata referri potest: & ideo vocantur legitimi, vt supra de testam. leg. nostram, & ff. de testam. l. ad testium, §. si ligna. & si tabu. testa. nul. ext. l. 1. §. pe. & de his quæ in testa. delen. l. fina. Aut nomina heredum tantum peremit, vel induxit; & tūc si quidem aliqua deleuit, & aliqua non; intelligo quod illos solos voluerit esse hæredes, quorum nomina non deleuit, & isti quorum nomina sunt c delata, videantur nunquam fuisse scripti, c & eorum portio remaneat apud cohæredes, vel substitutos, cum suo onere legatorum, vt colligitur ff. de his, quæ in testamē. delen. l. 2. §. 1. & de lega. 2. l. si Titio, § Iulianus. Si autem induxit omnia nomina hæredum, & non legatariorum, si quidem dixit, & expressit, quod volebat solummodo odio vnius personæ adimere; & tunc est idem, quod in superiori proximo casu; quia videtur quodammodo per errorem, vel inuitus aliorum nomina induxisse, vt d. l. prima, §. fi. Si autem nihil dixit, intelligitur uoluisse, quod hæreditas non perueniat ad hæredes, & legata, & alia relicta debeantur, sed hoc esse nō potest, nisi hæreditate hæredibus ablata, ut indignis; & perueniente ad fiscum, quia fiscus tenetur soluere legata, vt ff. ad Syllan. l. cum fisco, & ideo intelligendū est testatorē hac ratione induxisse nomina hæredum, & ita perueniet ad fiscum cum suo onere, vt ff. de his, quę in testamen. delen. leg. proxime. Nec ad prædicta obstant, quæ dixi de his, quæ in testamen. delen. le. fina. vbi dicitur, ꝙ probandum est per testes legitimos, testatorem voluisse decedere intestatū; quia ibi propterea probant legitimi, quia in pluribus tabulis erat scriptum. testamentum, & testator vnum cancellauerat tantum. Vbi autem quæritur de ademptione alterius relicti; tunc aut fit in eadem voluntate, in qua erat relictum, scilicet ante eius perfectionem, & consummationem: aut postea. Primo casu siue verbis, siue per inductionem, siue per quemcūque modum sit facta, ipso iure legatum non valet, & pro non dato habetur, vt colligitur ff. de lega. j. l. si ita scriptum, & de his, quæ in testamen. delen. l. j. §. sed & si legitimi. si autem post consummationem illius voluntatis fiat ademptio: tunc aut fit voluntate solēni, & perfecta, & tunc ipso iure non debentur, siue in alio testamento, siue in codicillo, vt ff. de admin. leg. l. 3. §. cum Titio, & Insti. de ademptione lega. circa princip. licet gloss. dicat per exceptionem, si fiat in codicillo, ut no. in d. l. si ita. Aut in non perfecta; & tunc per exceptionem, vt d. l. ex parte, de adimen. lega. aut per inductionem, aut aliam quamcunque tacitam voluntatem; & tunc eodem modo per exceptionem tollitur, vt ff. de adimen. lega. l. 3. §. fin. & sequen. & de his, quæ in testamen. delē. l. j. §. si consulto. In libertate tamen est speciale, ꝙ licet inducatur nomen serui manumissi; præsumitur in dubio non adempta 6 libertas, vt ff. de his, quæ in testamen. delē. l. 3. §. fin. † Sequitur uidere de indignis tertio modo, scilicet qui carent voluntate legis & hominis, & tunc quia hæreditas eis ipso iure nō defertur, non pertinet ad fiscum, vt supra de hære. instituen. l. si pater. Et unum scias, ꝙ quidam sunt indigni odio tantum sui, & de his dictum est superius. Quidam sunt indigni mixta ratione odij eorum, & alterius fauoris; & tunc quod eis aufertur, non applicatur fisco; sed ei assignatur, cui lex fauere voluit, vt infra de lega. l. pe. Sunt quidam alij indigni, & exclusi omnino a iure succedendi; & per istos non aperitur uia fisco, sed alijs successoribus, vt ff. ad Tertullian. l. 2. §. videndum. nam cum in persona eorū ipso iure non cadat hæreditas, quia nec re, nec nomine succedunt; nihil potest ab eis extorqueri per fiscum; quia regula, quæ dicit, quod aufertur ab indigno, applicetur fisco, vt ff. de inofficios. testamen. l. Papinianus, §. meminisse. fundatur in ratione, quæ dicit, ꝙ turpia lucra sunt extorquenda ab hæredibus, vt ff. de cal. l. in heredem. vbi ergo ipso iure non lucratur, ibi nihil extorqueri potest. Et prædicta sunt bene notanda, & illuminant tibi intellectum super materia huius legis, cuius apparatum per qua- 7 tuor contraria ordinabis, vt hic per Cyn. & Iaco. But. † Extra quæro, nunquid occidens testatorem sit indignus? & dic quod sic; tamen licet hæreditas possit ab eo auferri tanquam ab indigno, nihilominus antequam fiscus auferat, ipse est hęres cū effectu, & actiones exercet hęreditarias, quod intelligendum est interim, scilicet antequam fiscus auferat, secundum Nicol. de Mata vt colligitur, & nota ff. famil. ercifcun. l. his consequenter, §. j. & ideo ibi dicit, non denegari actiones hæreditarias, quod intellige interim, vt supra; idem si legitimus defunctum occiderit, ff. de bon. dam. l. cum ratio, in fi. Si autem non occiderit, sed vulnerauerit, videtur, quod succedat efficaciter, ex quo non reperitur exhæredatus, ut in Authen. vt cum de appel. cogno. §. causas, & 8 argu. infra de reuocan. don. l. fin. † Sed quid d si quis non occi- d dit testatorem, sed eius vxorem, vel liberos? Respondeo eū esse indignum. tex est notabilis in d. l. his consequenter. §. j. Si autem occidit fratrem testatoris, dic ut in c. j. de eo, qui interfe. fra. e domi. sui colla. 10. † Et no. quod Bar. e dicit in d. l. cum ratio, in fi. f ꝙ si sunt duo fratres, f & unus interfecit patrem, ꝙ portio sua non confiscatur, sed fratri applicatur, sed male loquitur, & contra casum dictæ l. his consequenter, §. j. nam si applicatur sibi, ergo conuentus diuisorio posset excipere de iure suo, quod est ɔ̄ illum tex. Non obst. auth. bona damnatorum, quia hic non venit fiscus ratione capitalis condemnationis, sed ratione indignitatis. Et no. ꝙ ciuitates non habent hoc ius applicandi sibi, quod ab indigno est auferendum, vt inf. de bon. vac. l. j. lib. 10. Vltimo vide Bar. in l. fi. ff. eod.

ADDITIONES.

a A. B. Quartus est. No. pro intellectu d. l. 2. & similium, quod tenet hic Ange. & secundum hoc dicit se limitate l. Scæuola, & secundum illam partem consulo hodie apud Regium, vide Bal. vbi sing. loquitur, in aut. ex causa. sup. de lib. præte. & alleg. Iac. de Bel. qui decidit singulariter istam quæstionem, & pro intellectu eorum, quæ hic dicuntur, vide Iac. in addit. Spec. in tit. de instr. edi. §. compendiosæ, & Bal. in l. 1. sup. de hær. insti.

b Non valet. Nisi alteri detur: tamen si detur directo, trahitur ad fideic. l. cum quis, §. Seiam. ff. de leg. 3. & ibi expresse dixi, & no. Imo. in l. 1. cum seq. in fi. ff. de iniu. rup. & irri. testa.

c Scripti. Vide per Fulgos. hic.

d Sed quid. Vide Bar. in l. codicillis, §. morte. ff. de lega. 2.

e Et no. quod Bar. Vide Bal. in l. eam quam, inf. de fideicom. & quod not. Bal. in c. 1. §. similiter. quib. mod. feud. amit.

f Fratres. Quid si frater occidit fratrem, an sequentes in gradu succedant: vel si filius occidit patrem, an nepos succedat, unde Bald. in l. eam quam, inf. de fideicom. & ibi etiam tangit de eo, quod dixit Bal. contra Bar. sed Bar. uidetur aliter dicere, quam Bal. in d. l. eam quam.

LEX V.

Non oportet. Qui expensas funeris non facit, vt iussit testator, non propterea reputatur indignus. h. d. & vide l. medico, in fi. ff. de auro, & arg. lega.

LEX VI.

1 *Minores de morte suorum propinquorum, possunt accusare.*
2 *Mandatores & interfectores, debent accusari.*
3 *Appellatio vnius, non suspendit pœnam alterius.*
4 *Appellator in causa capitali, debet exprimere causam appellationis.*
5 *Causa in appellatione ab interlocutoria, est exprimenda.*
6 *Sequestratio in causa appellationes est prohibita.*
7 *Appellationis causas inserere non est necesse, si iniquitas per appellatio non detegatur.*
8 *Sententia vis plus ponderari debet, quam nomen.*
9 *Causæ si plures sint expressæ in appellatione, sufficit, vnam probare.*
10 *Minor si effectus est maior, inspiciendum est principium.*
11 *Diligentia non prodest in quibusdã, si omittatur vnus ex malefactorib.*

MINORIBUS. Crimen inultæ mortis non obijcitur minoribus; & qui accusauit, debet causam appellationis prosequi. h. d. Vel sic, Minor non tenetur accusare interfectores, vel mandatores; & si accusauit, non est propterea astrictus ad causam appellationis prosequendam, ad quod 1 maior astringitur. hoc dicit. † Not. minores admitti ad accusandum de morte suorum propinquorum, vel testatorum. 2 † Secundo no. eodem libello accusari interfectores & mandatores, sic ꝭ. si reus vel accu. l. 1. & no. ꝭ. de accusa. l. qui de crimine. 3 † Tertio no. ꝙ appellatio vnius, pœnã alterius non suspendit. *a* 4 † Quarto no. ex tex. ibi, causam appellationis, &c. arg. quod ille, qui appellat in cã capitali, tenetur exprimere causam in appel. sic extra de appell. c. ut debitus, quod non placet glo. quia in app. a diffinitiua, non est necessaria expressio causæ; nec habet dicere super quo, vel quare grauetur. ut ff. de appellã. l. appellanti, in b prin. Hoc fallit in confesso, *b* qui tenetur exprimere causam, vt in c. Romana, §. si autem, de app. in 6. ubi de hoc, imo quando quis appellat a diffinitiua, si exprimit vnam causam, non est astrictus propterea ad illam probandam; quia appellatio a diffinitiua deuoluit negotium generaliter, & non determinato modo, ut ff. de appella. leg. scio, & ff. quod cum eod. leg. Titianus. 5 † Sed in appellatione ab interlocutoria est exprimenda *c* causa, ut d. c. Romana, §. ꝙ si obiciatur. & est exprimenda signãter & clare, ut no. in c. appellanti. extra de appel. in cle. non generaliter, vel obscure, etiam si referat sed ad acta, vt si dicat, appello, ꝗa d me grauastis, vt ex actis apparet. nam hæc verba *d* non continẽt aliquis certum ex se, nisi specificetur, per quam partem actorũ appareat hoc grauamen. arg. ꝭ. de ap. l. ne causas. vel nisi de gra- e uamine *e* constet iuris præsumptione, ut quia iudex mandauit aliquem torqueri, vel rem sequestrari, nam pp præsumptum vitium pronunciationis, non est necessaria expressio causæ appellationis; nã ista interloquutoria est iniusta eo ipso, quod cõtinet aliquid iuri contrarium, nam tortura est cõtra ius, nisi ap- 6 pareant indicia, vt ff. de quæstio. l. maritus. † Item sequestratio est regulariter prohibita: ergo in re tam aperta superuacua est expressio causa, ar. ff. de appel. l. si cõstat. & ff. de excusatio. tut. l. 7 qui testamento, & infra de appel. l. si quis prouocatione. † Vbi f ergo est talis interlocutoria, cuius iniquitas *f* detegitur per allegationem iuris, non est necesse inserere causas appellationis, ar. g ff. de dote præle. l. prima, in fi. & ita debet intelligi *g* Innoc. in ca. fi. extra de no. ope. nunc. sed vbi iniquitas sententiæ interlocutoriæ debet detegi ex allegationibus, & probationibus facti, ita ꝙ est quæstio facti, & non iuris, vt ff. de sta. ho. l. idem erit tunc habet locum, quod dicitur in d. cap. appellanti. vt appellans ab interlocutoria habeat necesse exprimere in appellatione, quare sententia sit iniusta, & causam non expressam non possit prosequi, secundum Pau. de Lea. Attende tu, istud est verum in inh terlocutoria mera; *h* sed si habeat vim diffinitiuæ, tũc idem qđ in diffinitiua, vt ff. de min. l. intra vtile. in prin. & extra de ap. c. p- 8 uenit. in Nouella. ad hoc ff. de accu. l. Titia. plus † enim ponderamus vim, & effectũ sententiæ, quam nomen. vnde licet nomine sit interlocutoria, ad instar tamen diffinitiuę est redacta, qđ 9 est no. dignum. † vnum scias. quod pluribus causis expressis sufficit vnam ꝓbare, nec habet necesse protestari, & dicere illa verba, non me astringens, &c. vt d. capit. appellanti. §. non soluere. secundum And. de Pisis, & prędicta sunt vera in causis, idest in rationibus, sed in capitulis appellatio interposita super vno capit. non extendit se ad aliud: nec ratione connexitatis, vt d. c. appellanti. per Dy. vel. ratione seruandæ æqualitatis, vt ꝭ. de app. l. ampliorem. in prin. & nisi in his, quæ pertinent ad consequentiam, vt ꝭ. quando prouo. non est necesse. l. omnem. Deinde vides, ꝙ ille, qui videtur proprio nomine accusare, tenetur etiam prosequi appellationem aduersarij, & sic est magis astrictus vincendo, quam succumbẽdo, qđ est mirum, vt ff. ad Syll. propter veneni, §. fi. & est ratio: quia authoritas sententiæ eum excusat, 10 quando succumbit, argu. ff. de cur. l. Hærennius, §. Caia. † Quæi rit glos. *i* hic, quid si minor factus est maior? & respondet inspici principium, cum semel ei acquisitum sit ius libere, & absq; onere vindictæ, vt no. in l. 1. §. in quib. cau. in integ. rest. non est necess. & alleg. gl. §. illud. in Auth. constit. quæ de digni. Sed forte istud nõ est verum: dicit enim Odof. ꝙ licet nõ puniatur exprimitiua aditione, quia minor; tamen ex consequenti negligentia videtur debere puniri. vt infra eod. l. cum fratrem, & interdum sequens negligentia euacuat præcedentem diligentiam, vt ff. de dam. in fec. l. si finita §. illud, & §. si quis. meus. in fi. pro hoc. ff. deposit. l. plane. Nec ob. quod dicitur de priuilegio, quod debet esse mansurum; quia illud locum habet in priuilegio, quod non habet aliquid certum in sui causam finalem. Priuilegium verò datum minori ætati, habet ipsam minorem ætatem pro sui causa finali. & ideo finitur causa finita, vt ff. de leg. x. l. Titia Seio, §. 1. & ibi no. & ff. de admi. tuto. l. maxime. secundum Oldra. Tu teneas glo. nam aut ætas respicit aliquid ex tractu temporis disponendum: & tunc ex varietate temporis variatur effectus, vt ff. de conditio. & demon. l. pater, §. conditionem, & ff. de excu. tut. l. non solum, §. libertus. Aut respicit aliquid ex vno instanti deferendum, vel radicandum; & tunc inspicimus initium temporis. ut supra si aduer. del. l. fin. & hic. nam hæc l. non distinguit vtrum postea sint facti, vel fiant maiores, necne. durat igitur ætatis priuilegium iam infixum K etiam post ætatis excessum, quod est not. Vltimo *k* collige ex l hac l. arg. *l* expressum, quòd quando ad idem maleficium perpetrandum plures interuenerunt, ꝙ æque ponitur. Syndicus, qui

---

ADDITIONES.

a Suspendit. Vide Bal. in rub. inf. si vnus ex pluribus, & scripsi post Fulg. hic.
b Confessio. vide Bal. in l. 2. inf. quo appella. non rec. dixi ... l. 1. & in l. 3. §. quid ergo ff. de appel. & Bald. in leg. 2. in fi. sup. de lit. contest. per Mod. in l. fi. §. iussus. ff. de appella.
c Exprimenda. vide Bal. in l. eos §. si autẽ. inf. de appellatio & in Lectura: de eden.
d And. Barb. Hæc verba. & vide Bald. in dict. l. si quis prouocatione. vbi pulchre loquitur.
e Grauamine. vide Bal. in l. terminato. de fruct. & lit. expen. & pōt esse ratio huius dicti, quia quando iudex a communi iure recedit in inia requiritur expressio causæ, vt no. Spec. in tit. de sent. prola. §. qualiter versi. verũ, & uer. sequẽ. & cano. in cap. si cut. extra de re iud. ergo non est necessaria appella. ff. de appella. leg. si expressim
f Iniquitas. Facit quod no Bal. in l. per hanc ... de temp. appel. per Anto. de But. in c. ut debitus. extra de appel & Dom. de Sancto Gem. in c. cordi. de app. in 6.
g And. Barb. debet intelligi. Sed quando est interlocutoria, quæ habet vim diffinitiuę, appellatur diffinitiua propter duo. primo, quia iudex est functus officio suo. Secundo, quia imponit finem controuersiæ, puta si iudex pronunciat appellationem desertam, vel non est rite appellatum, uel non potuisse appellari, vel appellationi non esse deferendum. nam hæc est interlocutoria, vt leg. si præsens infra quomodo & quando iudex item iudex absoluit ab obseruatione iudicii, ut not. Barto. in l. Titia ff. de accusatio. item quando fit præceptum contra consistentem in iudicio, non pendente iudicio. nam non est propriè diffinitiua, sed tertia species, vt not. gloss. 3. quæstio prima, in summa, & capitu. dudum, el secondo, de electio. item in secundo decreto, quod dicitur de interlocutoria, ut nota Bart. in l. si finita. §. si forte de damno infecto, habet tamen vim diffinitiuæ; quia imponit finem controuersiæ, ut tenet Abb. & Ioan. And. in capit. peruenit, el secundo, de appellatio. & hic Bald & Dom. Pet. de Anchara in leg. 3. §. fina. de appellatio. & Domi Anton. in præallegato capit. peruenit, & capitu. si a nobis, de appellatio. & bene facit. le. si pecuniam. infra de re iudica. iuncta glo. ubi præcepto appellatur, sicut a diffinitiua. & quod a sententia præcepti actio oriatur, vide Dominum Antonium in capitu. primo, de offic. delega. & quod sententia præcepti sit interlocutoria, vide glos. in Authen. de hered. & Falcid. §. si quis autem non implens. & in §. his igitur consequenter, & ibi Angel. Et an oriatur actio ex facto, vide gloss. in l. sancimus, supra de nuptijs, & finalis, §. necessitatem, inf. de bonis quæ liber. & l. si postulauerit, §. si liber homo ff. de adulte. & in l. si quis missus ff. ne vis fiat ei, & vide gl. in contrarium in clem. 1. de appel.
h Interlocutoria mera. Vide glossam finalem in capitu. fina. in versicu. inanes de electio. in 6. & Do. de Rota decisio. 413. & 433. Fallit hæc in interlocutoria, quæ pronunciatur appellari non posse secundum Baldum in rubrica. nec. hic. tertio prouoca. & cum Baldo transit etiam Petr. de Anchara. in l. tertia, §. fina. ff. de appellation. & Specu. in titu. de appellatio. §. in quibus, versicu. seu nunquid hoc. in fine, et Federicus de Sen. in consilio 68. etiam Ludouic. Roma. in consilio 219. sed Anton. de But. in capitu. peruenit, hic allega. refert, quod contrarium tene Archidiaconus, in capitu. cupientes, in versicu. plenam, et ibi Ioan. de Imo. in versicu. priuatis, de electio. in 6. et plus non dicit Domi Anton. vide aliquid per Imolam in l. quinta, in principio ff. de verborum obligatione. Dom. de Rota conclus. 23. tenent idem, quod Ioan And. et refert Domi. Anton. in cap. sua nobis extra de appellatio. aliquid scripsi post Imolam in l. tertia, ff de appellat ... recip. et aliquid per Roma. in dicta l. quinta, in princ §. char. et in l. prima, in fine, ff de re iudicata. Bald. in l. iusiurandum, et ad pecunias ff. de iureiurando. dicit idem, quod hic, et uid: Rom. in l. 5. in princ. eo tit.
i And Barb. Quærit glo. Angelus hic dicit istam glossam non habere sociam iure, in si glos. in l. prima hic allegata. ex quibus determinatur aperte, quod si mater minoris tempore mortis viri incontinenti post mortem efficitur maior, pora intra triduum, vel quatriduum, quod licet non petat tutorem filio ordinare, non propterea priuatur eius successione, si post lapsum anni in pupillari ætate decedat. vide hic per eum. Salyc. hic tenet glos. et cum fuisset quæstio de facto aliqui consuluerunt contra glos. per l. Titia §. vsuras, de leg secundo ubi finita causa priuilegii, finitur priuilegium, sed tu uide Bald. in authen. si captiui, C. de Episcopo. et cleri. per l. qui contra. C. de incest. nup. et in authen. eisdem pœnis, de secund. nup. et in l. precibus, sup. de impub. et alijs substit. Spec. in titu. de in integ. rest. §. nunc dicendum, uersic. licet pro matre, et pro ea facit tex. l. 3 §. Scio ff. de mino. et l. qui cum maior, in prin. ff. de bon. lib. et glos. hic, et l. 1. C. in quibus causis restit. in integ. nō est necess.
K And Barb. Vltimo collige. Tene menti, quod si denuncians malefactores vnum omisit punitur, ac si nullos denunciasset. vide quæ in finali dicit Bald. in l. cum allegas. sup. de vsur. vide l. prima inf. de his, quæ pœn. no. et in rub. supra de contrahend. empt. et Angel. in l. in commodatum §. si ... ff commod. et quod ibi alleg. uide etiam quod no in l. si proprietarius ff. de dam. infec. et per Bart. consi. 41. vbi singulariter de cautatione uide.
l Arg. uide Barto. in l. cum ii exhibuissent, §. fina. dum concord. ibi singu. ff. de public.

qui omittit vnum ex eis denunciare, ac si neminem denunciasset, & sic † nō prodest diligentia in quibusdā, si vnus ex malefactoribus omittatur, & est quæstio per Dyn. in simili disputata.

LEX VII.

Si ideo vltio. Qui non est in culpa, non debet esse in pœna hoc dicit. Not. ꝙ non imputatur a alicui, si facit quod potest. implenda enim est voluntas legis si potest: quia ad impossibile b nemo tenetur, vt ff. de condi. inst. l. quæ sub conditione. §. quoties, & hoc facit non solum ad excusationem c hæredum, qui non puniuntur, si malefactores reperire non possunt, vt hic, & ff. eo. l. in cognitione, sed etiam ad excusationem Syndicorum, qui excusantur, si malefactorem inuenire non potuerunt, vt ff. eo. le. j. §. occisorum. per Bar. & etiā facit ad excusationem iudicum, si non potuerunt ferre sententiam intra tempus statuti, vt no. per Cy. in l. j. ℑ. qui accu. nō pos. Et ad excusationem villæ, si non cepit malefactores, quia erant fortiores, ut no. c. fi. de pœn. lib. 6. quia non debet impossibile alicui iniūgi, vt ff. de excus. tut. l. Titius, §. fi. & ff. de ope. li. leg. eademum, & facit ff. qui, & a quibus l. prospexit, §. Sextus. & infra de adul. l. fina.

ADDITIONES.

a And. Barb. Non imputatur. Et de ista impossibilitate vide text. in c. 1. titu. de feu. sine cu. non admit. vide tex. & gl. in c. quoniam, de ap. & ibi Bal. & quæ dixi, & eundem Bal. in l. acceptam, C. de vsu. & quæ ibi remisi ad eum.

b And. Barb. Ad impossibile. at adde, ꝙ ad impossibile nemo tenetur. & quæ notanter dicit hic Bald. quod notabis pro excusatione Syndici. & ita sequitur Ang. hic, & alleg. tex. in l. cum fratrem, infr. eo. & ff. quod vi, aut clam. l. semper. §. si in sepulchro. & dat formam practicandi: quia Syndicus debet congregare vniuersitatem suam, & ab ea explorare, quantum potest, facere scripturam publicam, & ire ad iudicem maleficiorum, & narrare sibi delictum, & se explorasse, & instrumentum explorationis dimittere apud acta, & sic non poterit sibi imputari negligentia, l. diuus, de cust. reo. secundum Ang. & vide tex. in l. fi. inf. de adul. & ibi Ang. vbi si ex forma statuti quæstio debet terminari intra certum, quod dilatio ista non currit ei, qui non potest agere propter factum aduersarii, vide quæ pulchre no. ad Bar. in l. is, qui reipub. ff. ex quibus caus. maio. & ibi alleg. dicta D. Car. & qualiter probetur negligentia, vide quæ no. ad Bar. in l. 1. §. pe. ff. ad Silla. vide gl. & Angel. in l. sciendum, ff. de vsu. vbi si quis promittit dare aliquem in fideiussorem, excusatur si facit quantum potest.

c Excusationem. Vide Bal. in l. 1. in fi. sup. eo.

LEX VIII.

1 *Instrumenti productio, habet vim confessionis.*
2 *Instrumentum falsum si confiteor esse verum, confessio mihi non nocet, si tanquam falsum fuerit reprobatum.*
3 *Instrumentum quamuis ad probandum non sit sufficiens, confessio tamen remanet sufficiens.*
4 *Instrumentum, quod caret die, & Consule si quis confiteatur esse verum, præiudicat confitenti.*
5 *Infringens scripturam an ex ea niti possit.*
6 *Liti renuncians non dicitur succumbere.*
7 *Pœnitentia an habeat locum in causa appellationis.*
8 *Testis non citatus, sed sponte testificans, dicitur suspectus.*
9 *Indignus quis non debet reputari, ubi non est in dolo.*

Alia causa. Delictum persistentiæ purgatur per desistentiam, & non dicitur perfectum, nisi per perseuerantiam. hoc dicit. Est bene notanda hæc lex, quod ille, qui dicit instrumentum falsum, a potest pœnitere, & dicere ipsum esse verum, & agere ex ipso. E contra autem ille qui dicit instrumentum verum, non potest postea ipsum dicere falsum esse. si instrumentum consistit in facto proprio opponentis: quia habet duo contra se. s. testimonium scripturę, & confessionem propriam in facto proprio, arg. infra quo. appel. non reci. le. abstinendum, & l. fi. & extra de diuor. c. ex literis. Si autem instrumentum consistit in facto alieno: tunc licet falsum dicere, quia vult probare errorem. ut ff. eo. l. post legatum. in princip. & facit inf. de fal. leg. & si ad te. † Quæro, nunquid ille, qui producit instrumentum ad aliquam suam intentionem fundandam, vel coadiuuandam, videatur confiteri instrumentum esse verum? Dicit Inno. ꝙ sic: nam productio instrumenti habet vim confessionis factæ per verbum. credo, tamen si appareat cōtrarium, illud qđ credidit, discredere potest, & recedere a tacita cōfessione, vt no. Innoc. extra de excep. ca. cum venerabilis, & extra de censibus c. cum olim, ꝙ sufficit, & probatio b excludat instrumentū; nā eo ipso includit tacitam confessionem, quanquam in expressa confessione oporteret, ꝙ allegaretur error, arg. ℑ. si pe. ap. le. 3. & ff. de adul. l. si adulterium cum incestu, §. idem Polioni. ibi, si error allegetur, & licet quilibet producēs probationem testium, vel instrumentorum præsumatur eam producere bona fide, & pro veritate, & credere eā veram, quia ita iurauit per sacramentum calumnię, vt supra de iura. calum. auth. in isto, tamē secus est in excipiēte: quia videtur credere hoc solū, scilicet ꝙ aduersarius possit excludi, non autem videtur confiteri habitum præcessisse: ad quem seruandum tendit exceptio, quia excipiens intendit non solum priuare habitum, si quis est, sed prorsus remouere agentem quocunque modo, quia nunquam excipiens videtur se astringere nisi sub tacita conditione, l. si actor probauerit de intentione sua, vt in cap. exceptionem obijciens, de regu. iur. in 6. sed Bar. in l. non vtique. de excep. dicit, ꝙ immo videtur confiteri narrata per actorem in facto, si actor confiteatur narrata per reum in exceptione; verbi gratia, opponitur actori exceptio pacti de non petendo, fatetur actor pactum de non petendo, & replicat de pacto petendi. Certe hic sunt tria. s. actio cōfessata per reum, & exceptio confessata per actorem, non restat ergo discutere, nisi super replicatione, vt ℑ. de excep. l. si quidem. secundum c Bar. si autem actor non adhæret exceptioni, c sed negat exceptionem simpliciter: tunc nullum adminiculum exceptionis conceditur, argum. supra de testibus l. si quis testibus, & ideo oportet, quòd fundet originem petitionis, ac si non fuisset exceptum. Alij dicunt, quòd nunquam reus videtur confiteri, licet actor velit inhærere exceptioni, tum quia voluntas agentis nil disponit in voluntate excipientis, quæ est perimere. & negare intētionem sui aduersarij: tum quia adhæsio actoris non potest mutare naturam exceptionis: tum quia actor non confitetur, prout excipitur, & sic non est verum, quòd approbet exceptionem, immo impugnat eam, & sic non debet ex ea reportare fructum, quia releuatur per eius obiectum ab onere probandi, quod est verius. & adde quod no. per Bar. in d. l. post legatum, in princip. ff. eod. † Item adde dictum Innocen. quod si expresse confiteor instrumentum d falsum esse verum; tamen reprobato instrumento tanquam falso, confessio mihi non nocet, quia nec naturale, neque ciuile habet fundamentum, cui possit confessio inhærere, vt s. de proba. l. cum precibus, ibi, nec ad nomen, &c. & ℑ. de fal. l. ab initio. & hoc est verum, si confessio instruit veritatē instrumenti; secus si veritatem negotij. super quo confectum est instrumentum. nam non sequitur, est falsum instrumētum. ergo est falsus cōtractus, vel testamentum, cum possit esse instrumentum falsum, & negotium verum, vt infra si ex fal. instr. le. 1. a. respon. hanc ergo rationem pondera. nam si falsitas instrumēti non infert necessario, vel verisimiliter in falsitate confessionis, e valet confessio tanquam separata. si autem veritas e confessionis non posset oriri, nisi ex veritate instrumenti, vt quia quis confitetur factum, & ex eo, ꝙ ita continetur in instrumento, vel prout continetur in instrumento, vel positioni factæ de instrumento respondet, credit tunc, quod destructo instrumento, destruitur confessio quia terminus ad quem fit relatio, non inuenitur in rerum naturam; & natura relationis est, ꝙ requirit duo extrema, vt ff. de cond. & demon. l. in testamento, & eo. ti. in l. 1. † Sed f pone, f ꝙ quis confitetur vera esse ea, quæ continentur in quodam instrumento: deinde apparet, quod instrumentum est non solemne, nunquid dicta confessio pręiudicet confitenti? Dicit Innocen. ꝙ sic: quia licet instrumentum non sit sufficiens ad probandum tamen confessio rata manet, etiam si confessio nō fiat absolute, sed per relationem ad instrumentum: nam hic veritas est tam in instrumento, quam in confessione. Solemnitas vero est in confessione, licet non sit in instrumento: ergo valet confessio secundum Inn. arg. ff. de const. pe. l. 1. §. debitum. Attende hic, nam si ego confiteor me nudo de pacto promisisse, non credas, ꝙ ex ista confessione oriatur actio, g cum qualitas facti non tendat ad agendum. Item si confiteor, ꝙ testator fecit testamentum non solemne, vel ꝙ postea apparet non solemne, non credas, ꝙ mihi præiudicet, vt ff. de cond. in d. l. 2. vnde dictum Inno. debet intelligi, quando solemnitas respicit instrumentum, sed non respicit negotium principale: nam † si confiteor instrumentum esse verum, qđ caret die & Consule, mihi præiudico, quia ui confessionis adiuncta cum scriptura, talis scriptura pro publica, & solemni habetur, vt supra de fide instru. auth. ad hæc. Si autem confiteor testm̄ non solemne esse verum, mihi non præiudico; quia ad essentiam rei tunc non sufficit veritas sine solennitate, vt ℑ. de fideicomm. l. si veritas. † Ea prædictis habemus, an infringens scripturam possit ex ea niti? & facit ff. de acquir. hære.

ADDITIONES.

a Falsum. Vide per Bar. in l. post legatum, hic alleg.
And. Barb. instrumentum falsum. Not. qui dicit instrumentum falsum, potest pœnitere, & dicere illud verum, & agere ex ipso. vide quæ eleganter not. Bal. in l. post legatum, ff. eod. tit. Innocen. in c. cum olim, de cenc. & Bald. in l. 1. ff. de edendo.

b Probatio. No. ad l. si adulterium cum incestu, §. idem Polioni, ff. de adult. l. ꝙ in confessione erronea sufficit se fundare in errore, licet non allegetur.

c And. Barb. Exceptioni. An reus excipiens videatur confiteri, vide Bald. in l. 2. supra quando fis. vel priua. & gl. sing. in §. sancimus, in Auth. de exhiben. re. vide, quæ notaui ad Bar. in d. l. vtique. vbi plene remisi. ff. de rei vend. & in c. venerabilis, de excep.

d Instrumentum. Vide per Ant. de But. in c. fi. post medium extra de confess.

e And. Barb. Veritas. Si confessio nititur instrumento, destructo instrumento, destruitur confessio. Vide Bald. in l. absentis, sup. si cert. pet. allega. casum sing. in l. Lucius ff. de consti. pec.

f Sed pone. Sed quid, si quis confitetur scripturam priuatam, sed negat debitum? Dicit, ꝙ scriptura non valet, si non habet solemnitatem l. scripturas, secundum intellectum Iac. But. & Bar. ibi, infra qui potio. in pig. hab.

g Actio. Etiam si iuramentum interuenerit in hac confessione, secundum Bald. in l. 1. infra de fideicom.

here.l.quæsitum. & econtra, an ꝯfitens scripturam, possit eam vlterius impugnare? Deinde uides, quod habet locum pœnitentia, quia lex vltra procedit, alias non habet locum pœnitentia, vt notatur ff.de in ius vocan.l.quamuis, & dicit s.de transact.l.si quis maior. † Vltimo not. quod ille qui renunciat liti, non dicitur perdere siue succumbere *a* proprie loquendo, sed dicitur desistere, & ista sunt valde diuersa, quod tene menti perpetuo. † Extra quæro, *b* nunquid in causa appellationis habet locum pœnitentia? & si quidem appellauit reus, contra quem de falso agebatur, constat, ꝙ habet locum pœnitentia actoris, & est ratio, quia per talem pœnitentiam iudicatum infirmatur, vt ff.de bonis liberto. l. qui cum maior, §. accusasse. Si vero appellauit ipse accusator; tunc quia desistendo sententia cõfirmatur, ergo sequitur, quod vsque ad sententiam perseuerauit, ut notatur ff. ꝙ metus causa.l.si cum exceptione, §.hæc autem actio. & ideo pœnitentia non prodest. Vel dic, quod indistincte prodest, quia appellatio rescindit pronunciatum, vt ff.ad Turpil.l.j. in fi.& ff. ad legem Fal.l.in ratione, §.cum quidam. vbi dicitur, quod ille legatus, cui erat adempta dimidia pars bonorum, appellauit, & decessit, quod habet hæredem insolidum uigore appellationis rescindentis pronunciatum: & quod hæres eius tanquam sperans victoriam, dicitur habuisse animum adeundi insolidum, & ideo mero iure tãquam hæres tenetur insolidum ad legata; sed de æquitate dicitur, quod si sententia confirmatur, non teneatur soluere, nisi pro rata.i.dimidia. Si enim appellatio nõ rescinderet pronunciatum, tunc etiam de mero rigore non teneretur nisi pro rata, cum post condẽnationem fiscus dicatur creditor, & bona confiscata habeantur loco æris alieni, vt ibi text.not.dicit, facit etiam ad hoc supra, quod in causa appellationis possit mora, & culpa purgari, *c* quod no. in l.j. in prin. ff.de actio.empt. Et si dicatur, quod sententia confirmatur, concedo: sed beneficio desistentis a lite improba. & ideo parcitur desistenti, vt ff.de iud.l.desitisse. † Item & reuocatur in dubium *d* de teste, quid est, quod dicitur. ff.eo.l.post legatũ, §.his vero, quod testis sponte testificans est indignus, dicunt quidam, quod sponte dicit testimonium, si deponit non citatus & arguunt ex illa gloss. quod valet depositio testis non citati, immo certe in testibus, qui non coguntur inuiti, dicit Cy. quod hoc debet scribi in actis, vt ipse no. supra de Episco. & cleri.authen.presbyteros. Bartol. etiam dicit, quod non est de necessitate, quod testis citetur. sed Iac.de Bel.in Auth.de testi.§.si vero ignoti. dicit tale testimonium non valere. ad hoc supra de Episco.& cler.presbyteri. Tu dic, ꝙ glo. quæ est in d.§. his vero. non cogit nos dicere, ꝙ ibi deposuerunt non citati: nam certe testis, qui habet excusationem, licet citetur, dicitur tamen sponte deponere, quia non allegat suum priuilegium. tunc vero dr̃ compulsus, quando priuilegium suum allegans, iuribus præturæ coactus est, puta pignoribus captis, & mulcta indicta, vel corporea coërtione. ad hoc ff. de ser.l.j.§.j. ibi, sponte venerunt. facit inf. de his, qui spon. pu.mu.su.l.j.lib.x. & infra de appel.l.si ad scribatum. Quicquid tamen illa glo.senserit, veritas est, ꝙ præsentibus partibus, & non contradicentib. non requiritur testes citatio, vel admonicio sed altera parte absente sic, vt supra de test.l.si quando. ibi dum dicit, admonitione, &c. & hoc nisi sit talis testis de quo non sit suspicio. talibus enim non est denunciandum, vt testimonium dicant, de quib. loquitur ff.de testibus l.lege Iulia. §.item quæro. † Item quæro vtrum reputetur quis indignus, vbi non est in dolo? & tex. dicit, quod non, vt ff.de bon.lib.l.idem est, & si crimen, & sic ratione litis motæ nemo punitur tanꝙ indignus, nisi rõne calumniæ, ꝙ est notabile, & ab eo, qui probauit, licet finaliter succubuerit, semper præsumitur abesse calumnia, per illam. l. notabilem.

ADDITIONES.

a Succumbere. Vide Bar.in l post legatum.ff.eo.
b Extra quæro. Vide per Bald in c.j.§.porro, ad fi. qui fuit prima causa benefi.ami. & ponit etiam Cy. hic in fi & Pau. de Cast.
c Purgari. Vide plene per Imo. in l.si insulam, ff.de verb.ob.
d Reuocatur in dubium. An testis sponte testificans non citatus, dicatur suspectus uide Bar.in l.post legatum.§.his vero, ff.eo.& Bal.in l.j.ff.de in ius vocan.

LEX IX.

5 *Maleficium clandestinum dicitur, quod raro inuenitur sine tortura.*
2 *Crimẽ manifestum dicitur, quod de facili ex qualitate sui potest ꝓbari.*
3 *Crimen notorium dicitur, quod de sui natura omnes sciunt.*
4 *Crimina, quæ ex actu transeunte, & non permanente constant, dicuntur notoria.*
5 *Mors inflicta dicitur perpetua.*
6 *Instrumentum notorium ad aliquam deponendum, non habet vires, nisi sequatur sententia.*
7 *Prodigus quamuis quis sit notorie, tamen testari, potest nisi ꝑ sententiã sit depositus ab administratione suorum bonorum.*
8 *Citatio requiritur in notorio.*
9 *Citatio tenuit ad duos effectus.*

Cum fratrem. Clam occisi potest hæreditas prius adiri, & post aditã crimen vindicari.h.d. No. ꝙ veneratio *a* est crimen occultum, & dicit Iaco. Bu. *b* quod non est absque proditione, vt ipse no. s. de sum. Trin. leg. nemo, qđ est menti tenendum. † Quæro, quod dicatur maleficium clandestinum, *c* & quod manifestum, & quod notorium? Respondeo, clandestinum dicitur, quia raro inuenitur sine tortura, & habes unum exemplum hic in veneno; & duo exempla habes in gl. ff. quod met.cau.l.cum exceptione, §. in hac. scilicet quando maleficium est commissum de nocte, & quãdo in magna multitudine aliquis est uulneratus, vel occisus, & nescitur a quo. & ista incertitudo contingit ex parte offendentis; sed quãdoque contingit ex parte offensi, vt no. Cyn. de mortuo in campis, s. de repu.auth.hodie, interdum est incertitudo: quia alius reperitur interfectus, cuius nomen in patria ignoratur, vt no. 2. q.8.c.liberorũ, vel stent corpus putridum sub terra, quod agnosci non potest: hæc tamen non sunt minus maleficia, sed magis punienda, vt j.de male.& mathema.l.j.& si dicatur, ꝙ iste poterat esse vnus exbannitus, qui poterat impune offendi. Respondeo, hoc non præsumitur, vt ff.de prob.l.ab ea parte.& s.de Episco.& cle.l.nulli, §.quod si testator. & j.cõmu.de suc.auth. omnes peregrini † Manifestum autem crimen est, quod de facili ex qualitate sui probari põt, & ex circunstantiis uerisimiliter liquere: vt quia est commissum maleficium de die in strata publica, vel alio loco ab hominib. frequẽtato, vt s. de defen.ciuita. l.iubemus. ibi, in frequentioribus ciuitatum locis, & talia maleficia non possunt sub dissimulatione transiri, nisi iudex pati velit, ꝙ alii dissimulãdo concessit, ut supra ne sacrum baptisma, le. nulli. † Notorium *e* est illud, quod de sui natura omnes sciunt scilicet qui per ætatem capaces sunt, vel eos scire est verisimile, sic quod non possit cadere ignorantia, quin sit supina, vt si quidam maleficium committit, in parlamento *f* publico, vbi est populus, vel princeps, vel nobiles, & maiores ciuitatis, ar. supra de te. leg. omnium. & inf.de lat.liber.tol.leg.j. §.sed & qui domini. ibi omnib. actũ decepti maneãt illi in prima seruitute publico testimonio defraudati. dicit tamen Iac.But. ꝙ notorium proprie non reperitur, nisi in actu pmanente, & non in actu transeunte, vt ipse no. j.de apel.l.ciues. quod non est verum, nisi quo ad onus probationis: nam est verum, ꝙ omne notorium actus transeuntis indiget probatione: & quo ad hoc dicitur magis manifestum, quam notorium. Sed notorium actus permanentis nõ indiget probatione, quia seipsum exhibet, & occultari nõ potest, vt destructio Troiæ, vt ff.de iure codi.l. Plotiana.& ar.leg.a. j.quando & quibus quarta pars debe.lib.x. & ff.de admi.tut.l.lex quæ tutores. ibi, testificatione operis, &c. † Quantum autem ad modũ procedendi de plano, & omissis solennitatib. iuris, non est dubiũ, quod maleficia quæ constant ex actu transeunte, & non permanente, possunt esse notoria, vt j.de accu.l.ea quidem, & ponit exemplum in vulnerãte Episcopum, vel potestatem, vt nota. Cy. supra ne quis in sua cau.ius sibi di.l.una.& Innoc.in ca.fina. de cohabi.clerico.& de verb.sig.c.ex parte.& de offi.dele.ca. statuimus. & ideo *g* sane intelligitur Iaco. But. scilicet quo ad positionem, & secũdum probationem, nõ quo ad formam iudicij: nam in notoriis criminibus nulla requiritur solemnitas in procedendo; nec ex necesse, quod iudex inquirens apponat locum malefici, cum locus sit notorius, sicut ipsum maleficiũ, vt no. Instit. de publ.iud. in principio, locus enim ad circumscribendũ delictum apponi ꝓlacuit fauore reorum, ut melius facere possint suas defensiones; quia affirmatiua coarctata facilius potest excludi per ꝯtrarias probationes, quam vaga & indiscreta. sed in notoriis ista ratio cessat, cum constat reum nullam defensionem habere, & ideo potius dicitur exequutiue, quam inquisitiue ꝓcedi in notoriis, & facit auth. sed hodie, de seruis fugit. & ibi glo. † Attende, dicet aliquis, quid si occido hominem in parlamento, quod istud notorium est actus permanentis, quia mors inflicta perpetua est. Respondeo, quod non propter hoc dicitur notorium esse actus permanentis, quia licet perpetua priuatio, & actus passiuus sit permanens, tamen actus est transiens, & momentaneus, & non remanet actus ipse, sed memoria de actu. itaque est notorium permanens, & tamen non est de actu permanente; omnes enim notorie sciunt, & non est casurum de eorum memoria, vt ff de prob.l.si arbiter. licet ipsum factum in se finitum sit, & transactum, & ita hoc notorium est, ꝙ

ADDITIONES.

a A.Barb. No. quod venenatio. No. quod venenum dantes, similes sunt proditoribus vide Bal. in c.j. quib.mod.fe.ami.
b Iac.But. Vide Bald. in l.nemo, sup.de sum. Trin.& fi.cath.& intelligo sicut de proditore no. Bar.in l.respiciendum, §.delinquunt. ff.de pœn.
c Clandestinum, Facit ad no. per Bart.in l.a.inf.de his, qui ex pu.rat.mutuam pecu. acce.lib.10.per Aug.in §.in hac, hic alleg.& in l.j §.occisorum, ff.ad Sylla. & ponit Sal.hic.
d Manifestum. Vide quæ no. Bar.in l.ea quidem. inf.de accu & aliquid per Sal. hic.
e Notorium. Vide per Bar.in l.ab accusatione, §.j.cum concor. ff.ad Turpil.& per Saly.hic.
f Parlamento. Vide Bal.in l ea quidem, inf.de accu.
g Et ideo. Vide Bar.in l.ab accusatione, § nunciationis, ff.ad Turpil.

est, ꝙ Christus fuit crucifixus, & quod Cęsar imperauit, sicut in diebus illis, vt no. Innoc. extra de iura. calum. ca. causam. nec mirum: nam reliquiæ actus permanentis ipsam rei substantiam continue repræsentant, arg. ff. de testa. tute. l. si quis sub cõditione. vnde etiam per reliquias permanentes, sicut per ipsum proprium subiectum dicitur perseuerare notorium. Sed nunquid in contractibus, vel testamentis debeat probari notorium? & videtur quod non, quia notorium releuat a probando, licet nõ a proponendo, vt no. in c. appellanti, de appe. in cle. contrarium tenet Innoc. in d. c. fi. de cohabi. cle. & est expressum. s. de testa. l. omniũ, in fi. In maleficijs ergo, & quasi, item in publicis officijs notorium releuat ab onere probandi: secus in contractibus, & quasi contractibus, secundum Innocen. idem dicit in reali iudicio, si reus neget, cum non debeat negare, vt no. ff. de nego. gest. l. at qui natura, § cum me. & l. emptorem, in princip. ff. de actio. empt. Mihi plus placet, quod idẽ sit in contractibus, quod est in delictis, scilicet quod notorium actus transeuntis sit probãdũ, si negetur: nam ab onere probandi nullum notorium de mundo releuat, nisi notorium facti permanentis, & adde quod not. s. qui, & aduer. quos. l. 1. In hoc tamen est differentia inter contractus, & delicta: quia in delictis non requiritur ordo, ut ff. de fur. l. interdum, §. qui furem, & no. ff. de infa. l. ictus fustium. sed in contractibus requiritur ordo debitus iudiciorum, quod sic probo. Certum est, quod sententia inducit notorium, sed si ꝙ debetur ex sententia mihi, promittitur per publicum instrumẽtum etiam coram mille testibus: oportebit tamen me ordinem iudiciarium obseruare, licet causa, in qua me fundo, sit notoria, vt ff. de mino. l. minor. viginti quinque annis, cui fideicõmiss. &
6 hoc ex incidenti, non ex proposito principalis. † Circa instrumẽ-
a tum unum scias, quod notorium *a* nunquam habet vires ad aliquem deponendum, vel priuandum, nisi sequatur sentẽtia depositionis, vel priuationis. & ideo licet aliquis prælatus sit notorie criminosus, nõ tamen per hoc est depositus ipso iure, etiam si sit homicida, ut no. Innoc. extra de concess. pręben. cap. cum
7 nostris. † Hinc est, quod licet aliquis sit notorie prodigus: tamen, nisi sit ab administratione suorum bonorum depositus p sententiam, potest contrahere, & testari, vt ff. de cur. fur. l. 1. & ff. ex test. l. is, cui lege. & ff. de verb. oblig. l. is, cui bonis. Nã si notorium non inducit priuationem in administratione bonorum
b alterius; multo minus in administratione *b* bonorum suorum propriorum. Non ob. J. de sen. pass. l. fin. quia ibi loquitur in iam priuato
c cui ne reassumat officium obstat prodigalitas: nam Princeps, *c* nunquam videtur restituere prodigum ad administrationẽ of-
8 ficij, vel dignitatis, quod tene menti. † Dubitari *d* consueuit
d nũquid in notorio requiratur citatio; & videtur expressum, ꝙ sic in c. pastoralis, de re iud. in cle. quia citatio tẽdit ad defensionẽ. Ideo enim citatur, vt compareat, & se defendat, ut no. J. vnde ui, l. meminerint. & J. si per vim, vel alio mõ. l. fi. & ideo quia ad hos duos fines tendit citatio, videtur esse de iure naturali, sicut ipsa defensio. & si contra fiat, fieret contra ius naturale, cui etiam Princeps suppositus est. In contrarium videtur, quia cũ nullam habeat defensionem, non potest prætẽdere læsionem. ad quid enim citaretur? bene enim fateor, quod defensio est de iure naturali, si qua est, sed quando nulla est, de iure naturali esse non potest, quia subiectum naturę est ens, & ideo Papa ibi vi-
e detur esse loquutus irrationabiliter. Tu tene, quod est *e* necessaria citatio alia ratione: quia vbi non est citatio, ibi non est reus nec iudicium, nec potest cõtrahi hermocidium, & ideo nec ferri sententia, maxime capitalis; & idem si interuenit citatio, sed minus legitima, vt J. de accu. l. absentem. & l. si accusationibus, in ult. glo. facit Inst. de pe. tem. liti. §. fi. de senten. & interlo. om. iudic. l. 1. & ff. de confess. l. certum. §. si quis absente. nam iudicia ad instar contractuum redacta sunt, & sicut in contractibus requiritur pręsentia, vel medium organum nuncij, vel epistolę, ita in dubijs. in quibus tamen est hoc plus; quia contumacia est pręsentia, ut in Authen. qua in prouincia, s. ubi de crim. agi. opor. & ita firmiter tenendum est, quod nulla diffinitiua ferri potest quantumcunque ex notorio, nisi præcedat legitima citatio. facit. ff. de re milit. l. 3. §. si adde diem. & quod no. extra de appel. ca. cum sit. in gl. & in nouella, de iureiur. ca. ad nostram. el 2. ubi
f etiam de hoc in gl. Sed pone, *f* quod aliquis est in præsentia iudicis ob aliquem causam: modo iudex vult eum compellare ad respondendum cuidam inquisitioni, ipse dicit, domine faciatis me citari. respondet iudex, citatio fit solum ad finem habendi præsentiam tu es præsens, & ideo respõde, & nec debes habere terminum ad deliberandum in proprio facto. Sed reus dicit,
9 imo quia † citatio tendit ad duos effectus: scilicet comparitionis, & interim preparandæ defensionis, & muniendi se testibus & alijs necessarijs, vt no. s. de feri. l. 1. in princ. Respond. nisi reus sit suspectus de fuga, non cogitur respondere, arg. J. de exhiben. reis, l. 2. non enim est pręcipitandus, argum. ff. de iue. edi. l. 1. §. largius. ad hanc tamen allegationẽ in notorio crimine non debet admitti, quia nulla debet dari dilatio, ut ff. de adu. l. in crimine. Sed Io. An. dicit in c. fi. de elec. lib. 6. in Nouella, ꝙ citatio nõ fit nisi ad finem comparitionis: sed tu dic, ut dixi, quod etiam ad finem defensionis, ut d. c. pastoralis, & uide etiam Guil. de Cug. in l. 1. ff. de in ius uoc.

ADDITIONES.

a And. Bar. Quod notorium. No. quod notorium non habet vires ad aliquem deponendum, nisi sequatur sententia, vide gl. sing. in Authen. de Tabel. §. pe. & Bal. in l. iubemus, §. sane, su. de sacros. eccl. imo est depositus ipso iure. tex. est in c. ex literis, inf. de excel. præla. in ver. moneatis, vide Bal. in l. si maritus, sup. de dona. inter vi. & vxo. in c. veritatis, de do. & con. ubi est tex. pro dicto Innoc. vide quæ remis. ad Bal. in d. l. si maritus, vide c. dilecti, de exce. & Do. Abb. ibi, & Do. Abb. in c. de priore, de app. vbi alle. Inno. in d. c. cum nostris.

b Administratione. Vide Bal. in l. 1. ff. de cur. fur. & in l. 1. sup de cur. furio. sed ꝑ Bal. hic videtur tex. expressus in l. tres tutores, in fi. ff. de adm. tut. & ibi Bar. qui dixit post Bal. in d. l. 1. ff. de cur. furio.

c And. Barb. Nam Princeps. Non videtur unquam restituere prodigum ad administrationem officij, nisi forte esset reuertus ad sanos mores, quod probatur, si est receptus in vnum de ancianis vide c. xxiiii. & Bar. in l. 1. supra q. & aduersus, nos.

d Dubitari. Vide Bal. in l. ea quidem, cum sequen. de accusa.

And. Barb. Dubitari. An in notorio requiratur citatio, vide quæ remisi ad Bal. in d. l. si maritus, & per Do. Abb. in c. dilecti, de excep.

Celius. Adde Collectarium in c. ex tenore in fi. & quod ibi posui in apo. ad ip m, in ver. non seruat iuris ordinem. extra de restr. dixi post Panor. in c. accepta, nu. 6. in ver. defensionem non competere, extra de rest. spol. & no. Ro. sin. dcclxx. incip. Communis opinio est.

e And. Barb. Tu tene, quod No. vbi non procedit citatio, vel minus legitima, non potest sequi sententia. Fallit in casu singulari secundum Ang. l. lege Cor. §. constitutum, ff. de sica. vide eundem in l. pe. §. ad crimen, ff. de pub. iud. Fallit in casu notato in l. 1. §. 1. ff. de adm. re. ad ciui pert. Fallit in l. ne din, inf. de pœ. fallit in l. missi opinatores inf. de exac. tri. lib. x alle. Ant. in c. de priore, de app.

f Sed pone. Vide not. Bal. in l. peremptorias, versic. quæro, infra sententiam rescin. non poss.

And. Barb. Sed pone. Nota quod si quis est præsens pro vna causa, non potest iudex mandare sibi, quod respondeat cuidam inquisitioni, nisi præcedat citatio, vide Bartolum in l. 1. ff. de in ius vocan. vbi dicit, quod sufficit, quod partes sint præsentes. vide Baldum in authen. si omnes, supra si vt se ab hære. abst. vbi not. dicit ꝙ si certa solemnitas requiritur in citatione, non vendicat sibi locum, si partes sunt præsentes.

LEX X.

1 *Syndicus si per accusatorem est præuentus, non poterit de cætero denunciare maleficium.*
2 *Hæres, qui stuprum committit cum vxore testatoris, efficitur indignus.*
3 *Corpus mortuus non sentit iniuriam.*
4 *Licentia offendendi bannitum finitur morte.*

Sororem. Non imputatur hæredi, qui non accusauit si ab alio fuit præuentus antequam esset in mo-
1 ra. h. d. † Et not. hanc l. ad accusationem syndicorum: *a* nam si
a sunt præuenti per accusatorem, vel inquisitorem; non tenentur deinceps denunciare maleficium, secundum Barto. quia ita no. in l. diuus, la 2. in vlt. col. ff. de cust. & exhib. reo. & in l. pen. ff. ad
b Silla. & ff. de lib. agno. l. 1. §. eleganter. Caue tibi, si *b* accusatio, vel inquisitio esset minus plena, vel minus instructa, vt quia non essent inducti testes maleficium scientes, tenetur Syndicus assistere pro interesse Reipublicæ, & tanquam Syndicus instruere causam, arg. ff. ad Tertul. l. 2. §. non solum. nam cum plenum officium ab eis desideretur, non debent sub dissimulatione transire, & maxime si viderent, quod colluderetur, arg. de diui. tute. l. 2. §. j. & ideo consulo syndicis, ꝙ denuncient, & ꝙ non ponant
2 se in ambiguo. † Extra no. hic gl. ꝙ ille, qui relictam vxorem *c* te-
c statoris per stuprum cognoscit, efficitur indignus. Ex hoc etiam no. ꝙ quis post mortem offenditur, vt no. Bar. ff. eod. l. 1. & istud est verum ficte, sed non vere. vnde qui exanimatum corpus vul-
3 nerat, non punitur tanquam de vulnere, quia † corpus mortuũ iniuriam non sentit, vt no. J. q accus. non poss. l. 1. & tamen dicitur, ꝙ qui mortuum spoliat, dicitur eum offendere, vt inf. de sepul. viol. qui sepulchra. Quid ergo dices? permissum est ex forma statuti bannitum offendere in ære & persona, occidi eum, & postea vestes mecũ porto, accusator crimine expilatę hæreditatis.
4 Respon. impune feci, quæritur quid iuris? Sol. punior, quia † licentia offendendi bannitum morte finita erat, vt ff. de poen. l. si pœna alicui. & pro hoc est dicta l. qui sepulchra. ibi, vt ita dixerim. & ibi, videtur. nam hæc verba fictionem notant, quæ nõ recipitur in statutis.

ADDITIONES.

a Syndicorum. Vide per Bar. in l. diuus, ff. de cust. reo.

b And. Barb. Caue tibi si, Mo. in rub. de collu. de. tenent contra. ex eo, quia Syndicus non tenetur nisi denunciare. sufficit enim, quod denunciauerit, vnde non tenetur assistere. sed tu pondera, quia Bal. hic dicit, quod plenum officiũ desideretur; ideo ipse consuluit, quod denunciet, non obstante, quod aliquis accuset.

c Vxorem. An autem ipsa mulier priuetur dote, quæ facit iniuriam mortuo marito, vide Alex. hic.

LEX XI.

1 *Princeps philosophia plenus, actum nil reputat, si quid speciale relinquatur ad agendum.*

Cum Sillanianum. Legalis dilatio nemini debet esse damnosa, & mora hæredis non officit libertatibus eorum, quibus est relicta libertas vel genitorum ex ipsis, nec etiam legatis & fidei. inde pendentibus,

dentibus,vel alijs quibuscunque.h.d.† No.ꝙ Princeps *a* philosophiæ plenus,censetur nil reputare actum, si aliquid speciale remanet ad agendum,ad hoc facit ff.de verbo.sign.l.soluendo. Et hoc verum in his, quæ requirunt profectionem ex debito iustitiæ;secus in prohibitis,vt in delictis: quia quandoque reputatur perfectum,vbi multum restat ad agendum,vt ad leg. Iul. maiest. l.quisquis.

ADDITIO.

a Princeps. Facit ad quæst. de qua per Bal.in rub.de contrahen.empt. in 2. quæstio. supra.

LEX XII.

1 *Nox vbi non prætenditur,ibi non prætenditur delictum.*
2 *Nox nunquam apponitur in instrumentis Tabellionum.*
3 *Impuberes debent interrogari cum leui tortura, non ad damnationem, sed ad instructionem.*
4 *Argumentum quòd quædam valent ad præparandum,quæ non valent ad decidendum.*

Talis. Sub eodem tecto esse dñr, qui stant in loco, in quo pt clamor dñi audiri,siue in domo,siue in agro.h.d. & ratio est quia delictum non cõsistit in eo,quod sub tecto; sed finalis rõ est,qa dño,qui occidebatur, nõ est impensum auxiliũ. † Et no.ꝙ ubi nox, *a* ibi delictum.& vbi non prætẽditur noa, ibi non prætenditur delictum,& hoc est ar.ad statuta, quæ dictant, ꝙ in nocte,ꝙ intelligatur post primum sonum campanę ad hoc deputatæ vt de sero duplicentur pœnæ maleficiorum, & virtus statuti non extendat se ad aliquem locum,ubi communiter sonus campanæ exaudiri non potest, vt ĩ.quomodo & quando iud.auth. qui semel. ibi, vox pręconis paucis innotescit, & ff.de decre.ab ordi.fa.l.j.ibi,aduersus scientem,&c. Sed Iac. Bu. *b* dicit,ꝙ ubi non prætenditur sonus inspicitur noa naturaliter,quia vbi uerbo non potest dari ciuilis intellectus, ad nãlem intellectũ est recurrendum.& ideo si aliquis deliquit de nocte uera, punitur pęna duplici,licet sonus campanæ ad illum locum non perueniret. Sed si deliquisset in nocte ficta, hoc est post pulsationẽ campanę; tamen ante tenebras, & deliquit in tali loco, in quo sonus campanæ non auditur:tunc non punitur ea qualitate noctis,sed ea simplici delicto,& idẽ tenet Bar. ff. ad Sillan.l.1.§. hoc autem Senatus. & hoc est verum, quando statutum punit delictum vel maleficiũ ratione noctis,ea omni capite. sed si restringit se determinato modo ad noctem secundum sonum campanæ,non includit aliam,argum.in c.susceptum. de rescripi. lib.6. † Et adde, ꝙ in instrumentis *c* Tabellionum semper apponitur dies,& nunquam noa c.ut no.Inno.in c.consuluit.extra de offi. deleg.† Vlterius *d* no.ea.gl.hic posita,ꝙ impuberes cum leui tortura interrogãtur,non ad damnationem sed ad instructionem, quod est no.dignum.quod tñ non intelligas in infantibus, quia quod uident.ignorant; omnis enim lea de capacibus loqui ur, ut ff.eod.l.excipiuntur.& ĩ.ne sacrum baptis.a.† Et no. quod q̃dam ualent ad preparandum, quæ nun ualent ad decidẽdum: id est ualent ad instructionem,& non ad probationem, ut ĩ. de accu.l.fi.& l.qui ultimo,ff.de pę.& adde quod no.Bar. ff.de quęstio.l.maritus.

ADDITIONES.

a And.Bar.Et no.quod vbi noa.Quando intelligatur nox,vide Barto.& Moder. in l.1.§.hoc autem,ff.ad Sellan.& an mane dicatur dies proprie, vide tex.quod non. & ibi Angel.in l.1.inf.de custod.reorum,& tex.in l.Titius testamento, ff.de libe. & posthum.& quod not. Barto.in l.aut facta,ff.de pœ. & l.qui duos, ff. de manu. test.& And.de Iser.in rub.quo tempore mil.inuesti.pe. in usib. feud. & ibi notaui in recollectis.

b Iaco.But.Vide Pet.de Anch.in c.canonum statuta.in vers.in ista materia disputauit Iaco.But.de consti.& facit,quia vbi non possunt adaptari uerba statuti, illum casum non comprehendit,iuxta no.per Bal.in l.ita autem,ff.de admin.tut.& in l.4.§.toties,ff.de dam.infect.& in c.indemnitatibus,in fi. de elec. in 6. multũ enim verbis legis est seruiendum secundum not.in c.1.de sta.reg. in 6. & in c.1. de vsu. & in c.1.de homi.lib.6.& certe opin.Bal. videtur sustentabilis per illam rationẽ, scilicet quod casus omissus remanet sub dispositione iuris communis,non stat p dictam rationem,& cum Bal.uidetur concordare Iac. But.in l.more, ff. de fer.& Sal.in l.non minorem,sup.de transa.& si ad rationem supra alleg. respondetur,ꝙ iste non est casus omissus,dico,quod imo est casus omissus quia expresso non ligatur,l.3.§.surdus,ad Silla.& Bar. fatetur,quod expresso non ligatur.

c Instrumentis. Vide Bal.in l.non minorem,cum concor.de transa.

d And.Ba. Vlterius no.quod impuberes leui tortura interrogantur non ad puniri onem,sed ad instructionem,uide quod not.in l.excipiuntur, ff.eo.

De codicillis. Rubrica.

LEX PRIMA.

1 *Testes quot requiruntur in confirmatione codicillorum.*

Rupto. Posthumi agnatione *a* rumpitur testamẽtum, & codicilli testamento confirmati: si tamen postea coram quinque testibus præcedens iudicium confirmatur,ualet iure intestati. hoc dicit. Nota, quod quando rumpitur principale, rumpitur eius accessorium. Oppon. de authen. ea causa, Solue, ut ibi. † Quæro quot testes *b* sunt necessarij in ista confirmatione? Respon. quot in codicillis; quia qui confirmat, quod essentialiter non valet, de nouo relinquere videtur; & ita dicit gl.quam no. Non obl.l. hæredes palam, §.sed & si notam, ff. de testa.quia ibi testator declarat,hic vero dat.

ADDITIONES.

a A.B.Posthumi agnatione.No.quod annullato testamento, annullantur codicilli, vide quod sing.dixit Bar.in l.qui filio,§.si quis seruum, ff.de hær.inst.quando codicilli disponunt idem ꝙ testamentum,& annullato testamento annullantur codicilli, vide ibi do. Io.in gl.quæ incipit in quib.relata.ad tex probat si in testo ponitur clausula codicillaris si testamentum rumpitur per agnationem posthumi de quo testator non cogitauit,vel præteritione iam nati, quo tempore ignorabat: illa clausula,nihil operatur secundum omnes,& dici in auth.ex ca. quod licet posthu. nascatur viuo testatore, vel & ipse testator certificetur de vita filij, & viuat tanto tempore quo potest facere aliud testamentum: tamen illa clausula iam rupta nullas reassumit vires propter scientiam superuenientem, sed est necesse quod nouo iudicio firmetur,quod tene firmiter menti, quia habui de facto in vrbe ueteri fuit de hoc magna controuersia,& fuit determinatum per collegium Perusinum, sed ista gl.non fuit alleg.

b A.B.Quæro quot testes. Quot testes sint necessarij in ista confirmatione,uide glo. valde no.in l.cum proponebatur de leg.2.& Bar.plene in l.2. sup.de secun.tab.& no.hic gl.secundum Ang.pro notatijs qui ponunt in instrumentis ex nunc prout ex tunc.tunc vide glo.in cle. 1.de concel.præben.

LEX II.

1 *Hæreditas in codicillis non potest dari, nec adimi.*

Hæreditatem. †In codicillis non pt hæreditas *a* dari,vel adimi directo,sed per fideicõmissum sic.h.d.& est ratio pp breuem solemnitatem codicillorum,vt ff.de vul.subst.l.verbis ciuilibus,& quia a iure est attributa alia virtus testamento,& alia codillis,vt ĩ.eo.ti.l.si idem. *b*

ADDITIONES.

a Hæreditas.Sed an hæres in re certa institui possit in codicillis, vide Bald. in l.non codicillum,in ver.vniuersaliter,sup.de testam.item an hæc l. procedat inter liberos.vide Bal.in l.filij,sup.fam.ercis.& in casu no.per Bar.in l.similiter, in fin.ff.de le.3.& Ang.& Imo.in l.1.in fi.de inru.ru.& ir.test.& quid si testamẽto adimatur hæreditas,in quo testamento nulla sit institutio,vide Bar. in l.si ita, §.1.ff.de libe.& posthu.in lect.Mod.

b L.si idem. Et ibi vide Barto.

LEX III.

1 *Ademptio præsumitur posterior.*

Cum proponatis. In duob. codicillis ꝯrijs, vltimus prævalet.h.d. Quærit gl. quis præsumitur vltimus,& vr̃,ꝙ neuter,& sic neuter valeat,secundum glo. † Tu dic, *a* ꝙ ademptio *b* præsumitur posterior in ordine, sicut in natura posterior est priuatio, quam habitus,secundum Iac.de Rau.& Cyn.

ADDITIONES.

a Tu dic. Vide Bal.in §.quib.sup.in prima constitu.

b A.B.Quod ademptio. Et vide Bal. in prima constitu.C.& in c.3.de off. deleg.& in cle.pastoralis de rescr.vbi alleg. & l.cum proponatis.

LEX IV.

1 *Præsentia coniunctorum,vel grauati, non requiritur in vltima voluntate.*

Non idcirco. In vltima † voluntate non requiritur præsentia grauati,vel onerati, nec etiã præsentia coniunctorum. h.d.

LEX V.

1 *Dicens aliquem furiosum, præcise non negat,nec præcise affirmat.*
2 *Dicens aliquid fecisse ad suam defensionem, potius videtur negare,quã confiteri.*

Nec codicillos. Quilibet pręsumit̃ esse talis, qualis nãliter esse debet,seu solet: & ideo quilibet *a* sanę mẽtis pręsumitur, nisi ꝯrium probetur.h.d. sm Nic.de Mat. † Quęro,nunquid ille,qui dicit aliquem furiosum,dicatur ponere affirmatiue,vel negatiue;& dic,ꝙ non pręcise affirmat,nec præcise negat,sed simpliciter ponit, & idem vbicunque est negatiua pugnans, & vide quod no.in c. literas,de rescr.in cle.vbi no. quod negatiua positio non stat in verbis negatiuis,sed in sensu verborum,licet gl.ff.de min.l.de ætate,multum inhæreat verbis,& facit quod no. in l.fin.§.fin.de ea cep.do. † Extra quęro, *b* nunquid ille,qui dicit se fecisse aliquid ad suam defensionem, dicatur confiteri, vel negare? & videtur dicendum, quod potius videatur negare, quia remouet culpã ab actu

ADDITIONES.

a A.B.Quilibet no.quemlibet præsumi sane mentis ad hoc.no.alleg. Idem dic quo ad mores.l.merito.ff.pro soc.c.estote misericordes.de regu.iur.in 6.non autẽ quo ad diuitias.gl.est peregrina l.si vero.§.qui pro rei.ff.qui satis.cog.nec etiã quo ad scientiam gl.est fin.c.si forte,in ver.scientia extra de elec.in 6.nec etiam quis pręsumitur idoneus quo ad ætatem,vt c.cum dilecti.de elect.illud limita nisi quis fatuus fuisset factus,quia præsumitur durare in fatuitate, uide gl.fin.11.q.3.c.iudices.vide d.Io.in l.2.ff.de test.& vide sing.uerba q̃ no.in l.cũ alijs sup.de cur.furi.

b A.B.Extra quæro,uide per Bal.in l.1.inf.de confes. Bar.in l.Aurelius,§.idem quæsit,& ibi dici.ff.de li.leg.& Ang.& Imo.in l.3.§.si quis simpliciter.ff.de uer.obl.

a actu: secus si dicat, occidi a bannitum: nam tunc bene cõfitetur maleficium, quia non remouet culpam ab actu, sed pœnam ut sup. de infa. l. Decuriones. hoc non determino, sed alibi dicam.

ADDITIO.

a Occidi. Vide Bal. in l. 5. in uer. iuxta hoc infra de confess. Guil. de Suz. in l. 1. ff. de ed. cen.

LEX VI.

1 *Confirmatio præcedit confirmabile, & quandoque sequitur.*
2 *Episcopus potest confirmare electionem fiendam.*

Siue initio. Codicilli possunt confirmari tam ante factum, quam post fiendi. h. d. No. † quod cõfirmatio q̃nq; præcedit confirmabile, q̃nq; sequitur ipsum, aptius tñ sequitur, q̃ præcedat. Et est ar. q Episcopus possit confirmare electionem fiendam per patronos ecclesiæ, etiam anteq̃ fiat. hẽ facit ad id, q no. J. de fruc. & li. expẽ. l. terminato. & hic per Cy.

LEX VII.

1 *Nominum diuersitas significat diuersitatem effectum.*

Si idem. a Diuersitas † nominum significat diuersitatem effectuum, h. d. hic tamẽ adde, quod no. de reg. iuris. l. si librarius.

ADDITIO.

a Si idem. Large appellatione testamenti ueniunt codicilli. & quælibet ultima uoluntas, secundum glo. & ibi Bal. in l. 2. infra communia, de leg. & in l. fin. §. illud in uer. agnationis, inf. eo.

LEX VIII.

1 *Contraria tolluntur electione.*
2 *Exceptio, tu allegas contraria, tu impedis ingressum litis.*
3 *Hæreditas si est alicui relicta per verba communia, per errorem facti, non potest sibi præiudicare.*
4 *Exceptio rei iudicatæ non obstat. ubi mutatur causa, & actio.*
5 *Exceptio rei iudicatæ non nocet, vbi sunt actiones contrariæ.*
6 *Eligens iudicium præparatoriũ, videtur eligere uiam iudicii præparati.*
7 *Exceptio rei iudicatæ an noceat hæredi, qui diuersis locis, & temporib. est institutus.*
8 *Voluntas ultima an ualeat, si implicat contraria.*
9 *Testamentum an ualeat, si testator dixit, talem instituo, & substituo per fideicommissum, si filius meus morietur.*
10 *Actor tenetur eligere in exordio litis.*
11 *Petitio incerta post litis contestationem potest procedere.*
12 *Possessio bonorum cum non detur fideicommissario vniuersali debet specificare, quod petit iure directo.*
13 *Possessorium præiudicat petitorio.*
14 *Codicillaris clausula quare apponatur in testamento.*
15 *Codicillaris clausula tripliciter potest formari.*
16 *Codicillaris clausula quando restringitur, tempus verbi est restringẽdũ.*
17 *Tempora principalia in uerbo dicuntur esse tria.*
18 *Posthumus præteritus si hæreditatem agnoscit, clausula præsentis temporis nihil operatur.*
19 *Petitio inepta præiudicat petitioni aptæ.*
20 *Natura temporis futuri quæ dicatur.*
21 *Testamentum quando rumpitur præteritione posthumi, an ualeat clausula, non valebit, &c.*
22 *Tempus præteritum dicitur etiam quod extenditur ad præsens.*
23 *Tempus præteritum potest extendi ad futurum.*
24 *Testatoris imperitia non nocet, qui testamentum appellauit codicillum.*
25 *Institutio directa an trahatur ad fideicommissum.*
26 *Verba iure codicillorũ, dicuntur, ut in causam intestati prouideatur, & non in causam testamenti.*
27 *Vnus pluribus contrariis aliquid potest impugnari.*
28 *Mulier in codicillis potest esse testis.*
29 *Testes rogati quare requiruntur in testamento.*

Si quis agere. Nemo põt ex eadem scriptura primo petere hæditatẽ iure directo, & postea iure fideicommissi, vel cõ, etiam si testator uoluit dispositionem suam ualere iure testi, & codicillorum. debet enim agens in prin. eligere vnam uiam: qua electa, alia perimitũ. & ideo si tanq̃ directo hæres petit bonorũ possessionẽ s̃m tabulas, vel s̃m nuncupationem, vel se mitti in possessionẽ, bñficio diui Adriani, statim præclusit sibi viam petitionis fideicõmissi. a Item testm̃. a q non valet iure testi, non ualet iure codicillorũ, nisi testator c̃sam codicillarem adiecerit: agens tñ sp debet vnã uiam eligere, & deinceps ad aliam non migrare, nisi sit de personis exceptis, quibus permittitur variare: quia non est merũ lucrum, quod prætendunt, sed hæreditas est eis quasi debita. Et in omni uoluntate (excepto testamento) sufficiunt quinque testes, etiam non rogati: in omni tamen ultima uoluntate, quæ in scriptis conficitur testes debent esse subscripti. h. d. tota lex nostra. & fuit longus in summario, propter iuuenũ vtilitatem, vt melius intelligant tex. l. Potest, & breuius summari, videlicet; 1 † Ex eadem scriptura non potest quis contrariis remediis experiri, & contraria electione tolluntur, & ad hoc principaliter al- a legatur hæc lex, quæ est notabilis, & magistralis. † Modo antequam veniam ad oppositionem, pro declaratione tex. quæro exemplum principii legis. Respond. exemplum potest poni hoc modo. Testator dixit ita, relinquo Titio hæreditatem meã mortuo testatore, Seius frater testatoris possidebat hæreditatem tãquam legitimus hæres, vnde Titius hæres egit contra eum petitione hæreditatis, dicens se per dicta verba fuisse institutum hæredem: & fuit litem contestatus cum Seio, & produxit ad probandum intentionem suam septem testes: & quia non potuit probare eos fuisse rogatos, vel non potuit probare, nisi per quinque testes, iudex absoluit reum, ex quo testamentum non erat solemne: qui Titius cœpit considerare in semetipso, quod illa verba, relinquo Titio hæreditatem meam, prolata in voluntate minus solemni important fideicommissum ab intestato relictũ vt no. sup. famil. erc. l. quoties, & ideo vult agere contra dictum Seium vtili actione ex testamento, vt sibi restituat hæreditatem iure fideicommissi, quæritur nunquid possit? & respondetur, quod non. & est ratio, quia vnum contrarium consumit reliquum: & istud exemplum est quando agens nitebatur ex primo 3 gradu. † Modo pono aliud exemplum, quando nitebatur ex secundo gradu; verbi gratia substituo pupillo compendiose per verba communia, mortuo pupillo petebat hæreditatem pupilli tanquam substitutus directo, & agebat contra matrẽ, quæ possidebat; sed iudex causæ inhærens communi opinioni gl. absoluit matrem, eo quod substitutio erat fideicõmissaria: vnde substitutus hoc videns, vult petere bona patris iure fideicommissi, quæritur nunquid possit? & respondetur, q non. Quid ergo dices, si is, cui est relicta hæreditas per verba communia, eligit viã directam per errorem facti: verbi gratia, quia bene interfuerunt septem testes, & rogati, sed vnus eorum erat infamis, & hoc latebat scriptum hæredem: certe probabiliter dici potest, q sibi non præiudicet, propter iustum facti errorem, vt ff. de inoff. test. l. mater decedens. vnde lex nostra intelligitur in tribus casibus. Primus est, quando eligit scienter. Secundus, quando errauit in iure. Tertius, quando errauit in facto, sed supine. Si autem errauit in facto probabiliter, talis error etiam in mero lucro non debet nocere, vt ff. de acq. hær. l. Clodius, & ar. ff. de pet. hær. l. legitimã. & facit quod no. Cy. in l. j. s. de fur. in 7. q. & est arg. ff. quan. actio de pec. est anna. l. quæsitum. Alij dicunt, q in lege nostra est speciale, vt etiam probabiliter ignorans sibi præiudicet: quia circa eandem scripturam vltimæ voluntatis erat sibi contrarius. Itẽ quia debuit plene deliberare, antequam curreret ad agendum, sed prima opinio verior est, & eã approbat Iac. Bu. expresse in d. 4 l. 1. sup. de fur. † Declarato itaque tex. veniamus ad oppositiones contra istam partem. & primo sic. Vbi mutatur causa, & actio, non obstat rei iudicatæ exceptio; siue mutetur ex parte agentis & rei, siue ex parte rei, & non agentis; siue ex parte agentis, & nõ rei, vt sup. ad exhib. l. neque. & s. de pet. her. l. hæreditas materteræ. & ff. de excep. rei iu. l. cum quæritur. Sol. hic non præiudicat b sñia, sed electio. b & hoc facit ratio contrariorum, & hoc patet; quia etiam ante sententiam est ei præiudicium, vnde si vellet cedere liti, & denuo eligere non posset, nisi esset de personis excep-5 tis, J. in §. pen. ibi, vel certe, &c. † Secundo opp. & videtur, q nec vi electionis, nec vi suæ præiudicet, vt sup. de inoffic. testamen. l. eum qui. & l. contra maiores. Sol. ibi sunt actiones contrariæ ad perimendum, hic ad consequendum. Hæc solutio nõ placet gl. quia non ponit rationem diuersitatis. & ideo gl. respondet in lege contraria, q vtraque via est æque potens; hic vna via erat directa, & altera obliqua, & subalterna. via enim directa est potentior & fortior, & ideo non ita de facili tollitur. Sed hæc solutio non placet; quia sequeretur, q electa primo loco via fideicommissi, nõ esset sublata directa petitio, quod est falsum, vt hic. ibi, vnius electione, &c. & ideo secundũ Oldrad. dic, q in illis legib. erat contrarietas in origine, sed in effectu concludebatur ad idẽ, scilicet ad reducendam rem ad causam intestati; sed hic concludebatur contradictorie, vt ff. de reg. iu. in l. ius nostrum. nam ista sunt contradictoria in origine & in effectu esse testatum & intestatum; & esse institutũ & fideicommissarium, & non põt negari, quin ualde differant. Sed in l. contraria ex qualibet uia hæreditas

ADDITIO.

a Item testamentum. No. secundum Ang. quod exceptio, tu allegas contraria, impedit litis ingressum, quia non debet audiri, nisi prius soluantur contraria. Phi. Dec. Electio. Quando autem electio viæ vnius & actionis inducat renunciationem alterius, uide apud Spec. de arb. §. 8. uer. quid si compromittitur, & de instr. editi §. 13. & de act. seu pet. uer. §. 8. uer. no. Et adde, q electione iuris incõpetentis, nõ inducitur renunciatio competentis, quod quis sibi competere ignorabat, ut per Bar. in l. mater decedens, ff. de inoff. test. sed nec quod competere etiam sciebat, ut p eundem ibidem, & in l. Clodius, ff. de acqui. hære. Aduerte tamen quod ubi actio electa est præscripta, rediri potest ad aliam non præscriptam, etsi ita se haberent, ut una electione altera tolleretur, ut per eundem Bal. in l. si prædium, C. de ædilit. act. cui adde Alexand. in l. quod in hærede, §. eligere, ff. de tribu. Qui tamen a lege electionem habet, libere uariare potest, ut tenet Ioann. de Imol. in l. eum, qui de uerb. oblig.

ditas defertur ab inteſtato directo, & finis eſt idem, licet modi ad finem ſint contrarij, ſecundum Old. vel in legibus contrarijs nititur agens ex diuerſis factis. hic autem ex eadem ſcriptura, & ex eodem facto, & hęc eſt vera ſo. quam ponit glo. quæ incipit ratione electionis, ver. ſi vero directo. Tertio *a* ad idem oppo. de l. Aurelius, §. fi. ff. de lib. leg. Sol. ibi vna cauſa erat teſtamentaria, & altera extra teſtamentum. hic autem vtraque cauſa erat ex teſtamento, ſeu ex eadem vltima voluntate, & ſic non obſtat. Item ibi actione ex contractu non fuit intentata vltima voluntas: vnde cum non fuerit in iudicio incluſa, merito non præiudicat in ipſa. † Quarto op. *b* tu dicis, quod ideo hic repellitur, quia tuebatur ex eadem ſcriptura contra. Imol. & ſi nulla ſcriptura interuenit, in idem eſt, vt j. in ver. tantū. ibi, ſiue ſecundum nuncupationem. nam ille tex. pręſupponit, quod non interuenit ſcriptura, vt ſ. de inc. tab. l. 2. Sol. concedo, nec glo. ponderat ſcripturam, vt ſcripturam, ſed vt idem factum; & circa hoc principium me vlterius non extendo opponendo, vel diſtinguēdo, quia plene dixi in d. l. 1. ſ. de ſut. † Sed vnum ſolum quæro, quid ſi teſtator per ſe fecit teſtamentum, per ſe id eſt ſeorſum, fecit codicillos diuerſis locis & temporibus, & in teſtamento me hæredem inſtituit, in codicillis vero iuſſit ab inteſtato hæreditatem mihi reſtitui, deinde elegi vnam viam, & ſuccubui: nunquid potero ad alteram redire? glo. notabiliter dicit, quod ſic. Eſt ergo conſilium, quod in diuerſis & ſeparatis voluntatibus fiat inſtitutio, & relinquatur fideicommiſſum; & non ſub eodem cōtextu, & tenore. glo. tamen non probat iſtum ſuum dictum. Quid enim ad rumbrum diuerſitas loci, vel temporis cum ita plures ſint vltimæ voluntates, id eſt teſtamentum & codicillus, cum eodem tēpore fiunt, ſicut cum diuerſis? Preterea quid ſi non apparet, an eodem tempore, vel diuerſis, quia non fuit inde confecta ſcriptura, nec teſtes interrogati ſuper tempore? Dicam ergo ſi agens habet ſcientiam vtriuſque diſpoſitionis, vtrobique ſit idē. tamen vbi eſt diuerſitas loci & temporis, facilius poteſt ignorare factum, & tunc ſibi non præiudicat. facit quod no. ff. de libe. leg. l. cum hæres, & de tranſact. l. non eſt ferendus. Sequitur in uer. tantum enim. † Oppo. & uidetur, quod non ualeat vltima voluntas, quæ implicat contraria, vt in l. ubi repugnantia. de regu. iur. ſed cum teſtator dicit, ualeat iure teſtamenti, & codicillorum, implicat contraria: ergo non ualet diſpoſitio. Solut. quoties copulatiua *c* ponitur inter duo, quæ ſe non compatiuntur, naturam diſiunctiue aſſumit, ut ff. de uſufru. le. l. ſi Titio. & de verbo. oblig. l. qui Romæ, §. Flauius. & de uerbor. ſignifica. l. ſępe. ſecundum Oldra. non ergo loquitur teſtator in eodem caſu, ſed in diuerſis: nam ſi quidem non poteſt ualere utroque modo, tunc uidetur inſtituere tantum, ſi eligatur inſtitutio. uel ſideicommittere, ſi eligatur fideicommiſſum. Si autem poteſt ualere utroque modo, intelligitur teſtatorem dixiſſe, ſi non ualet hoc, ualeat illud; & ſic in diuerſis caſibus exponitur ſcriptura; quia nulla eſt ibi aduerſatio, ſed caſuum ſeparatorum ſeparatio. & per hoc etiam non obſtat l. ſcripturę, ſ. de fide inſtrumen. † Ex prædictis apparet, quod ſi teſtator dicit, ſi filius meus morietur, talem inſtituo, & ſubſtituo, directo & per fideicommiſſum, quod tale teſtamentum ualet. ſi quidem poteſt utroque modo ualere, eſt electio ſubſtituti; ſi autem non poteſt niſi uno modo ualere, licet proprie non cadat electio iuris, tamen cadit electio facti, qua electione facta (ſiue in figura iudicij, ſiue non in figura iudicij, dummodo apud acta) non patet regreſſus ad alteram uiam, ut hoc uerſi. & uer. itaut. & uer. illo. & ſic debet intelligi ff. ad Trebel. l. recuſare, §. Titius. & l. ſi quis ſeruo, de manu. teſta. quod tene menti. † Secundo opp. dicitur hic, quod in exordio litis tenetur actor eligere, ex quo apparet, quod reus non tenetur recipere libellum, nec ei reſpondere, niſi actor prius eligat, contra, ff. quorum legato. l. 1. §. quia autem. Sol. ibi eſt culpa rei, non actoris. † Sed hic quęro, utrum ſicut ibi procedit incertus libellus, ita poſt litis conteſtationem procedat incerta petitio? & dic, quod ſic, ut not. Inno. extra de reſcrip. c. ex patre. Notabis ex hoc tex. quod ſi libellus eſt ſemel declaratus, non habet locum pœnitētia, concord. quod no. ff. de uerbo. obliga. l. quicquid aſtringendę. † Venio ad uer. ita ut. & quęro, quid intendit iſta litera; cum enim bonorum poſſeſſio non detur fideicommiſſario uniuerſali, quod eſt opus ſpecificare, quod iure directo petit, cum non poſſit uiſi eo, & uno tantummodo peti, arg. de li. & poſthu. l. 2. primo reſpon. ibi, ſi modo utucua ſit.] Reſpond. capone literam, quæ dicit, propoſitum ſuæ intentionis explanetur. Supple quia uidetur explanare eo ipſo, prout refers te ad bonorum poſſeſſionem, quę iuris eſt. ſed prout refers te ad bonorum poſſeſſionem petitam ex more, id eſt ſecundum formam. l. edicto. tunc bene cadit electio; quia iſtud beneficium quādoque datur fideicommiſſario vniuerſali, vt cum poſſibile ſit agi pluribus modis: & pluribus modis poſſit petitio actoris interpretari, ne procedatur in æquiuoco, debet declarari & eligi certa via & forma, vel forte intellectus *d* huiuſce eſt, quod non pręiudicet ſimplex agnitio bonorum poſſeſſionis, quod nulla eſt, ſi teſtamentum eſt nullum: ſed pręiudicat poſtea ſubſecuta petitio hęreditatis, & ſi talis petitio formetur generaliter, & indiſcrete, debebit explanari, & eſt arg. quod generali poſitioni non ſit reſpondendum, niſi declaretur. † Oppo. contra, iſtum ver. nam hic dicitur, quod poſſeſſorium præiudicat petitorio, contra. j. de ſen. l. poſt ſententiam. Sol. interdum poſſeſſorium eſt contrarium petitorio, & tunc præiudicat petitorio ratione contrarietatis, & electionis, vt hic. Interdum non eſt contrarium, ſed præparatorium illius, vel ſeparatum ab illo; & tunc non præiudicat, quod eſt not. Item not. *e* hic meliorem tex. *f* qui ſit in iure, quod fideicommiſſarius vniuerſalis interdum habet beneficium diui Adriani, ſcilicet vbi facta eſt ſibi reſtitutio ex Trebelliano, vel vbi nō indiget *g* fieri, quod eſt vbicunque non requiritur aditio hæreditatis, ut ad pias cauſas, & vbi eſt prohibita falcidia: nam iſti ſunt duo caſus, in quibus nō requiritur. quod hęreditas ſit adita ex teſtamento, nec ab inteſtato, ut dicam j. de fideicomm. l. eam quam, unde officio iudicis fit executio, vt ff. de peti. hæredita. l. hæreditas, in fine. Certe his caſibus videtur idem in legatis particularibus, ſi eſt legatum hęreditarium corpus, per d. l. hæreditas. quod eſt not. Venio ad uerſi. illud quoque. & oppo. dicitur hic, quod ſi teſtator voluit teſtari, & hoc implere nequiuit, quod uidetur deceſſiſſe inteſtatus, & tale teſtamentum non ualet iure codicillorum; tum quia eſſet tranſducere vnam ſpeciem vltimę voluntatis ad aliam ſpeciē; quod non licet, niſi teſtatori. Contra, nam, & ſi fuit codicillaris clauſula, non videtur ualere, ut l. fideicommiſſa, §. 1. de leg. 3. Solu. ibi erat imperfectus conſenſus teſtatoris, hic autem erat perfectus, & explanatus, ſed erat in extrinſeca ſolennitate defectus, ut dixi ſ. de teſtamen. l. iubemus. Et eſt ratio, quia vbi deficit conſenſus, deficit ius naturale, ſed vbi deficit extrinſeca ſolennitas reſpectu teſtamenti, non deficit ius naturale, quinimo nec ciuile reſpectu codicillorum, vt j. eod. §. in omni. † Nunc aliqua de clauſula codicillari annectamus, vnde pmitto, quod clauſula conſueuit apponi in ſubſidio, ut id, quod non ualet, nec ualebit iure directo, & potiori, valeat ſaltem iure obliquo; veriſimile eſt, quod teſtator ſemper velit voluntatem ſuam tueri, & id diſponendi genus eligere, in quo intentio ſua magis ſaluetur, ut ff. de milit. teſta. l. ſi miles, qui deſtinauerat. Quandoque tamen dicta clauſula apponitur ad electionem cedendam ad beneplacitum honorati, & non in ſubſidium, ut dicto §. Titius. & hoc poteſt perpendi ex uerbis, & mente teſtatoris; nam ſi dicta clauſula incipit a conditione negatiue concepta. ut ſi nō ualeret, &c. certum eſt, quod dicta clauſula eſt ſubſidiaria. Si autem incipit a copulatiua diſpoſitione, vt quia teſtator dicit, ualeat iure teſtamenti, & codicillorum. Si quidem poteſt vtroque modo valere, datur electio: & tunc dicta clauſula non eſt ſubſidiaria, ſed ampliatiua, id eſt electiotus collatiua, quia fauor eſt habere plura remedia. Si uero non pōteſt, niſi vno modo ualere, tunc eſt ſubſidiaria: non ex natura clauſulæ ſic formatæ, ſed ex ipſius actus natura: quia ſecundum viam teſtamenti non habet debitam ſolennitatem. † Secundo præmitto, quod clauſula codicillaris tripliciter formatur; vno modo per copulatiuam coniunctionem, cum teſtator dicit, uolo valere iure teſti, & codicillorum. Secundo modo per diſiunctiuam, ut cum dicit, uolo valere iure teſtamenti, aut codicillorum. Tertio modo per cōditionalem, ut cum dicit, ſi non ualet, &c. Tertio præmitto, quod † quando clauſula reſtringitur, quia conditionaliter proferitur, tempus uerbi eſt conſiderandum; ideo enim tempora ſunt diſtincta verbo, ut commode utamur uerbo ſm tempora: nec. n. debet poni tempus pro tempore, niſi ex neceſſitate, & hoc per figuram, vt legitur, & notatur ſupra de infam. l. ſi Poſſidonium. † Sunt autem in uerbo tria tempora principalia, ſcilicet pręſens quod ſignificat actum in pręſenti. Item præteritum perfectum, quod ſignificat actum uerbi receſſiſſe a tempore. Item futurum quod ſignificat actum acceſſurum tempori. Eſt, & præteritum imperfectū, cuius initiū iam fuit, ſed finē non habuit. Eſt, & præteritum pluſquam perfectum, quando tempus per extraneum actum

ADDITIONES.

a Tertium. Circa iſtum uer. & ſequentem uide Ro. in l. Clodius, ff. de acq. hæredita.
b A. B. Quarto opp. In gl. in uer. ex more, no. ſing. illam glo. ſecundum Ang. qui eligit iudicium præparatorium, intelligitur eligere uiam iudicij pręparati, ſicut ſi ipſam actionem præparatam intentaſſet, quod tene menti perpetuo.
c A. B. Quoties copulatiua. Tene menti, quod ubicunque copulatiua ponitur inter duo incompatibilia, reſoluitur in diſiunctam. uide Bar. in d. l. Titio fundus.
d Intellectus. Caue quia tex. in hoc ver. uſque ad uerſi. illud. loquitur quando teſtamentum erat ſolenne, alias non differt a uerſic. illud ideo. ad oppoſitionem iſtius reſponde, ut facit gl. poterit.
e Item no. Vide gl. hic, in uer. ex morte.
f A. B. Meliorem tex. No. tex. meliorem de iure, quod fideicommiſſario uniuerſali competit remedium in l. fi. ſup. de edi. diui Adriani tol.
g A. B. Non indiget. No. quod in legato ad pias cauſas requiritur aditio hæreditatis, contrarium tenet Ang. in l. eam quam in repe. inf. de fideic. & in l. 2. ff. de fideicō. lib. & ibi eſt gl. ſing. uide glo. ſing. ſecundum Bal. in l. qui filio, ff. de hæred. inſti.

actum intra medium recessit ab actu interpretato per verba. de tempore autem præsenti, & præterito, & futuro habemus ff. si cer. pet. cum ad præsens. l. itaque De præterito imperfecto habemus ff. de iuridic. om. iud. l. si quis id, quod ver. quod si dū proponitur. De præterito plusquam perfecto habemus in pactis ex interuallo appositis, vt in l. iurisgen. §. quinimo. ff. de pact. & in violentia ex interuallo facta, vt infra ad leg. Iul. de vi. l. si quis ad se fundum. & vbicunque præscriptio, vel aliqua dilatio est necessaria: nam mora temporis post cōsummatū esse rei, est quædam plusquam perfectio. nisi absorbeatur ab aliquo obstaculo vt l. sancimus, s̄. de test. Respiciamus ergo verbum præsentis tēporis indicatiui modi, & quæramus circa ipsum aliquas quæstiones. Et primo quæritur, testator dixit, si non valet, &c. Nunquid si testamentum valuit a principio, sed postea fuit ruptum vel irritum, an dicta clausula aliquid operetur; & videtur distinguendum. Nam si quidem ante mortem testatoris est ruptum clausula operatur. Si autem post mortem testatoris est ruptum, tunc clausula testatoris nil operatur. Et est ratio: quia uerba præsentis temporis trahuntur ad tempus mortis, ex iuris interpretatione, ut ff. de testa. tute. l. tutoribus. de leg. 1. l. talis scriptura. & de hær. inst. l. qui soluendo. In contrarium videtur, quod præsens non trahitur ad futurum: nam conditio de præsenti non suspendit, vt ff. de iniu. testa. l. cum in secundo. vnde si est vera, dispositio est pura: sed si est falsa, dispositio statim est nulla, & hoc approbat Dy. & oēs, ar. l. cū stipulemur, & l. si a colono, de uerbo. 18 oblig. † Et per hoc apparet, quod dicta clausula præsentis temporis nihil operatur si posthumus præteritus postea agnoscit, vel hæreditas non aditur. Sed a principio testamentum est nullum, tunc dicta clausula operatur. Circa quod tamen breuiter distingue, aut est nullum ratione intestabilitatis: & tunc nil operatur, de leg. 3. l. 1. §. si filius, & l. ferendum, de lega. 1. Aut ratione incapacitatis: & tunc aut incapacitas est in grauato, & operatur, vt J. de fideicommiss. l. eam quam. Aut in honorato, & tunc nihil operatur: quia qui non est capax ex testamento, non est capax ex codicillis, arg. ff. de proba. l. qui testamentum, & in l. cum quis decedens, §. Titia, de lega. 1. Aut est nullum ratione deficientis solennitatis testium. & tunc operatur, vt no. in authen. ex causa, & hic, & in l. codicillis, §. fina. de lega. 2. Aut ratione præteritionis iam nati & sui, & hæc est magna quæstio, secundum Iacob. Butri. nam testamentum inspecto iure prætorio ualet, & sic inspecto iure prætorio conditio est falsa: sed inspecto iure ciuili, non ualet, & sic conditio est vera. & ideo remanet dubium, vtrum inspiciamus ius ciuile, an prætorium. Sed tu audacter dic, quod hoc declarabit euentus de futuro: nam si præteritus testamentū reprobet, apparet, quod clausula fuit retro uera: si approbet, apparet quod clausula fuit retro falsa. unde exitus acta probat: & quod postea contingit, in præteritum æstimatur, vt ff. si certum peta. l. proinde, arg. ff. ad Syllania. l. si exhæredatur. Aut non valet ratione præteritionis emancipati, & tunc est dubium. E contra ad præcedens, cum hoc testamentum valeat iure ciuili, quāuis de iure prætorio possit expugnari: dicas tamen, si est in quæstione superiori, quod effectum rei inspicimus, quia fingit retro: & ideo expugnato testamento per contra tabulas, haberet locū clausula codicillaris quo ad hæredis institutionem deuoluendam in fideicommiss. sed quo ad certa capitula satis est prouisum per authen. ex causa, vt ibi dixi. Sed quæro de tali quæstione. Testator posthumum prætermit, extraneum instituit, & adiecit clausulam si non ualet, &c. natus est posthumus, & decessit, postea uiuo testatore, quæro vtrū dicta clausula aliquid operetur? & dic quod non, quia conditio est falsa in principio, & in fine. vnde nō potest agi ex clausula codicillari, & si agatur ex ea, 19 agitur inepte: tamen inepta † petitio præiudicat aptæ petitioni ratione contrarietatis, vt in l. nostra, quod est no. dignum. Deinde respiciamus verbum futuri temporis, si nō ualebit, &c. vn- 20 de primo quæro, † quæ est natura temporis futuri: pone enim, quod testamentum nunquam valuit? Respondeo, satis comprehenditur sub clausula, quia quod non ualuit, nec ualere potest. certe cōcluditur sub uerbo futuri temporis: quia potest aliquid nunquam ualere, ita quod omnis oratio negatiua sub quocunque tempore prolata, est uera. nam verum est dicere impossibilia nunquam erunt, sicut verum est dicere, nunquam cœlū digito tangam: & tamen loquor in futuro tempore. de verb. obli- 21 gat. l. impossibilis, & de actio. & obligatio. l. non solum. † Sed a quæro nunquid a ista clausula, non valebit, &c. operetur, quando testamentum rumpitur in præteritione posthumi, & dixi, quod sic, in auth. ex causa nisi erronea opinio nō habendi posthumum causam finalē dederit legato, & hoc probetur: alias præsumitur quod implicite uoluerit includi omnes casus, qui possunt includi sub generalitate uerborum. & ita tenet Dyn. dicēs, quod in præteritione posthumi talia uerba futuri temporis operantur. Sed Nico. de Mata (cuius opin. attribuit sibi Barto.) distinguit inter scientem, & ignorantem, & nihil dicit de eo, qui de hoc ñ cogitauit, quod si cogitasset, forte aut sciuisset, forte aut errasset? & ideo dic, vt dixi in authen. ex causa. nam in dubio debemus recurrere ad voluntatem legis, quæ est, vt sequamur verba testamenti, postquam mens testatoris in contrarium fuisse non probatur: quia mens legis in dubijs casibus seruāda est, nisi mē testatoris in contrarium probetur, ar. ff. de le. 1. licet Imperator. nam in dubio standum est verbis, vt in l. alij. de vsufr. le. ibi quia interdū plus valet scriptura, &c. Nec ob. sup. de testam. mil. l. si cum vel in vtero. quia ibi testator non prospexit casum testamēti rumpendi: hic sic, propter clausulam codicillarem. Item non ob. l. si vnquam, J. de reuo. don. quia ibi nec donator prospexit casum, in quo donatio rumperetur. Item non ob. l. is qui. de iure codi. quia ibi nomine proprio, vel pronomine fuit certa persona grauata; sed hic omnis persona verbo & clausula generali includitur, & licet Nic. & Bar. moueantur æquitate rei; tamen hoc non sufficit, nisi verba testamenti possint in illam æquitatē sonare, vt ff. ad Treb. l. qui filium, §. 1. ver. Imperator. & ff. de hære. instit. l. talem, in fi. & de leg. 2. l. omnibus, in prin. Deinde respiciamus verba temporis præteriti imperfecti subiunctiui modi, 22 vt quia testator dicit, si non valet &c. † Et quæro, vtrum includat tempus præsens, si non valet, &c.? & dic quod sic; quia eius verbi significatio partim præcessit, inde dicitur præteritū, quod etiam extenditur ad præsens, quia non est præteritum finitum, 23 sed est in fieri. † Secūda quæstio est, an extendatur in futurum? & dic quod sic, quia omne imperfectum tēdit i futurum. sequitur ergo exposita eius significatione præteriti, & futuri, quod idem est dicere, si non valeret, &c. ac si diceret, si non valet, vel valebit, &c. secundum Iac. de Are. Nic. de Ma. & hoc tenet Bar. 24 ff. eo. l. 1. in 7. q. † extra quæro, testator in codicillis hæredē instituit coram septem testibus rogatis, & adiecit, quod volui institutionem valere iure codicilli, & iure cuiuslibet vltimæ voluntatis. Modo certum est, quod nō ualet iure codicillorum ī vim institutionis, modo quæritur quid iuris? Respondet Bar. quod per ista verba non trahitur codicillus ad testamentum: sed ad alias vltimas voluntates minus solennes, quod sit testamētum, ar. l. fi. § cui dulcia. de vino trit. & oleo leg. & in c. a. de proc. in cle. ita no. ipse. ff. eo. l. in vlt. q. Tu dic, quod ualeat iure testamenti, nec nocet imperitia b testatoris, qui testamētum appellauit codicillum, cum intentio sua fuerit habere hæredem, & omnia sint solemniter 25 acta, vt no. ff. de reg. iur. l. si librarius. † Sed pone, c quod testator dixit, si nō ualuerit iure testamenti, volo, quod ualeat iure codicillorum, vel sic, uolo quod ualeat iure testamenti, uel iure codicillorum, vel iure testamenti, & etiam iure codicillorum, & postea aliud fecit testamentum, in quo alium fecit hæredem; nunquid per prædicta verba posita in primo testamento ille, qui est scriptus in primo testamento, poterit quasi ex fideicommisso petere hæreditatem ab eo, qui scriptus est in secundo; quasi primum valeat iure codicillorum, & directa institutio trahatur ad fideicommissum? & uidetur quod sic, argumen. ff. de iniu. test. l. posthu- 26 mus, §. fina. & Insti. qui. mo. test. infir. §. posteriore. † Econtra quod non: quia talia uerba, uel ualeat iure codicillorum, &c. communiter dicuntur, vt prouideatur in causam intestati, & non in causam alterius testamenti, vt s̄. de testa. mil. l. si miles, qui destinauerat, §. 1. & consideranda est causa eorum, quæ dicuntur. vt ff. de admi. leg. l. legata inutiliter. Item cum primum sit per secundū ipso iure reuocatum, vt s̄. de test. l. sancimus. mettto verba prorogatoria in eo posita intelliguntur reuocata, vt ff. eo. l. diui. §. hæc, & l. conficiuntur, § fi. Item quia talia verba pendēt ab ipso primo testamento quo ad voluntatem testatoris subsequentem: & ideo sublato eo per voluntatem subsequentem, ea etiam quæ in eo scripta sunt, non valent, vt hic, & ff. de iniu. test. l. nam & si sub conditione, §. fin. & ideo in hoc casu illa verba non debent aliquid operari. Et istud credo verum per rationem prædictam, licet in hoc multa possint allegari pro & econtra, secundū Nic. de Mat. hic in lec. & ita publice disputauit, & viua ratione probatur hoc. Nam omnes codicilli aut sunt ex testamento, aut ab intestato. primo casu rumpitur per secundum testamētum, in secundo casu causa intestati excluditur per causam testati, er- 27 go &c. † Sequitur versic. u. si quis vero. Et præmitte, quod pluribus vijs contrarijs potest aliquid impugnari: sed vna via non potest impugnari, & alia contraria approbari: sed nec duabus vijs potest approbari, si sint contrariæ. Fallit si certatur de damno, 28 vel quasi damno, vbi error iuris non nocet, vt hic. † Sequitur ver. in omni. No. ex glo. quod mulier potest esse testis in codicillis, vt ff. de testament. l. qui testamento, §. mulier. tamen si codicilli fiunt in scriptis, debet talis mulier esse literata, quæ se

sciat

ADDITIONES.

a An. Bar. Sed quæro, nunquid. Vide in consi. apud Bonon. ubi consului, quod operatur, existens Ferrariæ, & se subscripserunt omnes Doct. Ferrariæ & Paduæ.

b Imperitia. Vide Bal. in l. testamentum, in prin. sup. de test. & in l. quærebatur, ff. de test. mil. & quæ dixi post Bal. in l. non codicillum, sup. de testam. & Ange. omnino in l. illud, § tractari, ff. de iure codicil. & Bal. in l. Imperator, in fin. ff. de statu hom. & Ang. hic in fi.

c Sed pone. Vide Bal. in l. 1. inf. de fideicom. li. & eundem Bal. & alios in l. posthumus §. fin. ff. de iniu. test. & in l. Titia, ff. de mort. ca. ta.

9 sciat subscribere. † Quæro, quare in testamento requiruntur testes rogati? Rñ. quia testib. rogatis magis creditur, cũ fides eorũ sit electa, & approbata a testatore. Quare ergo non creditur vni testi, vt ff. de dote prælegata l. Theopompus? Respondeo, ibi erat testis voluntatis exequendæ, non voluntatis solẽnizandæ; vnde illa lex nihil facit ad materiã, quia ille Pollianus fuit electus a testatore in testamento solemni, tanquam executor, vt ibi patet.

De legatis. Rubrica.

LEX PRIMA.

1 *Dictio, quoad, donec, quandiu, & similes, faciunt conditionem.*
2 *Conditio, si cum hærede steterint, non extenditur post mortem.*
3 *Legatum non deficit causa finali expirante.*
4 *Legatum factum ob causam, determinatur secundum causam.*
5 *Conditio morãdi, an distingui debeat, cuius contemplatione sit apposita.*
6 *Legatum non debetur post mortem hæredis, si in dubio appareat conditionem esse appositam.*
7 *Ordinari dicitur fauore alicuius, quod fit eius fauore principaliter, & non secundario.*
8 *Maritus si vxori reliquit alimenta, an debeat operari hæredibus viri.*
9 *Mulier, cui maritus reliquit alimenta, hæredibus mariti tenetur præstare operas obsequiales & non artificiales.*
10 *Mulier qualiter potest probare stetisse in domum hæredum mariti.*
11 *Mulier si non potest morari cum hæredibus viri, an debeãtur ei alimẽta.*
12 *Mulier si cum hæredibus viri non potest morari sine sinistra suspicione, an debeat habere alimenta.*
13 *Hæres soluens dotem mulieri, videtur renunciare conditioni pro se appositæ.*
14 *Verba secundum statutum & conditionem personæ debent intelligi.*
15 *Mulier perdit legatum a viro relictum, si secundo nubat.*

QVAMVIS. Legatum relictum sub mõ, debetur, si per casum impeditur legatarius adimplere. h.d. secundum Iac. But. & secundũ vnum intellectũ gl. & male: † quia dictio, quoad, donec, quandiu, & similes faciunt conditionem, vt l. pater Seuerinam, §. 1. ff. de condit. & demon. & l. qui concubinam, §. vxori, ff. de leg. 3. & no. in l. 4. de seruit. & ideo Bart. summat alio modo: videlicet, Conditio mixta a deficiens per casum, non facit legatum alimẽtorum deficere, h.d. Et est speciale fauore alimentorum, secus in aliis legatis sm Bar. & male; quia non est verum, quod in l. nostra conditio deficiat, sed non extendit se ad casum emergentem ex morte hæredis. hoc est dictum, quod testator noluit conditionem cohabitandi apponere, nisi in vita, nã non præsumitur testator ita fatuus, quod mãdauerit cohabitare post mortem. Et ideo illa cõditio ex natura sui restringitur, & limitatur ad tempus vitæ istius Claudij Iusti; sed mortuo Claudio remanet legatum, & non remanet conditio. remouetur igitur conditio pro certo tempore, & non remouetur legatum, sed magis purificatur. Et sic no. quod limitata conditio ad tempus non limitat dispositionem, cui non est interium tẽpus. Dico ergo, quod hæc lex hoc dicit in summa. Conditio † morãdi cum aliquo, intelligitur eo viuo: post eius mortem testator non censetur voluisse conditionem apponere; & ideo remanet dispositio ex tũc simplex, & sine conditione. hoc dicit. Opp. inf. de condi. inser. l. legatum. Sol. ibi erat conditio talis, quæ non poterat ex tempore diuidi, & ideo omni tẽpore erat annexa legato; hic vero erat talis conditio, quæ ex tpe diuidebatur, & quæ pro parte temporis b videbatur inserta, & parte non. † Secundo opp. de l. Seio. in princ. ff. de annu. leg. Solu. ibi relinquebatur contemplatione laboris, & operarum legatarij; & ista erat causa finalis, quia deficiente expirat legatum; quia diminuto labore, cuius contemplatione relinquitur legatum, diminuitur legati emolumentum secundum Dyn. † & quia quod legatur ob causam, determinatur secundum causam sibi annexam, vt ea. l. §. libertis, 2. respon. secundum Iaco. de Are. & sic, si doctor debet legere duas sedes, puta logicæ & philosophiæ, & non legit nisi vnam: vel debuit legere toto anno, & non legit nisi sex mensibus, debet habere salarium pro rata temporis. † Sed oppo. tertio, quod debebat distingui cuius contemplatione sit apposita morandi conditio, vt ff. de condi. & dem. l. illis libertis. Solu. fateor si constat de mente testatoris, sed in dubio debetur legatum. quia præsumitur apposita conditio in fauorem legatarij, vt no. Dyn. in c. imputari, & in c. eum non stat per eum. de regu. iur. lib. 6. Sed Bar. dicit, quod hoc non est verum, nam hæc conditio morandi, &c. nunquam apponitur, fauore legatarij, sed semper fauore hæredis; quia facilius est hǣdi præstare alimẽta in domo sua, quam extra domũ mittere ad domũ legatarij, ff. de transa. l. cum hi, §. in causa. & iõ dicit ipse, quod non debemus distinguere de fauore respectu cõditionis appositæ: sed de fauore respectu ipsius relicti, vt dicit tex. & etiam Dyn. in d. l. illis, libertis, & inf. et d. l. si legatarius, §. fin. si enim testator intendit principaliter prouidere hæredi, quantumcunque hoc prætextu eum grauet: tamen illud grauamen est potius prouisio, quia principaliter fit propter hæredem, vt ff. de condi. & demon. l. sed si hoc, §. fin. ibi, magis cura liberorum, &c. Sed certe etiam ipsa conditio quandoque apponitur fauore legatarij, cui expedit magis ibi morari, vt sup. communia vtriusq. iudi. l. possessionum, & ideo potes distinguere vtroque modo siue velis dicere, aut legatum est, &c. aut conditio est, &cæt.
6 † In gl. imo videtur, ibi, l. Caio. sed restat dubium. Quid erit in dubio voluntatis testatoris? vnde ego ad pleniorem doctrinam dico, quod si hoc constat esse dictum propter hæreditatem, non debetur legatum post mortem hæredis, vt d. l. illis libertis. infra. ff. de condit. & dem. & de annu. leg. l. Seio. in prin. & multo magis si legatarij mutari voluerint, vt inf. de conditio. inser. l. si ea. Si autem constat, quod tantum propter fauorem legatariorum hoc est dictum: tunc siue per mortem hæredis steterit, legatum durat, vt d. l. illis libertis, §. 1. & multo magis si per ipsum hæredem, vt ff. de condi. & dem. l. iure ciuili, & idem puto, si per ipsos legatarios steterit, vt inp. de legib. l. quod fauore. Si autem constat, quod propter vtrunque hoc est dictum; vt dubitatur quare sit dictum, & tunc si steterit per mortem hæredis, vel per eius voluntatem, etiam tunc durat legatum, si per legatarios, non durat legatum, vt hic, & ff. de ali. leg. l. Caio, §. 1. & de annu. leg. l. Mania. & l. annua in prin. & de leg. 3. l. qui concubinam, §. vxori. & inf. de condit. inser. l. si ea, secundum Nico. de Mat.
7 † Vnũ scias, c quod illud dicitur ordinari fauore alicuius, quod fit eius fauore principaliter, & non secundario, vt l. rogasti, ff. si cert. pet. ibi, & maxime, & quod no. ff. de eden. l. prætor. in prin. in gl. no. quod.
8 † Dubitatur, d si maritus relinquat vxori alimenta in domo, vtrum ipsa debeat operari hæredibus viri: puta filare, & texere pro eis: an vero possit expensis hæredum filare, & texere pro se ipsa? & videtur quod pro hæredibus, vt in l. sicut, ff. de oper. lib. nam in officio hæredum esse debet, & hoc videtur ibi gl. determinare. Sed Bar. dicit contrarium, quia nõ est super hoc grauata a testatore, vt ipse no. in d. l. Caio, §. fi. de alim. leg. Non ob. l. sicut patronus, quia non erant ibi alimenta legata, sed agebatur ibi ex legis dispositione; vnde debet sibi compensare lucrũ in alimentis, arg. ff. de lib. agn. l. si quis a liberis, §. sed si filius. & quod no. ff. sol. matr. l. si maritus in id.
9 † Tu dic, e quod operas fabriles, vel artificiales non tenetur præstare: sed obsequiales sicut facere lectum, coquinam, & portare aquam, si talia facere consueuit primitus tempore viri; non enim debet stare in domo, sicut corpus mortuum. Idcirco enim testator eam grauauit de stando in domo, vt aliquid operatur; vnde si non laborer, non manducet. f arg. ff. commod. l. in rebus. §. pen. & l. Seio, §. fi. ibi, sumptus, &c.
10 † Secundo g dubitatur, qualiter probare potest se in domo stetisse. Resp. eo ipso, quod ibi stabat, comedebat, & bibebat. Cæterum si alibi alebatur, non dicitur ibi stetisse, vt ff. de condi. & dem. l. si quis ita legauerit, dum vxor mea, in fi. nisi ergo sit commensalis, non dicitur morari cum filiis quod est notandum.
11 † Tertio dubitatur, quid si non potest morari cum ipsis propter eorum seueritatem, vel malos mores, & dic quod tunc ei talis conditio remittitur; vel tanquam impossibilis, vel tanquam turpis reijcitur, vt l. j. de condi. insti. & d. l. Caio, §. fi. & l. penul. ff. ubi pup. edu. debeat. per Iacob. de Are. & est arg. b quod si vir verberat uxorem, quod licitum est vxori fugere, & debet alimentari extra domum mariti, secundum Dyn. Idem no. Cyn. de neg. ge. l. quod in vxore, secus si discedebat propria culpa, ut not. extra de diuor. c. significasti. Item est argumen. pro scutiferis recessa dentibus propter nimios labores eis dlatos, secundum Oldra.
12 † Sed dubitatur, i quid si neuter est in culpa, & reuertor ad mare-

ADDITIONES.

a A. B. Conditio mixta. Nota, quod illa conditio, si cum hærede steterit, non extenditur post mortem, & de materia vide Bar. in l. qui concubinam, §. vxori de leg. 3. & l. Caio, §. fi. ff de ali. leg. & l. si ita, ff. de condit. & dem. & l. Seio de annu. leg. Ad materiam Bal. hic super illis alimentis, & in præteritis, & in futuris, vide elegans consilium Bar. incipiens, quædam sibi & suis filijs. vide Barto. in cons. 178. incip. quidam habens filios, vide Lud. Roma. cons. 188. quid possit exigi anno quolibet pro alimentis, & quod non possit agi contra legitimos pro alimentis super illo legato, quod habitet cum aliquo, vide Barto. cons. suo 16. incipien. Dominicus fecit testamentum.
b Temporis. Declara ex vltimo summario Bal. & satis recidit in idem cum sol. Pet. quam hic reprobat Bar. Raph. Cu. in legib. illis hic alle. tenet contra Bal. & etiam Pau. de Cast. hic, sed Ful. idem dicit quod Bal.
c Vnum scias. Vide in l. qui exceptionem, in prin. ff de cond. inde.
d Dubitatur. Vide Bal. in l. si donaturus, §. 1. ff. de condi. ob causam. & Ang. & Salic. hic.
e Tu dic. Vide quod no. Bal. in l. si vxorem, inf. de condi. inst. hoc sequitur Pau. de Ca. in diuortio. in prin. ff. sol. matr. & Sal. hic, quem vide, & post eum scripsi.
f Non manducet. Istud dicit glos. expresse in l. quamuis, in vers. denegandum. ff. de dam. inf. c.
g Secundo. Vide Bar. in l. si quis ita, hic alleg. & Ang. hic.
h Est ar. Vide per Bar. & alios in l. si cum dotem, §. si maritus, cum seq. ff. solu. matr.
a Sed dubitatur vide Bar & Doc. in l. diuortio, in prin. ff. sol. matr. Bal. in authen. hoc locum, sup. si secun. nupserit mul. & Ang. & Sal. hic.

materiam alimentorum legatorum in domo; nã hęredes sunt boni, & honesti, tũ vidua est pulcra, & non potest habitare cum eis sine sinistra suspicione. Respon. q etiam tunc talis cõditio ei remittitur tanquam turpis; quia habere malum nomen, & malam famam, est turpe, vt ff. ad Trebel. l. facta, §. si in danda. Si aũt cũ bona, & honesta fama possit ibi morari, talis conditio nõ re-
a mittitur. tex. est no. & vnicus in iure. Extra quæritur, a Maritus relinquit vxori alimenta; quandiu dotes suas non repetierit, modo accidit, quod hæredes sponte eam soluunt, sibi quæritur, vtrum sit finitum legatum? Bart. dicit quod sic, in l. amplius, ff. rem rat. hab. vnde dotem sibi oblatam ipsa non tenetur recipere, ne perdat legatum, arg. ff. de uerbo. obl. l. qui Romæ, in prin.
13 † In contrarium tamen facit, quia hæres, qui sponte soluit, & offert dotem; videtur renunciare cõditioni pro se appositæ: & ideo habetur conditio pro impleta, quia per hæredem stat quominus impleat, nec potest imputari vxori, cum acceperit, cum ipse hęres sponte obtulerit ei, vt ff. de leg. 3. l. fideicommissa. §. si
b rem. ver. maxime. Item quæritur, b pater mandauit filijs, vt tractarent matrem eorum honorifice eo modo, & forma, prout ipse pater faciebat; modo ista vidua vult ire ita polita, sicut in vita mariti, & cum pannis speciosis, dicens, quod suus maritus ita mittebat eam. Sed filij dicunt, q volunt eam inducere secundũ bonam, & communem consuetudinem viduarum, sed in reuerentijs intendunt eam summe tractare quæritur, quid iuris? Respon. per ista uerba non intelligitur testator mãdare ea præstari, quæ sui gratia ipse præstabat, vt compta iret, vt est tex. no. in d. l. Seio, in fi. Sed speciosa vestimenta præstabat maritus gratia sui, vt ff. comm. l. si vt certo, §. interdũ. dico, ergo congruentia, & vidualia deberi, ar. ff. de ver. obl. l. quidã cũ filium. Sed nimia, &
14 eximia non deberi, † quia verba debent intelligi secundum statum, & conditionem personæ, & maxime circa vestimenta, in quib. dẽnt differre digniores a cæteris, vt ff. de vsufru. l. si quid. §. sufficienter. & de vsu, & hab. l. plenum, §. equitij. Et idẽ dico de lectis; si enim vult lectum de serico, non conuenit viduæ vt no. in l. si vxori, §. fi. de auro, & argen. leg. per Iaco. de Arc. & aliqui
15 hẽnt per Dy. in l. librorum, §. fi. de le. 3. † Vltimo c q̃ritur. Testa-
c tor legauit alimenta, vxori in domo; modo ista mulier secundo nubit, & virum sm̃ ducit, vt s̃. sol. matr. l. si ignorans; modo filij pp hoc expellunt eam quæritur vtrum dẽat hr̃e legatum? Rñd. testator cogitauit sociare mr̃em filijs, ipsa vero nubendo se dissociauit ab eis, vñ filii extraneũ admittere non tenẽtur, ẽr si honestissimus sit. nam de inhonesto ñ est qõ, vt ff. de vsu, & hab. l. non aliter. & ad hoc facit, quia nubendo cępit esse suspecta, vt l. lex, quæ tutores de admi. tu. & maxime. in educatione. Vnde pp mr̃em stare vr̃. quominus cum filijs moram trahat, quasi eorũ parum amico se iunxerit, arg. ff. de offi. pręfec. vigil. l. j. §. cũ pronus & s̃. vbi pup. edu. deb. l. 1. Quę. n. secundo nubit, magis viro, q̃ liberis studet. Et nõ perdere dẽt legatum relictũ cõtemplatione educationis liberorum, quos nubendo contempsit, vt d. l. sed si hoc, §. fin.

ADDITIONES.

a A. B. Extra quæritur. Si uir legauit alimenta uxori, donec non petierit dotem, & hæres offerat sibi dotem, an sint prohibita amplius alimenta, uide Ang. in dicta l. amplius, ff. rem rat. habe. ubi concordauit opiniones.
b Item quæritur. Vide l. pe. ff. de ali. & cib. leg.
c Vltimo vide Bal. in l. uoluntatis, inf. de fideicom. vide Sal. hic.

LEX II.

1 *Hæreditatis venditio non liberat hæredem.*

1
a **Quamuis.** Venditio † hæreditatis a non liberat hæredẽ, licet contra emptorem regressum habeat. hoc dicit.

ADDITIO.

a A. B. venditio hæreditatis, Hic Ang. refert tex. in l. 3 ff. ad leg. fal. quem bene nota

LEX III.

1 *Testator pignorando rem legatam, non uidetur reuocare legatum.*
2 *Testator si rem legatam permittit vendere hęredi, non per hoc extinguitur legatum.*
3 *Alienatio voluntaria an extinguat legatum.*
4 *Testator si legauit rem, vel eius æstimationem, an ualeat legatum.*
5 *Testator si rem legatam alienauit, deinde rem redemit, non redintegratur legatum.*
6 *Legatum extinguitur, si testator rem legatam uoluntarie alienauit,*
7 *Legatum censetur reuocatum, si testator nomen hæredis sui legauit.*
8 *Legatum non reuocatur per sententiam, qua debitor condemnatur ad petitionem creditoris legantis.*
9 *Legatum an sit extinctum, si testator nomen debitoris exigit, deinde sibi iterum mutuauit.*
10 *Legatum an sit extinctum, si testator legauit certam pecuniam, & ex ea emit aliquam rem.*
11 *Legatum quandoq; expirat, si testator, ostendat signa pœnitentiæ.*
12 *Actus necessarius nunquam ostendit pœnitentiam.*
13 *Legati nominis exactio praecedens, facit legatum non ualere.*

Qui post testamentum. Si testator pignorat rem legatam, non videtur per hoc in dubio reuocare legatum. h. d. In gl. aliud si ante. ibi, si res. Et quid in dubio, an præsumatur testator rem legatam obligatam sciuisse, vel non, uide quod ibi no. & dicitur in glo. In glos. secus si alio modo. ibi, aliud si vsusfructus alienetur, argum. l. 2. de condi. insti. In glo. vt Institu. de lega. ibi, sed ibi solui. subaudi secundum vltimam solutionem, quia in l. contraria donatio tenuit ab ipso principio. hic autem legatum tenuit.
1 Vnde non sic de facili reuocatur. † No. casum huius l. a quod
a testator pignorando rem legatam, non videtur reuocare legatum. simile Institutio. de lega. §. idem rescripserunt. Si vero alienat, distinguitur, an ex necessitate, uel ex uoluntate, ut glo. hic di-
2 cit, & bene. † Quæro b primo, quid si testator permittit hæredi,
b vt possit vendere rem legatam? Respondeo, per hoc legatũ non
3 extingui, vt l. post quam, § fin. ff. ut lega. nom. cauea. † Quæro secundo, an sit verum indistincte, quod alienatio uoluntaria legatum extinguat? Respondeo, ita demum est uerum, si res est tradita, vel pretium est receptum; alias solus contractus legatum
c extinguere non videtur, vt l. prædia, §. liberto, c ff. de fun. instru.
4 quod bene no. † Quæro tertio, testator legauit rem, vel eius æstimationem, an habeat locum supradicta distinctio? Respon. nõ. imo semper habet locum æstimatio, vt l. Lucius. de leg. 2. quod
5 no. † Quæro quarto, testator voluntarie alienauit rem legatam, deinde redemit eam, quæritur vtrum redintegretur legatum casus est not. q non, ff. de adi. leg. l. cum seruus. Fallit fauore li-
6 bertatis, ff. de manu. testa. l. verum. † Quæro quinto, d an dicta
d distinctio habeat locum in re legata sub conditione? Respond. non, imo siue voluntarie, siue necessarie alienet, legatum extin-
7 guitur, vt l. Stichum, qui meus erit, ff. de leg. 1. † Quæro sexto, testator legauit mihi nomen debitoris sui, deinde exegit illud, an sit reuocatum legatum? Respon. sic. Casus est in l. fideicommissa, §. si rem, ff. de lega. 3. nisi illam pecuniam apud se testator te-
8 neat, vt ibi secus si debitor sibi spõte soluat, ut ĩ fi. illius, §. Quæro septimo, an sola sententia, qua debitor condemnator ad petitionem creditoris legantis, reuocet legatum? Respon. non, nisi subsequatur exactio. text. est in l. nepoti, in fin. ff. de fun. instru.
9 † Quęro octauo, quid si testator exegit nomen debitoris, deinde sibi iterum mutuauit, an legatum sit extinctum, de quo uide p
10 l. Lucius, ff. de leg. 1. † Quæro nono, testator legauit certam pecuniam, deinde emit ex ea rẽ, an legatum sit extinctum. vide l. pater, ff. de adi. leg. & d. §. si rem, in fi. Quæro vltimo, quid si legauit nomen debitoris, contra quem egit, & adiudicata sunt sibi eius bona ex secundo decreto, an legatum sit reuocatum. Attẽ-
11 de † hic, nam legatum quãdoque expirat, vt quia testator signa pœnitentię ostendit: nam cum rem legatam sponte ad alium applicat, manifestum est, q vult adimere. Cũ enim vni attribuat, alijs negare videtur, vt ff. de leg. 1. l. quod in rerum, §. si quis post. & s̃. de procu. l. mantus. Quandoque legatum expirat rei legatæ interitu, vt quia legatur actio, seu nomen debitoris, & post legatum testator liberat debitorem, & tunc aut solutione eius, quod debetur, aut pacto vel acceptilatione. Primo casu, aut est cõsumptum, quod soluitur, aut extat. si quidem est consumptum legatum, extinctum est rei interitu. Si autem non est consumptum, tunc aut solutio fuit facta in re debita, & durat legatum: nã qui actionem legat, rem legare videtur, vt l. qui actionem. de re iud. sed illa res durat, ergo durat legatũ; sicut dicimus, quod q actionem cedit, rem cedere videtur, vt ff. de iu. do. l. si sponsalibus. & ff. de exceptio. do. l. apud Celsum. §. sis, cui. aut solutio fuit facta in alia re: & tunc in vniuersali legato non esset dubitatio, nam in vniuersalibus succedit vna res loco alterius, vt ff. de lega. 2. l. Imperator, §. fin. Sed in singulari legato est dubitatio, quia testator aliud pro alio exigendo, nouauit & peremit pristinam actionẽ, argum. ff. de noua. l. aliam, & inf. de sen. l. libera. In contrarium quia fecit, hoc ex necessitate cansatiua, quia aliter non poterat
12 exigere; sed † actus necessarius nunquam ostendit signa pœnitentiæ; ergo durat legatum, vt ab hærede peti possit res, quę loco actionis successit; nam cũ possit ab eo peti, quod cedat actionem, vbi potest actionẽ cedere, vt inf eo Lex legato nominis. ergo si non potest cedere actionem, cedat rem datam in solutum, ar. ff. de act. emp. l. Iulianus, §. idem Celsus. quare satis rationabiliter defenditur, rem in solutum acceptam per testatorem posse per

ADDITIONES.

a And. Bar. Nota casum huius legis. Nota, quod pignorando rem legatam testator, non videtur rem legatam reuocare, vide Bal. in l. rem legatam, ff. de adi. leg.
b Quæro. idem dicit hic Sal.
c §. Liberto. Bar. ibi non uidetur tenere hoc. Sal. hic se remittit ad ibi notata.
d Quæro quinto. Vide omnino Scriben. in l. h. ff. [illegible] & [illegible] leg. vbi de hoc est casus sing. Aliqui hic dicunt, quod l. Stichum. loquitur in alienatione extinctiua legati & conditionis, secus si non sit extinctiua legati, quia videtur durare legatum, & re uera est casus in d. l. scribit, in fi. allega. per Bar. ad hoc in d. l. Stichum, & ibi Imo. dicit tex. in d. l. Stichum, esse singula.

se per legatarium vendicari, sicut si pecunia debita fuisset soluta testatori, & adhuc staret in arca ipsius, vt d. §. si rem. Si vero testator liberauit debitorem gratis, tunc nulla est dubitatio, quod extinctum est legatum cedendarum actionum, arg. ff. de sol. l. Modestinus. In gl. secus, in fi. No. hanc gl. a quod si testator legauit alicui fundum, & postea sponte alienat vsumfructum inter viuos, quod videtur reuocatum legatum. Et est ratio: quia vsusfructus censetur pars rei, vt ff. de leg. a. l. is cui, & l. cum filius, §. dominus, & sicut per alienationem partis rei legatæ, sola illa pars reuocata videtur, vt ff. de leg. a. l. si ex toto & de fun. instr. l. tabernam, ita per alienationem vsusfructus, solus vsusfructus reuocatus videtur, secundum Oldr. & hoc, quando ex voluntate alienauit: sed si ex necessitate, nihil reuocasse videtur; quia quod iuris est de toto quo ad totum, idem est de parte quo ad partem, vt ff. de vsur. l. qui sic, in prin. ad hoc ff. de adi. lega. l. 2. ff. de verb. obli. l. qui vsumfructum, & l. Mæuius, §. fundo, ff. de leg. a. secundum Iac. de Bel. Extra quæro, testator credens habere debitorem, quem non habebat (quia soluerat eius procuratori) legauit ei liberationem, an valeat legatum? Et est tex. quod non, vnde † exactio præcedens legati nominis, facit non valere legatum, sicut extinguit exactio postea subsecuta, vt ff. de lib. leg. l. fi. in prin.

ADDITIO.

a No. hanc gl. Vide Bar. in l. rem legatam, ff. de adi. leg. & vide sup. in princip. & per Guil. de Cu. & Cy. hic, & Ioan. in c. filius, extra de test.

LEX IV.

1 *Principium in vltimis voluntatibus consistit in causa efficiente.*
2 *Codicillorum virtus conualescit, si testator in eadē volūtate perseuerat.*
3 *Principium dicitur deficere, quando est defectus mixta consideratione testatoris, & legatarij.*
4 *Testamentum dicitur nullum mixta consideratione testatoris præteriti.*
5 *Testamentum efficitur nullum, quando legatum est filio incapaci.*
6 *Testamentum vsurarij manifesti nullum, validum efficitur, si post testamentum cautionem de restituendis vsuris faciat.*

Seruis. Legatum seruo proprio sine libertate non conualescit ex superueniente libertate. h. d. Et est ratio propter regulam Catonianam, quæ ita diffinit, vt quod inspecto initio nullum est, ex superuenienti casu non confirmatur. ratio autem regulæ Catonianæ est, quia principiū est potissima pars cuiusque rei, & neque ars, neque natura pt facere sine principio, quod destruant ea, quæ post principium sunt, vt s. qui da. tu. pos. l. in vniuersis, vnde, qui destruat principiū, siue destruat finē, destruit totā rē, vt ff. de stip. ser. l. vsusf. & l. fi. ff. eo. in prin. † Scias aūt, quod in vltimis voluntatib. principiū cōsistit in cā efficiente. vnde si filius fecit testamentū, & postea emancipatur, non conualescit, quia legitimū principiū non habuit, vt ff. de le. 3. l. 1. §. si filius. idem si fecit codic. † In hoc tñ est dña, quia si post emācipationem perseuerat in eadem voluntate, & talis perseuerantia probetur per duos testes, virtus codicillorum conualescit: secus in testamento, quod non conualescit, nisi plena & integra solemnitas adhibeatur, vt d. §. si filius. Non ob. ff. de secū. tab. l. qui ex liberis, §. testamento, quia ibi habuit legitimum principium, & ideo facilius confirmatur quam id, quod de iure nullo principio munitur. † Item dicitur deficere principium, quando est defectus mixta consideratione testatoris, & legatarij, considera. n. persona testatoris, vitium est in principio. i. in causa efficiente & ideo non conualescit. vnde gl. hic posita male loquitur, secundum Cy. Si aūt est impedimentum ex persona solius legatarii, tunc conualescit, si ante mortem testatoris esset impedimentū, vt l. interuenit, de leg. pīl. & est ratio, quia legatarius non habet semper modum principij seu causæ; nam ipse nō est ordinator, sed ordinatus. principium ergo, quod consideratur respectu testōris, vel mixta consideratione, est id, quod pōderatur in regula Catoniana. Itē pōderatur principiū, quod est ex parte formæ & solemnitatis substantialiter requisitæ, vt ff. de testa. mil. l. Titius. † Prædicta tñ regula Catoniana fallit in l. filio, ff. de iniu. test. vbi testamentum est nullū mixta consideratione testatoris, & præteriti, & tamen conualescit de æquitate. † Item fallit, a quando legatur filio non capaci: nam licet sit nullum mixta cōsideratione testatoris & legatarij, vel hæredis, conualescit tñ impedimento cessante: & hoc fauore liberorum, vt no. in fi. de reg. Cato. præsertim si interueniat legitimatio, quæ est fauorabilis, & amplianda, cum sit patris & Principis donum, vt sup. de nat. lib. auth. nō si quis. † Itē fallit in testō vsurarij manifesti, qui post testm̄ facit cautionem, vt no. in c. q̄q̄. de vsu. lib. 6. Et est ratio benignitatis ecclesiæ, quæ non claudit gremium ad se redeuntibus, sed solum obstinatis & perfidis, vt sup. de hære. auth. idem de Nestorianis. Lapsis enim & errantibus subuenitur, perditis autem nil patrocinari potest clemētia, vt sup. de apostatis, l. hi, qui sanctam. & idē idem iuris in damnatis b ab ecclesia, & priuatis testamēti factione propter delictum commissum contra ecclesiam; vt eorum testamenta interim facta conualescant, si postea sint in integrū restituti, arg. ff. de iniu. test. l. si filio. in fi. & inst. de sen. pal. l. fi. Si autem sint mortui in eodem natione, hæredem habere non pnt, quia nulla bona in ciuitate reliquerunt, vt ff. de vul. sub. l. Ica Cornelia. ibi, quia non efficitur. &c. Item fallit d. reg. ff. eo. l. 2. §. sed & si extraneum. sed ibi nō, quia substitutio est conditionalis. at regula Catoniana non habet locum in conditionibus, vt ff. de leg. 1. l. cætera, §. sed si sub conditione.

ADDITIONES.

a Item fallit. Vide Bar. in l. 1. uer. uenio ad quartum, ff. de reg. Cato. ubi idem tenet.
b Damnatis. Contra Pau. de Cast. in l. si filius, ff. de test.

LEX V.

1 *Legatarius furtiue occupans legatum generis, an a legato debeat cadere.*
2 *Amittere actionem cum habeo possessionem, quid nocet.*
3 *Legatarius impune pt occupare legatum, si testator permisit ei occupare.*
4 *Legatarius, si est executor testamenti, potest sibi soluere.*

Non est dubium. Si legatarius rem legatā occupat cum vitio, denegatur ei legati petitio, & ius suum perdit. Vel sic. Hæres pp delictum furtiuitatis perdit quartam, quam alias in re illa legatario detraxisset, h. d. † Opp. de l. 1. §. rediguntur, ff. quorum lega. Sol. distingue, vt in glo. † Quæro nunquid hæc lex locum habeat in legato generis? Resp. dic vt no. ff. quod met. cau. l. extat. Secundo quæro, quid nocet amittere actionem, cum habet possessionem, vt no. s. de cōtab. l. posthumo. Rñdeo, quia perdit omne ius suum, vt no. ff. quod me. cau. l. sed, & partus. in vlt. gl. Tertio a quæro, quid si testator permisit legatario occupare. Rñ. pōt impune. vt ff. de le. a. l. Titia cū testator, §. 1. † Quarto quæro, quid si legatarius est executor testamēti? Rñ. potest sibi soluere. vt ff. de cōtrahen. emp. l. fistulas, §. fundum & adde quod no. s. de fur. l. de his.

ADDITIO.

a Tertio. De hac q. uide Bar. in l. legitimos, de leg. tut. & l. nemo potest, de le. 1. & l. 2. C. de pignor. Alex. in l. extraneum, C. de hære. insti. Pet. de lum. in l. legis, C. qui bo. ced. possunt. Et Barto. in d. l. Titia, §. Lucius, quod qualiter dicatur a testatore permitti, uide per Bar. in l. communia de leg. uer. erat, & quintum.

LEX VI.

1 *Substitutio vulgaris expirat per agnitionem primi legatarij.*

Si legata. a Substitutio † vulgaris expirat per agnitionem primi legatarij. h. d. Et idem est in pluribus expectantibus præbendas. Nam si prior acceptat, euanescit gratia quo ad illam præbendam, in posteriorib. expectantib. & quia totaliter euanescit, vt hic aperte dicit; non reuiuiscit per mortem acceptantis, vt ff. de suc. edic. l. 1. & j. de remis. pig. l. solita. b

ADDITIONES.

a Si legata. Idem tenet Io. And. in adi. Spe. in tit. de insi. edi. §. nunc uero aliqua, uer. sed pone, quædam mulier. refert fuisse dictum Iac. de Are. idem Ang. in l. Paulus, ff. de Tertul.
b A. B. L. solita. illam, l. solita, uide, quia est casus sing. secundum Bal. ib.

LEX VII.

1 *Res eadem legata duob. in diuersis orationibus, in legando secundo, non dicitur reuocata a primo.*
2 *Item dictio, quando cadit inter orationes, dicitur cadere inter capitula.*
3 *Error non uitiat in nomine proprio.*
4 *Nomina appellatiua de substantia rerum.*

Si Fortidianum. Coniuncti a re faciunt sibi partes per concursum, & error in nomine non vitiat, si de corpore cōstat. h. d. facit l. si in nomine, s. de test. † Quæro, quando legatur eadem res duobus in diuersis orationibus, nunquid in legando secūdo videatur reuocata a primo? Respon. non, nisi sit legata secundo, facta cōmemoratione primi legati. Nā si dicit, quod Titio legaui, lego Seio: translatum est legatum in Seium, vt l. sicut. de adi. leg. & hoc est verum: quia videtur loqui aduersatiue, ar. de cond. & demon. l. nō ad ea. ver. nisi. ibi, tunc enim, &c. Secus si diceret. Idem quod legaui Seio, lego Titio; nam dictio, item, est coniunctiua, non aduersatiua, vt ff. de leg. 3. l. in repetēdis. non tamen sunt tunc propterea verbis coniuncti, sed re tm̄. nam copula verbalis non habet locum, nisi quando plura substantiua copulantur vni verbo principali, quia copula verbalis exigit vnitatem orōnis, vt j. de cad. toll. l. 1. §. hoc ita tam uane. † Qn̄. n. dictio, item, cadit inter orōnes: tunc cadit inter capitula, quia sunt plura capitula quæ ipsa cōnectit. vnde quia vnum capitulum est de Titio, aliud vero est de Seio Titius, & Seius non sunt coniuncti uerbaliter; & hoc quando quolibet capitulum est perfectum. Secus si imperfectum copuletur perfecto, nam tunc est copula verbalis; verbi gratia, Dicit testōr, relinquo Titio fundum Plotianū. Item Seio eundem fundum. nam licet tacite intelligatur repetitum uerbum relinquo, vt l. cum pater, §. cum imperfecta, de le. 2. tamen tacitus consensus non attenditur in uerbali coniunctione, uel disiunctione alias legatarij semper essent disiuncti, cum enumeratione personarum tacite videatur diuisum inter eos, ff. de cōdi. & demon. l. cum fundus, quod est falsum, quia bene reperiūtur plures coniuncti re, & verbis, vt ff. de lega. 3. l. re coniuncti. † Secun-

ADDITIO.

a A. B. Coniuncti. Vide Bar. in d. l. non ad ea.

3 † Secundo quęro, *a* quare error in nomine proprio non uitiat, 4 & secus in nomine appellatiuo? Resp. quia intolerabilis est error nominis appellatiui, & quia nomina appellatiua tanquam naturalia mutari non possunt. Et est alia ratio subtilior, quia non potest res carere nomine appellatiuo quin careat esse: ecce enim ego sub nomine appellatiuo vocor homo, sub proprio vocor Baldus, modo si quis destruat nomen appellatiuum, non ero in 4 rerum natura, ut no. in procem. 6. lib. Nomina † ergo appellatiua, de quibus loquitur l. si quis in fundi vocabulo, sunt de rerum substantia; & ideo error in nomine vitiat, quia est error in substātia, ut ff. de leg. 3. l. patronus, §. Sempronio, & ff. de reb. dub. l. qui habebat. & adde quod dixi in l. fi. sup. de hær. inst. & quod no. Inst. eo. §. si quis in nomine.

ADDITIO.

a And. Bar. Secundo quæro An error in nomine proprio vitiet, vide Bart. & ibi glo. sing. l. si quis in fundi uocabulo, ff. de leg. 3. vide tex. no. l. fi. sup. de hær. inst. unde qd̄ no. gl. quæ reputatur sing. in l. qui extrinsecus, ff. de uer. ob. unde gl. & Bal. in l. quoties, ff. de hær. insti.

Secundo quæro. Vide Bal. in l. si in nomine, sup. de test. gl. & Doct. in l. 4. ff. de leg. 3. per Cyn. hic.

LEX VIII.

1 *Clericus declinans ab Episcopo à iurisdictione seculari, iurisdictionem secularem non dicitur declinaße.*

2 *Clericus quamuis protestetur declinare iurisdictionem secularem, tamen iudex secularis nil plus iurisdictionis habebit.*

Ab administratione. Qui propter militiam mandatū testatoris exequi prohibetur, non propterea perdit legatum. h. d. Et hoc est verum, siue fuerit conditio impossibilis, siue modus, siue cā finalis; quia causa finalis impossibilis de iure, non vitiat legatum; qd̄ est no. quod nō nocet *a* nolle ei, qui velle non potest. † Item no. arg. φ clericus *b* declinans ab episcopo, a iurisdictione seculari non dicitur iurisdictionem secularem declinasse. Idem si habitus & tonsura declinent pro ipso, vt no. in c. si iudex laicus. de senten. excom. lib 6. non enim tenetur dimittere habitū, & tonsuram, quia esset quodāmodo apostatare, & nemo cogitur delinquere. Idem si pater declinet *c* eum, siue pro eo, vt l. a. & 3. ff. de lib. cau. & ff. de app. l. non tantum. † Consulo tamen, quod ipse protestetur, φ non intendit declinare, & tamen iudex secularis nil per hoc plus iurisdictionis habebit, ut in c. si diligenti. de fo. compe. lex enim declinat pro eo etiam inuito, & factum legis non obligat eum ad pœnam, cum non sit in culpa, argu. ff. de hęre. inst. l. pater. & ita no. hic Iaco. Bu. Oppo. de l. si militem. de condi. ob. cau. Sol. aliud in contractibus, vt ibi, quia celebrantur gratia vtriusque, & quia impossibilitas uitiat contractus, ut l. non solum, ff. de act. & obl. Aliud in vltima voluntate, vt hic, & no. in l. 8. de cond. iusti.

ADDITIONES.

a And. Bar. Non nocet. No. licet quis non sit tutor, non perdit legatum. vide alias limitationes, quas dedi ad Bal. in l. post legatum, in §. amittere, ff de his, qui. vt indig. Et scias, quod ille, qui est scriptus tutor & legatarius, perdit legatum, & sic acceptauit tutelam, & nō administrauit, sed administrationem commisit contutori. quod est not. in l. quod autem, ff. de excu. tut. Idem si acceptauit, & administrauit, sed vt suspectus remouetur, quo casu etiam perdit relictum, vt d. l. quod autē, quod est verum, quando iure datus fuit. secus si non iure, puta a matre, & Prętor non confirmauit eum, qui a vt non idoneus repellitur tunc a legato, casus est fin. in l. cum filius, §. non videtur, de leg. 2. Scias, quod ille, qui est scriptus legatarius, & tutor indistincte in casibus, quos allegaui in præalleg. §. amittere. si acceptauit legatum, vel pup. subst. & monitus sit a iudice, secūdum authen. hoc amplius, inf. de fideicomm. priuatur omni commodo proueniente ex testamento secundum Bar. in l. t. de leg. 2. & l. si legatarius inf. en. Et no. quod qui acceptauit legatum cogitur esse tutor. ita no. Nic. de Nea. in l. Nesennius, ff. de excu. tut. & videtur text. in l. Lucius, ff. de fideicom. liber. vbi si post institutionem quis efficitur commissarius & repudiat hæreditatem, non potest esse commissarius, & ibi Ang. & illum tex. no. quia secundum Bar. ibi est valde sing. sed an executores æquiparentur tutoribus, Bal. in d. l 3. §. 1. dicit, quod non post Cy. ibi in addi. vide gl. in contrarium in l. tutela, ff. de tute. & quę dixi in c. Ioannes, de test.

b Clericus. Vide Bal. in l. 1. ad fi. sup. de natu. lib. dixi post Bar. in l. si quis sub conditione, ff. de cond. inst. & Bal. in auth. statuimus, sup. de epis. & cle. Ang. & Imo. in l. more, ff. de acqu. hær. & in l. qui res, §. arcam, ff. de solu. per Ang. etiam & Pau. de Castr. hic.

c Declinet. Vide Bar. in l. a. cum si. inf. de ac. & Bal. in l. filium, ff. de his qui sunt sui, vel alie. iuris.

Declinet. Vide plene Bal. in auth. cassa, su. de sacros. eccl. & in proęmio C. & Bar. in l. cunctos populos, de sum. Tri. & q̄ ibi not. uide Bal. in auth. statuimus, C. de epis. & cle. Bar. in consi. incip. priores habentes, & l. 1. §. quæ oneranda, ff. quarū re. act. non da. vide Moder in repet. c. ecclesia, de consti. & in l. pen. §. ad crimen, ff. de pu. iud. vbi dicit Bar. φ potest comparere. vide Pet. de Anch. de foro comp. in c. quod clericis, & ibi no. in recolle. meis, & vide eundem in c. ea quæ, in repe. in q. 26. vbi dicit, φ aut fit mentio specialis de clerico, & non valet constitutio, arg. audi. cassa aut loquitur generaliter, & non comprehenditur, arg. c. eos. de immu. eccl. sed iudex ecclesiæ potest cogere laicum, vt declaret, quod non comprehēditur clericus, ne de facto forte clericus impeteretur a laico. ita not. Io. And. in d. c. eos. quod est no. & idem sentit Bald. in d. authen. statuimus, & vide quæ no. in consi. apud Ferra. vide Iaco. But. in auth. cassa & do. Ma. de Mathesil. si cauetur, quod si clericus declinat, tenetur potestas, licet nullam iurisdictionem habeat vēdicandi iniurias illatas clericis, quod tale statutum non est contra libertatem ecclesiæ. Idem tenet Iacob. Butr. in l. assiduis, inf. qui po. in pig. habe. in illa ratione quod lex potest auferre priuilegium, quod concessit, ut limitate. & idem uoluit in l. 3. ff. de iu. & hic, & uide Bar. in consi. Do. prioris artium. uide quæ no. ad Bal. in l. fi. §. in compulsationem, ad fi. inf. de iure delib. uide Io. de Ligna. in c. si diligenti, de fo. compe.

LEX IX.

1 *Fraus, quæ probari non potest, alicui patrocinatur.*

Si in fraudem. Cautio euicta hæreditate legata reddi interponitur, si controuersia inducatur: sed cautio de reddēdo, quod est vltra Falcidiam, interponitur etiam controuersia nondum mota. h. d. No. hic Cy. φ dolus, & fraus alicui patrocinari non debet, sed male colligit istud notabile: nam si non patrocinetur, cautio non interponeretur, 1 ut in gl. Tu † ergo collige, φ fraus, quæ probari non pōt, alicui patrocinatur, & hoc dicit hæc l. iuncto tex. cum gl. & facit J. de accu. l. si quis homicidij.

LEX X.

1 *Legatum rei alienæ an ualeat.*

2 *Res, & possessio differunt.*

3 *Hæres tenetur iura cedere cum effectu.*

4 *Testator ius, quod habet in re, dicitur legare.*

5 *Legatum rei, quæ non est in commercio, non valet.*

6 *Legatum ad unum vsum, an conuerti possit ad alium.*

7 *Legauit quis rem meam, si consensero, non possum conueniri actione ex testamento, ut rem præstem.*

8 *Res dotalis non potest legari.*

9 *Euictio reducit fratres ad æqualitatem.*

10 *Testator legando rem communem, an videatur totam rem legare.*

11 *Pater si donauit filio rem alienam pro legitima, & uidet filius suam legitimam in bonis patris, qualiter eam habere poterit.*

12 *Hæres rem legatam tenetur soluere, vel eius æstimationem.*

13 *Ignorantia, vel scientia, an præsumatur in testatore.*

14 *Res aliena vbi legatur coniunctæ personæ per ignorantiam, non agitur de euictione.*

Cum alienam. *a* † Legatum rei alienę valet, si fit a sciente, vel coniunctę personę. h. d. Oppo. & videtur, φ legatum non ualet, vt J. eod. l. vxor patrui. Solu. ibi testator habebat ius in re, quod finiebatur morte. vnde qui tale ius legat, nihil legat, vt ff. de lega. j. quod in rerum. §. 1. hic autem non erat res legata respectu iuris legātus, sed ut aliena simpliciter. & probantur hæc ff. de lega. 1. l. si domus, §. fin. ff. de vsufruc. lega. l. Sticho. & idem in contractibus lucratiuis, ut ext. de dona. c. pastoralis. In onerosis autem contractibus etiam est idem inter scienter, ff. de contra. emptio. l. qui tabernas. cæterum ignorantem decipi non oportet, ff de actio. empt. le. 1. in fi. & l. quæro. Considerandum est etiam naturaliter, qui contraxerit, ff. loca. l. si quis domum, §. pen. † Sed hic quæro, quid si defunctus *b* non habebat ius in re, sed solam possessionē, nunquid liberatur hæres nudam possessionē tradendo? & vr̄ φ sic, quia aliquid iuris habet possidens, ut l. j. in fi. ff. vti poss. vnde istud ius legare uidetur. In c̄rium, *c* φ hæres non liberetur nuda facta traditione: quia aliud est res, & aliud est possessio, ff. uti poss. l. si duo. in fi. vtrunque ergo dēur. s. dn̄ium, & possessio. Sol. aut testator legauit possessionem. & tunc sufficit nuda traditio: aut rem, & tunc aut scienter, uel coniunctæ personę: & tunc dētur euictio, & iō non sufficit nuda traditio, *d* vt hic: & l. si res obligata. ff. de leg. 1. & l. si domus, §. de euic. Aut ignoranter, & p̄sonæ non cōiunctę, & tunc nuda possessio dētur, & nil aliud: vn̄ nō venit euictio, & dic aut testator habebat dn̄ium, & tunc dētur res, & possessio ēt in consequentiam dn̄ij, vt ff. de leg. 2. leg Męuius. §. fundo, & ibi de hoc in gl. quę incipit, id est alius. & no. Inst. de leg. §. nr̄a. Aut habebat aliud ius in re, & tunc si quidem illud ius morte finitur, nil dētur, neq; ius, neq; possessio. Et est ratio, quia possessio veniebat in consequētiam illius iuris; & ideo sublato principali, tollitur accessorium, vt dicta leg. vxor, & argumen. ff. de pigno.

ADDITIONES.

a Cum alienam. Quæ sit ratio, quod quis non potest institui hæres in hæreditate aliena. Vide Bal. in l. fi. in 17. opp. su. de hære. inst. & ibi dixi quid de instituto in re certa.

b Defunctus. Vide Pau. de Cast. in l. si domus, §. 1. ff. de leg. 1. & gl. hic in fi.

c In contrarium. Et pro intellectu huius l. vide Doct. in c. filius, de test. & ibi D. Anto. dixit notabiliter, quod non ualet legatum rei alienæ, licet fiat ecclesiæ. quis nō impeditur idem fauor piæ causæ, qui impenditur coniunctæ personę, etiam si fiat ab ignorante, ut hic, allegat. tex. in d. c. filius, & dicit hic esse ualde no. & alias vidi Do. dubitare. Dom. Ioannes ibi dixit hoc posse procedere de cano. sed non de iure ciuili, ex quo de iure ciuili, ualet legatum rei alienæ, ita ualebit si fiat pro anima, arg. l. sancimus, C. de sacrosan. eccles. & plus dixit tibi Dominus Ioannes, φ si fit legatum rei alienæ ecclesiæ, quod non ualet in foro ciuil. & ibi est casus intelligendo, quod ille in conueniendo erat de terris imperij, qui indistincte loquitur, quod est menti tenendum secundum eum. sed communiter tenetur dictum Inn. esse difficile in practica seruari; quod est contra, uide quæ ibi dixi.

d Traditio. Vide Bal. in l. si domu, §. 1. de leg. 1.

pig.l.lex vectigali,& l.peto,§.prędiũ.de le. 2. & sic resoluto iure testatoris, resoluit ius acceptoris. imo certe hoc ab initio impeditur. Si vero illud ius morte non finit, tunc illud ius vr̃ legatum & illa possessio siue naturalis, siue ciuilis, siue utraque, quæ illi iuri correspondet, vt d.l.si domus, in fi.& tunc congrue dicetur, ꝙ resoluto iure datoris, resoluatur ius acceptoris, vt no.s̃.famil. ercisc.l.si familia.in glo.magna.uer.quid si vni, & hæc uera sunt de iure dominij, vel quasi, secus in iure seruitutum prædialium quia ad illa tora non restringitur legatum, vt d. §. fundo. Aut testator habebat nudam possessionem sine titulo: & tunc nuda possessio debetur, nec uenit dominium in consequentiam possessionis, sicut econtra; quia momentanea possessio non trahit ad se dñium propter suam dignitatem, sed secum rapit possessionem, & quod dixi de nuda possessione debenda, intellige quando ab ignorante, & non coniunctæ personæ. Aut testator non habebat neque ius, neque possessionem: & tunc nil est in legato, nisi quando sciens, & quando coniunctæ personę, ut hic, & hoc est verum, nisi res esset sibi debita: quia ius crediti legare a videtur, vnde siue sit ius reale, *a* siue personale, illud uenit in legato, vt ff.de leg.1.l.apud Iulianum, §.idem Iulia.scribit.qui tex, 3 est sing. † Dubitatur tñ si testator emerat rem, & non soluerat pretium, nunquid legatarius agens ꝯ debitorem, teneatur soluere pretium de suo, an uero teneatur hæres, sibi administrare: Iac.de Are.dicit ibi, ꝙ hæres debet soluere. Et est ratio, quia tenetur iura cedere cũ effectu, & ita ꝙ non obstet receptio, quod facere nõ põt, nisi soluat emp.l.Iul.§.offerri, ff.de act.ut & de hęr. vel act.ven.l. nomen. Item quia possessio retinetur loco pignoris; ergo hæres debet luere, ut l.concubinam, §.qui hortos, ff. de le.3. Item esset inutile legatum, cum pretium rei æquiualeat.ar, d.l.si res obligata, ver.uel p̃t, & ff.de leg.3.l.qui habebat, in prin. b idem dico si pars pretij erat soluta, & pars non. Sed hic dubitac tur, *b* quia si testator *c* legauit fundum emphyteuticum pro quo non soluerat canonem, vnde erat in dubio, an ecclesia uellet retrahere, necne. Nunquid si ecclesia retrahit aliquid, debeat lega4 tario? & videtur ꝙ nõ, quia testator videtur reliquisse ius, quale ipse habebat, & sic vulneratum, prout erat apud ipsum. In contrarium, quia modo declaratur, quod nullum ius habebat. Sed solam spem legasse videtur, & ideo nil debetur, vt ff. de legat.1. 5 l.seruum filij, in princ. † Item dubitatur de intellectu cap. filius, d *d* ext.de testamen.& Bart.dicit, quod ibi non ualet legatum, nec debetur æstimatio, quia nõ est in commercio, nisi cum magna difficultate, & multi Docto. hoc dicunt, & male; nam debetur æstimatio, secundum Nicol. de Matai. nec est vera ratio de difficultate, nam ecclesia de facili permutat suam conditionem meliorem faciendo: secus in re Cæsaris, uel in proprio patrimonio beati Petri, quia tunc bene concedo, quod non debetur ęstie matio ut d.l. apud. & attende hic. *e* dicit enim Bartol.per illum tex. vbi dicitur, quod nimia difficultas dicitur impossibilitas: ꝙ si relinquitur aliquid fratribus mendicantibus, puta aliquod podere, cum isto onere, quod ibi debeant construere locum, vbi morentur certi fratres, alias perdãt relictum, ꝙ onus illud adiectũ non ualet, quia est impossibile .i. nimis difficile, cum nõ possint noua loca sumere, nisi de speciali licentia Apostolicæ sedis, qm̃ non est verisimile eos contra sacrum concilium obtenturos, ut in c. vnico, de relig.domib.lib.6. & ita dicit Bar. se plures 6 cõsuluisse. † Caue *f* tibi, ne erres: *g* quia dum ipse dicit, quod istud f onus adiectũ non ualet, intelligas tñ, ꝙ debet transferri ad aliũ g pium vsum arbitrio superioris, vt in cle. quia contingit. de relido.& ff.de vsufru. leg. l. legatum ciuitati. puta in constructione alicuius uenerabilis capellæ in eorũ ecclesia. ob: pro anima testatoris celebrentur diuina officia: & si in hoc sunt negligentes priuantur relicto secundum formam testamenti, licet sit argu. contra, quod cessat pœna, licet in aliom usum debeat fieri trãsh lano, ut ff.de cond.& demon.l.in testamento *h* quidam, & l.mul7 cta.in prin.qđ est forte verius. † Sed pone, *i* testator legat rem alieni ram dño consentiente, & testator ignorabat rem alienam: consentiens vero sciebat rem suam, nunquid valeat legatum? Dic ꝙ sic, vt ff.quib.mod.pig.uel hypo.sol.l.sicut, §.venditionis.accedit.n.potentia ad actum ẽt ignorantis cautam lui posse, ut ff. de iu.& fac.igno.l.regula, §.qui ignorauit.& de acqui.hær.l. qui se pupillum. Pone ergo, ꝙ leganti rem meam consensi, nũquid possum conueniri actione ex testamẽto, vt rẽ præstem? Respon. non quia iste cõsensus est nudus, & ex pacto nudo non agitur, multominus potest agi ex isto consensu: quia iste. qui consentit alteri, non contrahit, sed potius dicit pati.ut l. si pater, ff. de m.an.vin.sed si aduersarius meus possidet, possum repelli, arg. ff. de dona.l.si tibi dederim.nisi consenserim ob causam, quæ secuta non sit, quia tunc nullo modo mihi præiudicio, ut l.cum quis 8 decedens in princ.ff. de leg.3. † Item quęro de re dotali, an possit K legari.gl.dicit, ꝙ nõ, in l.dotalẽ, *k* ff.de mili.testa. quia non est in cõmercio. Sed Doc.cõiter hoc reprobant, quia imo est in commercio saltem permutationis, vt ff. de iure do.l.ita constante. & l.fi. Non ob.gl.in d.l.dotalẽ, quia ibi non tenet legatum, quantum ad dñium in legatariũ transferendum; sed bene tenet, quã-

tum ad ęstimationem.nam si tenet ꝯtus in pręiudicium ꝯhentis, arg.sup.de pręd. mi.l.& si is, & no.ff.de fideiu.l.l.cum lea.& ff. de uiuca.l.cũ uir prędium.ergo tenet legatum in pręiudiciũ hęredis cum aditio hereditatis habeat uim contractus, ff.de act. & 9 obl.lex maleficijs, §.hęres. † Vlterius reuocatur in dubiũ, quę est ratio, ꝙ in l.cum pater, §.euictis, ff.de leg.2.nõ debeatur euictio? Gl.dicit, ꝙ licet euictio fratres reducat ad ęqualitatem, nulla est inconuenientia; per hoc.n. inter fratres seruatur ęqualitas, & per contrarium oritur scandalum inter fratres. Sed tu dic, ꝙ ratio est personarum ęqualitas: nam non pręsumitur, ꝙ pater unum tm̃ prędixerit, & qđ alios neglexerit, ut ff. de ritu nup.l. non solum, §.denuo. nam priuilegium cessat inter pares, ut ff. de excu. tu.l.sed & milites, §. coęqualitas, ideo quod hęc lex dicit de legato relicto coniunctę personę, intelligas *l* nisi sit relictum ab ęque, uel magis coniuncta persona, qđ est notandum. Dubim tatur ẽt, *m* utrum ille, qui habet partem, legãdo rem, cui assignauerit confines & circũferentias totius rei, intelligatur totam rẽ n legare, an uero solummodo partem suam? Resp. *n* si est cõis cũ herede, uĩ legare totã rem.i.partem suam & partem hęredis, ni si testator astrinxerit se, adijciendo meam. si autem erat cõis cũ extraneo, non uidetur legare, nisi partem suam, ut no. in l. serui electione, §.fi.de leg.1. per Dyn.& pro hoc facit iof.eo. l. uxor patrui. arguendo de parte in qualitate, ad partem in substantia rei. istud ergo uocabulum est incertum, ut no.ff.de proc.l. Pomponius, §.his, in glo. fina. sed interpretatio iuris reddit ipsum certum, quia nemo pręsumitur uelle, plusquam possit, secundum ius ꝙ habet, ut ff.s. eo loc.l.marito, & de aequ.hęre.l. duo fratres. 10 † Extra quæritur *o* de filio, cui pater legauit, vel inter viuos donauit rem alienam: sed filius vult illi rei renunciare, & habere legitimam in domibus patris, vel in alia re, quæ magis pertinet ad affectionem suam, quęritur quid iuris? Respon. quod lex videtur expressa pro filio, ff.de bo.li.l.si vero, §.1.ibi dum dicit, remitti, idest permitti ei debet discere, &c. licet Dyn. dicat quod aliud in patrono, & aliud in filio. Non credo, quod dicat verum, quia fortiora sunt iura filiorum, quam extraneorum, vt ff. de sal. l.si 11 quis legatum, §.fin. † Dubitatur *p* vtrum in testatore pręsumap tur scientia, vel ignorantia? Respon. aut ius consistit in facto proprio, & pręsumitur scientia, quanquam sępe obliuio mentem hominum circumueniat, vt ff.de lib.leg.l. fin. in princip. tamen obq liuio *q* non pręsumitur, vt ĩ.de contrahen. & commi. stip.l.magnam. Aut consistit in facto alieno, & si quidem sępe tractato, & discusso: & pręsumitur scientia, vt ff.de prob.l. Procula. & ff. de confir.tut.l.si patronus. Si autem indiscusso, pręsumitur ignorantia, vt l.fin.ff.pro suo.& no.hęc in d.l.si res obligata, & facit l. quanquam, ff.ad Velleia. & l.si quis delegauerit, de noua. cum 12 ff. Vnum scias, quod ille, qui possidet, nec habet titulum. præsumitur rem alienam scire ex naturali ratione; quia qđ suũ non est, ad alium pertinet, vt inf. vnde ui.l.fi.ibi, cõis autẽ, &c.& ff.da vluc.

ADDITIONES.

a Reale. Adde l.si Titius, in princ.ff.de leg.2.& l.si sic, §.fi.& ibi Bar.ff.de leg.1.

b And.Bar. Sed hic dubitatur. Vide eundem Bal.in l.apud Iulianum, §.fin.hic alleg. & in repe.l.1.C.de sacrosanct.eccl.

c Testator. Vide per Bar in l.apud Iulianum, §.si Titius, ff.de leg.1.& Ang.hic, & plenius Sal.in l.vxori, inf.eo.

d c.filius. Vide in gl.hic in prin.& Bar.in l.apud Iulianum, in fi.ff.de leg.1.& Bald. in l.1.sup.de sacrosanc.eccle.& tamen opin.Bar.concordat cum Innoc. in d. cap. filius & quod no.Bal.in c.1.§.domus, qua feu.alie. & Ang.& Imo. in l.si domus, §.1.de leg.1.

e And.Bar. Attende hic. No.ꝙ non tenet onus, quod apponitur legato ecclesiæ fratrum minorum de ædificando certo loco, & ꝙ non valeat legatum. vide Ioan.de Imo.in c.nos quidem.de test. vbi ponit hoc dictum.sed non alleg.Bal. nec Bar. vide Fede.de Sen.cons.159.& quæ ibi dixi.

f Caue. idem Io.An.& Imo.l.apud Iulia.§.fi.de leg.1.

g And.Bar. Nec erres. Et vide Bar.in l.legatum, ff.de vsufr.leg. an legatum ad vnum vsum, possit in alium conuerti, vide quod singulariter dixi in l.liberto, §.Lucius ff.de annu.leg.

h L.in testamento. Adde Bal.in l.1.in 8.q.de his, quæ pœ.nom.

i Sed pone. vide per Sal.hic.

K Phil Dec. Dotalem. Et ibidem vide per Bar.& in l.apud Iulianum, §.fi.de leg.1.

l Intelligas. Adde Bal.& Imo.in l.cum pater.§.euictis, de leg.2.

m An.Bar. Dubitatur etiam. An testator legando rem communem, videatur totam rem legare, vide in d.l.serui electione.

Dubitatur. Vide Bal.in l.1.sup.qui test.fa.poss.& adde quod no. Bar. in l.serui electione, §.fi.ff.de leg.1. præsumitur.n. testator aspexisse confines, vt constaret. de qua restituuntur, l.cum pater, §.fi.ff.de leg.2.& scripsi post Ang.in d.l.serui. & in de quæ no.Bal.in l.scimus, in prin.in 3.col.sup.de inoff.test.

n Phil.Dec. Resp. Adde ad hanc resp.quod dicit idem Bal.in l.1.qui test.fac.poss.& ibidem Pan.de Ca.& Bar.in l.si vnum ex familia, §.si rem, ff.de leg.2.

o Extra quæritur. Si pater donauit filio rem alienam pro legitima, & filius vult suã legitimam in bonis patris, potest repudiare legatum, & de bonis patris capere, vide Bal.in l.filium quem habentem, fa.ercis.

p Dubitatur. Adde quod ille, qui possidet, præsumitur credere se dñm, ſm Bald.in l. 1.in 3.col.si de momen.poss.siue appe.& adde Imo.in l.si domus. §.1. de leg.1.& per Guil.& Cy.hic.

q Obliuio. Vide in l.qui fundum, §.3.ff.pro emptore.

13 vſuc.l.Celſus.† In gl. *a* non ſuam.ibi, ſi Epiſcopus, quæ ſunt ʒ.
a Sed tu dic, ꝙ intelligitur rem alienam non poſſe legari, quantũ ad hoc, vt legatario acquiratur ius in re inuito domino, & quod poſſit rem inuito domino retinere, quod nec lex voluit: q̃a hæres obligatur ſm̃ diſtinctionem huius l. ad rem emendam, vel æ-
14 ſtimationem præſtandam. † In gl. vt ff. ibi, vt in dictis. Tu dic, ꝙ vbi coniunctæ perſonæ legatur res aliena per ignorantiam, non agitur de euictione, ſi talis fuerit error legãtis, qui ſi ceſſaſſet, nõ eſt veriſimile legatum fuiſſe relictum, & talis eſt in §. euictis, & ſic no. ff. de leg. 1. l. ſi domus §. 1.

ADDITIO.

a In glo. Vide gl. 33. q. 5. c. una ſola. non reperio tamen cap. illud. ſed cap. unum ſolũ 33. q. 5 uide Doct. in c. filius, extra de teſt. Imo. in l. apud Iulianum, §. conſtat, ff de leg. 1 & cum Bal. tranſit Sal. ſed Ange. hic dicit, quod hęc glo. uoluit dicere, quod hæc l. fallit in caſu, ſcilicet cum legatur res aliena eccleſię ad ſepulturam, nam eccleſia debet uiuere ſecundum legem Dei, nõ huius ſeculi, & ita debet intelligi gl. ſecundum eum, & uide per eum. & uide Pau. de Caſt. in l. ſi domus, §. 1. & ibi per Imo. ff. de leg. 1.

LEX XI.

1 *Legati præſtatio, quæ fit in vita teſtantis, inducit dationem inter viuos.*
2 *Teſtator ſi primo legauit mille, & poſtea minus dedit in dotem; an mortuo patre peti poſſint mille.*
3 *Legatum ſi in aliam rem eſt translatum, receſſum eſt a legato.*
4 *Pater ſi prima filiam dotauit, & poſtea legauit, filia vtrumque debet habere.*

Filia legatorum. Si pater prius legat filiæ ſimpliciter, vel pro dote, & poſtea id, qđ legauit in dotẽ dedit, tradendo, legatũ peti non põt. h. d. Quæ-
a ro, *a* nunquid legatũ ſit extinctũ? Rñ. legatum non eſt extinctũ, ſed petino legatu & iõ hoc caſu dos nõ venit in collatione, quia dotis ius & legati ſunt in uita: nam teſtator nõ videtur legatum reuocaſſe, ſed impleuiſſe, vt ff. de le. 2. l. Lucius, el 1. vnde iſta dos habet qualitatem legati, & ideo non confertur, quod eſt no. Se-
1 cundo † *b* quæro, quid ſi plus legauit, & poſtea minus in dotem
b dedit? Reſpondet Dyn. ꝙ videtur minuiſſe legatum, vt ipſe not. in d. l. Lucius. & eſt ratio: quia ea nupta ceſſat finalis cauſa legati
c ſecundum Dyn. ſed D. Old. *c* dicit contrarium: quia licet pater legauerit pro dote, hęc tamen adiectio certæ cauſę non minuit legatum, vt ff. de fun. inſtr. l. Lucius, & ff. man. l. creditor, §. inter.
d Bar. tenet *d* opin. Dy. quando pater legauit pro filia maritanda. quia ea maritata finita eſt cauſa legati, ſed vbi pater legauit pro dote, vel nomine dotis, tunc non eſt finita cã, cũ dos poſſit augeri conſtante matrimonio; & tunc non eſt vera opi. Old. ſecundũ Barto. Tu dic indiſtincte id, quod dicit Oldr. quia cauſa non eſt finita, ideſt, extincta; ſed eſt finita. i. adimpleta, & nunquam im-
e pletio cauſę *e* reſoluit *f* legatum, ſed magis corroborat & con-
f firmat, vt ff. de condi. & demonſt. l. ſi iam facta. & l. conditionũ, quæ in futurum. Et ſi tu dicis contrarium, incidis in abſurdum. Pone enim, ꝙ pater maritauit eam ſine aliqua dote; ergo filia erit indotata, ꝯtra l. obligamur, §. 1. ff. de act. & obl. cum ſua gloſ. vbi beneficium patris, qui maturius nuptui filiam tradidit (vt l. pe. §. Iulia. alias inci. an etiam in patrem, ff. quod falſ. tuto. auth.) filię obeſſe non debet. Præterea pater videtur eam dotaſſe aĩo compenſandi; ergo non confunditur dos in legatum, niſi vſque ad concurrentem quantitatem, vt ff. ſol. ma. l. ſi eum dotem, §. ſi
2 pater. † Tertio *g* quęro, quid ſi legauit fundum pro dote: po-
g ſtea dedit in dotem centum; vel econtra legauit centum pro dote, poſtea dedit fundum in dotem: nũquid per hoc receſſum eſt a legato? & dic quod ſic, quia trãſlatum eſt in aliam rem, nec currit in hoc concurrentem quantitatem; quia in ſpecie tota quantitas confunditur, arg. ff. de lega. 2. l. Imperator, §. ſi centum. ver.
3 enimuero. † Sed quid ſi matrimonium non tenuit; videtur eñ tunc tranſtuliſſe legatum, vt ff. de adi. lega. l. legatum, §. pater, & facit ad prędicta eod. tit. le. translatio. §. item. Sed an ea nobilitate patris aliud pręſumatur? & videt̃ quod ſic, quia ea nobilitate augetur animus nobilium; non enim eſt animus nobiliũ ita limitatus, ſicut animus fœneratorũ, & ſimilium, qui eſt ſtricti iuris, ut no. ff. de lega. 3. l. vxori ſuę, §. fin. ſed tu dic, quod non eſt uis quid loquatur, ſed qualibus verbis, vt ff. de leg. 3. l. item legato, §.
4 parui autem. † Quarto quęritur, quid econtra; pater primo dotauit, & poſtea legauit, an filia debeat habere utrunque? Reſpondeo, primus actus dotandi eſt neceſſarius, ſecundus uero actus legandi eſt uoluntarius, & debet aliquid operari; unde aut eſt circa aliam rem, & utrunque conſequetur filia, ut ff. de uſufru. l. ſi alij. §. rerum. Aut circa eãdem rem: & tunc aut pater erat debitor, quia non ſoluerat, uel ſolutum exegerat; & pręſumitur ꝙ animo compenſandi, ut d. §. ſi pater, & arg. ſup. undeuir, & uxor.
h auth. pręterea, & l. huiuſmodi. *h* §. cum pater, ff. de lega. 1. Aut pater erat extra obligationis uinculum conſtitutus; & tunc uidetur legaſſe ad augmentum, ut l. ſi pater, de col. dot. vnde ſcias, ꝙ ſi relinquitur non ob eandem cauſam, ſed expreſſa diuerſa cauſa uel ratione legandi, utrunque debetur. Quia diuerſa ratio diuerſum parit effectum, ut ff. de ann. leg. l. Seio. & no. ff. de prob. l. quinquaginta.

ADDITIONES.

a Quæro. Nota caſum, in quo dos non confertur, & vide Bar. in l. cum pater, §. pater filiæ, ff. de leg. 2. contra hoc facit: quia præſtatio legati, quæ fit in vita teſtatoris, inducit donationem inter viuos, ſecundum aliquos in l. legatum, ff. de leg. 2. de quo dic, vt ibi per Dy. Bar. & Doc. qui ſequuntur communiter illam gl. ibi dicentes, quod talis traditio amplius non habet vim legati, nec d. l. Lucius. probat contrarium.
b Secundo. Vide per Bar. in d. l. Lucius, de leg. 2.
c A. B. Sed D. Oldr. Quid ſi primo legat mille, poſtea dotat pro centum, an poſſit petere vſque ad mille mortuo parte. adde quod D. Pet. ſequitur opin. Oldr. & Bar. in c. filius, de teſta. leq ibi Io. de Imo. ſequitur opin. Dyn. & in d. l. Lucius, de leg. 11. & in l. vxorem. §. pater, de leg. 3. & idem ſequitur Raph. in d. l. Lucius, pro ſua opi. gl. ſing. in l. pater, ff. de iu. do. vide quæ dixi in d. c. filius vbi plene dixi.
d Bar. tenet. Vide Ang. hic.
e Impletio cauſæ. Pro hoc facit, quod expreſſe no. Bal. i l. fi. ad fi. iof. de ſent. quæ ſine certa quant. profe. vbi dicit, quod ſi lego pro ea maritanda, licet ſit nupta, debetur legatum.
f Reſoluit. Ergo non confertur illa dos, ut per Fulg. hic, & Sal. contra Bal. Vide Bar. in l. legatum, ff. de leg. 11.
g Tertio. Vide no. per Bar. in l. huiuſmodi, §. pater, de leg. 3. & ibi Imo. in prin.
h L. huiuſmodi. Vide ibi per Bar. & Imo.

LEX XII.

1 *Hæreditatem repudians conſequitur integrum prælegatum.*
2 *Pars integralis renunciari poteſt; ſecus eſt in parte capitulari.*

1 Cum reſponſo. Qui † hæreditatem repudiat, integrum prelegatum ꝯſequitur. hoc dicit. concordat ff. de leg. 1. l. & quidem totum. & ff. de legat. 2. l. e. miles, §. pro parte, & an hoc ſit verum, quando habet ſubſtitutũ vulgarem? Dic vt ibi. Veritas eſt, ꝙ in ſubſtitutione vulgari venit hæreditaria portio prælegati, non portio cohæredis. Et dubitatio huius l. erat, ꝙ quis poſſet renunciare pro parte, vt l. legata-
2 rius. in prin. de leg. 1. Sed † illud eſt verum in parte integrali: ſecus in parte capitulari. id eſt, ꝙ ſi in partes ſunt diſtincta capitula poteſt vnum acceptari, & aliud repudiari: ſecus ſi ſunt connexa, vt ff. de leg. 2. l. neminem, & l. ſed duobus, & facit ff. de verb. obl. l. 1. §. ſi ſtipulanti, & l. fi. ff. de hær. inſt. in ratione ſui, in fi.

LEX XIII.

1 *Legatarij res propria eidem legari non poteſt.*

1 Proprias. † Res propria legatarij, eidem legari non põt. h. d. Contrarium videbatur, quia cum res eſſet aliena reſpectu teſtatoris; ergo videbatur deberi æſtimatio, vt l. cum alienam. §. eo. i. ſed ibi erat aliena. i. cuiuſdam tertij: hic vero legatarij, ſed an iſtud legatum eſt omnino nullum per regulã Catonianam? Rñ. ſic quo ad actionem, vt ff. de leg. 1. l. apud Iulianum, §. quemadmodum, ſed quo ad retentionem ſecus, vt in l. plane. §. duob. eo. ti. & l. hmõi, §. ſi Titio, & ſic regula Catoniana fortior eſt in excludenda actione, q̃ in excludenda exceptione.

LEX XIV.

1 *Fortuna caput ſequitur.*

a Monumenta. Qui legat *a* ſpiritualia, non vr̃ ipſa legare: ſed ius quod in ipſis habet. h. d. Vñ ſi patronus legat eccleſiam, non vr̃ legare eccleſiam, ſed iuſpatronatus; & ẽt ſi Rex Vngarię, vel Rex Francorum, legaret mihi quandam ciuitatem, in qua haberet iuriſdõnem limitato modo, puta baſſam iuriſdõnem tm̃: illam ſolam iuriſdõnem mihi donare vr̃, præſertim quia in principe ſemper intelligitur clau-
b ſula, ſaluo iure alterius, *b* arg. ff. de vulg. ſubſti. l. ex facto. in prin. Extra quæro, teſtator reliquit patrimonium ſuum fraticellis de monte Maluæ, vel Binchochis de Perufio. poſtea ſummus Pontifex perpetuo caſſauit eos, tanquam ſuperuacuos, & fictos homines in eccleſia Dei, quæritur quid eſſe debeat de bonis? Rñ. vacant Eccleſiæ Ro. conuertenda in meliores vſus, vt no. in c. j. de relı. dom. lib. 6. Sed ſi dicti fraticelli non eſſent caſſi, ſed tranſ-
1 lati ad alium ordinem, tunc eſſent translata bona: quia † fortuna caput ſequitur, vt ff. de ſecun. tabu. l. qui ex liberis, §. ex teſtamento. ita no. Io. And. in d. c. j. in Nouella.

ADDITIONES.

a A. B. Qui legat. Vide bon. glo. in l. ſi operarum. alias incipit, ſi actum, ff. de ope. lib. quod laicus poteſt habere iuſpatronatus eccleſiæ. Vide Doct. de iud. in c. decernimus. alias c. quanto.
b Alterius. Vide Bal. ad idem in l. cum multa. in verſ. ex his conclude, C. de bo. quæ libe. & adde eundem in l. 1. de conſti. prin. & Bar. in l. dotalem, ff. de teſta. mi. & iõ non extenditur in præiudicium alterius beneficium Principis, aut priuilegium, ut c. quamuis, de reſcr. in 6. & Io. Abb. in ca. ſuggeſtum, de decimis. Et vide eundem Bal. in c. 2. §. fi. verſ. no. quod princeps, in vſib. feud. quid ſit inueſt. Quid autem ſi adijceretur clauſula etiam cum tertij præiudicio, vide per Card. in ca. mandatũ, verſ. no. 7. de reſcr. At quid clauſula, ſaluo iure tertij, operetur? Vide eundem Bal. pulcherrime dicentem in l. 3. in fi. 4. q. C. de edi. diui. Adria. tollen.

LEX XV.

1 *Nemo legat quod non habet.*
2 *Dominium rei legatæ ipſa iure tranſit in legatarium.*

1 Si vniuerſæ. † Nemo relinquit, quod non hẽt. h. d. concor. s̃. de don. ante nup. l. ſi ante, & idem

dico in donatione causa mortis, quia semper intelligitur deducto ære alieno, vt ff.si quid in fraud.patro.l.j.§.1. & habet *a* locum hæc lex, qñ legatum consistit in quantitate, vel genere, secus in specie, quæ erat in dñio testatoris, nam transit ipso iure dñium in legatarium, licet reuocari possit per creditores, q̃a æs alienum non perimit fundum, vt ff.de tu.l.si fideicommissum, §.tractatū.

ADDITIO.

a Et habet. Sal. hic contra per istum tex. in uer. nihil Pau. de Cast. hic tenet contra Bar. item limita illam l. nisi testator legasset sub conditione dandi aliquid hæredi ex quo debet hæres satisfacere creditorib. quia ualent legata, nec potest excipi, q̃ sint plura uires hæreditatis ita dicit Pau. de Cast. in l. seruum filij, §. idem seruus, per glossam sing. ibi, secundum eum, de leg. 3. illam etiam ponderat ibi Ang. facit l. non amplius, in prin. de leg. 1. & Pau. de Cast. hic.

LEX XVI.

1 *Creditum non extinguitur pignore legato.*

1 **Creditor.** Si creditori legatur pignus, non extinguitur petitio debiti. h.d. Quid econtra. Dic ut ff. de leg. 3. l. si mulier. in fi.

LEX XVII.

Pactum. Qui potest dare, potest adimere. hoc dicit. qđ nota.

LEX XVIII.

1 *Actio utilis non est directa, nec econtra.*
2 *Legatarius, an possit agere utili, sine cessione.*
3 *Testator legans actionem suam dicitur rem suam legare.*
4 *Actio directa est nuda apud hæredem.*
5 *Hæres agendo directa an per se repellatur exceptione.*
6 *Legatarius sine cessione non habet utilem, si testator actionem non legauit, sed ipsam rem.*
7 *Actio utilis quæ competit legatario, an sit datiua, uel natiua.*
8 *Actio utilis cessa, an sit eadem in radice cum directa.*
9 *Actio utilis, quando dicatur nasci.*
10 *Cessionarius an habeat titulum ad ipsam rem.*
11 *Cedens actionem contra tertium, si postea possessionem nanciscitur, tenetur restituere cessionario.*
12 *Testator potest alteri mandare actiones, ita quod mandatum alteri sit superuacuum.*
13 *Officium iudicis cedi potest, sicut actio.*
14 *Cessionarij præsentia non est necessaria sine cessione.*

Ex legato. Legatarius nominis habet vtilē actionem, non directam, nisi sibi ab hęrede mādetur, 1 h.d.† No. ergo, q̃ vtilis actio non est directa, nec econtra. Sed q̃ *a* hoc sic oppo. ea, quæ conueniunt in unitate substantia, sunt vnū & idem, & nō diuersa, vt s̄. de summa Tri. l. nullus. ibi, in diuisa substantia, &c. sed actio utilis, & directa sunt in substantia unum & idem. vt ff. de nego. gestor. l. actio. ergo non debet inter ipsas diuersitas assignari. Sol. dico, quod sunt diuersæ, & hoc apparet ex nominis diuersitate: quia ciuilia vocabula, quæ adinuicem differunt, nunquam sine magno ministerio differunt, ut sup. ti. j. l. si idem, & ad contrarium respondet, q̃ illa lex non dicit, qđ sit vna substantia: sed dicit, q̃ est idem effectus quātum ad easactionē; vnde vtilis actio neg. gest. quæ datur curatori, & directa quę datur spontaneo gestori, sunt eiusdem effectus: non tñ sunt idē in substantia. Item actio directa nego. gest. nascitur qñ negotiū est sponte susceptum: sed vtilis quando ex necessitate, ut sup. de *a* neg. gest. l. curatoris. & ff. comm. l. in commodato. §. sicut. † Sed *b* op *b* & vr, q̃ legatarius non possit agere utili, sine cessione, nisi in subsidium, vt s̄. de act. & obl. l. j. & ff. pro socio. l. ea. vero, Sol. Pet. concedit, q̃ nūquam oritur utilis sine cessione; quia cessio est actus substantialis, ex quo oritur utilis est, & eius causa proxima, & immediata, qua p̄ermissa, impossibile est oriri utilem, secundum Pet. Sed nostri Doct. tenent contrarium, & arguunt sic: vbi ex solo titulo sine traditione transfertur dominium rei corporalis, ibi in vtile transfertur incorporalibus sine quasi traditione, ergo, & sine cessione, quæ est modus quasi traditionis inuentus a iure; nec enim poterat apertius uocabulum *c* a iure inueniri, cum cedere sit quasi discedere, & alium loco sui ponere facit, quod no. s̄. quando fiscus, uel pri. l. fin. & istud est verum in legato singularis actionis. Idem puto, si testator habet petitionem hæreditatis, & hanc actionem alij legat, vt ff. de leg. 2. l. cum filius, §. Lucio, & hoc uerum si testator legat actionē propriam secus si legat actionem hæredis: quia sicut rei corporalis non transiret dominium sine traditione. ut no. ff. de serui. l. Papinia 3 nec transit vtile sine cessione.† Tertio opp. testator, qui legat actionem suam, legat rem suam, cum actio dicatur res, ut ff. de verb. sig. l. rei appellatione. sed quando testator legat rem suam transit in legatarium directum dominium, & nihil est apud hæredem, vt ff. de pecu. l. sed si damnum. alias incipit, peculium, §. sed, & creditor. versic. idemque. & l. proinde, ff. si cert. pet. l. a Titio, ff. de furt. ergo hic debet transire directa actio. Respond. aliud in alijs rebus, & aliud in actione personali; quia constat ex iure inseparabili, vt l. quis ergo casus. ff. de pecu. & nisi quia lex fingit hæredem per omnia esse eādem personam cū defuncto, impossibile esset, q̃ etiam ad hæredem transirent iura directa; quia iura inseparabilia non migrant de subiecto in subiectū, vt ff. de noua. l. si vsumfructum, & ff. de stipul. seru. l. si seruus cō-*d* munis Meui, §. si. ergo secus si reali *d* actione, vt si legetur competit legatario directa, & hęredi nulla: quod verū puto, quia legando actionem dat legatario titulum ad dominium: ergo trāsfertur dominium recta via, vt ff. de cond. fur. l. sed nec legatarius, vnde lex nostra debet intelligi in legato personalis actionis, vel mixtæ, & non in legato realis actionis simpliciter. Item si testator non habuisset, nisi solam vtilem datiuam, & illam legasset: tunc etiam legatarius solus haberet ius agendi, & non hæres, iuxta no. ff. ad Trebe. l. ex asse: & in simili ff. commo. l. si vt certo, 4 §. fin.† Quarto oppo. nam nuda directa est apud hæredem, ergo hæres agendo exceptione repellitur. sicut dicimus restituta hæreditate ex Trebel. translans vtilibus actionib. in fideicommissarium, directæ apud hæredem remanent sine experiundi potestate, ff. ad Treb. l. 1. post princ. ibi, placet &c. Solu. efficacius deuoluit iura restitutio ex Trebel. quam simpliciter legatis, & hoc 5 facit authoritas Senatuscon. † Modo *e* reuoco in dubium, vtrū *e* in casu huius l. hæres agendo directa per se repellatur exceptione? & videtur, quod sic, quia commodum actionis est ad alium applicatum: & duo insolidum non possunt habere ius agendi cū effectu, vt ff. de leg. 1. l. non quocunque, §. qui Caium, & de leg. 2. l. qui duos, §. fi. is. In contrarium videtur inf. de noua. l. 3. & quod 1 no. ff. de pac. l. si cum emptore. Non obstant leges contrariæ; q: ibi interuenit cessio hæredis; vnde non potest amodo venire cōtra factū suum. Sol. puto hæredem repelli. Et si tu dicas, quomodo potest actionem mandare legatario? Respō. quia eius fauore 6 hoc erat introductū, vt no. in l. fi. in prin. sup. de iure dot. † Secū-*f* do *f* quæro, quid si testator non legauit actionem, sed ipsam rem debitam? Resp. tunc legatarius non habet vtilem sine cessione, vt no. ff. de leg. 1. l. apud Iulianum, §. idem Iulianus. *g* qua cessa liberatus est ope exceptionis nō solum ipse debitor, sed etiā correus eius debendi, vt d. l. qui duos. in prin. vbi est tex. singu. secundum Barto. Caue tibi istud enim non est ita expeditum; nam ibi fiebat cessio reo debendi. vnde passiua obligatio confunditur, eo q̃ creditor esse cœpit. & loco creditori per cessionem successit, arg. ff. de sol. l. Stichum, §. aditio. & facit ff. de noua. l. si rem, §. fi-7 na.† Tertio *h* quæritur, an ista vtilis, quæ competit legatario no-*h* minis, sit datiua, vel natiua. Aduerte, d. l. actio. de neg. gest. dicit, quod superuacua subtilitas non curatur; sed ista subtilitas non est superuacua, nam expedit hoc scire propter formam libelli, quia si est utilis natiua ex eodem fonte cum directa, vtiles obligationes deueniunt in cessionarium, & in libello debet concludere per medium illatum actionum, alias est libellus ineptus. Si vero est datiua, ita, q̃ apud legatarium nō resideat obligatio: tunc in libello non debet fieri mentio obligationis vtilis, & si fieret, esset libellus ineptus, gl. q̃ est sup. de pac. conuen. l. pater. dicit, quod vtilis actio, quādoque est natiua, quandoq; datiua. Nō. n. est dubiū, q̃ vtilis actio, quæ oritur ex contractu, vel quasi, celebrato inter creditorem, & debitorem, sit natiua, quia ibi est obligatio ex consensu, vel quasi, vt d. l. curatoris, sed quando conuē-*i* tio *i* celebratur inter creditorem & cessionarium, non videtur possibile, q̃ voluntas creditoris influat in consensum debitoris extendendo se ad cessionarium, de quo debitor non cogitauit, & cum quo forte si sciuisset, non contraxisset, arg. ff. sol. matr. l. 2. ver. nec cogitur. & ff. pro socio. l. qui admittitur. Cum igitur principium obligationis sit consensus, vel quasi, & in persona cessionarij non sit consensus, ergo videtur, quod apud cessionarium

ADDITIONES.

a No. Vide plene Bar. in l. 1. ff. de act. & oblig. & Bal. in l. 1. eo. tit. an autem sit idem in iudicijs, vide inf. in 3. q.
b Sed op. An vtilis transeat sine cessione, vide per Bar. in l. 1. ff. de act. & obl.
c Vocabulum. Sed quare non sic transferuntur directa hoc casu, sicut transfertur directum dominium, quando testator legauit rem suam. vide inf. prox. op. nam dominium & alia iura realia, non ita inhærent ossibus nostris, sicut iura personalia, l. si quis ergo casus, ff. de pecu. cum si. secundum Bar. & Bal. in l. fi. inf. eo. vbi Bal. in terminis hoc dicit, & Bar. in l. nemo potest, & ibi Imo. ff. de leg. 1.
d Reali. Vide Bal. in l. per diuersas, in 18. q. sup. man. & idem Sal. & Pau. de Ca. hic.
e Modo. Pro hoc dicto alle. tex. in l. si pecunia. & hoc ibi expresse Bal. & Mod. tenet, de leg. 1. & vide, quæ ibi dixi post Imo.
f Secundo. Pau. de Ca. in d. §. idem Iul. hic alle. tenet, quod imo transeat sine cessione, quia etiam in casu illo videtur legare actionem, vt d. §. idem Iulia. ergo nō debet transire sine cessione per illam l. 2. & si fiat cessio, operatur, q̃ transit exercitiū directarum ita potest intelligi ille tex. vide l. si sic, § 3. & l. seruum filij, §. cum quidem leg. 3. non tamen proprie videtur legare actionem, vt per Bar. in d. §. si Titius.
g §. Idem Iul. Potest intelligi, vt dixi supra, quod vbi fit cessio, ut habeat exercitium directarum, quod non transit per cessionem legis, sed hominis, l. fin. supra quando fisc. vel priu. & l. si procuratorem, §. fi. in h. ff. man. declarat Bal. in l. 1. sup. de act. & obl. Sal. tene cum Bal.
h Tertio. De hac q. vide Bar. in l. 1. ff. de act. & ob. & Bal. in l. 1. eo. ti. sup. & Bu. hic.
i And. Bar. Sed quando conuentio. Et quid si vsusfructus bonorum relinquatur alicui, an ille poterit petere vsumfru. omnium debitorum absque scientia hæredis, vide Do P. de Anch. consl. 3.

ctum non resideat obligatio; nisi sit facta cessio de consensu debitoris, vel a principio creditor fuerit stipulatus pro se & suis successoribus, aut cui, vel quibus sua iura cedere voluerit: nam tunc propter consensum debitoris & creditoris vtilis obligatio descendit in cessionarium. Expedit enim hoc scire, si opponatur exceptio compensationis a cessionario, vtrum opponatur ex obligatione actionis, an ex actione obligationis. dici potest prædicta esse vera, vbi ceditur actio simpliciter: sed si expresse cederetur actio & obligatio, tunc transiret vtilis obligatio per cessionarium obligatum cedi posset. Item potest legari nomen debitoris, qui debet naturaliter tantum, vt ff. ad Treb. l. si ei. æque enim cohæret cedendi actio personalis, sicut obligatio personalis. qua ergo ratione potest cedi actio, eadem ratione cedi potest obligatio: & tunc actio vtilis erit natiua ex obligatione datiua, sicut dicimus in condictione ex lege, vt inf. de dona. l. si quis argentum. ex prædictis apparet posse cedi actionem sine obligatione. Item cum obligatione. Ego dico, quod habens actionem & obligationem, potest cedere obligationem, puta naturalem sine actione, si forte vult, quod cessionarius possit compensare, sed non agere. Nec est ratio, quæ repugnet, cum ille, qui est dominus sui iuris, sit totius & partis moderator, & arbiter, vt s. man. l. in re mandata, & arg. ff. de seru.

8 l. vt pomum. † Sed adhuc restat videre, vtrum vtilis cessa sit eadem in radice cum directa? & non est dubium, quod eadem est virtus, & quod id, quod est causa causæ, quodammodo sit causa causati, vnde contractus antiquus est causa actionis cessæ: tamen est causa

9 magis remota in cessionario, quam in cedente. † Et si tu quæris, quando nascitur vtilis? Respon. cum ceditur, vel quasi ceditur. Sed si tu quæris, ex qua materia oritur? tunc aut loqueris de materia propinqua, & oritur ex cessione, vel quasi facta cum tit. alias esset traditio absque tit. quæ nihil habet momenti, vt l. per diuersas, s. mand. & no. in l. a. ne liceat poten. adeo quod non sufficit titulus per cessionem superueniens, vt ibi no. licet in rebus corporalibus id secus, vt ff. de euic. l. si rem, quam. in prin. & ff. de rei vend. l. quædam mulier. Si autem tu quæris de materia remota, constat, quod est contractus antiquus cum iure orto ex inde, & ista est materia ex qua, & propter quam secundum illos, qui dicunt vtilem esse natiuam, & hoc tenet Iaco. But. dicitur tamen vtilis, quia venit ex interpretatione: lex enim interpretatur, quod cedens & cessionarius sint eadem persona secundum eum. Sed tenendo quod sit datiua, est materia propter quam, sed non ex qua: nam si cedo actionem alicui competentem ex delicto, non est dubium quod competit mihi actio, vt ff. de petitio. hære. l. quod in diem, §. Iulia. & no. in l. fi. sup. de hæred. vend. quæ non nascitur ex contractu, vt ff. de pact. l. iuris gentium, §. pactus, versic. non enim ex pacto iniuriarum actio nascitur, &c. ergo est datiua, & non natiua. Istam rationem assignat gl. quæ ratio non concludit, salua eius reuerentia. quia infert, quod non nascitur ex contractu, sed non infert, quod non nascatur ex delicto, nam potest eadem materia diuersis temporibus producere diuersas agendi formas, vt no. ff. de dolo. l. hæredibus, in princip. argumen. ff. de iureiuran. l. sed & si possessori, §. r. de hac materia no. Per. & Bar. in l. 1. ff. de actio. & obliga. Et adde, quod omnis actio natiua habet duplicem materiam, scilicet facti & iuris. Est autem ius vinculum quoddam, quod obligationem vocamus, sine quo actio esse non potest, vt Insti. de oblig. in princi. & de pac. l. iurisgentium, §. primo.

10 † Quarto quæritur vtrum cessionarius habeat titulum ad rem ipsam: ita quod si adipiscatur possessionem, efficiatur dominus directo. & non est dubium in actione personali, si dari erat in obligatione, quia debitor soluendo transtulit in eum dominium: alias non esset liberatus, vt ff. de condi. ob cau. l. fina. Sed in reali idem dico, vt ff. de rei vendic. l. hæc si res, a. respond. & l. si culpa.

11 † Et ibi est casus no. quod ille, qui cedit actionem contra tertium, si postea exigit, vel possessionem nanciscitur, tenetur ipsam possessionem restituere cessionario. sed caue tibi: quia glo. dicit ibi, quod cessionarius hoc consequitur agendo ex iure cesso, & vult quod ibi agatur vtili in rem, quæ præfertur directo. Alij dicunt, quod agitur vtili ex empto & sic personali, non reali actione, nec iure cesso, sed ex proprio contractu: quia ille, qui recipit æstimationem, tenetur rem tradere, si potest. Et hæc opinio magis defendi potest de iure; quia nemo rei vend. potest cedere contra seipsum, vt no. in l. fin. sup. de hære. ven. & facit ff. de excep. do. l. apud Cel-

12 sum, §. quod si is, cui. † Vltimo quæro, nunquid testator possit alicui mandare actiones, ita quod mandatum heredis amodo sit superuacuum? Respon. sic tamen istud mandatum est actus inter viuos, non testamentum; nec tamen expirat post mortem, duplici ratione. tum quia est mandatum in rem suam, vt j. de dona. l. illam. tum quia post mortem collatum, vt no. ff. de le. a. l. cum pater, §. Mæuio. & non potuit permisceri testamento, quia tendit ad

13 idem cum ipso, ut no. ff. de testa. l. heredes palam. in fin. † Vnum scias, a quod potest cedi officium iudicis, sicut actio, vt ff. de admi. tu. l. si minoris. Item cedi potest instantia, vt ff. de procu. l. in causæ, §. penul.

14 & ibi glo. † Nota, quod in cessione non requiritur præsentia cessionarij, quod in mandato potest concedi; sed in cessione, prout est quædam traditio, potest negari, nisi interueniat medium orga-

b num nuncij, vel epistolæ. Item cedi potest ius b sniæ, vt ff. fam. erc. l. in hoc iudicio. & si cedens habeat ius executionis paratæ, eodem modo cessionarius habebit: & idem in legatario.

ADDITIONES.

a A. B. Vnum scias. No. quod officium iudicis cedi potest, sicut actio. uide quod no. per Ang. in l. si eius. & ibi Imo. ff. ad Treb. & per Bar. in l. 1. §. ulutru. de ope. no. nun cia. & ibi ad Bar. multa dixi, vide Bal. sup. de hær. uel act. uend. l. fi. no. instantiam posse cedi absenti, vt per Bal. in l. 2. C. de act. & oblig. & l. per diuersas, su. man. & de cessione instantiæ, uide Bal. in l. 1. in prin. ff. ad Treb.

b Ius. Vide Bar. in l. 1. in uer. quarto ex forma. ff. de act. & obl.

LEX XIX.

5 *Vir non impeditur capere ex testamento vxoris propter breuitatem temporis matrimonij.*

1 **Non tantum.** Breuitas temporis matrimonij non impedit virum ex testamento vxoris capere. h. d. Dubitatio huius l. erat, quia relinquebatur vt viro, & ideo non videbatur sufficere momentaneum matrimonium: sed tamen contra est, ut hic, & hanc l. no. pro statutis de dote lucranda, quod etiam vir vnius momenti lucretur tertiam partem dotis, ut est Perusij.

LEX XX.

1 *Emphyteuta si legat emphyteusim, quæ finitur morte, hæres non tenetur eam redimere a domino, & præstare legatario.*

2 *Emphyteusis licet non finiatur morte, tamen hæres patientiam non tenetur præstare.*

3 *Legatum emphyteusis an sit inutile.*

Vxor patrui. Qui legat res, in quib. habet vsumfructum: illud ius tantum legare videtur

1 h. d. † Et per hoc consuluit Barto. quod si emphyteuta legat fundum emphyteuticum, & talis est emphyteusis, quæ finiebatur morte, vt est in vsufructu, vt Institu. quib. mod. fin. usufru. §. finitur, & ff. de vsufruct. l. Titio: & j. de cadu. tollen. l. 1. §. in nouissi-

a mo. & ibi est tex. no. quod hæres non tenebatur a istam emphyteusim redimere a domino, & præstare legatario. hoc ipse ponit

3 in l. quod in rerum, §. 1, ff. de lega. 1. † Item dicit, quod licet non finiretur morte, tamen etiam ei non tenetur præstare patientiam. ut ipse no. eod. ti. l. si domus, §. fin. & in hoc male dicit. quia speciale est in personis, quibus etiam non tenetur ad patientiam, ut in Authen. de alie. & emphy. post princi. ergo in alijs secus supposito, quod sit talis emphyteusis, quæ possit cedi, & talis sit persona, cui possit cedi, vt sup. eod. l. ex legato nominis, & ff. de contrahen. empt. l. qui tabernas. & ff. de ac. emp. l. in venditione. facit

b quod no. Cy. in emptor, sup. loca. Sed quid si emphyteuta b efficitur proprietarius, vtrum sit extinctum legatum? & videtur, quod sic: quia extincta est emphyteusis proprietate superueniente. hoc videtur tenere Iacob. de Are. in l. seruum filij. in princ. de lega. 1. Sed potius videtur dicendum, quod debeatur ipsa proprietas; argu. eiusdem l. sed certe ibi nouus status rei sequebatur ex veteri, & ei erat implicitus, vnde relictum augetur, arg. l. fi. ff. si ex noxali cau. agatur: sed hic nouus status rei erat contrarius ueteri, & ideo magis videtur perimi, & extingui legatum quam consolidari. Sed contra hoc facit, quia augmentato iure daturis, augmentatur ius ac-

c ceptoris, ut ff. de rei uen. l. si a Titio. Bart. dicit c quod si testator legauit expresse ius, quod habebat, quod tunc non debetur proprietas; secus si legauit rem simpliciter, per l. quod in rerum, §. si quis post. eo. tit. quod non placet; quia tacite intelligitur legasse solum ius, quod habebat, vt hic. Dico ergo deberi emphyteusim eodem modo, & eadem lege. vt deretur, si proprietatem non emisset, & sic proprietatis acquisitio neq; legatum minuit, neque legatum auget, ut ff. de act. emp. l. fundum cum mihi venderes. & ff. comm. præd. l. si in uenditione. Non ob. d. §. si quis post. quia ibi loquitur in reali accessione concreta, non discreta, ut ff. de lega. 3. l. vxorem, §. testo, & l. pater, §. fundum. eo. ti. Item quæ-

3 ro, † an in l. nostra legatum sit omnino inutile, & videtur quod non, propter fructus medij temporis. ut l. mulier, §. 1. de leg. 3. quod concedo, si testator legauit, & tradidit, quia quod legatarius percipit, ad ipsum pertinet, sed si nil tradidit. nil tunc habebit.

ADDITIONES.

a A. B. Hæres tenebatur. Si emphyteuta legat emphyteusim, quæ tenetur morte. hæres eius non tenetur redimere a domino legatario. sed uidetur, quod sic, quia legando rem alienam scienter, obligatur hæres, ut sup. eo. l. cum alienam, sed hic scit, quia uerisimile est, quod sciat, l. leges, sup. de leg. & quod no. Bar. in l. 2. ff. de confess. ergo debetur. facit tex. l. sciens, ff. de pe. leg. vbi si ignoratur, non debetur, secus si scienter, licet Doct. contra tenent in l. quod in rerum, §. 1. de leg. 1. unde ibi Do. Io. in unde do. Ant. in c. Pastoralis, de doua. ubi dicit quod si testator legat rem in qua habet vsumfr. quod debetur tota res. contra tenet D. Io. de Imo. per istum tex.

b Emphyteuta. Vide per Sal. hic.

c Bart. dicit. Scilicet in l. seruum filij, hic alle.

LEX XXI.

1 *Verba vulgaria significant, quod plus intelligitur.*

2 *Hæres veste legata, massillos non potest separare.*

1 **In legatis.** Non refert qualiter quis loquatur, dummodo verborum sensus intelligatur. h. d. † Et no. Bal. ad lib. vj. Codic.

hic de significatione verborum vulgarium, quę ab vsu procedunt, & ita significat, vt vulgus intelligit, vt no. ff. de le. 3. l. librorum, §. quod tamē Cassius. & de supel. leg. l. Labeo. Et sunt apud nos Tuscos quędam verba vulgaria, vt hoc verbum Podere. i. vniuersitas agrorum: & quid significet, no. per Bar. ff. de leg. 3. l. vxorem, §. testō. & de suo. instr. l. Sciæ, §. Tyrannę, de auro, & argen. leg. l. si ita. Item hēmus vocabulum Apothecę, siue poticæ: & quid significet, dicut per Bar. in l. nam ꝙ liquide, §. 1. de pecu. leg. & de leg. 2. l. cum pater, §. mense. Item hēmus vocabulum massaritiarum, & quid importet, vide per eum in l. 1. de supel. lega. Item hēmus hoc vocabulum, cultra, & culcitra: & quid importet, dic vt per eum in l. librorum, §. fi. de leg. 3. † Habemus ēt quędam vocabula generalius vsitata, sicut est nomen vestis: & vtrum hæres legata veste, possit separare malpillos. dicit Bar. ꝙ non, *a* de aur. & arg. leg. l. cum aurum. & quod non veniunt vestes prohibitæ portari per statutum, dicit Bar. ff. de au. & arg. leg. l. quamuis. Et si legatur lectus, an veniat lectus festiuus, ponit in l. Medico, §. 1. de aure, & argen. leg. & quid contineatur appellatione pannorum, lini, & lanæ, ponit ipse de aur. & arg. lega. l. vestimentum.

ADDITIO.

a Dicit Bar. quod non. Adde de hoc dicti ueritate Ludo. Ro. singu. sub 624. incip. Lego mulieri, seu vxori meæ, & omnino per Ant. Corse. in singularibus, in uer. legatum, inci. lego vxori meæ uestes.

LEX XXII.

1 *Grauamen rei ubi apponitur nomini hæredis, intelligitur de primo hęrede tantum.*
2 *Hæres pro multis annis non potest soluere.*
3 *Gabella si debet solui de legatis ex forma statuti, cum emptores gabellarum generaliter mutentur de anno in annum, cui debeat solui.*
4 *Testator si uxori legat alimenta, & non dicit in domo sua, alibi poterit percipere.*
5 *Testator si legauit habitationem uxori, hæres debet ei dare, in qua honeste uiuere possit.*

In annalibus. Appellatio hæredum in dubio, significat omnes hæredes in perpetuum. h. d. Idem appellatione familiæ, vt J. de verbo. & rer. significa. l. fin. 1 † Oppo. nam vbi grauamen rei apponitur nomini hæredis, ibi intelligitur de primo hærede tantum, vt sup. de vsufr. l. antiquitas, & l. liciendum. de verbo. significa. sed in legato annuo apponitur contra naturam *a* rei; nam quia est conditionale pro sequentibus annis, non est transmissibile de sui natura, vt l. Stichū §. stipulatio, de uerbor. signific. ergo debet restringi ad primum hæredem. Solu. dicit Barto. quod aliud est natura rei legatæ, & aliud natura ipsius dispositionis: nam natura restringit nomen hæredis. Vnde si esset vsusfructus annus legatus alicui, & hæredi suo, non intelligeretur, nisi de hærede primo. sed in hac l. fuit legata annua proprietas, siue datio. vnde licet contra naturam annui legati sit, quod transmittatur, tamen non est contra naturam rei legatæ, secundum Barto. qui ita notat in l. Gallus, §. etiam si parente, ff. de lib. & posth. quod videtur male dictum, quia legatum annuum interponitur ad alimenta. vnde alimenta sunt ipsa res legata, & ipsa res legata non recipit transmissionem ex natura sui: ergo so. Barto. non ualet unam fabam. Vnde subtiliter dic, quod aliud est in vsufructu, non ex natura rei legatæ, sed ex natura rei non legatæ, cuius virtus, & potētia supra legatum potentia. i. ex natura proprietatis, quæ se obiicit legatario vsufructus; & ex ui, & ex potentia propria attrahit vsumfructum ad se, tāquam sibi subalternatum. & hoc statutum est ne proprietas perpetuo sit inutilis; nam absurdissimum esset, si ius principale semper succumberet iuri subalterno, ut ff. de vsufru. l. 4. §. ne tamen. illud ergo, quod infringit transmissionem vsusfructus, est ius aduersarii, in quo hæres legatarij ius nō habet, sed in annuo legato non est aliquod ius extra rem legatam, qđ se obiiciat transmissioni, & ideo fit transmissio generaliter ad omnem hæredem, vt sup. vt ac. ab hær. l. 1. Vel si loquamur in alimentis, non est proprie transmissio, sed noua alimenta, argu. l. stipulatio ista, §. si quis ita, de verb. obl. & ff. de no. l. si vsusfructus. Item dico, ꝙ istud legatum transmissibile nunquam est cōditionale, ꝙ patet, quia dies eius cessit quo ad transmissionem; & iō non est verum dicere, ꝙ transmissio sit de natura dispositionis. † Extra quæritur, *b* vtrum hęres possit soluere pro multis annis? Bar. dicit, ꝙ sic, in l. cum sine pręfinitione, ff. qñ dies leg. ced. Tu dic contra, ꝙ si legatum est conditione pro sequentib. annis, legatarius non tenetur recipere ante, vt ff. de verbo. obl. l. stipulatio ista, §. inter certam. Itē quia interest legatarij ante nō recipere propter custodiam, ut no. in simili, ff. de re. iu. l. in eodē, § nemo. & quia fructus interim possent corrumpi, & quia granum uetus non est ita bonum, sicut nouum. † Item quæro, si ex forma statuti dēt solui gabella de lega. cum emptores gabellarū generaliter mutentur de anno in annum, cui dēt solui? Resp. illi gabellario. cui est gabella in princ. eu. ustbet anni, sm Bar. q ita no. ff. ad leg. Fal. l. in l. Falc. non habetur, & l. cum Titio, eo. tit. & hoc est verum: quia habentibus ius eius anni debet solui pro illo anno, arg. ff. de usufr. l. defuncta. & ff. de actio. empt. l. Iul. §. si locatus, & ff. de iure fisci. l. fi. † Item extra quæritur, si testator legat uxori uictum, uel alimenta, & non dicit in domo testatoris; an ipsa possit alibi habitare, & alimēta percipere? & Bar. dicit, quod sic, in l. 2. de adi. leg. & bene dicit, quia est casus in l. cum nihi, §. in causa, ff. de transac. † Scias *c* tamen, si testator habebat domos proprias, quod non cogitur hęres ad pensionem conducere alienas, sed sufficit, ꝙ hęres in una illarum assignet illi legatariæ habitationem, in qua possit competenter, & honeste morari: non enim debet dare sibi habitationem ca... am, uel in lupanari, quia ciuili modo debent uerba intelligi, ut ff. de usufru. l. si is, qui binas, & ff. de seru. l. sicut.

ADDITIONES.

a Contra naturam. Idem Bal. in l. antiquitas, hic alle. quod ibi dixi vide. S. an appellatione hæredis ueniat primus, uide in l. quis liberis, § uerba. ubi per illum tex. limitatur hæc materia, & ibi no. Doct. ff. de uulg. & pup. & Bal. in l. fin. in q. 5. 6. & 7. oppo. sup. de hęr. insti. & etiam ibi in 21. 22. & 26. q. & dixi post Bal. in l. in causa, 2. §. Pompo. ff. de mino.

b Extra quæritur. Si bene consideres uerba Bar. per illam l. cum sine pręfinitione ipse bene dicit, & dictum utrumque potest saluari. uide Bal. in l. plures, in fine. supra de fide instrum.

c Scias. Illud sequitur Pau. de Cast. in l. si dominus, in prin. de leg. 1. pro quo facit lex illa, & dixi ibi post Bal. qui etiam aliquid ibi tangit, facit quod not. Barto. in l. 3. in prin. de tri. tri. & oleo leg.

LEX XXIII.

1 *Totum in genere resecatur per speciem.*
2 *Totum, diuisione legali diuiditur in duodecim uncias.*
3 *Hæreditas quandoq; transit in dispondium, & quandoque ad tripondiū.*
4 *Hæreditas qualiter diuiditur, si constat, quod testator in dispondium voluit transire.*
5 *Legatum generale si factum sit fratribus Prædicatoribus, & Priori spęciale, an Prior admittatur ad generale.*
6 *Legatum fieri potest fratribus Prædicatoribus. 7.*

Cum quæstio. Quando vni relinquitur totum alteri pars quota, vt de tota adempta quota. h. d. Et est ratio; qa necesse est de toto corpore euelli partem; aliunde enim euelli non potest, nam extra totum nil restat. oportet ergo, quod pars, quæ resecatur, euellatur de toto corpore, & ideo duæ Falcidiæ contra se non concurrunt; quia alia resecaret alteram, & altera reliquam. Sed hoc esset impossibile; quia Falcidia est istius naturę, ꝙ secat, & non secatur, vt no. J. ad leg. 1 Falc. l. quamquam. † Et adde, ꝙ totum in genere, resecatur per speciem, vt in l. doli clausula, ff. de verb. oblig. & totum in specie resecatur per indiuidua, vt ff. de leg. 3. l. hæres meus, §. duę statuę. & totum in indiuiduo secatur per partes; vt si vnius statuæ legetur vni brachium, alij vero caput, arg. ff. de rei vend. l. item quæcunque, §. si quis, & totum in iure secatur in partes. vnde si testator *a* legat vni proprietatem, & alii usumfructum: proprietas nō esset plena, sed nuda. Si autem legatur fundus, & alteri vsusfructus, an bo in vsufructu concurrunt, quia legatum fundi nondistinguit proprietatem ab vsufr. vt ff. de vsufruc. leg. l. si alij. Non ob. de vsufr. acere. l. si proprietas, quia ibi non fuit facta mentio proprietatis discretiuæ, sed concretiuę, dicendo lego fundum, ut ibi no. & adde quod no. sup. fami. etc. l. quoties, in gl. imo videt. 2 † Ad euidentiam huius l. pręmitte, quod omne totum diuisione legali diuiditur in 12. uncias, quæ unciæ habent nomina distincta, ut Insti. de hære. insti. §. hæreditas, & l. si alienum, §. in extraneis, ff. de hære. inst. ipsum autem totum uocatur As, seu pōdus, vt ibi patet. 3 † Item scias, ꝙ quandoque transitur ad dispondiū: hoc est hereditas diuiditur in plures quam 12. vncias; vt quia diuiditur ad tripondium, & sic de singulis. Item scias, quod ista gl. miscet simul tria contraria, quæ debent separari. Nam opp. de l. Marcellus, & l. qui quadringenta. ad Treb. & de l. interdum, de hęr. inst. & d. l. si ita. de lib. & posth. & l. Marcellus, l. nullo obstat, sed eius contrarium non soluitur in hac glo. Bar. soluit, ꝙ lic legauit primo totum; secundo partem quotam eiusdem rei. & sic clare patet, quantum voluit adimere primo, in l. contraria reliqt primo totū; scdo quantitatē. & sic non ꝯstat quantum de toto adimere voluerit. forte. n. putabat totum valere, plus, q̄ valeret. 4 † Op. secundo de d. l. interdū. gl. soluit, & bene; aut ꝯstat, ꝙ testtor noluit transire ad dispondium, sed voluit, ꝙ illud, quod secūdo loco legabat, adimeretur a primo; tunc non est dubium, vt l. qui non militabat, §. fi. ff. de hęre. inst. & pone exemplum, testator dixit relinquo Titio fundum, & de illo fundo relinquo Seio dimidiam. Vel dixit, instituo Titiū in 12. vncias, de quibus relinquo Seio sex. Quandoque constat, ꝙ testator ad dispondium transire voluit; exemplū, testator dixit, Titium instituo in 12. vncias; Seium

ADDITIO.

a And. Bar. Vnde si testator. Not. si uni legatur fundus, alij usufr. ambo ueniunt ad usumfr. uide Bal. in l. Sempronio, & l. si alij. de usuf. leg. & Bal. in l. quoties, §. 1. in fam. ercisc.

Selum instituo in alijs sex, nam ex eo, quod dixit in alijs sex, cõstat, quod voluit adimere primo: & tunc fit diuisio hæreditatis in xviij. vncijs, de quibus primus habebit 12. alius vero hẽbit sex, & ita loquitur l. interdum. Quandoque de hoc dubitatur, an testator voluerit ad disponendum transire, vel non: & tunc distingue, aut primo legatorum, & secundo partem, & tunc videtur a primo adimere, quod dat secundo, & ad dispondium non transire. casus est hic. Aut primo legat partem, & secundo totum; & præsumitur tunc, quod ad dispondium transire voluerit, vt d. l. interdum, & l. qui quadringenta, & instit. de hæred. instituen. §. videamus. Ratio differentiæ est, quia cum primo legat totum, secundo vero partem, pars potest de toto admi. sed quando primo legat partem, secundo totum, nõ potest de parte totum adimi. ideo tunc est præsumendum, qd testator ad dispondium trã sire voluerit. Contra prædicta oppo. cum tota hæreditas diuidatur a iure in 12. vncias, non potest testator eam diuidere, in 18. & plures, cum hoc sit statutum a leg. Sol. testator potest facere maiorem numerum vnciarum, non tamẽ potest facere maiorem quantitatem hæreditatis, quam sit, nam si testator facit plures vncias, erunt vnciæ minores in quantitate, licet plures in numero. Exemplum, in hęreditate sunt 24. solidi. si eam diuidis, in vncijs 12. quælibet vncia habebit duo solidos; si diuidis in 24. quælibet vncia habebit vnum solidum, & sic augebitur numerus vnciarum, & non quantitas hæreditatis, & hoc est, quod voluit hic dicere gl. licet obscure. Venio ad §. sed & aliam. Plures nominationes factæ uniformiter de eadem uoluntate, non faciunt eũ vocari ad puritatem portionum. hoc dicit. Vel sic, Nominatio de eadem persona sæpius facta, incidens in diem non inducit nisi vnum & idem. [5] † Oppo. de l. 3. ff. de stipu. ser. ubi repetitio uerborum multum operatur. Sol. ibi est diuersa ratio, & difformis consideratio circa eandem personam. hoc etiam modo respondetur ad l. qui Marco, ff. de annu. leg. nam ibi erat multiformis ratio includendi eandem personam sub diuersis respectibus. hic uero erat vniformitas in ratione & dicto. Oppo. de le. Sempronius Proculo, de lega. 2. Solu. ibi circa eundem actum erat diuersitas scripturarum, unde præualet minor summa, ut ff. de arbi. l. diem, §. si plures. Item oppo. de l. quinquaginta, ff. de proba. Solu. ibi in diuersis uoluntatibus, hic in una & eadem. facit ff. de adi. lega. l. centum, ff. de condi. & demonstr. l. non ad ea. ff. de action. & obliga. l. l. Lucio, ff. de dote præleg. l. fin. & quod no. infra de discuss. l. ne casu, lib. decimo. [6] † Et prædicta [a] faciunt ad q. [a] Testator legauit fratribus Prędicatoribus centum, & eorũ Priori Bibliam; nunquid Prior debet habere aliquam portionem de dictis centum? Pet. dicit, quod si præcedit genus, debet habere; secus si præcedit species. Tu dic, quod aut testator loquitur aduersatiue, ut quia dicit, Priori uero lego Bibliam; & tunc Prior non admittitur ad generale legatum; aut non loquitur aduersatiue, sed ampliatiue, quia dicit item Priori lego Bibliam, & tunc ad mittitur ad utrunque, ut d. l. qui Marco, quia gerit personam duorum, & sic duplici iure uocatur. Non ob. l. alimenta, §. Basilicæ. de alimẽ. leg. quia ibi species aduersabatur generi, eo quod legatum non erat generale, & facit supra fam. ercisc und. l. quoties, & ff. de le. 3. l. legatorum, §. qui plures. [7] † Et scias, [b] quod licet fratres Prædicatores sint mendicantes, tamen potest eis legari, ut uendant; quia uiuere uolunt, ut no. in ca. i. de reli. domi. lib. 6. super uerbo, domum. ubi gl. dicit, quod prohibiti acquirere possessiones, possunt tamen acquirere, ut uendant pro eorum necessitatibus, & alimentis, & idem uidetur dicendum, si per formam statuti forenses sunt prohibiti acquirere domos in ciuitate, ita eis possit legari sub modo, ut uendant, quod est notandum.

ADDITIONES.

a Et prædicta. Vide per Ang. & Imo. in l. cohæredi, §. qui patrem, ff. de vulg. & pup. & Bar. hic cum concor. & in l. quæsitum, §. pe. ff. de fun. inst. facit quod no. Bal. in l. quoties, sup. fam. ercis.

b And. Barb. Et prædicta. Nota ... ut legatum fratribus & Priori. vide Bartolum in l. si seruus communis, ff. de stipula. seruorum. Docto. in c. requisisti. de testam. Io. de Imol. in l. cohæredi, §. qui patrem, de vulg. & pup. & in l. 4. ff. de stip. seruorum, de poe. in c. 3. & Ang. in d. §. qui patrem & Barto. in l. si consul. ff. de adopt.

b Et scias. Facit l. cogi, §. hi, qui. ff. ad Trebe. & quod no. in l. eam quam, inf. de fideicommis. & vide per Barto. in authen. ingressi sup. de sacrosanc. eccle. in ver. iuxta hæc &c. & Imo. in l. apud Iulianum, in fi. ff. de leg. 1. & Roma. in l. Antistius, ff. de acquir. hęred. & Anto. de Butr. in capit. præsentia, in uers. quintus casus, extra de probation.

And. Bar. Et scias. Tene menti, q licet mendicantes non possint acquirere, possunt tamen acquirere hoc acto, vt uendant, & ex pretio alantur, quod no pro prohibito acquirere domos in ciuitate, facit l. fideicommissa, §. si seruo, de l. 3. vide Bal. in c. cum causa, de re iudic. ubi alleg. Arch. prędicatores non habere fidia, ut illa uendant, uide ibi, & Bal. tenet contra pro quo facit hoc, q hic dicit. Et uide text. in l. Antistius, §. fi. de acq. hær. ubi si quis est incapax propter infęlicitatem, potest per alium acquirere, ut inducitur per Ang. ad quæstionem. Si ex testamento bannitus non potest acquirere, non poterit etiam per seruum acquirere, quod limita, nisi illa acquisitio sit potius odiosa, quã fauorabilis, quia tunc põt acquirere, ut l. si quis solidum, ff. de hær. instit. & ibi Bal. & Ang. post Dynum, pro quo facit gl. l. 2. §. nemo, ff. de capi. diminu. quę dicit, quod non, licet bannitus desinat esse ciuis, est tamente quo ad odia. Item limita, nisi ipsi bannito acquisitio facta resultet in commodum ciuitatis, vt est casus singularis secundum Bald. in l. si quis in graui, §. is quoque, ff. ad Syllanianum. Item limita, nisi vellet acquirere possessio, ita notabiliter dicit Bal. in l. 2. ff. de usuf. om. iud. alleg. l. 2. §. si vir vxori, ff. de acq. poss. Item limita vt hic per Bal. quæ omnia sunt no. dicta. item nisi ueniret ex alio statuto, puta Teruisij cauetur, q forens non poterit acquirere bona immobilia. Alio statuto cauetur, q maritus lucratur dotem vxoris adulteræ, q forenses possunt lucrari bona immobilia isto casu. ita de facto consuluit do. Pet. in c. statutum, §. cum autem, de rescrip. lib. 6. vide tex. in c. recolentes, de statu monach. vbi est casus, q licet Astrnensibus sit interdictum tenere castella: tamen si acquirant, possunt illa cum alijs permutare, & ibi dom. Abbas dicit, quod si collegio legauit rem, quam acquirere non potest, poterit illam permutare, l. apud Iulianum, §. fin. de leg. 1. & illa not. pro statuto Ferrar. quo cautum, quod forensis non possit acquirere bona immobilia, quia forensis non est incapax propter delictum. Et pondera, si iste forensis succedit alteri habenti rem immobilem, tunc potest acquirere, arg. glo. c. 1. ne cler. vel mona & quod dicit Bar. in l. 2. §. 1. ff. de fals. unde quæ dixi in d. c. recolentes, & vide in simili quod no. D. Ant. in c. 1. de re iudi. & do. Petr. pro quæstione Teruisij, in c. 1. de consti. in repet. no. vide Alber. de Rol. in 2. p. statu. q. 2. & Bart. in l. filius, §. si quid alicui, de leg. 1.

Adde quod notaui in apostil. ad istum, in authen. si qua mulier, nu. 5. in vers. fratribus prædicatoribus, & nu. 6. in vers. non sunt mendicantes. sup. de sacrosanc. eccles. Ant. Corset. sing. suo, in vers. mendicantes. incip. licet fratres Prædicatores, & Hippol. de Mars. sing. suo 182. incip. in alienatione.

. LEX XXIX.

a *Substitutus filio exhæredato non potest grauari.*

Cum quidam. A substituto exhæredati non põt legari, vel fideicommitti, etiam si ipsi exhæredato legetur h. d. Primo ponit vnam quęstionem vsque ibi, sed & si legatum. Secundo ponit aliam vsque ibi, cum igitur. Tertio soluit primam vsque ibi, nec si ipsam. Quarto soluit secundam vsque ad finem. [1] No. † ex hac l. q substitutus filio exhæredato non potest aliquo modo a testatore grauari etiam si ipsi exhæredato aliquid, sit legatum, quod intellige, & limita hanc l. nisi substitutus [a] in testamento fuerit institutus: quia tũc grauari potest, vt l. fundum, §. qui filios, & l. in ratione, §. fin. ff. ad leg. Falc. & l. fi. in prin. de leg. 3. & vide l. plane, la 2. & l. ab exhæredati, in prin. ff. de leg. 1.

ADDITIO.

a Nisi substitutus. Vide quæ dixi post Bar. in l. in ratione, §. fi. hic alleg.

LEX XXV.

a *Legatum quod aufertur ab indigno fauore certæ personæ, illi personæ applicatur.*

[1] Si legatarius. Si † causa propter quam quis est indignus, respicit fauorem certæ personæ, quod aufertur ab indigno, illi personæ applicatur. h. d. In gl. idẽ in hærede. ibi, si in fraudem. Sol. ibi de fraude non constabat, hic sic. Pręterea poterat pœnitere vsque ad sententiam, ut sup. tit. 2. l. alia. In gl. vt ff. ibi, legatarius erat, sed hodie videtur indistincte, q perdat relictum: siue testator erat alias relicturus, siue non, vt in Auth. de hęred. & fal. §. his omnibus, & ibi hoc tenet Iac. de Bel. quod tene menti.

LEX XXVI.

1 *Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates est validum.*
2 *Legatarius habet duplex ius in legato.*
3 *Ius secundum, quod acquiritur legatario, dicitur ius dominij.*
4 *Obligatio dicitur passio, quæ cohæret debitori.*
5 *Contractus possunt esse temporales.*
6 *Causæ facta non possunt haberi pro infectis.*

[1] Illud, quod. Proprietas põt relinqui ad tp̃s, vt post tp̃s redeat ad hrdem. h. d. † No. ex hac l. arg. de ꝯtrib. ad vltimas voluntates, & qño de vno ad aliud arguat, vide plene per Dy. in l. seruum filij, §. eum qui chyrographum, ff. de leg. 1. In gl. potest. n. ibi, hic autem species, hęc sol. diuinationem sapit, quia tex. hic plus non loquitur de specie, q̃ de q̃titate. [2] † In eadem gl. ibi, sed vtetur exceptione. hæc solutio vera est in se. Potes ẽt clarius soluere, q in legato acquiritur legatario duplex ius. Vnum est ius personalis actionis ex testõ, quę competit legatario pro re legata; & istud ius personalis actionis nõ potest finiri tpe ipso iure, sed ope exceptionis, vt in l. p̃ria. [3] † Secundum ius, quod quęritur legatario, est ius dñij rei legatę: & istud tollit tpe ipso iure. ita loquitur lex ista. Et est ratio dr̃ię, vel diuersitatis; quia dñium. & ius reale non ita adhęret, nec est infixum ossibus, nostris, sicut actio personalis, vt l. 3. pro socio. ff. & l. quis ergo casus, ff. de pecul. quod etiam probatur: quia si dono, vel uendo tibi rem meam, apud me nil remanet: sed omne ius transit in emptorem, uel donatarium. Sed si dono, uel uendo actionẽ personalem mihi competentem: apud me remanet directa, & utilis in te transit, & ista probantur in l. emptori, & l. postquam, de hęredi. uel actio. uend. & l. in omnibus, ff. de actio. & obliga. & quomodo tempus obligationem non tollat, idest non euel-

lat radicitus, disce naturali exemplo. Pone enim, funibus quendam hominem ligatum, expectet quantocunque tpe, nullum tps vnquam disligabit eum: ita enim se ligatum inueniet in crastinum, sicut nunc; ita imaginare in obligato, quia sic vinculis ligatur, quemadmodum funib. vt Inst. de obli. in prin. vt dicit gl.

Verba ligant homines, taurorum cornua funes, &c.

Econtra pone hominem non ligatum, certe nunquam tps ligabit eum: ita. n. inueniet se liberum in crastinum, sicut est nunc, ita accidit in oblone: nam ex facto, non ex tpe nasci dēt. Vnde recte dictum est, quod tempus non inuenit obligationem, nec liberationem, vt l. obligationum fere, §. placet, ff. de act. obli. Hinc est, q seruitutib. prescriptione quæsitis nulla inest oblo: sed si ex contractu sunt quæsitæ, oblo cohæret, vt no. s. de vsufr. l. corruptionē. & io ratio istius oblonis seruitutis dr etiam durare post tempus vt ff. de serui. l. 4. Sed videamus radicem istius inseparabilitatis, fundatur ne in debitore, an in creditore, an in vtroque: considera. n. quod vr duplex esse oblo: nam (vt ita dixerim) est oblo passio, & cohæret debitori: & est oblo actio, & cohæret creditori. Qua propter aliqui dixerunt obligationem esse actionem. & si creditor cedat actionem, sequitur, q cedat obligationem, quæ ipsi creditori inhæret, non eam, quæ inhæret debitori. Est ergo cessa obligatio actio, non obligatio passio. sed iste modus loquendi non inuenitur in iure, vnde non inuenitur aliqua lex, quæ distinguat obligationem hoc modo; tamen probabiliter dici potest, quod in extremo patiente sit passio, & in agente sit ius agendi. & respectu vtriusque extremi sit ius inseparabile, & incorruptibile, nisi certis modis introductis a iure, vt d. §. placet. & ff. de reg. iu. l. nil tam naturale, & ff. de sol. l. prout quisque. & l. pe. & ff. de accept. l. nisi consentiat. † Vlterius vides hic, quod contractus possunt esse temporales, & facit supra, loc. l. si cum Hermes. licē ex tempore. v. g. commodo tibi decem vsq; ad pascha; ita quod adueniente pascha, habeas ea mutuo. hic innuitur adueniente pascha contractum commodati finiri ipso iure, non ex natura temporis, sed ex natura nouationis. Item inuenis nascentem cōtractum mutui ea die. Et scias, quod hic dies impedit natiuitatem actionis. Et est ratio, quia apponitur ad natiuitatem contractus; vnde cum contractus mutui non sit natus ante diem, necessario sequitur, q non est nata actio, nec obligatio ex eo, vt ff. si cer. pet. l. omnia. & l. certi condictio, in princ. eo. ti. Si vero dies non impedit natiuitatem actionis contractus, nunquam impediet natiuitatem actionis, vt ff. man. l. qui mādatum, & facit ad hoc ff. de pac. l. epistola, §. fi. & ff. de adop. l. & si filius. † Amplius considera: q factę causę pro infectis haberi nō possunt, vt l. in libello §. factæ, ff. de capt. vnde etiam Deus solo hoc priuatur ingenita proprie facere, quæ produxit, vt ait Aristoteles. His autē factis coherent virtutes, sicut anima enhæret corpori: vnde obligatio similis est animæ rationali, quæ nullo tempore consumitur, vulnerari tamen, & elidi potest obligatio. & ex ista elisione oritur exceptio, vt l. sicut. de præscr. 30. ann. sic etiam anima elidit, seu vulneratur, quando suas naturales actiones non potest operari, sicut contingit in homine ægrotante in membris officialibus animæ, sicut apparet in homine vehementer percusso in cerebro, cuius anima nil tunc intelligit: quia vehemens morbus mentem instingit, vt ff. de testamen. l. in aduersa. sic in obligatione dico, nam cum morbo laborat, datur exceptio debitori. Si autem est penitus extincta, non ei datur exceptio, nisi facti, seu intentionis; sed ipso iure non competit actio, ut in l. si vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pac.

De verborum, & rerum significatione. *Rub.*

1 *Verbum accipitur pro qualibet parte orationis.*
2 *Res significat nomina iura, & corpora.*
3 *Camera nomen quid significat.*
4 *Frumentum nomen quid significat.*
5 *Pronomina possessiua non solum significant dominium sed etiam quicquid de facto tenetur, & non de iure.*
6 *Legatum generale dicitur si testator dixit, lego omnia pondera mea.*
7 *Testator si dixerit lego filio meo expensas studij, nunquid filius petere possit, quod libri ibi emantur.*
8 *Indemnitas quid sit, & quid significat.*
9 *Testator dicens lego paupertatem meam, lucrum significat.*

¶ Significatio est proprius, & uerus sensus dictionis ab intellectu, vel statuto Legislatoris attributus: authoritas enim inuentoris, vel Legislatoris dedit ueta; & propria significata uocabulis, vt ff. eo. l. librorum, non tamen semper ad strictam significationem recurrendum est; nam quandoque dilatatur, seu extēditur; quandoque coarctatur, seu restringitur, & ista non dicitur significatio, sed interpretatio, vt ff. de lega. 3. l. non aliter §. 1. & de excusa. tut. l. scire oportet, §. sed & si maxime. † Not. quod hic verbum accipitur pro qualibet parte orationis, nam in qualibet reperitur suus modus significandi, insitus sibi ab intellectu vel consuetudine, quę habet vim legis, vt ff. eodem, l. Iurguni, & l. vt Alphenus, & l. cum de lanionis, §. asinam, ff. de fund. instructo. & nota, q significatio verbi quandoque sumitur a verbo disponente, quandoque a re disposita: & ideo dicit hic de verbo. signific. propter primum: & de rerum significatione, propter secundum. † Circa igitur hanc significationem rerum, dubitatur de aliquibus; & primo quid significet hoc nomen, res. dic quod significat corpora & iura, vt institu. de rebus corp. & incorp. & ff. eo. l. rei appellatione. & vide l. fi. ff. de vsufr. le. Secundo, quid significet restitutio facta ad bona. & dic, vt ff. eod. l. Princeps bona. † Tertio, quid significet *a* hoc nomen, camera: puta testator ita dicit, lego vxori meę cameram. & dic, quod ponitur continens pro rebus contentis, vt ff. de pecu. leg. l. fina. per Bart. † Quarto, quid significet *b* hoc nomen, frumentum, dic vt ff. de verbo. oblig. l. triticum. & si testator legat vxori frumentum indefinite, dicit Barto. q intelligitur de eo, quod erit tempore mortis testatoris, vt ff. de vino, triti. & oleo. leg. l. quidā. Tu dic, vt no. in l. Lucius, ff. de fund. inst. non tamen venit frumentum venale, vt de vsufructu lega. l. generali, §. vxori, per Bart. nisi aliud ibi non sit, de au. & arg. le. l. pediculis, §. item. in cōtractibus autem veniunt tam venalia, quam etiam nō venalia, vt ff. de pig. l. cum tabernam. *c* † Quinto, quid significent pronomina possessiua? Respon. in vniuersali dispositione significant non solum dominium, sed quicquid tenetur etiam de facto, *d* & non de iure: vt si testator dicit lego omnia mea bona, vt l. cogi, in prin. ff. ad Treb. Sed in generali dispositione non continetur, nisi res proprię, vel quasi proprię: vt cum dico, lego tibi omnes seruos meos, vt ff. de auro, & arg. le. l. Quintus, §. argento, & l. suos seruos. ff. de leg. 3. & argumen. ff. de rei vend. l. Marcellus. † Quid ergo *e* si testator legauit hoc modo, lego omnia pondera mea? Respon. hoc est generale legatum potius quam vniuersale: & ideo non ueniūt ea, quæ testator mala fide possidebat in isto legato, & etiam inspici debet tempus testamenti, de hoc tangit Barto. in l. certatum. ff. de testam. tut. Sin autem certæ speciei pronomen possessiuum adijciatur, talis adiectio non minuit legatum, nisi sit conditionaliter expressa, ut ff. de le. 1. l. Stichum, qui meus erit. Sed quid *f* si testator dicit, lego omnes res meas, quas habeo in villa Panicalis? & testator vendiderat unam rem ex illis, & tradiderat, & tamen contractus erat nullus, nūquid illa res includitur in legato? & est optimum argumen. quod non, de pecu. leg. l. cum dominus, § filius. † Sexto *g* quæro, quid significent hæc verba, lego filio meo expensas studij, nunquid possit petere quod sibi emantur libri. dicit Dy. quod nō; quia nomine expensarum non continetur pretium, ut ff. de cond. & demon. l. quibus, §. 1. hac certe ratione, nec frumentum, nec uinum debet sibi emi. & ideo dic libros emendos, & emptos retinendos per filium quandiu stat in studio, ut l. qui pater, ff. fam. ercis. † Septimo quæro, quid significet nomen indemnitatis, vt si testator mandat aliquem conseruare indemnem. Respōdeo, intelligitur prout patitur natura negocij; nam si possibile est, intelligatur, ut caueatur pro ipso, uel ipsi, ita quod ex futuro euentu non possit pati damnum ut ff. de dote prælег. l. pater. & ar. ff. de statuli. l. statuliber. rationem. Octauo quæro, *h* si testator dicit, lego paupertatem meam, quid iuris si sit diues? Respondeo, quod hæc uerba etiam lucrum significant, ut ff. ad Treb. l. Lucius, §. hæredem.

ADDITIONES.

a And. Bar. Tertio, quid significet. No. quod si quis leget cameram, videtur legare rē existentem in camera, vt no. Bar. in l. cum pater, § mensæ, ff. de leg. 2. & in l. cum tabernam, ff. de pign. & Bal. in l. certo gener. de serui ru. prædi.

b An. Bar. Quarto, quid significet. Et si testator legat vinum, uel frumentum, intelligitur de eo quod erat tempore mortis, vide Bar. in l. si ita, de au. & arg. leg. & in l. seruus, §. qui quinque de leg. 1. & ibi Bald. & Bar. in l. quidam. de vino leg. & D. Pe. & ibi dixi in c. indicante, de test. no. quod in legato generali nunquam ueniūt venalia, l. si chorus, §. fi. & l. prędijs, de leg. 3. & l. prędia, de fun. inst. limita secundum Bar. inf. d. §. vxori.

c L. cum tabernam. Vide quæ dixi post Bar.

d De facto. Vide Bal. in l. 1. in uer. ult. no. ff. de sta. ho.

e Quid ergo. Vide quod no. Bar. in l. si ita, in fi. ff. de au. & ar. leg.

f Sed quid. Facit quod no. Ang. in l. seruum filij, §. si idem seruus, de leg. 1. facit l. fin. §. fi. vbi est sing. casus, secundum Bar. ff. de au. & ar. leg.

g Sexto. Vide Bar. in l. quibus dieb. §. dominus, ff. de cond. & dem.
And. Bar. Sexto quæro. Quid importet hoc legatum, expensas studij filio meo lego: & an ueniat expensa, quam scholaris facit pro matricula, uide Bar. in l. his uerbis, §. fi. de leg. 2. & an expensæ debeant sibi apportari vsque ad studium, uide Bart. ff. de iud. l. sed & si susceperit, §. si libertus.

h And. Bar. Octauo quæro. Et illum tex. no. pro cuius intellectu uide Ange. & D. Io. in l. 4. §. fi. de re iu.

LEX PRIMA.

1 *Vinum viris, & mulieribus est iucundum.*
2 *Instrumenta agrorum si sint destructa, colonus an teneatur ea reficere.*

Fundi

3 *Praedij instructi nomine quid significatur.*
4 *Equi armati nomine, quid significatur.*
5 *Adiectiuum non operatur idem quod duo substantiua.*
6 *Armatus, adiectiuum, potest intelligi pluribus modis.*

PRædijs. Legato fundi instructi non continentur venalia, neq; casu translata, sed quæ ea proposito testatoris ibi sunt parata gratia ipsius testatoris, vel ipsius prædij. h. d. cum l. seq. † Et ponit hæc lex exemplum in uino, quod est gratia personę, ne mulier testatrix cum veniebat in fundum, sitim pateretur. est enim vinum uiris mulieribusq; iucundum, cum lætificet cor hominis, vt no. in l. 1. ff. de periculo. & commo. rei uendi. & habetur in Psalmo. sed Psalmista loquitur de uina spirituali, id est de sanguine Christi. Sed lex sequens ponit exemplum de instrumento agri, vt sunt boues arentes, pecudes stercorantes, asini fructus portantes, & serui agri. Item quędam inanimata, vt ligones, sarcula, bidentes, & similia. † Sed dubitatur, a si ista sunt destructa, vtrum debeat colonus ea reficere suo sumptu? De legatario enim nō est dubium, quod sibi pereunt. quia est dominus, & domino res perit quę sua est, ut supra locati, l. domum. Sol. dic, quod colonus tenetur operari cum suis instrumentis, vt not. s. de testa. l. quoniam liberi, in vltima gloss. & idem in quibuscunque fabris, seu operarijs, & si faber, faciendo alicui ferrum, destruit malleum suum, vel incudem, vel etiā ipsum ferrum ante perfectionem & redditionem de eo factam. dño propio, tenetur ipse, & non alius, ut no. ff. ad legem Rhod. de iac. l. 3. §. si cōseruatis, in fi. facit l. si vt certo, §. plene. ff. commodati. † Quęro, quid significetur nomine fundi instructi. Resp. instrumentū personę & fundi. b † Sed quid significetur nomine equi armati: verbi gratia, dicit testator, relinquo Titio morellum meum armatum. modo Titius vult arma testatoris. Item vult armaturas equi. & videtur dicendum, quod non cōtineatur arma hominis: quia digniora sunt, ar. ff. de verb. signifi. l. vestis. Sed pone, quod testator armabat equū diuersis modis nam quando ibat ad tornea menta, ponebat sibi phaleras, id est ornamenta cum perlis & auro; sed quando accedebat ad prælium, erant phaleræ de corio? Respondeo, minores debētur, vel mediocres: quia tenere medium, est uiri prudentis, & legis a sapientibus institutæ, vt ff. de auro & argen. leg. l. qui lancem. nisi propter eximiam nobilitatem testatoris atq; legatarij amplius præsumatur, ar. ff. de donatio. l. filius, & de leg. 3. l. vxori, in fine. & ff. de vsu, & habita. l. plenum, §. equitii. Sed quid si testator cū plures haberet equus, dixit, lego equum meum? Respondeo, intelligitur de eo qui in vsu suo esse solebat, vt pleno modo intelligatur meus, scilicet quo ad proprietatem & vsum, vt ff. de auro, & argen. leg. l. si vxori mundus. §. 1. ibi, quia & c. sed quid si testator dixit, lego equum meum & arma. Respondeo, quod copula, & plenam additionem facit: vnde intelligam absolutum sermonem absolute, scilicet de armis equi, & equitātis: quia natura istius dictionis, & est ampliare quam plurimum potest. vt ff. de leg. 3. l. eatamen adiectio. Sed pone, quod testator erat homo parum sensatus: & quando ibat armatus, portabat cornum, id est cimerium Regis Vngariæ. modo legauit equū suū & arma, & omnia ornamenta, nunquid legatarius potest petere istum cimerium? & dic quod non, quia non potest eum portare sine vituperatione, cum reputetur ad nimiam fatuitatem. vt ff. de auro, & argen. leg. l. vestis, §. muliebria. † Vlterius reuoco in dubium, nunquid idem operetur adiectiuum, quod duo substantiua cum copula? Respōdeo, non. nam adiectiuum semper copulat principaliter: vt cum dico, fundum instructum: nam tantum est dicere, quantum fundum & omne instrumentum tam fundi quam hominis: secus si dico, fundum cum instrumento. nam dictio, cum, accessorie copulat, non principaliter, quando cadit inter res, quarum vna subalternatur alterit & ideo quando legatur fundus cum instrumento, non venit nisi instrumentum fundi; sed si legatur fundus & instrumentum velut instructus est, vtrunque tunc instrumentum continetur, vt ff. de fun. instr. l. quæsitum, §. si fundus. † Et hoc facit ad quæstionem c statuti de insultante cum armis, nam non sufficit dicere, quod insultauit armatus, cum istud adiectiuū possit intelligi pluribus modis, & sic accusatio quo ad hoc est indiscreta & incerta & libellus in criminali dēt interpretari stricte, vt l. si præses, de pęn. nam cum accusans obliget se ad pęnam talionis, in dubio intelligitur se obligate ad minimum: & per consequens accusare de minimo, quod sub verbis generalibus possit includi.

ADDITIONES.

a Sed dubitatur. Vide per Angelum in l. stipulationes commodissimum, ff. de verborum oblig.
b Phi. Dec. Fundi. Ad hæc dic clarius, & plenius, quod fundi instructi appellatione veniunt ipsius fundi instrumenta, sine quibus cultura tuimeque ipsius decideret ac periret, non autem ea, quæ paterfamilias in fundo venalia, aut in aliam rem haberet vt per Bar. in l. 2. §. 1. ff. de fun. instru.
c Et quæstionem. Vide quod no. Bar. in l. 3. in prin. ff. de vi, & vi, ar.

LEX II.

1 *Integro statu verbum, quid significat.*
2 *Instrumenta debentur vsufructuario, quæ non debentur proprietario.*
3 *Emens fructus lacus a communi, vel aquas nauibus quas Commune habet poterit vti.*

Fundo. Summata est in lege præcedenti. † Quæro, quid de verbo, integro statu? Respondeo, idem sonat, quod verbum, instructus, tam in contractibus, quam in vltimis voluntatibus, vt l. si quando. infra de bonis vocan. libr. x. vbi de hoc, alias certe nō veniunt instrumenta neq; fundi, neq; patrisfmalias, vnde vendito fundo, non veniunt a boues, nec asinæ neque vegetes, neque aliquid ei non fixum, nisi sit actum expresse, vt ff. de actio. emp. l. fundi nihil. & de contrah. emp. l. dolia. & l. q fundi, §. pen. vendita tamen domo, debent tradi claues: b quia per claues intratur ad possidendum, vt ff. de contrah. emp. l. clauibus. & vide infra ad legem Falcidiam, l. si prædiorum. † Et nota, c quod vsufructuario debentur instrumenta, quæ non debentur proprietario: vnde proprietarius non poterit amouere boues aratorios de agro, licet de instrumentis nil sit dictum, vt ff. de vsufruct. l. sed, & si quod, §. proprietatis. † Sed pone, d quod emi a Cōmuni Perusij fructum lacus, vel aquas: Commune autem habebat ibi proprias naues ad piscandum, quarum vsum ego volo. Commune negat: quæritur quid iuris? Respondeo, debeo habere, quia redigor ad instar vsufructuarij, vel conductoris, vt ff. locati. l. sed addes, §. illud. & facit de vsufr. leg. l. item si fundi, §. seminarias.

ADDITIONES.

a Veniunt. Vide hic gl. & Doc. in d. l. si quando. hic alleg.
b Claues. Adde l. quæsitum, ibi Bart. ff. de fun. instru.
c Et no. Vide Bar. hic.
d Sed pone. Vide Bar. hic.

LEX III.

1 *Cautio debet esse solennis.*
2 *Cautionis nomine, an intelligatur fideiussoria.*
3 *Cautiones, quæ veniunt ad vigorem formandi iudicij, debent esse non solum solennes, sed plenę.*
4 *Cautio, verbum, si a iure ciuili proferatur, si persona sit suspecta, tenetur satisdare.*
5 *Fideiussor non tenetur se obligare sine principali.*

Sancimus. Cautionis verbo simplex cautio significatur. hoc dicit. Et est ratio, quia quod simpliciter dicitur, simpliciter intelligitur, & sine adiectione. † Oppo. a videtur, quod cautio debeat esse solennis, non nuda, vt no. ff. de leg. 1. l. huiusmodi, in prin. Sol. concedo, quod debet esse solennis, id est efficax, & sub tali forma, quæ valeat de iure, & etiam de consuetudine, vt infra de fideicom. l. generaliter. non tamen debet esse cum fideiussore: quia esset obligatio grauior, cum sit durum inuenire fideiussorem præcipue in magnis & arduis, vt ff. de iud. l. a. §. sed & si dubitetur, & ff. de colla. bono. l. 1. §. si per inopiam. † Secundo b oppo. quod nomine cautionis intelligitur fideiussoria, vt ff. de iudic. l. si debitori. Solutio ibi non profertur verbum cautionis simpliciter, sed cum adiectione, quia fit ibi mentio competentis cautelæ. Idem si fiat mentio sufficientis cautelæ, quia debet pręstari fideiussor, vel pignora, ut extra de sequestra. poss. c. ad hæc, & de pig. cap. vlt. vt lite non contesta. cap quoniam frequenter, §. in alijs, & de appe. c. qua fronte, de verborū signific. cap. ex parte, secundum Oldradum Tertio opp. de l. 1. s. de procu. Solu. ibi loquitur in cautione prætoria, vel iudiciali, vt ff. eo. l. habere, §. 1. ff qui satisda. cogan. l. 1. & l. quoties, quia † cautiones, quę veniunt ad vigorem iudicij formandi, debent esse non solum solennes, sed plenę, ut ff. de preto. stipu. l. pretorię. & ff. de reg. iur. l. nemo, & idem si ex forma statuti præstanda sit cautio iudicatum solui coram arbitro: c quia redacta est ad instar prætoriæ, cum arbitria imitentur iudicia, vt supra de iudi. l. rem non nouam. † Sed quid verbum, cautio, proferatur a iure ciuili? Respondeo, si quidem est persona suspecta, d debet satisdare: nam nuda cautio parum releuaret. Si autem non est persona suspecta, sufficit simplex cautio: vnde hoc iudicis arbitrio committitur, argum. ff. de iure delibe. l. prima, & de hoc est tex. multum no. ff de peti. hæredi. l. pen. ibi, cautione vel satisdatione, & c. & ita tenet Ol. per istum tex. quicquid dicat hic Cyn.

Sed

ADDITIONES.

a Oppo. Adde Bal. in l. pe. inf. de exe. rei iud. Imo. in l. diuortio, §. interdum, ff. sol. matr. & Bal. in l. 1. sup. de procu.
b Secundo. Vide Bal. in auth. cum rebellom inf. de indict. viduit. tol. in fi.
c Arbitrio. Vide Bal. in l. 1. sup. de pro. & in l. 1. ff. qui satisdare coga. & in l. 6. sup. de edil. edicto.
d Suspecta Vide Pau. de Cast. in l. diuortio, §. interdum, ff. sol. mat. & Bar. in l. prius, in 2. q. ff. de ope. no. nun.

a Sed quid *a* si promitto te facere cautum ad sensum alicuius sapientis? Respondet glo. sensus sapientis est, vt legitime figet, & caute, non autem cum fideiussore: quia consilium sapientis nõ exorbitaret a iure, ut ff. manda. le. si mandato Titij. §. fina. Si autem *b* esset dictum, promitto facere cautionem, prout Titius arbitrabitur, tunc pro rei qualitate posset arbitrari cum fideiussore, uel sine, prout æquitas eum mouet, multum enim refert inter arbitratorem, & consultorem, cum arbitrator possit interdum iura transgredi, nõ lædendo partes nimis, vt ff. de arb. l. sed & si seruum, §. si quis. & l. Pompo. scribit si de meis, §. recepisse.

c Sed nunquid *c* ille, qui promisit cauere, teneatur apponere pœnam, vel promittere certum quid nomine interesse? Resp. non vt no. ff. qui satisd. cog. l. a. §. fi. Non obst. ff. de præto. stip. l. fi. quia ibi nil dicitur de compulsione. Item non obstat gloss. in d. §. sed & si dubitetur, & l. nisi §. quamuis, ff. si cui plusquã per leg. Falcid. & l. 3. ff. de alte. iud. quia in §. sed & si dubitetur, releuatur in vno propter inopiam, ergo grauatur in alio, scilicet in promissione pœnæ. eodem modo respondeo ad gl. quę est in §. quamuis, & ad glo. l. 3. §. fi. de ali. iud. vel ibi in arbitrariis, & facit quod

5 no. ff. de uerb. oblig. leg. ex ea parte, in princ. † Sed qd *d* si promisi

d fideiubere pro te, nũquid teneor me obligare sine te? Dic quod non, quia non teneor constituere me principalem, vt ff. de vsufruc. earum rerum. l. tribus. ubi est casus nor. Sed quid si nolo fideiubere, nisi conserues me indemnem? videtur, quod non tenearis cum soluens non reperiam, vt d. l. tribus. contrarium dico ex natura fideiussionis, vt ff. de nego. gest. l. si quis mandato. Nõ obst. leg. tribus, quia ibi speciale in dãnatu fideiubere in ultima voluntate ut soluens non reperiat, quia ibi fit latior interpretatio, quam in contractibus, vt ff. de reg. iur. l. in testamentis. Item quia fideiussor sine mandato, damnatus ad hoc per testatorem, non habet actionem mandati, quia non intercessit mandatum a principali directum in ipsum fideiussorem. Item non competit actio negotiorum gestorum, quia non gessit sponte, & duo rei uidentur inuicem fideiubere: & tamen si sunt constituti per vltimam voluntatem, vnus soluendo nil repetit ab alio, quia ex causa lucratiua non datur repetitio, ut ff. ad leg. Falc. l. in le. Falc.

e hoc esse seruandũ. Alii dicunt, *e* quod fideiussor habet utilem negotiorũ gestorũ actionẽ, vel in factũ subsidiariã: quia dãnatus contrahere, potest agere ex eo contractu fm naturã cõtractus sed damnatus fideiubere est damnatus cõtrahere, ut infra de fideiusso. l. blanditus ergo, &c. & ff. de ac. em. l. si hęres testã.

ADDITIONES.

a Sed quid. vide Bal. in l. pen. de execu. rei iudica. & Specu. in titu. de emp. & vendit. §. 1. ver. sed quid in instrumento. & Bar. in l. 1. ff. de præto. stipular.

And. Barb. Sed quid si promitto. Et de isto verbo, cautio, an importet fideiussores, uide Bald. qui eleganter loquitur, in leg. vniuersa, sup. de preci. Impe. offer. & in leg. generaliter, sup. de Epis. & cler. & in leg. 1. sup. de procur. & Io. de Imo. in le. diuortio, §. interdum, ff. sol. mat. & Ang. in leg. 2. §. sed verum, ff. de iud. & ll. si cui plusquam per leg. Fal. leg. nisi, §. 1. & si in mandato dicitur de sufficienti cautione an sufficiat iuratoria cautio, aliquid in cap. Pisanis. de restit. spol. super gloss. & ibi refert Dominus meus. & tenet, quod sufficit iuratoria cautio, nisi esset periurus, vt ca. ex parte, de ver. signi. sed Ioan. And. tenet gl. ibi, videlicet, quod præstetur cautio sufficiens, per tex. in leg. si mandato, §. fi. ff. manda. vide, quæ notaui in c. quãquam, de usur. in 6. & bonam glo. in c. prout, de dolo & contu. & ibi singulariter dicit Host. quod quãdo pars est contumax, iudex potest petere iuratoriam cautionem, vt ibi dicit tex. alias secus, & ita reprehendit iudices, qui in iussione iudicari cogunt partem ad iuratoriam cautionem de parendo iuri. & uide Mode. in d. §. interdum. ub dicunt, quod si dicitur de cautione mediocri, dicunt, quod uenit obligatio omnium bonorum alleg. casum sing. in leg. filio, ff. vt lega. not. cap. quid si dicitur competens, alleg. glo. fin. quod intelligitur cum fideiussore, vel pignore. le. si debitori, ff. de re iudica. Quid si dicatur, caueat, uel satisdet. dicunt, quod si est suspecta persona, debet satisdare cum fideiussore, uel pignore. Si est non suspecta debet cauere. ita dicunt debere intelligi glo. sing. relatam ad tex. leg. pen. §. hæredi, ff. de pet. hære. Item ubicunque dicitur de nuda, debet intelligi, quod sit ualida. gl. leg. huiusmodi, de leg. 1. non tamẽ debet esse nuda ab appellatione pœnæ, ut glo. leg. 2. §. sed & si dubitetur, ff. de iud. quam Ang. in d. §. interdum allegauit pro singu. sed est alia in d. leg. nisi, in §. 1. item non debet esse nuda obligatio bonorum, ut dicit Bart. in leg. si priua ff. de oper. nou. nunc. & uide quod habetur in §. si quis autem pro petitua. in Authen. de sanc. Episc. Et uide glo. in cap. prima cautione, de consec. dist. 4. quæ dicit, quod simpliciter cautio dicitur cautio idonea. licet tex. alter dicat. uide omnino. et glo. et Doc. in c. ex publico, de conuers. coniug. glo. in cap. ex transmissa, de rest. spol. & ibi dixi. uide quod habetur in cap. ad nostram, el 1. de iureiur. & ibi dixi uide Bal. in leg. omnes, §. in hac, sup. de Epis. & cler. D. Pet. & ibi dixi in rubr. de peg. vide cle. 1. de pen. ubi ponitur in simili, sufficit quod idonee caueat, uide tex. in l. 1. ff. qui satisd. cog. & ibi glo. dicit, quod si est honesta persona, nõ tenetur cauere, & alle. eam pro sing. Bar. in l. 3. de iud. vide gl. & tex. in c. 1. de sequest. pos. & c. qua fronte. §. 1. de app. ver. sufficienti cautione. de hoc ver. competenti. uide cap. quanto. de usur. in uer. satisfecerint cõpetenter & pondera, q a licet omnes dicant, quod in stipulatione prętoria debent interuenire fideiussores, vel pignora. tamen illa non uidentur procedere, cũ alleg. leg. 1. §. iubet, ff. de collat. bono. quia uerbum, recte, ibi positum, tollit illam legem de medio. allegant etiam l. prætoriæ, de præt. stip. sed illa loquitur in prætoria satisdatione, & sic nõ loquitur de cautione: & ideo, nisi sit data forma a lege prætoria, quia tunc est illa seruanda, etiam parte inuita, argu. leg. Paulus, ff. de solu. & sic uerbum, cautio, siue proferatur a lege ciuili, siue canonica, intelligitur de nuda cautione. Tene menti, quia est noua inuestigatio. Et uide quandam apostillam manu excellentissimi Doc. Io. de Ana. in d. l. sancimus. qui ita dicebat nec eius taceo nomen, nec sing. mihi attribuo ingenium, ut uiuum furis cantem, leg. hæreditatũ, ff. ad leg. Falc.

b Si autem. vide Bal. in l. fi. supra de pet. hęr.

c Sed nunquid. vide Baldum in l. pen. de execu. rei. iud. & Bar. in d. l. fi. de præto. stipula.

d Sed quid. No. ad l. tribus, hic alle. & uide quod sequitur, & quod dixi in d. l. tribus. & Bar. in l. 1. §. ne autem, inf. de cad. tol. quid si promitto dare fideiussorem intelligitur de idoneo, secundum Bar. in l. filius, inf. de fideius.

e Alii dicunt. Gl. in d. l. tribus, sed tex. ibi in fi. sonat contrarium.

LEX IIII.

1 *Electio non potest cadere in alternatiua personarum.*
2 *Tutela magis est honor, quam onus.*
3 *Disiunctiua subordinat, & non copulat.*
4 *Disiunctiua in contractibus inter personas ponitur pro coniunctiua.*
5 *Alternatiua cadit inter personas.*
6 *Procurationis officium tacite uidetur commissum cuilibet per se in solidum.*
7 *Disiuncta non ponitur pro coniuncta, si expresse electio conferatur inter personas.*
8 *Voluntas vltima, & lex municipalis, dicuntur similia.*
9 *Electio inter res, cuius esse dicatur.*
10 *Pater & filius in retinendo non dicuntur pares.*
11 *Pater & filius in quærenda obligatione, dicuntur pares.*
12 *Serui intentio non se diuidit, sed in alterum se dirigit insolidum.*

Cum quidam. Disiunctiua posita inter personas, ponitur pro cõiunctiua: secus si inter res. Idem in contractibus. h. d. Sed quæ est ratio differentiæ inter personas, & res? Respon. si inter personas, non acciperetur pro coniuncta *r* & prouisio esset inutilis ratione incertitudinis, vt ff. de stipula. seruo. l. si seruus, §. fi. † Et no. q in alternatiua personarum non cadit electio, sed in alternatiua rerum sic.

a Oppo. *a* & videtur, quod inter personas non ponatur pro coniuncta, vt ff. de lega. 3. l. ille, aut ille. in princip. & de leg. 2. l. si ex toto, §. 1. Sol. ibi ponitur inter grauatos, unde fiũt duo rei debendi in solidum: hic vero inter honoratos, qui non fiunt duo rei credendi in solidum, sed ipso iure diuiditur inter eos emolumẽtum, nec cooperiamus vnũ altare, & discooperiamur aliud alias daretur materia hæredi gratificandi, sicut alias contingit rõne incertudinis, vt ff. de leg. 2. l. si quis seruum, §. inter duos.

a † Secundo oppo. contra hoc de tutela, quæ est onus, sed re-
b spon. *b* quod magis est honor, vt ff. de manu. test. l. testamento,
3 Cẽtuno, §. 1. ibi, & ab honore administrandæ, &c. † Tertio opp. de l. cum pater, §. a te peto, ff. de le. 3. ubi disiunctiua sub ordinat, & non copulat. Sol. ibi testator subalternabat personas: quia habebat affectionem ita ordinatam, quo casu primo nominatus, primo vocatur, arg. ff. de vsufr. l. quoties, & de leg. 2. l. si quis seruum, §. certam. ff. ad Trebe. l. hæredes mei, §. fin. & ff. de liber. & posth. l. Gallus, §. 1. & sic primo nominatus (vt dixi) pręfertur. sic ff. de hær. instituen. l. qui soluendo non erat seruum. nam ordo verborum describit ordinem intellectus. de consec. dist. 2. c. in Christo pater, & qui primo nominatur, maior cæteris esse præsumitur, vt l. 1. ff. de albo scri. Quarto oppo. ad idem de d. l. quoties. Sol. ibi fuit alternatio temporum, non personarum: q a dixit, alternis annis, &c. † Quinto opp. dr̃ hic, q in cõtractibus disiun-
4 cta inter personas ponitur pro coniuncta. Contra ff. de verb. ob. l. cum qui, §. qui sibi. Sol. ille §. nil facit: quia loquitur in adiecto solutionem, nõ ad obligationem, vt ff. de sol. l. aliud, & l. vero procuratori, & l. si cum Cornelius. Sed magis obstat. ff. sol. mat. l. Caius. sed ibi ex nũ, & priuilegio dotis intelligitur stipulatio principaliter de muliere, quia ei dos coheret, arg. ff. de stipu. seruo. l. item si aliter, & ff. de duobus reis. l. si id, quod ego. Septimo oppo. sup. de constit. pecu. auth. si qñ Sol. ibi una persona fuit inutiliter adiecta, & ideo non resoluitur in coniunctam; quia ratione solutio-
e nis uitiaretur actus, Octauo *c* oppo. & uidetur, quod alternatiua posita inter personas, reddat dispositionem inutilem, vt ff. de stipu. seruo. l. item si seruus, §. fina. cum l. sequen. Solut. illa corrigitur

ADDITIONES.

a Op. & uidetur. De hac materia uide plene per Pet. de Bellaper. in le. si fundum sub conditione, §. hic verba, ff. de leg. 1.

b Respondeo. Hanc solutionem etiam ponit Imo. in l. si ex toto. ff de leg. 1.

c Octauo. Vide aliquid per Bar. hic. & latius in d. l. si quis ita, hic all.

And. Barb. Octauo opp. No. quod dictio, seu, quãdo ponitur inter res, ponitur pro coniunctione, &, & ampliat. vide gl. & Doc. in c. bone, el 1. de posth. præla. & glo. fi. Arch. in c. 1. de sta. reg. lib. 6. 61. dist. cap. ego. Lud. Bar. in l. si quis ita, ff. de au. & arg. leg. D. Bart. in cle. 1. §. postremo, de sum. Tri. & in cle. 1. de ui. & ho. cle. Archi. in c. statutum, §. cum uero, de resc. lib. 6. & in cap. Romana, §. cum autem, de app. li. 6. Cy. & in leg. conuenticulam, C. de Epi. & cle. Bart. in leg. 1. C. de nauic. lib. 12. & Bar. in l. si is qui, §. vtrum, ff. de rebus dub. & in l. ad protegẽdam. C. de in li. dam. tut. vide cle. cupientes, de pœn. de dictione, seu, uide Do. Abb. in cap. inter cæteras, de rescrip. & uide cap. ad audientiam, in uersicu. seu de rescrip. uide cap. cum contra, de iur. cog. & ibi Bal. qui dicit, quod quando dictio, seu ponitur inter diuersos terminos, ponitur pro, uel, quando ponitur inter diuersas res, ponitur pro, &, uide Bal. in c. quoniam, de test. & Bart. in consil. incip. Dominus Sabinensis. vbi consuluit, quod dictio, siue, ponitur ad ampliandũ. alle. l. si quis ita, ff. de aue. & arg. leg. eundem Bar. in consi. inci. Statutum vniuersitatis Assisii cauetur, in ordine est 251. uide Bal. de dictione, siue, cap. 1. ut li. non conte. Lud. Rom. consil. 153.

corrigitur per istam, secundum Pet. Dy. & Barto. Nono opp. dicitur hic, quod in alternatiua rerum datur electio. ff. de aur. & ar. leg. l. si ornus ita vbi debetur vtrunque. Sol. ibi non est dictio disiunctiua, sed ampliatiua. l. dictio, aut seu, quę quandoque cadit inter res, ponitur pro coniuncta, & eius natura est ampliare, quod est not. Ex hoc facit in argumentum ad quęstionem de eo, qui dixit, dono totam pecuniam, quam habeo Perusij, seu Paduæ, quod vtraque pecunia veniat in legato. Item ad quęstionem de eo, qui promisit iudicatum solui pro suo procuratore, aut substituendo ab eo, quod teneatur pro vtroque: quia † alternatiua cadit inter personas. Item facit ad aliam quęstionem de deponente, qui dixit, restituendum depositum Titio aut Seio, quod non possit restitui uni sine altero, arg. ad hoc ff. de procura. l. si pluribus. In contrarium: quia tacitę procurationis officium videtur cuilibet per se insolidum commissum, arg. ff. mand. l. creditor, §. duobus, & quod isti habeantur loco procuratorum, vt expressum ff. de solutio. l. si cui cum Cornelius. hoc vltimum verum puto, ex mente loquentis, arg. ff. de exceptio. l. j. §. si plures. † Quæro, quid si inter personas expresse electio conferatur, numquid tunc disiuncta ponitur pro coniuncta? Respon. non nisi cessante electione, vt ff. de le. 2. l. si quis Titio, § fi. & l. cum quidam. Quæro, quid in verbis legis, vel statuti. puta dictat statutum, quod damnum debeat emendari per coniunctos delinquentis, vel per habitatores villę? Dicit † Nic. de Ma. quod similia sunt, ultima voluntas, & lex municipales, vel cõmunis, & ideo videtur, quod debeant emendari per ambos pro rata. contrarium tamen sentit in casu prædicto: quia sicut ex ordinata affectione procedimus gradatim ad fauorem, ita ex ordinato odio procedimus gradatim ad pœnas: præsumitur. n. odium ordinatum ex ordinatione scripturę secundum Nic. de Mat. † Quæro, cuius est electio inter res? Respondeo, vt not. l. Lucio, ff. de leg. 2. per Dy. Inst. de actio. §. huic autem, & per Cy. hic latius. Quæro, quid in mãdato Papæ, vel Principis. Respondeo idem, quod in testamentis: quia æquiparantur secundum Nic. de Ma. hic adde, quod no. Guli. de Cug. ff. de const. Prin. l. beneficium. Et scias vltimu, quod Iac. But. dicit, quod quando alternatiua ponitur inter personas, si quidem personæ sunt impares in obligatione quærenda: tunc non ponitur coniunctim, sed facit alterum haberi, vt adiectum. vt cum stipulor mihi, aut Titio, vt ff. de eo, quod certo loco. l. 3. §. idem Iulianus. † Item si sunt pares in quærenda, sed non in retinenda: ut cum stipulor mihi, aut filio meo in potestate mea posito: nam filius meus habetur pro adiecto, vt ff. de verbo. oblig. l. cum qui secundum Iaco. But. † Attende, quid uult dicere, quod non est par in retinenda: quia acquiritur patri per ipsum, & mirabili celeritate transit in patrem, vt nec momento apud filium resideat vt ff. de acq. hæte. l. placet. & ff. de cond. in deb. l. frater a fratre, cum igitur non debeat residere penes filium, præsumitur filius adiectus ad solutionem tantum secundum Iac. But. Sed tu dic subtilius, quod ideo est quia id, quod habeo per prius, & per me non possum habere per posterius, & per alium quia frustra esset habere per posterius, quod habeo principaliter per prius. vnde cum stipulor mihi, aut filio meo, ego sum in obligatione principalis, non subalternatus: quia propter necessario sequitur, quod filius nõ intelligatur intertius obligationi, quia esset frustra, & per hoc non posset sibi solui, sed quia intelligitur adiectus solutioni, non Inutilis adiectio est, quia ei solui potest: vnde Iac. But. tetigit aliquid veritatis, tamen non illuminauit. † Sequitur in eius lec. si sunt pares in obligatione quærenda, tunc regulariter vitiatur obligatio ratione incertitudinis, vt dicta l. item si seruus. de stipula. seruo. sed hoc dictum est contra text. huius l. in fin. nisi subtilitec vltra omnes alios defendas, quod aut certitudo nascitur ratione causæ, aut verborum. primo casu uitiatur stipulatio, secundo non; verbi gratia de primo, seruus habebat pecuniam, & nesciebat cuius dominorum seruus esset, nec potest probari: mutuauit illam pecuniam, & stipulatus est illi domino, aut illi domino suo, nolens alterutrum offendere, sed intendens ei solui quærere, cui deberet quæri. † Certe hic ratione dubitationis, & quia intentio serui non se diuidit, sed in alterum insolidum se dirigit, & non apparet ad quem possit applicari, non valet stipulatio. Subdit tamen Iaco. Butrig. quod fallit fauore dotis, vt d. l. Caius, vbi sunt pares in acquirendo, & in retinendo, & tamen non vitiatur obligatio secundum eum, sed male dicit, pares: nam cum præsumpta donatio sit ad neptem, vt s. de rei vxor. actio. l. 1. §. accedit. merito neptis non par, sed potior inuenit, non solum ex ordine verborum, sed ex ordine rationis. quia fauore dotis præsumitur prælata dotanti. & hoc no. dicit illa lex, nec est ille casus alibi: quia vbi dotans stipulatur mulieri, aut sibi, præsumitur dotasse in casu vbi mulier superstit, & prætulisse mulierem sibi in ea su prędicto. Item scias, quod in alternatiua rerum cadit electio, scilicet inter species. Item inter genus, & species. Item inter unum genus, & aliud genus, sed inter quantitates non cadit electio, sed ipse iure debetur minor summa, nisi quantitates se sint coniunctæ cum aliquo alio eligibili, vt cum tempore, ut hodie quinque, aut post annum 10. vel in loco, ut Paduæ 10. aut Perusij quinque: vel cum diuersis personis, ut mihi quinque aut Titio 10. nam tunc cadit affectio, vel interesse, & idem tunc est in summis, quod in speciebus, vt ff. de sol. leg. qui res, §. mihi Romæ. ff. de noua. l. si is, cui decem. & ita intelligo, quod hic no. per Cyn.

ADDITIONES.

a Phil. De. Dictio. De hac dictione, seu, ampliatiua & actiua latissime Bar. in l. si is qui ducenta, §. utrum de re. dub. Ang. Are. in Instit. in rub. de exce. Arch. in c. statutum, §. cum vero. de rescr. in 6. Abb. Sic in c. inter cęteras, de rescr. & ibidem per Felyn.

b Item facit. De dictione, aut. vide Bart. in l. si is. qui ducenta §. vtrum, ff. de rebus dub.

c Quæro. Sequitur Ang. hic.

d Quid in mandato. Vide Bal. & alios in l. qui duos, ff. de leg. 1.

e Nisi quantitates. Vide Bar. in l. si duo, ff. de ver. ob.

LEX V.

1 *Affinitas dicitur durare etiam dissoluto matrimonio.*
2 *Familiæ appellatione non comprehenduntur omnes de familia.*
3 *Mater & auia. non comprehenduntur sub nomine consanguineorum.*
4 *Bastardi in statutis panalibus an dicatur de domo paterna.*

Suggestioni. Quando verbum familiæ sonat in personis, intelligitur de propinquis secundum ordinem proximitatis, & de quibusdam alijs ultimus in subsidium vocandis. Sed quando nomen familiæ sonat pro reb. intelligitur pro substantia bonorum. hoc dicit. † Not. ibi, videlicet, &c. quod affinitas dicitur durare etiam matrimonio dissoluto. sed gl. in leg. sed hoc ita, ff. de re iud. ita dicit, quod ab una parte dissoluto uinculo affinitatis, dissoluitur vinculum amoris, ita & priuilegij decrescit beneficium, quod est verum in actibus inter viuos, secus in successione mortuorum, quia iura succedendi non soluuntur morte, sed causantur ex morte, vt hic, & s. unde vir & vxor. l. j. & auth. præterea. Modo quæritur, quid si statutum dicit, quod causæ compromittantur inter affines, nunquid socer quondam cum genero ueniet ad compromissum; & uidetur, quod sic, vt hic. In contrarium videtur, quia, hoc est quoddam priuilegium, & ideo uidetur cessare, quia in uno proprie, & vere non dicitur socer, & gener, cum filia sit mortua, quæ erat radix istius affinitatis, & hoc tenebant antiqui Aduocati Perusini per gl. d. l. sed hoc, ita, & per leg. cui eorum, §. affinitatis, ff. de postu. Et pro hoc facit dictum Oldr. in hac leg. qui opponit de d. l. cui eorum, & soluit, quod ibi uolebat sub affinitatis uelamine patris commune adimit; hic uero ad actum fauorabilem sine alicuius iniuria in subsidium includi, quod ei permittitur, quia latissime uerbum interpretatur & maxime ne caduca fiat dispositio, argu. de fun. instr. l. fundus. quod locatus secundum Old. † Secundo notandum est, quod nõ omnes de familia veniunt sub nomine familię sed gradatim præferendo priores, post ponendo posteriores: & sic quando fit nominatio

---

ADDITIONES.

a Affinitas. Vide l. cui eorum, §. affinitates. ff. de postu. & vide quod sequitur, & per istam l. Bar. in l. si. §. si autem, inf. ad Treb. dicit, quod si statutum dicat, si quis accesserit cum familia. &c. & accessit cum vno (cum plures non haberet in familia) habet locum statutum.

b Sed glo. Potes etiam aliter respondere, quia intermines huius l. sufficit, quod sit coniunctus tempore testamenti, vel tempore mortis testatoris, vt comprehendatur sub ista dispositione l. si cognatis, ff. de rebus dub. l. cum ita, §. in fideicom. ff. de leg. 2. & vtrobique no. Dyn. & Bar. & ideo interminis huius l. satis est, quod tempore testamenti, vel mortis testatoris volens admitti ad legatum, esset coniunctus, & sic non esset vere gener, vel vere nurus, licet tempore, quo agitur de executione legati, vel fideicommissi, desijsset esse gener, vel nurus per dissolutionem & hoc innuit iste tex. dum dicit, Nullo enim modo possunt gener, uel nurus viuentibus filijs ad tale fideicommissum uocari, &c. & sic pondera tex. aut filij fuerunt tempore, quo gener, uel nurus uult admitti ad fideicommissum. & sic ad executionem actus. non autem dixit admittendum esse generum, uel nurum filij testatoris præmortuis tempore testamenti, & sic dissoluta affinitate. ad hoc facit, quod not. glos. 3. q. 7 c. infames, §. affinitatis, & Bald. in l. affinitatis. infra communia de succes. & in §. affinitatis, Instit. de nup. dum dicit, quod dissoluitur affinitas quo ad omnia sol. mat. denique quo ad impedimentum matrimonij contrahendi, d. § affinitatis, & hunc intelle. alias confulendo dedi ad tuum tex. ultra scribentes.

c Modo. Cum Bald. hic transit. Pet. de Anch. in c. canonum statuta, in uer. quid iuris si statuto cauetur, quod causæ &c. extra de constit. & uide Bald. & Bar. in d. §. affinitatis. hic allega. & habetur 3. q. 7. cap. infames, §. affinitatis, facit l. 3. uer. quondam socero. sup. de do. inter ui. & uxo. & cum Bald. hic transit Pau. de Cast. in l. re iu. 1. §. fi. ff. sol. mat. & uide Bar. in l. affinitatis, infra communia de succes. & Sal. hic, & quod post eum dixi. & per Pau. de Cast. in cons. 66. Sed an mater & auia comprehendatur sub nomine consanguineorum, uide quod no. Bar. in l. cum quidam, §. quod dicitur, ff. de acq. hæred. qui autem dicantur coniuncti, uide Bart. in l. cui eorum, §. affinitatis, ff. de post. Et uxor. dicitur coniuncta persona, ut per Bar. in l. fi. §. fi sup. de fur per illum tex.

Modo quæritur D. Pet. de Anch. in c. Romana, simpliciter transit cum D. Bald. hic de consil. impe. si causas inter affines compromitti, an socer quondam cum genero ueniat ad compromissum, uide Ang. in l. cui eorum, ff. de post. & an maritus comprehendatur in isto statuto: dic quod non secundum Bar. in l. 1. supra unde uir, & uxor. & an affines in casu cogantur acceptare compromissum, textus uidetur quod non in l. 3. §. 1. ff. de arbit. & quod no. Host. in c. si quis contra clericum, de foro compet. In contrarium est casus sing. in l. 1. §. 1. ff. ubi pub. edu. deb. ar. illius tex. Et scias, quod licet de iure quis non teneatur esse arbiter, tamen in foro conscientiæ peccat si non acceptando, partes ueniunt ad rixas, & lites, glo. est ual de no. a 1. quæstio. 3. c. quod sicut. And. Barb.

minatio plurium personarū sub nomine collectiuo, inter quos cadit prælatio ordinis, debet dispositio accipi ordine successiuo ut l. cū ita legat, §. in fideicommisso, ff. de leg. 2. & extra q fil. sint leg. c. 2. Et est arg. a ad statutū, quo cauetur, quod non ualeat contractus mulierū sine consensu duorum consanguineorū, ut debeat intelligi de pximioribus, b si sunt idonei; vel de proximis post eos, si primi non sunt idonei, & sic gradatim: quia per hoc statutum proximis quædam cura iniungitur, & ideo intelligitur sm ordinem charitatis, & coniunctionis. Sed dubitatur, utrum sub nomine consanguineorum comprehendatur mater, & auia? & dic, quod non; quia iura sanguinis non sunt apud matrem & auiam, proprie & stricte loquendo, tñ de communi usu loquendi abusiue appellamus matrem, & auiam consanguineas. Item scias c quod statutum ponderat prudentiam cōsilij, ut l. fi. ff. de istium. † Quæritur hic d Barto. nunquid bastardi dicantur de domo paterna in statutis pœnalibus; & dic, quod stricte & proprie non dicuntur de domu, vel de casata, siue familia, nisi aliud probetur ex communi usu loquendi; vel esset aliqua alia coniectura ea mēte statuti. & ad hoc bene facit, quod no. in cle. unica, de bap. Et est ratio; quia si non continentur in fauoribus, ergo nec in pœnis irrationabilibus, & ita fuit olim consultum in domino Lucio de Petra Mala. Odia nāque sine radice, i. ratione interpretatio prudentum fregit, nimirum. cum etiam irrationabiles fauores tanquam odia coerceat, ut ff. de transa. le. cū Aquiliana, Et si non continentur filii bastardi, qui sunt filii primitiui, i. primus amor, multominus cōtinentur nepotes etiam legitimi ex bastardis nati; quia nulla cōsequentia potest esse legitima ex illegitimo nascendi principio, & ea radice corrupta, ut supra de natu. lib. leg. fina. unde si primus phylos, id est primus amor. & cōtra bonos mores: secundus phylos, id est, amor deriuatus ad nepotem sine peccato originali (ut ita dixerim) esse non potest vnde qui primitiua inficit, deriuata uituperat.

ADDITIONES.

a Et est ar. ista sequitur Pet. de Anc. in cap. canonum statuta. in ver. quæro ulterius de ii con sanguinitatis, &c. de const. facit quod no. Bart. in l. cum quidam, §. quod dicitur, ff. de acquir. hær.

Et est arg. Not. quod statutum, quod requirit consensus consanguineorum, debet intelligi de proximioribus & qui dicantur consanguinei, vide Bar. o. in leg. cum quidam, ff. de acqui. hær. Sal. in leg. fin. supra de testam. mil. ubi r. fert Iaco. But. ita tenentem, quod intelligatur de proximioribus. dicit tñ, quod consuetudo interpretatur de propinquis, tamen Iac. But. ibi hoc non dicit. And. Barb.

b Proximioribus. Sed contrarium videtur velle Bar. & Bald. in l. transactione, su. de transa. dum facit differentiam, an statutum dicat requiri præsentiam consanguineorum, an vero proximiorum consanguineorum, quasi primo casu non intelligat de proximioribus, & Barto. in leg. Stichum, qui meus erit, de lega. 1. & quod nō Bald. in leg. in coniunctione. sup. de imp. & illud idem, quod hic uidetur uelle Sal. in leg. fin. sup. de test. mi. ar. illius tex. & Iacob. But. & Sal. in leg. 1. sup. vnde vir & vxor. & Pau. de Cast. in leg. si cum dotem, §. si patri, ff. sol. mat. & Ang. in consil. 159. incip. Domina Catherina. & ibi quid si statutum requirit præsentiam duorum coniunctorum sanguine, vel duorum affinium, & interuenit unus affinis, & vnus coniunctus sanguine, an sufficiat, unde per Ang. in consi. 167.

c Item scias. Vide Bar. no. in l. 1. ad fi. C. qui admit. maxime, in uersic. vtrum autem. & Pau. de Cast. in l. si cum dotem, §. si patri, ff. sol. mat.

Item scias. Vide Bal. in l. 2. C. qui admit. vbi dicit, quod fœminæ non debent admitti. vide quæ dixi in cle. 1. de elec. And. Barb.

Quærit hic. Ista verba Bald. hic de bastardis, sequitur Pet. de Anchara in cap. canonum statuta in ver. dubitat. de const. alle. ibi Bar. & ibi etiam approbat dicta per Bar. in leg. pronunciatio, ff. de verb. sig. in hac materia. & vide Bal. in le. si auia, de suc. edi. Vbi dicit, quod appellatione nepotum non ueniunt spurii.

And. Bar. Quærit hic. An bastardi dicantur de domo. unde Pa. in l. filium diffinimus ff. de his, qui sunt sui. & an appellatione coniunctorum affinium ueniant bastardi, C. v. in l. id, quod pauperibus. supra de Epis. & cle. & l. certum, sup. unde cog. dicit, quod non Bal. in l. cum acutissimi, de fideicom.

¶ Si quis omissa causa testamenti. Rubrica.

1 *Hominum animos tria dicuntur inficere.*
2 *Dolus repudiantis non debet uerti in praiudicium legatariorum.*
3 *Hæres, qui adit hæreditatem ab intestato, omittens eam ex testamento, tenetur legatariis.*
4 *Simulare ignorantiam non prodest simulanti.*
5 *Testatoris affectio dirigitur ad primum nominatum.*
6 *Clausula, valeat iure codicillorum, operatur quod legata debeantur ab intestato.*
7 *Actio ubi datur causa cognita ex iusta causa datur ibi exceptio.*
8 *Affectus paternus non excusat patrem a fraude.*

¶ † Quia tria a sunt, quæ hominum animos inficiunt. s. odium merces, & amor proprius: ideo contingebat, quod hæredes scripti, & grauati in præstatione legatorum quandoque mero odio hæreditatem repudiabant, ut legata efficerētur caduca. & hoc poterat esse tripliciter, vel nullo tractatu habito cū aliquo, & hoc est permissum quia si nolunt adire, non propterea delinquunt, quia non tenentur se alicui obligare, ut s. de rep. hære. l. sicut. & hoc casu legata non debentur. Si autem tractatu habito cū substituto, tunc substitutus doli particeps tenetur ad legata, ut infra eo. l. j quia adeundo, quasi contrahit cum legatariis & sicut prætendit uoluntatem defuncti pro se, ita contra se habere nō dedignetur. Si autem tractatu habito cum legitimo & tunc cō

sidera, quod ratione fraudis hæreditas cēsetur affecta ac si esset adita. & ideo cum suo onere sine uitio transit ad legitimum, quia Prætor propter fraudē censet hæreditatem aditam a repudiante ad hunc finem, ut possessor hæreditatis teneatur ad legata; ipse autem repudians non tenetur, quia repudiando nemo quasi contrahit, sed adeundo quasi contrahit, qui adijt, & ideo tenetur adiens, & non repudians. Fallit in tribus casibus, in quibus tenetur repudians. Primus est, quando repudiauit pretio accepto, ut inf. eo. l. j. in prin. quia pretiū succedit loco hæreditatis, & ideo conuenitur quasi possidens pro hærede iuris fictione. Secundus casus est quando aliquam rem hæreditatis retinet, nam licet proprie una res non sit hæreditas, nec pars hæreditatis, tamen propter delictum suum coercendum tenetur, ut ff. eod. l. quamuis. & l. nec id iniquum. Tertius casus est in subsidium; puta, quia legitimus dilapidauit bona, & non est soluendo, † nam dolus repudiantis non debet uerti in præiudicium legatariorum. excusso igitur possessore, merito ad dolosum ueniendum est, secūdum quosdam. Alij vero contradicunt, ut not. ff. eo. l. si quis pecuniā, ver. vbi. Sed pro prima opi. facit. ff. loc. l. cum in plures, §. uestimenta. & ff. de leg. j. l. plane, § qui rogatus. Quandoque quis hæreditatem repudiat mero pretio, seu mercede, nil aliud ponderans, nisi ius suum uenale; & tunc tenetur is qui ei pretium numerauit, ac etiam is, qui pretiū accepit. quod dic, ut ff. eodem l. licet. & l. si pecuniam. † Quandoque quis hæreditatem repudiat ex testamento, ut eam habeat ab intestato, & non est dubium, quod iste incipit in edictum, & tenetur legatarijs, & fideic. omnibus tā singularibus, quā uniuersalib. ut ff. eod. l. si seruum. §. institutus. Not. tamen. quod edictum prætoris b non habet locum in certis casibus. Primus quādo cessat fraus pp veram ignorantiam, & nō fictam, quia † simulare ignorantiam, non pdest simulanti, ut ff. eo. l. j. §. prætermittere. Secūdus. quando testator expresse pmisit, ut l. j. §. si proponat. & l. quia autem §. plane. vbi est no. quod testator dando substitutum vulgarem, nō propterea uidetur permittere fraudulentā repudiationem; quia testator uidetur velle, quod institutus habeat, si potest, ut not. ff. eo. l. j. in 2. gl. semper † enim affectio testatoris per prius dirigitur ad primo nominatum. idem est si apponat clausulam codicillarem, si non valet, &c. quia de prima intentione testatoris est quod adeatur ex testamento; & secundaria, quod ab intestato. & † tantū est dicere, valeat iure codicillorum, quantū dicere. si legata non debentur ex testamento, debeantur ab intestato, ut ff. eo. l. quia autem. c Et per hoc dicit Bar. quod sibi uidetur dicēdum (salua meliori deliberatione) quod in l. fi. §. de codi. vbi testator dicit, quod ualeat iure testamenti, & codicillorum, & hæres hēret electionē, quod si hæres elegit ab intestato, cū possit ex testamēto, incidit in hoc edictum. Et est no. quod testator semper præsumitur uelle, quod institutus adeat; istud tamen est testatoris propositum, & non præceptum, & quo dedit substitutū vulgarem, ff. de hær. inst. l. Cornelius. & nota ff. de inofficioso testamen. l. Papinianus, §. quarta. In pupillari vero substitutione uidetur præcipere, quantum in se est, & ideo pupillaris substitutio compatitur se cum existentia sui hæredis, ut ff. de vulga. subst. l. sed si plures. §. quos possum & not. per Barto. in d. l. §. si proponatur. Tertius casus est in quo fallit edictum. s. quando ex iusta causa fit repudiatio. nam † vbicunque causa cognita datur actio, ibi ex iusta causa datur exceptio, ut d. l. quia autem, §. non simpliciter, & l. excusatus, & l. cū pater, §. Titio. ff. de leg. secundo. Quartus est quando repudiatur institutio in fraudem alterius institutionis, non in fraudem legatorum, ut ff. eodem l. si in testamento. licet pupillaris substitutio. per hoc edictum conseruetur, quia hoc edictum ēt fingit testamentum aditione confirmatū, ut ff. de vulg. subst. l. 2. §. plane. & per hoc credit Bar. quod substitutio conseruetur per auth. ex cā. tamen illa auth. nil habet commune cum hoc edicto, quia alia sunt verba istius edicti, quod occurrit ratione doli, vel fraudis: & alia est consideratio illius auth. ubi non interuenit dolus, neque fraus, neque fictio, quæ circa aditionem ex testamento aliquid fingat; & ideo dic, ut dixi in d. authen. Quintus est, quando institutus possidet non pro hærede, vel possessore, sed alio iusto & rationabili titulo, ut ff. eod. l. pe. & scias, quod dictum non patrocinatur legatario, qui reperitur in simili fraude, ut ff. eo. l. quidā. Item nec ei, cui ex repudiatione erat delatum in plenius, quam legati, & illud ius repudiauit, nam indignum est petere sibi prospici per edictum Prætoris, cum noluerit pspicere sibi ipsi, ut ff. eod. l. si non solus, §. j. † Vnum scias, quod paternus affectus erga filios institutos, patrem institutum non excusat a fraude, quia bonorum suorum filiorum lucro debuit anteferre. ut ff. eo. l. Iulianus. Et cōclude, quod hoc edictū prospicit in mutatione cau

sę, ue

ADDITIONES.

a Quia tria. No. casus, in quibus habet locum iste titulus. & uide Barto. in l. 1. ff. fin. ff. eod.

b Edictum prætoris. Vide Bar. in l. 1. §. 6. ff. eo.

c Et per hoc. Pro eius dicto uidetur casus in l. quia autem. dum dicit, nec, n. utiq. ff. eo. & ibi hoc no. Bar. & Ang.

sit, vt qñ mutatur causa testati ad causam intestati in eadem persona. Secundo prospicit in mixtis consideratione causæ, & personæ, ut quando mutatur ab instituto in venientes ab intestato.

LEX PRIMA.

1 *Dolo facere non dicitur, qui vtitur facultate sibi concessa a testatore.*
2 *Substitutus tenetur ex communi dolo.*
3 *Substitutus si non sit soluendo, an teneatur etiam institutus.*
4 *Legis uerba cui non conueniunt, nec conuenit statutum.*
5 *Institutus & substitutus coguntur fideicommissa præstare.*
6 *Legata habentur hodie etiam hæreditate non adita.*
7 *Substitutus qui dat pecuniā instituto, an dicatur habere hæreditatē ex causa lucratiua.*
8 *Donatio causa mortis sumit originem ex contractu.*
9 *Testator in testamento, an possit disponere, quod debeantur legata hæreditate non adita.*

SI in fraudem. Si institutus in fraudē legatariorum repudiat hæreditatē, & vadit ad substitutum uulgarē, ipse substitutus adiens tenetur ad legata ab instituto relicta, si dolus fuit cōis participatus cū ipso, ipse etiā institutus tenetē si pecuniā accepit. h. d. Et diuidit in duas partes, nam primo loquitur quando dolus instituti fuit gratuitus. In secunda Parte, quādo mediante pecunia. secunda, ibi, plane. Et differunt isti duo casus inter se, quia in primo casu nō tenetur institutus, qui nil possidet. in secunda parte tenetur, eo quod aliquid possidet. licet enim acceperit malo modo. tñ non minus debet teneri, quā si licite possideret, vt hæres, ne sit melioris conditionis malus, quam bonus, vt ff. eod. l. pe. ibi, exceptis &c. & ar. ff. de noa. l. non solum aduersus. & ff. de pe. hære. l. si possessor ex hæreditate inhonestos, &c.† Modo contra l. istam oppo. & primo contra primum dictum sic oppo. a qui utitur facultate, quam testator concessit sibi, non dicitur dolo facere, vt ff. eo. l. quia autem, §. plane. & §. non simpliciter. ibi nam siue, &c. sed habens substitutum vulgarem, uidetur ab ipso testatore habere licētiā repudiandi, vel abstinendi, ut ff. eod. l. 1. §. si pponatur. ergo cessante fraude, cessat hoc edictum. So. concedo maiorem, sed demo minorem nō simpl̄r, sed distinguendo. Aut n. repudiat vt sibi prospiciat, & hoc vr̄ concessum, vt d. l. quia autē, §. si patronus. ibi, neq; n. &c. Aut repudiat, vt volūtati testatoris officiat, & legata perimat. & hoc nō videtur ei permissum a testatore, quia non vr̄ cōcessisse contra seipsum, arg. inf. de sol. l. inquisitio veritatis. & ff. de pec. le. l. si peculium, §. sicut qa nec credendum. Est quoddā genus testandi eligere ad impugnanda sua iudicia, vt in l. 3. ff. de test. mi. nā testator vulgariter substituit potius fauore sui, quam fauore filij, & se principal̄r cōsiderat, secūdario filiū. n. ideo. n. inuenta est ista substitutio vulgaris, ne caducet testm̄, vt ¬J. de ca. tol. in prin. ibi, vt & substitutiones introducerent, ne fiant caduca, &c. perimi. n. iudicium testatoris facto instituti, est contra mentem testātis pro certo, vt s̄. de ver. sig. l. cū quidam. vnde non vr̄ hoc permisisse, qd est contra animi sui uotum: sicut nec econtra vr̄ quis prohibere, qd̄ suo uoto congruit vt ff. ad Treb. l. mulier, §. cum proponeretur. ibi, dixit non posse dici in euersionem, &c. & per hoc uidetur posse dici soluo meliori consilio, & est nouum dictum, q̄ si per repudiationē b sui perimerentur legata, q̄ tunc per dationem substituti vulgaris non cessat existentia sui hęredis: quia nō vr̄ tunc esse data licentia abstinendi, nisi cum causa, ar. ff. eo. l. Iulianus. ibi, nudū arbitriū, &c. Item si suus est c substitutus sibiipsi, vt l. fi. §. i. de vulg. sub. licet ea primo gradu non sit necessarius hęres de iure ciuili; tamen repudiato primo gradu, & p hoc purificata conditione substitutionis, hæres est suus & necessarius ex secundo, arg. ff. de condi. & dem. l. conditionib. popillus. & no. q̄ gñaliter permissio fraudulētos casus nō includit. facit ff. sol. ma. l. filiæ meæ. & s̄. de repud. l. dubiū. & l. si pater, ff. q̄ in frau. cred. & ff. mand. l. creditor, in fi.† Secundo oppo. dicitur hic, quod ex cōmuni dolo tenetur substitutus: sed ea solius instituti obligatione non descendit in substitutum obligatio, quia non habet eām ab instituto. contra, imo semper tenetur ea tacita repetitione legatorum, & directa actione ex testamento non vtili & ficta, de qua loquitur hic. imo uidetur obstare ¬J. ad Treb. l. non iustam. ff. de leg. 2. cum pater, § ab instituto. & de leg. j. l. si fundus, §. si pater. Sol. iste tex. intelligitur, quando legata non erant tacite repetita substituto, & ideo necessarium est condici patrimonium. † Tertio opp. vr̄ quod in primo casu huius l. non solum tenetur substitutus, sed etiam institutus, si substitutus non sit soluendo, vt ff. eo. l. licet. So. glo. ponit opiniones. in prima fatetur contrariū. s. q̄ in casu subsidij teneatur institutus nil possidēs; alias non & hoc tenet Ia. Bu. at. l. fi. in fi. ff. de eo, p quē fae. erit. qd̄ uerius puta: quia æquius est dare hoc dictum quā recurrere ad actionem de dolo, ad quam necesse est recurrere, ubi deficeret alia actio. at ff. de in inte. rest. l. pe. Ratio, quia, dolus non debet remanere impunitus, vnde alio remedio est purgandus. arg. ff. de dolo, l. si quis affirmauerit, & l. si legatarius, & l. si tabulas. Secunda opi. est, quod aut institutus aliquid accepit in pręmium suæ dolositatis, & tunc insolidum teneatur, vt ibi. aut nihil & tunc nullo modo teneatur, vt ff. eo. l. si non solus, §. si autem sine pecunia. hanc opi. firmat ibi gl. & in l. iulianus, §. fin. eo. titu. & hanc opi. tenet Dyn. & Bar. & respondet Bar. ad l. fi. de eo, per quem fac. erit. quod ibi loquitur, quando dolus alterius infert damnum alteri; hic autem impedit originem lucri, vbi non recurritur contra dolosum. alle. l. quod autem, ff. de his, quæ in frau. credi. Dicit enim Bar. per regulam, q̄ nunquam tenetur dolosus repudians nisi aliquid lucri sit sibi facturus, vt ff. eo. l. si quis pecuniam, §. quanquam, per Bar. alleg. l. 1. §. toties, ff. eo. ibi, lucrifacturus. Sed ista opin. infert, q̄ in subsidium detur actio de dolo, vt ff. de dolo. l. nā is. Præterea ille, qui accipit pecuniam, videtur hæreditatem possidere; ergo tenetur ipse vna cum substituto, etiam si substitutus sit soluendo, vt no. ¬J. ea. l. ver. plane. in prin. secundum Iac. Butr. Non ob. l. quia autem, quia interdum lucrum non est dispositum. i. non habet præcedentem ordinationē ad ipsum, & tunc non tenetur impediens. vt ff. de condi. & demon. l. quibus diebus. in prin. nisi sit tale, quod percipi non possit sine iniuria alterius, vt no. ff. de fur. l. si quis vaon, §. pen. & l. nec vtilem, ff. qui ex cau. maio. & l. sciendum. Interdum lucrum nō solum est ordinatum, sed radicatum, vel quasi radicatum; & tunc tenetur impediens, vt l. liberto octoginta, ff. de bo. lib. Vel dic, q̄ nō est simile, nec est bona argumentatio de illo edicto, quę in fraudem creditorum, ad hoc edictum, cum in isto edicto consideretur dolus lucro obstans fauore legatorum. i. vltimæ voluntatis. ille autem n. non artat debitores ad lucrandum, sic ff. si quid in frau. patro. l. 1. §. vtrum.† Quarto opp. quod videatur edictum Prætoris cessare in hac l. & arguo. sic cui non conueniunt uerba legis non conuenit statutum, ut ff. de acqui. hære. leg. si seruum, §. nō dixit Prætor. Sic cui non conueniunt verba pacti, non conuenit pactum, vt ff. de actio. emp. l. si mercedem, §. fi. ver. Paulus. Sed neque primo casu huius legis, neque secundo conueniunt verba edicti, cum loquantur tantum de eo, qui omissa causa testamenti ab intestato, vel alio modo possidet, vt ff. eo. l. 1. & in rubr. ergo &c. Solu. aut tu consideras generalem intentionem Prętoriam, quæ est, vt legata non pereant, & dolus non remaneat impunitus: & tunc omnes isti casus pari ratione comprehenduntur, nam sententia edicti generalis est, vt l. 4. in fi. ibi, ex sententia Prętoris, &c. Aut tu consideras specialia uerba edicti, & tunc fateor contrarium, nec mireris, quia quandoque generalior est mēs, d quam uerba; & econtra, quandoque specialior, ut ff. eo. l. si quis pecuniam. §. quamquam. & ff. de acq. pos. l. si is, qui animo. cum si.† Quinto op. contra ver. plane. nam iste tex. loquitur obscure, quod non debet esse in legibus, vt s̄. in i. constitutione §. quibus dicit. n. q̄ fideic. pręstare cogitur: nec dicit quis sit iste, qui ad hoc compellat̄. Timore istius contrarij gl. ea ponit res. & dicit, q̄ vterq; cogit̄. s. institutus & substitutus. Cōtra hoc opp. & vr̄, q̄ non uterq; sed diuisim. s. q̄ institutus præstet legata a se, substitutus similiter legata relicta a se substituto, ita q̄ vnusquisque conueniatur ad propria grauamina, vt ff. eo. l. si non solus, §. item si solus, & infra de fideic. lib. l. 1 in fi. So. concedo, q̄ est iste modus agendi, & legata sunt relicta disiunctiue, quędam ab instituto, & quędam a substituto. Sed cōtra istam solutionem instatur, & videt q̄ institutus, & substitutus teneantur insolidum utrisque legatarijs, vt ff. eo. l. si a substituto. Sol. ibi uterque possidebat ut hæres. hic uero substitutus tantum. Item constituuntur tanquam duo rei debēdi insolidum; quia quisque in suo gradu erat insolidum grauatus non discretiue, sed simpliciter. i. absq; differentia qs eorum succederet, unde in eisdem grauaminib. uterque erat pariter inclusus a testatore, & ideo includitur ab edicto Prætoris.

ADDITIONES

a Opp. Vide in l. Iul. ff. eo. & ibi Bar.

b Repudiationem. Hoc non puto verum, quia secundum hoc raro videretur data licentia abstinendi. & videtur contra generalem regulam traditam in l. 1. §. si proponatur, ff. eod. cogita tamen, quia regula habet locum, quando legata essent tacite vel expresse repetita a substituto alias secus, vt hic per Bart. & Bald. & vide Barto. in l. Iulia & in d. l. 1. §. si proponatur. & in l. fin. in 3. membro, ff. eo. & forte nisi appareat de fraude. istud dictum non erit verum, per istum tex. cum glo. & per no. per Bart. in dictis locis. sibi enim prospiciendum dicere potest abstinens per rationes, de quibus in l. quia poterat, ff. ad Trebel. & nota aliam limitationem hic positam per Bald. incontinenti, & hanc primam limitationem sequitur etiam Rapha. in l. si alius hæres. ff. de libe. & posthu.

c And. Barb. Item si suus est. In mandato generali non videtur fraus mandata, nec venit illud, quod est poenale. vide glo. & ibi Bartol. in l. 3. §. si procurator, ff. quod quisque iur. tex. l. 1. sup. de monopolis, ubi in generali licentia concedendi statuta non ueniunt statuta iniqua. facit glo. aurea in l. non uidetur data, §. qui iussu, de reg. iur. ubi in iuramento seruandi statuta, non ueniunt statuta iniqua.

d Phil. Dec. Mens siue in l. siue in statuto magis spectari, quam verba debet, & bene tradit Bar. in l. seruo, §. si testator, de leg. 1. & de execu. tut. l. fore, §. aliud. extra in cle. 1. de sepul. in glo. etiam si verba sint contraria, quando ex uerbis iniquitas resultat, vt per eundem Bar. in d. §. aliud. & l. seruo & ad idem Car. in cle. 1. de iurein. §. cæterum. cum glo. ibidem. & Ang. in consi. 147. & 149. & ad idem Cy. in l. 3. quæ sit lon. consue.

ris. Sed immediate contra hoc oppo. quod quilibet teneatur pro parte, ut d.l. si non solus. in fi. & leg. si duo. Sol. ibi a principio cohæredes erant pro parte grauati, vnde ibi loquitur in cohæredibus institutis: institutus autem & substitutus non sunt cohæredes testamentarii, & ideo onus erat cuilibet iniunctum insolidum & quia forma testamenti conseruatur per edictum Prætoris, necesse est vtrunque insolidũ teneri, & est mirum: quia quos testator disiunxit, & subalternauit, in prestatione solidi, interpretatio prudentum connectit, ut correos debendi. nec mireris, quia per edictũ non redditur actio proportionabiliter, sed simpliciter, vt ff. eod. l. & si non totam. Vlterius op. & vẽ quod institutus qui non possidet, non conuenìatur, nisi in subsidiũ, vt leg. licet & l. si quis pecuniam. ver. sic tamen, ff. eo. Sol. gl. cõcedit contra 6 rium, ut dixi s. in s. oppo. † Extra op. quod hodie nõ sit necessariũ istud edictum, cum hodie legata debeantur etiam hæreditate non adita, vt in Auth. de hær. & Fal. §. si vero expressim, Sol. ibi est speciale, quando prohibita est Falcidia, ut non requiratur a aditio hæreditatis secundum Iac. de Bel. in §. hinc nobis, cod. tit. & ita tenet Bar. a in l. j. in prin. ff. eo. & l. nemo potest, ff. de leg. j. vnde hoc casu nõ est necessarium edictũ Prætoris. Sed si tu bene ponderes tex. J. ad leg. Falc. auth. sed cũ testator. potes atten-b tare contrarium ibi, & si hæredes, b &c. nam lex hæredibus scripta est ergo requiritur, quod sit heres. Præterea impossibile est legata deberi, & a nullo deberi, esse. n. dẽt persona, quæ debeat, & cui debeatur, vt ff. de iu. codi. l. quidam referunt. & ideo oppositio ista non placet, quia caret ratione, & facit ff. de her. inst. l. qui 7 filio, §. seruus. † Extra c quæritur, nunquid substitutus, qui dat c pecuniam instituto, dicatur hæreditatem habere ea causa lucratiua? & uidetur quod non, ut ff. de cõd. & demõ. l. e. sed si hoc. §. j. ibi cõputatione facta, &c. facit ff. ad leg. Fal. l. in ratione, §. tametsi, Sol. dico, quod dicitur habere gratis, quia quod dat non bono modo, non cadit in rei precium, sed est ac si pecuniam proiecisset vt no. in d. l. licet. & ff. de cõd, & dem. l. Meuius, unde quicquid per simoniam alicui abest, non debet cõsiderari, vt damnum: quia turpiter abest, quod est no. Extra ulterius no. quod honor est, & cõseruatio famę defuncti, hæredem habere, vt ff. quæ in fraud. 8 cred. l. primo gradu. † Vnum scias, quod in dona. causa mor. nõ est necessarium edictum, quia ex contractu sumit originem, & ideo eius confirmatio non pendet ex aditione hæreditatis, sed ex morte simpliciter, ut l. sequens quæstio, ff. de leg. s. ex agnitione. n. facta in uita defuncti morte confirmata incommutabilis procedit acquisitio, vt ff. de leg. a. le. cum pater, §. mater. & forte idem est, si testator primo legauit, & postea tradidit, quia tũc assumit sibi naturam donationis causa mortis propter traditio-9 nem, vt ff. de leg. a. l. Lucius, la j. & l. legatum. ubi de hoc. † Item d dico d unum, & est nouum, quod si uera est opi. Iac. de Bel. & Bart. semper potest testator in testamẽto disponere, quod legata debeantur non adita hęreditate: nam qua ratione potest Falcidiã prohibere, eadem ratione potest hoc statuere. tamẽ illam clausulã nunquam uidi apponi in testamentis, nec uidetur posse de iure defendi, quia omnis clausula testamenti non ualet, nisi confirmetur per aditionem hęreditatis, vt leg. si mater, ff. de leg. a. si tamen consideremus, quod dicta clausula posset apponi: tunc officio Iudicis peterentur legata, quia cessaret actio non adita hęredi-e tate, sicut dicimus in relictis ad pias causas. Et idem dico e in locis, in quibus est statutum, quod legata debeantur non adita hæreditate: & non puto, quod eo casu sint pro legatis bona tacite obligata, quia statutum hoc non dictat, & a iure communi exorbitat, ex quo non est adita hæreditas, & quia hypotheca accedit personali obligationi, & ipsa etiam hypothecaria habet aliquid personalitatis: quia habet originem ex cõsensu, vel quasi, ut no. ff. de pac. l. si tibi, §. de pignore. ergo & sine persona, quæ est proprium, subiectum ipsius obligationis, personalis esse non potest f Vltimo f quæritur, nunquid in repudiante præsumatur dolus, quia naturali præsumptione quilibet præsumitur esse bonus ex 10 bonis naturalibus principiis: quia † qualia sunt principia, talia præsumuntur principiata. sed natura est bona, & ideo præsumitur esse bonus, nisi offendisse probetur, vt ff. de prob. le. quoties, §. qui dolo. & ff. pro socio. le. merito. & ff. de le. a. l. cũ pater, §. rogo ver. quib. tñ. vnde præsumitur dolus ex pręcedentibus, vt ex doloso tractatu, vt ff. de excep. doli. l. apud Celsum. in prin. interdũ ex ipsius actus qualitate, vt quia quis lucratur indebite, mutata sibi cã possessionis. vnde eo ipso, quod quis repudiat ex testõ, vt possideat magis libere ab intestato, inest ipsi actu i tacitus dolus, quia rei effectus habet in se fraudem. vñ cuius rei effectus malus est, & intentio præsumitur mala, & hoc tenet hic Cyn. Item præsumitur dolus ex quibusdam consequentib. vt si reperitur postea possidere, vt s. de repu. hære. le. 2. & ex suspicionibus probatur collusio, vt d. l. quod autem, §. similiq; modo dicendam, &c. vbi de hoc, qui tex. est multum no. ad materiam probãdæ collusionis 11 Item † ex simonia præsumitur dolus. quia lucrum cũ turpitudine semper cõcordat, & honor a lucro semper discordat, ut ff. 12 pod. l. Iulianus. & † quod est de libera alicuius potestate, sępe tñ uituperatur, si per pecuniam fit, ut ff. de cond. ob cau. l. idem, §. si tibi. quia raro uirtus pecuniæ permiscetur, & ideo plus uituperatur factum cum pecunia, quam sine ipsa, ut d. l. si quis pecuniã. ff. eo. & de calumnia l. qui etiam, cum l. seq.

ADDITIONES.

a Tenet Bar. Vide omnino.

b Et si hæredes. No. quod illud uerbum non est in corpore, & pro op. Bald. hic facit quia le. a. in d. auth. hoc amplius, inf. de fideic. loquitur hæreditate adita, ut ibi etiam no. expresse gl. in uer. substitutus, & idem tex. in d. authen. sed cum testator. uide quod dixi post Bal. in l. eam quam. inf. de fideicom.

c Extra. Vide Bar. in l. 1. §. fi. cum l. seq. ff. eo.

d Item dico. De quo sup. dixi. ad quod uide Io. And. in addi. Spec. in ti. de instr. edi. §. nunc uero aliqua.

e And. Barb. Item dico. An legata debeantur hæreditate non adita, uide Bald. in l. fi. sup. de cod. & quod ibi no.

Et idem dico. Vide tamẽ quod no. Bar. in l. 1. in fi. ff. de le. 1. propter quæ uidetur Bal. hic nõ bene dixisse. nam tenet ibi Bar. quod etiam hypothe. accedat, ubi quis non est obligatus, sed solo officio iudicis potest conueniri, & ita tenet ibi Imo. nisi respondeas quod officium iudicis præsupponit quasi obligationem, ut per Bar. in l. fi. ff. de in iu. item contra Bal. facit, quia propter dictum statutum datur condictio ex lege. per no. per Bar. in l. omnes populi, in fi. ff. de iust. & iu. & omnes cõditiones sunt personales, §. appellamus. Inst. de act. uide Lud. Ro. in auth. similiter. inf. ad leg. Falc. in q. speciali ultimarum uoluntatum, & quæ no. Bal. in l. fi. infra eo & ad l. 1. in 1. lect. sup. de sacrosan. eccl. & tex. in l. 1. in fi. in uers. in omnib. inf. communia de le. & ille tex. facit pro Bal. hic, quod si statutum dat contra hæredem non alienantem condictionem personalem ex statuto, uel officium iudicis loco personalis, Bal. bene dicat per prædicta.

f Vltimo. Vide Bar. in l. 1. in prin. ff. eo. & quod no. Bal. in l. fi. in fi. inf. eo.

LEX II.

1 *Edictum si omissa causa testamenti, habet locum, si hęreditas repudietur in fraudem legatorum.*

2 *Conditio potestatiua reddit institutionem puram.*

3 *Conditio potestatiua non impedit cursum præscriptionis.*

1 **Eum, qui.** Si † hęreditas, quæ adiri poterat repudietur in fraudem legatorum, habet locum hoc edictum. h. d. secus si adiri non poterat, vt ff. eod. leg. j. §. qui sub cõ-2 ditione, sed ibi potuit adiri, quia † cõditio erat potestatiua: vñ habetur institutio pro pura, cum possit de facili purificari, & facit 3 pro Gul. de Cug. qui dicit, † quod conditio potestatiua a non impe-a dit cursum præscriptionis. & dicit verum b in actione personali, b vbi eodem tpe præscribitur iuri, & facultati; sed falsum dicit in actione reali, vbi pscribitur iuri reali spacio longi tẽporis, sed facultati non pscribitur, nisi longissimo spacio siue tpe, vt l. licet s. de iure delib. & tu Vltramontanę cogita, si hoc dictũ est verum.

ADDITIONES.

a And. Barb. Conditio potestatiua. No. quod conditio potestatiua non impedit cursum præscriptionis in actione personali. quod est no. dignum, & sic limitatur l. cum notissimi, ad fi. sup. de præscrip. 30. ann. uide Bal. in præall. §. si sub conditione.

b Verum. Vide per Ang. in l. seruus, per illum tex. ff. de bo. aut. iud. poss.

LEX III.

1 *Legata, quę ex edicto conseruantur, qua actione petantur,*

2 *Legata an peti possint actione in factum, quæ oritur ex edicto prætoris.*

3 *Testamentum non sumit effectum, nisi hæreditate adita.*

Si proculiana. Beneficium istius edicti trãsmittitur ad hæredem cũ sua causa. h. d. Not. quod committentes fraudem legis beneficium nõ amittit. ibi, quatenus &c. & est ratio, quia punitur in alio, vnde non debet dupli-1 ci pœna puniri. † Quæro, qua actione petantur legata, quæ cõlectantur ex edicto? Quidam dñt, quod vtili actione ex testamento quia prætoris edictum tuetur testm̃, & ipsum confirmat, ergo agitur ex confirmato; quia quoties præcedit confirmabile, ex quo consueuit alias actio oriri. si id confirmetur, agitur ex confirmato, & non ex confirmante, ar. §. de rerum permu. le. ex placito. secus si alias non cõsueuit oriri actio, ut ex pacto nudo donationis, quia tũc agitur ex confirmante. i. conditione ex lege; vt J. de donat. l. si quis argentum, sed certum est, quod ex testamento confirmato consueuit oriri actio, quod confirmatur per aditionem hæreditatis, ergo idem si ꝯfirmetur edicto Prætoris. illud enim, quod potest confirmari per quasi contractum, qui celebratur in aditione hæreditatis, potest confirmari per l. seu per edictũ Prætoris, sicut uidemus in simili. Instit. de eo, cui li. causa bo. ad, & ff. de fideicom. lib. l. a. ibi, fauor ꝯstitutionis, &c. In contrarium videtur, quod agatur actione in factum, quæ oritur ex edicto Prætoris. & hoc tenet Io. in arbore. Bart. in l. si quis pecuniam, ff. eod. dicit, quod nos possumus hoc concordare, vt in casu expresso in edicto. s. quando quis omisit, vt ipse possideat; tunc habet locum actio in factum, sed in casibus in quibus extenditur per iurisconsultos, datur actio vtilis ex testamẽto: modici tamen effectus est hæc disputatio secundum eum. Attende tu, Doctor meus hic parum cogitauit, cum sit magnus effectus, nam actio ex testamento habet naturam bonæfidei, & ueniunt in ea accessiones ex mora; sed actio in factum est præcise stricti iuris, Inst. de act. §. actionem, & quod no. in simili in l. certi a condictio, in prin. ff. si cert. pet. Tu dic, a quod aut agitur contra adeuntẽ & tunc quia obligatur legatariis ex quasi contractu agitur

ADDITIO.

a Tu dic. Vide Ang. & Pau. de Cast. in l. 1. supra eo. Sal. hic, & Ange. in l. j. §. lex Falc. ff. ad leg. Fal.

agitur utili ex testamento, aut agitur contra non adeuntem, & tunc quia non simpliciter tenetur ratione fraudis, & non descendit in ipsum obligatio ex testō per quasi contractum, sicut descendere cōsueuit, sed solum obligatio ratione fraudis. tunc certe nō agitur actione utili ex testō, sed actione in factum propter testm̄. Hinc est, quod hæc actio cōtra hæredem eius non datur, nisi quatenus peruenit ad ipsum, cum actio ex testō daretur, ut ff. eod. l. libertatibus, § hæredem, vide etiam magnū effectum: quia ubi cōpetit utilis actio ex testamento, simpliciter competit & rei vendicatio & hypothecaria, ac si testamentum esset aditione cōfirmatū. sed ubi actio in factum proponitur, sola personalis actio competit, quia ex delicto non oritur tacita hypotheca, nec rei vendicatio, ut ata not. in
a l. rescriptum a in princ. ff. de pac. † Ulterius quæro, ad quid est
2 utile hoc edictum fideic. uniuersali, cum possit cogere hæredem adire, & restituere ex Trebelliano, ut ff. ad Treb. l. nam quod a. responso? Rñ. plures expedit habere vias. Quid. n. si hæres antequā cogeretur, decessit, ut ff. ad Treb. l. ille a quo. §. si de testamento, in fi. tunc certe cessat Trebellianū, & opus est edicto Prætoris.
3 † Ultimo scias, quod extra materiam huius ti. regulariter testm̄ nunquam sumit effectum, nisi adita hæreditate, ut ff. de hære. inst. l. si in alienum, §. in extraneis. & l. si seruus cōis Meuij & castrensis peculij. in fi. princ. ff. de stipu. ser. Sed nunquid legatarijs agentib. sufficit probari, quod hæres possideat quasi prædo; quia repudiauit hæreditatem, & non pertinet ad eum ullo modo, & tamen de facto tenet bona? & dicit, quod sic, & in hoc est prouisio edicti utilissima legatarijs, ut d. §. toties. ibi, aut si forte quasi prædo, &c.

ADDITIO.

a L. rescriptum. Illa gl. reprobatur saltem, quando non ageretur ad pœnam secundū Bar. ibi in lec. antiqua.

De indicta vidu. & de lege Iulia Miscella tol. *Rub.*

LEX PRIMA.

1 *Mulier, interdum tertio item interdum mulieri & tertio, sub conditione viduitatis legari potest.*
2 *Testati causa dicitur fauorabilior.*
3 *Statutum prohibitorium si non valet, nec pœnale potest ualere.*

LEgatum. Conditio uiduitatis non spernitur, si legatum non ascribitur mulieri, sed alteri. h. d. Et not. tres casus. nam inter-
1 dum legatur mulieri sub conditione uiduitatis, interdū legatur tertio sub cōditione uiduitatis mulieris, interdum legatur mulieri, & tertio, ut ff. de cond. & dem. l. mulieri, & tertio. nam pro parte mulieris spernitur cōditio, sed pro alia cōditio cōtraria legato perimit legatum, & nō habet locum
a ius accrescendi. Et est triplex ratio a prima, quia dispensationes
b sunt stricti iuris, b & nil ei accrescit, ar. de hoc in ca. 1. ver. ille vero. de fil. presb. lib. 6. Scđa, quia in singularib. relictis non habet locum ius accrescēdi contra uoluntatem testatoris, ut ff. de hær. inst. l. quoties, §. si duo. ibi, si modo, &c. Tertia rō est, quia ubi existit cōtraria conditio legato, perinde est, ac si nunquā fuisset legatum; sed id, quod non est legato non accrescit, ut ff. de cond. & dem. l. in testō ita. Et prædicta sunt vero in legatis, & fideicommissis, secus in institutione hrđis, quia cā testati non pōt diuidi, quia esset in intellectualem hoīem, id est ipsum testatorem, qui repræsentatur in hrđe diuidere, seu secare in duas partes cōtrarias. i. in cām testati, & intestati, quod est impossibile, ut ff. de reg. iur. l. ius nostrum. Si. n. sunt cōtraria paris potentia, & semper sint in pugna, nunquā re
2 sultabit aliquid certum. † Unde statutū est a iure, quod cā testati tanquā fauorabilior præualeat, tum quia omne caducum est odiosum, tum propter legata, ut non pereant: & tum quia honor hrđis, & testatoris, cā testati; tum quia expedit creditorib. cum testamentum disignet eis certum debitorem, scilicet hæredem unde sapientes antiqui causam testati prætulerunt, & ius accrescēdi heredi instituerunt, ut not. de acquir. hær. l. si seruus cōmunis ab extero. Modo cōtra istam. l. oppo. & uidetur, quod conditio uidualis spernatur, licet non legetur mulieri, ut ff. de condi. & demon. l. hæres meus, §. si. Sol. ibi in persona, cui ascribebatur legatū poterat de iure impediri matrimoniū, vel saltē de facto, vel
c nimia reuerentia; ideo erat c fraus de persona ad personam. unde legislator talem fraudem rescindit in derogationem libertatis, quæ in matrimonijs esse debet, ne talis fraus committatur, ut no. per Cy. s. de spon. l. si. & ar. de immu. eccl. c. si. lib. 6. Nā paria sunt, aliquid committere in aliquem, vel in illo de sanguine suo: quia nemo carnem suā odio habet, ut no. in l. 1. ff. in ius uoca. ut eant. & quia per metus est in se, & in suis. ut §. quod met. cau. l. isti quidem. & uno offenso offenditur, & alius, ut s. si qua præd. pote. l. 1. & prohibito uno contrariorum, aliud prohibetur
3 ut ff. de verb. ob. l. si stipulatus fuero per te. † Quod facit contra
d statuta d ciuitatis, quæ dicunt, quod pro clerico declinante consanguinei teneantur soluere pœnam; nam si non valet statutū prohi
e bitorū, ergo nec pœnale, e ut ff. ad leg. Fal. l. Seius & Augerius, quia pœna legalis nunquam potest incipere a permissis, arg. s. de leg. l. ab administratione. clerico enim nō solum permittitur declinare iurisdictionē secularem, imo iubēt canones, quod declinet, & punitur si non declinet. extraordinaria pœna, qua puniuntur trāsgressores canonum ex generali clausula trāsgressionis. debet ergo clericus magis obedire iuri canonico tanquā suo superiori, quā statutis laicorum, qui non habent ius imperandi, & per consequens, nec puniendi de negligentia, vel contemptu. Sicut ergo statutum non pōt prohibere clerico, ne declinet, ita nec imponere pœnam in consequentiam; nam antecedentibus prohibitis necesse est ea, quæ in consequentiā ueniūt, prohiberi. probo hoc noua ratione; quia maior iurisdictio requiritur in pœnali quā in principali, ut ff. de iud. l. 1. §. fi. sed ille, qui non habet iurisdictionem minorem, nō habet maiorē. ut ff. de Sena. l. qui indignus, ergo qui non pōt statuere, ne declinetur, non pōt pœnam apponere, si declinetur. Item quod non pōt quis disponere, non potest in conditione ponere, ut ff. de oper. libe. l. si ita stipulator.

ADDITIONES.

a And. Barb. Et est triplex ratio. No. quod in legato potest testator prohibere ius accrescendi, secus in hæreditatibus, vide Bar. in l. quoties, §. si duo. & ibi Bal. ff. de hær. inst. & Ang. in l. pe. ff. de inu. test. Do. Io. in l. 1. §. si ex fundo, ff. de hær. inst. Sal. in l. quoties, sup. de hæ. institu.
b Phi. Dec. dispensationes stricti iuris. Et odiosas dicit esse no. Panor. in c. fi. de simo. quo ad alios, cum quib. fit; sed quo ad illum, cui dispensandi facultas conceditur benigna est, & large interpretanda. ut ibidem: & an dispensatio inferioris a Papa sine causæ cognitione valeat, vide per me in c. at si clerici, §. de adulterijs de iud. & ibidem per Abb.
c Ideo erat. No. singulariter hoc. quando relinquitur cōsanguineo uxoris, si nō nupserit, valet legatum, & reijcitur conditio. quod est speciale in coniuncta persona. vide Bar. per illum §. si quis sig. facit.
d And. Barb. Facit contra statuta. No. quod sicut non tenet statutum contra clericos, ut in c. ecclesia. extra de const. cum si. ita nec statutum contra consanguineos clerici respectu eius vide Ang. in l. 1. ad fi. ff. in ius voc. ut eant. alleg. gl. fi. ibi in fi. alias l. 3. facit casus sing. c. felicis circa fi. de elect. in 6. ubi percutiens consanguineum clerici, incidit in canonem, si quis suadente, quod est menti tenendum vide Bar. in l. 1. de his, quæ pœ. no. & quæ notat in c. significasti, &c. Petrus Diaconus de homi. & D. Io. in l. hæres meus, §. fi. ff. de condi. & dem. vide elegans dictum Bar. in l. in pœnis. inf. de agri. & cens. lib. 11. Bal. sup. de episc. & cle. in l. 1. & Lap. in alleg. 30. ubi quærit, an statutum puniens consanguineos declinantes iurisdictionem Potestatis comprehendat clericos consanguineos, & vide Moder. in l. Mutum, ff. de acquirenda hæreditate, ubi totaliter non allegant, unde Dom. Petr. in cap. ea, quæ in rep. ubi statutum dicit, quod clericus declinatus puniatur, non valet statutum, vide cum ibi prope fi. reps. & dixi sing. quod constitutio laicorum non potest disponere contra concubinas clericorum, quia infamarentur clerici, quod est verum, quando essent occultæ arg. in cap. in scr. ptueris 96. distinct. secus si essent notoriæ. ita dicit se respondisse consultus ab illustri domino Carolo Malatesta. unde ibi prope fin. Et adde, quæ dixi in l. mutum ff. de acquir. hære. & quod not. in simili. Bar. in l. Titia de verb. ob. l. pater Seuerinam, §. fi. de cond. & dem. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori de ope. no. nun. Bal. in l. 1. alias in rub. C. de inter. ma. & l. 2. ff in ius uoc. ut eant. & Bal. in l. filium, ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. & late dixi in d. l. mutum.
e Pœnale. Vide per Bal. in l. omnes populi, ff. de iust. & iure. & sequitur hoc Petrus de Anch. in c. canonum statuta in ver. adde quod no. Bar. & Cy. de consiliet. & Bar. in l. 2. ff. de his, quæ pœ. no. unde in contrarium Io. de Imo. in ca. cum contingat in 3. membro ext. de iureiu. dum ponit conclusionem, an statutum possit prohibere iuramentum.

LEX II.

1 *Iuramentum contra naturalem stimulum de facili vertitur in periurium*
2 *Nuptiæ uiduis intra annum sunt prohibitæ.*
3 *Natura producit mulieres ad generandum.*
4 *Deierandi materia non debet dari.*
5 *Periurium leges puniunt.*
6 *Leges & statuta non debent viam periurijs aperire.*

Ambiguitates. Ad euidentiam præmitte, quod olim conditio viduitatis spernebatur, quia contra Rempublicam erat mulierem non nubere; nam si mulieres non nuberent viris, Respublica destrueretur. visum ergo fuit antiquis, quod ea esset utilis Reipublicæ sobolis, scilicet legitimæ procreandæ causa lata? quæ licet esset cōtra mētem testatoris, tamen reputatur fauorabilis, & extendenda ut ff. de cond. & dem. l. hoc modo. & ar. fi. solu. mat. l. 1. Sed superuenit postea lex Iulia Miscella, & ponderauit rationem permissionis nubendi cōtra voluntatē testatoris: nā ratio erat proles, seu procreatio sobolis, & ideo non omni viduæ permittebatur testm̄ spernere sed solum illi, quæ nubebat causa habendi liberos. ex rōne. n. legis arctabat dispensationem legalē, ar. de iure patr. le. adigere. §. quis. & ideo. statuit, quod si talis mulier petebat legatū, quod ipsa deberet iurare, quod nunquā contraheret matrimonium, nisi propter spem habendi liberos, vel simpliciter cauere de restituendo relictū interposita cautione Mutiana, absq; eo quod se arctaret per vinculū sacramenti ad non nubendum. iurabat enim quādo petebat legatum intra annum; sed si post annum, nō iurabat. Sed Iustinia
1 nus considerauit, † quod iuramentum cōtra naturalem stimulū de facili vertitur in periurium & quod lex naturę quodāmodo mulieribus imperat nubere, & filios procreare. Idcirco statuit Iustinianus, quod neq; iurarent de nō nubēdo, neq; cauerent de restituendo; quia si iurarent, siue promitterent, non seruarēt, & h. d. hæc lex, & tex. in corpore dicit, quod lex Iulia Miscella distinguebat circa peti-

ca.petitionem legati,utrum peteretur ante annum, & tunc iurateturan peteretur post annum,& tūc caueretur sine iuramēto,† nuptiis tamen semper intra annum prohibitis,vt ī.de secū. nup.leg.j. sed quicquid lex Iulia dictaret,intentio Iustiani est in l.Cod.permittere matrimoniū libere, & consequi relictū, sprecta conditione,nisi extent filij primi matrimonij. nam tunc relictum a marito non cōsequitur pleno iure, sed solummodo habet in uita sua commodum vsusfructus,quemadmodum haberet in puro legato, postea ad secundas nuptias veniendo. Not. † φ natura producit mulieres ad generandum,& insitat eis concupiscentia,& desiderium matrimonij.Secundo no.† quod nō debet dari materia deierandi,nec debet deferri sacramētum ei, quem est verisimile deierare,quod facit ad multa.† Tertio not. φ leges periuria puniunt.Quarto no.quod lex non debet esse occasio delinquēdi.† Quinto & ultimo no.φ per leges, vel statuta non debet uia periurijs aperiri,& facit contra statuta terrarum, quæ frequenter minores,& mulieres inuitant ad deierandum, permittendo eis venire contra proprium sacramentum. nā tale statutum *b* non est rationabile, ergo nō habet legis vigorem, nisi motiuum statuti constet ex aliqua rationabili causa, quia tunc statutum vim Apostolici obtinet,& iuramenta relaxat, vt d.l.adigere,§.fi.vbi de hoc op.de aut.cui relictum,J.c.Sol.ut ibi.

ADDITIONES.

a And Barba.Tertio no.Not.non tenere statutum,propter quod minores ueniunt contra iuramentum.vide Bal.in auth.sacramenta,C.si aduer.vend.& in cap.j. §.item sacramenta,de pa.iur.fir. 10.collat.& l non dubium,sup.de legi.l.omnes populi,ff.de inst.& iure Ang.in consi.incip.Domina Catherina.& Cano.in ca.cum contingat,de iureiu.

b Statutum.Vide Bar.in l.omnes populi,ff.de iust.et iure.

AVTHENTICA.

1 *Mulier contempta uoluntate defuncti,non potest retinere legatum.*
2 *Vidua vnico matrimonio debet esse contenta.*
3 *Virginis vita dicitur beatior,quam vidua continentis.*
4 *Conditio non nubendi spernitur in virgine.*
5 *Conditio negatiua si consistit in iure,potius attenditur ius quam factum.*
6 *Cautio Mutiana,qualis esse debeat.*
7 *Cautio idonea dicitur secundum qualitatem personarum.*
8 *Satisdatio non est de substantia vsusfructus.*
9 *Pietas dicitur maxima,quæ facit pro paupertate.*
10 *Cautio nil patrocinatur non seruanti fidem.*
11 *Hæreditas aufertur propter spretam conditionem.*
12 *Legatum intelligitur de anno numerato a morte testatoris.*
13 *Cautio Mutiana habet locum in conditionibus de non faciendo.*
14 *Possessor cautione præstito,quare non lucratur fructus.*
15 *Conditio priuata magis accedit curi,quam non curæ.*
16 *Vxor relicto,donec non nubit,dicitur seruare honorem marito.*
17 *Locuples quis valde,& notorie esse debet, vt perinde habeatur,ac si cū fideiussore satisdaret.*
18 *Cautio Mutiana remittitur legatario.respectu fideiussoris dandi.*
19 *Lex non habet locum,nisi secundum terminos a lege comprehensos.*
20 *Cautio Mutiana habet locum in inhæreditatibus,sicut in legatis.*
21 *Cautio Mutiana habet locum in donatione causa mortis.*
22 *Testator cautionem Mutianam,& satisdationem potest remittere.*
23 *Stipulator si cautione Mutiana uult cauere,an debeat consequi pmissū.*

8 *Præſtatio multiplicata non obligat in poſterum.*
9 *Obligatio naturalis non oritur, quoties fit contra iuris authoritatem.*
10 *Præſtatio longiſſima, an aliquid operetur.*
11 *Contractus ſolennis præſumitur ex diutina præſtatione.*
12 *Totum refertur ad eandem uoluntatem defuncti.*
13 *Soluens uſuras præſumitur ſolenniter promiſiße vſuras.*
14 *Notarius an præſumatur, qui tribus annis ſe geſſit pro Notario.*
15 *Emphyteuta antequam præſumatur emphyteuta, requiritur quod per decennium ſoluit cenſum eccleſiæ.*
16 *Poſſidens longo tempore, an præſumatur dominus.*
17 *Vaſallus præſtans ſeruitia domino præſumitur de feudo inueſtitus.*
18 *Præſumptio ſufficit, ſi ſtatutum requirat probationem inſtrumentalem.*
19 *Obligationes dicuntur duæ in mare.*
20 *Solemnitas præſumitur ex tempore.*
21 *Legatum pro futuris annis dicitur conditionale.*
22 *Obligationes futuræ poſſunt uenire in iudicio.*
23 *Genus, ſicut debet poni in cauſa, & ita & ſpecies.*
24 *Hæres ſi ante terminum conueniatur, habet exceptionem, ſed ius excipiendi eſt perpetuum.*
25 *Cumulatio eſt plurium actionum ſeſe contingentium eodem libello, vel pluribus commiſtio.*
26 *Cautio in contractibus, an peti poſſit pro futuro tempore.*

SI probaueris. Tempus non eſt modus inducendi, vel validandi obligationis, licet contineat qualemqualem agnitionem debiti. Fallit fauore alimentorum, & ultimæ voluntatis. h. d. Vel ſic, Longa preſtatio probat actum ſolennem, ſi allegatur ſolennitas; vel nudum, ſi allegatur nuditas, vel veſtitum, ſi allegatur veſtimẽtum, ſed non validat. Fallit hic, vel ꝑ duplicem fauorem alimentorum, & vltimæ voluntatis præſtatio triennij, obligationem in futurum validat ex minus ſolenni voluntate. h. d. No. quod ex 1 pluribus concurrentib. augetur effectus. † No. ſpeciale a in alimentis, ꝙ ẽt pro futuris tm̃ poſſit agi, nedum coniuncte pro præ- b teritis, & futuris, vt no. ∫. de tranſa. l. de alimentis. Extra op. b ex duabus preſtationibus reſultat quaſi poſſeſſio, imo etiam per vnum plenum actum, vt no. Gof. in ſum. Decr. de reſt. ſpo. §. fin. 2 ergo non requiruntur tres proteſtationes. † Dic quod ex multis ꝑſtationibus pſonalibus non reſultat poſſeſſorium; alias ſequeretur ꝙ in l. ſi certis annis, ∫. de pac. poſſet contra non preſtantem agi poſſeſſorio iudicio, quod eſt falſum, & contra caſum illius l. & iſtius: ga poſſeſſio, vel quaſi acquiritur ex traditione, vel quaſi traditione, ergo non acquiritur in re non tradita, vel quaſi, ut ff. de acq. poſſ. l. prædia. Quid ergo, quod dicitur in cap. querelã, de ele. R̃nden. ibi loquitur in præſtatione ſubiecta, quæ fit a ſubdito, ſicut eſt cenſus, collecta, & huiuſmodi. ∫. de agne. & cenſi. l. litibus. lib. 11. & l. reſcripto. §. ſi ff de mun. & hono. quando perſona eſt affecta quaſi ſeruituti, vt homo meus, & vaſallus: nam hæc lex dat poſſeſſorium, cui petitorium cõſonat; ſed in perſonalibus obligationibus nõ ſurgit petitorium, quia agitur ad dictum. † Item in tex. ibi menſtrua. pone quod teſtator c non dixiſſet, nunquid quolibet menſe debent præſtari alimẽta, vel de die in diem? aut eſt nil implendum a legatario, & tunc de menſe in menſem ex quo tp̃s non eſt adiectum, argu. l. vlt. ff. de lib. agno. Vel ibi qñ ex diſpoſitione legis debent pręſtari, ſed ſi ex diſpoſitione teſtatoris, cenſetur legatum annuũ: ideo in quolibet anno in principio anni eſt præſtandũ pro toto anno, vt ∫. qñ di. le. ced. l. 1. in fi. niſi de alio tempore ſenſerit teſtator tacite, quod apparet: qñque ex re, vt in fructibus futuris: qñq; ex cauſa, vt ff. quando di. leg. l. 1. in fi. & l. nec ſemel, §. ſi in habitatione, & l. Firmo. Aut aliquid eſt dietim implendum a legatario, puta quia relinquitur vxori quandiu in domo mariti caſte vixerit: tunc cibaria dietim ſunt præſtanda, ſed veſtimentum eſt ꝑſtandũ in principio anni, præſtita cautione de reſtituendo veſtimẽtum in eius ſtatu, quo erit, vel æſtimationẽ eius æſtimandam tunc, qñ nuberet. Et ita intelligitur gl. quæ eſt in l. fi. ſup. tit. 1. Vel dic quod veſtimentũ non dabitur, ſed cõceditur dietim, vt ff. de pec. leg. l. id veſtimentũ, ff. ſol. mat. l. in his, §. 1. & de do. inter vir. & vxo. l. ſed ſi 3 vir ex lana. prima verior eſt. † Nunquid valet legatũ pitantiæ factum fratribus Minoribus? Reſp. ſic, ſi eſt eſculentum & poculentũ, non tranſiens ad munerũ qualitatem & petitur ſupplicando Epiſcopo potius, ꝙ agendo: qa fauore alimentorũ competit of- 4 ficium Iudicis, ff. de leg. 1. l. filius, per Iac. de Arc. † Pone, d ꝙ teſtator mandauit hæredi, ꝙ veſtiret viduam, quod intelligitur dũ in uiduitate permãſerit ex qualitate perſonæ, ff. de vſu, & habit. l. plenum, §. equitij. Nunquid ſufficit hæredi, ꝙ det vnum veſtimentum pro tota vita mulieris? videtur, quod quolibet anno debet veſtiri de nouo, quia veſtes datæ non ſufficiunt ad viuendũ. Si tñ vult ueſtes nouas, reſignet veteres, niſi quatenus eſſent neceſſariæ pro ſubſtẽtatione vitæ: nã de more eſt, ꝙ veſtes quolibet anno renouentur. Et quia iſta eſt cõmunis cõſuetudo teſta- 5 torũ, arg. huius l. † Quæro, e nunquid in cauſa alimentorum ꝓcedatur ſummarie: Reſp. ſic, ſi petuntur futura, ∫. de tranſa. l. de alimentis, per Bar. vel pręſentia. In tex. ibi, ſecutam. Ex hoc apparet certa ſcientia, ſaltem facti. In tex. ibi, in tali cã q. d. ſpeciale eſt hic quo ad duo. primo quod multum temporis intelligitur triennium. Secundo, ꝙ per præſtationem triennij confirmatur legatum minus ſolemne. In tex. ibi, ea præſtẽtur, ſcilicet ſua quaque die: vnde pręſens eſt ſententia, ſed ſolutio differtur, ſicut ad leg. Aqui. l. in l. Aquilia ſi deleri. Ibi, & ſi qua. per iſtã copulam, &c. apparet procedere copulatiuũ libellum pro præteritis, & futuris pro præteritis. f. vt nunc pręſtentur; pro futuris, vt ſua die pręſtentur, concor. ff. de alimen. leg. l. libertis, §. 1. Itẽ in text. 6 ibi in præteritũ. † No. ꝙ ſi legatarius alimentorum medio tpe alimentauit ſeipſum (non enim potuit ſine victu viuere) non propterea extinguitur legatum alimentorum, ff de vſufr. le. l. ſi vſus f fructus mihi. f ꝙ alimẽta per triennium pręſtita ſunt præſtanda perpetuo. No. poſſe eodẽ libello agi pro præteritis, & futuris. Oppo. quod iſta lex, aut ſit falſa, aut ſuperflua: nam ſi teſtamentum fuit ſolemne, eſt ſuperuacua, quia triennium nihil operatur, ſi minus ſolemne, eſt falſa, quia non conualeſcit, vt in regula iuris, qđ ab initio. & ∫. de teſtamen l. non dubium, §. fi. Gl. ſic inuoluit: nam primo dicit, ꝙ hic triennium requiritur: quia hæres non agnouit volũtatem defuncti ſcienter. ſed hęc eſt falſa, quia ignorans nunquam agnoſcit, ut ff. de acquiren. hæred. l. Clodianus, & ff. de inofficio. teſtam. l. mater decedens. Et ideo alij dicunt, ꝙ triennium operatur, ꝙ hoc facit præſumi teſtamentum ſolẽne, hęc falſa: quia ſi hæc lex fundaret ſe in pręſumptione, poſſet probari contrarium. Item quia hęc lex non preſumit, ſed diſponit. vnde licet conſtet, quod teſtamentum non ſit ſolemne, tñ legatum debetur huius legis authoritate: & ideo uera ſolutio contrarij eſt, quod hic eſt ſpeciale duplici fauore concurrente, ſcili- 7 cet ultimæ uoluntatis, & alimentorum † Secundo opp. & uidetur, ꝙ multiplicata pręſtatio non obliget in poſterum, ut ſup. de uſu. l. creditor. & ff. de ſolu. l. creditor. §. 1. Solu. ibi odium, hic fa- g uor. Tertio contra hoc oppo g quod idem in fauore, ut l. quod de bonis, §. 1. ff. ad leg. Falc. Solu. dicit gl. hic erat uoluntas pręter legem,

ADDITIONES.

a An. Bar. No. ſpeciale. Vide Bar. in l. 1. ff. de cond. inſt. & Ioãn. Imo. & Ang. vide quæ ſing. dixi in c. nos, quidem, de teſta.
b Extra opp. Vide Bar. in l. ſi. ff. quorum bo. cum concor.
c Pone ꝙ teſtator. Vide Bal. in l. pecuniæ, ff. de alt. & ci. leg. & quod no. Bar. in l. ſi cui legetur, in prin. ff. de leg. 1. & quæ inf. ſequuntur.
d Pone. Vide ſup. proxime facit ad q. pr donat filio fructus aduentitiorum, an intelligatur ſingulis annis. Bar. tenet quod ſic, in auth. excipitur, inf. de bon. quæ li. vide quod no. Bar. in l. cum quidam, ff. de annu. leg.
Adde Rom. ſing. ſuo 293. inci. legauit viduæ maritus ueſtem ubi alle. iſtum hic.
e Quæro. Vide Bal. in l. ſi quis in ſuo ſup. de inof. teſt.
f Phi. Dec. No. Ad idem Bal. ipſe in l. ſi. certis annis 2. col. C. de pac. & in l. non dubiũ in 5. oppo. ſup. de teſta. ver. ſed quid de annuo. Et adde, quod longa præſtatio coniecturam facit pro titulo vt oĩa ſolemniter interueniſſe, & acta fuiſſe videantur ſm Alex. in conſ. 104. par. 4. tractat. Idem plene Spec. in tit. de loca. §. 6. ver. 143. & de feu. §. 2. ver. 3. quæritur de cenſi in prin. Sed an triennalis præſtatio ita pro dote obliget, vt pro alimentis. Alex. in l. cum de in rem uerſo, ff. de uſur. & in l. ſi certis annis. & ibid. S. l. Bar. aũt ĩ quęſtione quædam mulier habens amplũ patrimoniũ.
g Op. Vide in l. nõ dubium, ſup. de teſt. & an id, quod reſecatur per Falc. iam, ſit debitum naturaliter, unde Bar. & Doc. in l. a. cum ſimi. ff. de cond. indeb.

legem, ibi contra legem; quia quando legatur vltra dodrantem, 9 lex resistit. † Ex ista gl. ergo conclude opin. Vltramontanorum, qui dicunt resecationem per leg. Fal. naturaliter nō deberi; quia quoties contra iuris authoritatem fit, non oritur obligatio naturalis, vt ff. de pact. dota. l. conuenire. & ff. de leg. 1. l. si quis inquilinos, §. fin. super hoc dic, quod aut Falcidia est deducta in actum suum per detractionem; & tunc nulla est obligatio naturalis, vt inf. ad leg. Falcid. l. error. & ideo hæc glo. est falsa; quia ibi erat legatum præstitum. dic ergo, quod aut est defectus solemnitatis extrinsecæ, & loquitur hæc l. Aut est defectus potestatis 10 intrinsecæ, & loquitur l. contraria. † Quarto oppo. & videtur ꝙ etiam longissima præstatio nihil operetur. pone nudo pacto promissa sunt alimenta, & multis annis præstita, tamen in futurum non sunt præstanda, vt sup. de pact. si certis annis. Sol. ibi erat pactum inutile ad agendum, quia nudum, & ex inutili non causatur vtile, idest actio: & quod esset nudum, constat. hic autem nō apparebat, quod legatum fuisset minus solemne. Istam solutionem iam reprobaui, quia idem si constaret: & ideo dic, quod hic 11 est speciale fauore alimentorum, & vltimæ voluntatis. † Quinto oppo. & videtur, quod non sufficiat triennium, sed quod requiratur decennium, vt ff. de vsur. l. cum de in rem verso. Solut. dicit glo. ibi non constabat de aliqua promissione; tamē ex diutina præstatione præsumitur solemnis contractus præcessisse tā super principali, quam super accessorio, quia accessorium influit principali quo ad probationem, non quo ad essentiam. hic autem constabat minus solemnem voluntatem præcessisse. hęc solutio est falsa; quia cum cōstaret de causa inualida, ergo & de causato. Item per locum ab antecedenti destructo, vt probatur in l. 1. §. eius rei, ff. de officio eius, cui mandata est iurisdictio. & ideo dic, quod aut loquimur de præsumenda dispositione, & loquitur l. cum de in rem verso. Aut de coadiuuanda, & loquitur hic. tamen quia est speciale, in contrarium est ius commu- 12 ne. † Quero, quid si vno anno præstitit frumentum tantum, secundo anno vinum tantum, tertio anno vestes, vtrum habeat locum hęc lex? Respon. sic, quia totum refertur ad eandem voluntatem defuncti, & nascitur ex eadem radice, pro hoc, ff. quando di. leg. ced. l. nec refert. Extra opponitur, & videtur, quod vna agnitio sufficiat, vt supra de non nume. pecun. l. cum fidem. Solu. ibi præcedebat solemnis dispositio apta ad agere, quia chyrographus: hic minus solemnis, & non apta ad agere. Item ad l. cum de in rem verso dicitur ibi, quod ille soluendo vsuras, in- 13 telligitur solemniter promisisse sortem. † Item soluendo usuras pręsumitur solēniter promisisse vsuras, ad promisisse tamen requiritur decennalis præscriptio: nam cum sit pręstatio formis, videtur, quod sufficiat vna confessio tacita, sicut sufficeret vna expressa confessio, vt ff. de iureiu. l. si duo patroni. §. primo. Solu. ibi loquitur de vera probatione, quæ insurgit ex iuramento: sed in l. cum de in rem verso. non constabat de vera causa. vel dic, quod in l. cum de in rem uerso. sunt uerba enunciatiua pro- 14 pter aliud, sed confessio fit principaliter propter se. † Pone, *a* quidam gessit se pro Notario tribus annis, utrum ex hoc præsumatur Notarius? Respon. non: secus forte si decem annis, uel amplius. Vel dic pręsumitur inter contrahentes conficiens scripturam de eorum uoluntate: alias non, ut l. optimam inf. de contrahen. & committen. stipulatio. Pone, duo fratres possederunt pro diuiso decem annis, an pręsumatur diuisio? Respond. sic, quia ex prima natura communionis erant obligati ad diuidendum; unde non probatur obligatio, sed executio obligationis, vt l. pe- 15 nul. sup. communi diuidun. † Pone, *b* quidam soluit ecclesię cēsum pro quadam re tanquam emphyteutica, utrum ad pręsumendum, quod sit emphyteutica, requiratur decennium? Resp. sic, siue ecclesia agat, siue conueniatur a soluente, quem forte ecclesia negat emphyteutam, vt l. litibus. inf. de agri. & cēsit. lib. 11. 16 Quęro, *c* nunquid possidens longo tempore, pręsumatur dominus, ut ex hoc fundet rei uendicationem? Respon. non, quia causa dominij est incerta, cum ex multis causis quis posset esse dominus. Item, quia aliud est titulus, aliud dominiū, aliud possessio, ut no. Institu. de actio. §. alię. Non obstat l. cum de in rem uerso. quia hic allegabatur factum proprium, ibi aduersarij, ex 17 quo contra aduersarium pręsumitur. † Pone, *d* ego tanquam uasallus pręsto seruitium domino acceptanti, nunquid pręsumar de feudo inuestitus? Rñdeo, speciale est in feudo; quia si possedi, & pręstiti seruitia ultra annum domino acceptāti, quod pręsumetur inuestitura, si iuro me inuestitum coram patribus: secus si nō possedi ultra annum, nisi allegarem breue statutum: nam tunc adstringo me ad probandum per scripturam, ut in c. 18 x. §. si uero. de controuers. inuesti. col. x. † Quęro, *e* quid si statutum requirit probationem instrumentalem, utrum sufficiat pręsumptio d. l. cum de in rem uerso? Respondeo, sic, inf. de apo. publi. l. 3. lib. x. quę est lex ad hoc no. & facit quod no. sup. de periculo tut. l. si tutor. & adde quod no. infra in l. 2. de ingenu. manu. ff. de seruit. rustic. prędi. l. seruitus, & extra de censi. c. peruenit. & de 19 causa possessio. & propriet. cap. cum ecclesia. per Innocen. † Et nota ex hac lege prębari, ꝙ duę sunt obligationes. naturalis an-

te triennium, & ciuilis post. Et ex istis duab. radicib. tanq̄ ex elementis, surgit vnum elementum, quod vocatur actio: sicut ex duabus radicibus surgit vnus stipes, vt l. si gemina, ff. arbo. fur. cęsa. & ex actu; & voluntate, una aditio hæreditatis, vt l. potuit. sup. de iure deliber. & ex animo, & corpore vna plena possessio. semi 20 plenæ autem sunt duæ, vt alibi dicam. † No. dicit glo. alibi, quod ex tpe pręsumitur solennitas, vt ff. de acq. hær. l. qui in aliena. sed ibi patientia tendebat ad commodum patientis, non ad incommodum, quod est verum, si tps est vestitum verisimilibus indicijs; secus si sit nudum tps, vt l. si certis. Item gl. dicit alibi, quod tps hr̄ pro veritate vt l. 1. §. de seru. & aqua. tps dico non simplex, sed vestitum consuetudine. adde, ubi requiritur tps, cuius cōtrij memoria non existat, non habet locum cum de in rem uerso, s̄m Iaco. Butr. in l. si certis annis, nec ergo vbi requiruntur anni quadraginta, vnde per l. cum de in rem uerso. non probatur titulus in præscriptionibus. Et præmitte, ꝙ futurum aliud formatum enunciatiue, non tamen mātum substantiue, ut hic; aliud 21 nec formatum, nec mātum, ut l. 1. de usur. † Sexto, contra hanc legem oppo. certum est, ꝙ pro futuris annis legatum est conditionale: ergo si non erit nata obligatio, non potest edi actio. unde per unam rationem non procedit libellus. Item tractus futuri temporis non spectat ad iudicem, quia non potest sibi esse probatum. Item in dubio fauemus reo, ut l. 1. §. 1. ff. de usur. Item lex prouidet de usuris quadrimestribus, unde iudex non habet se vlterius intromittere. Item est lex expressa, ff. de iud. l. non quēadmodum. Sol. verum dicis de rigore iuris, sed de æquitate sic distingue: aut futurum ordinatur ab homine, aut a lege, aut casu fortuito, puta si erit in mora, ut l. 1. §. 1. ff. de vsur. primo casu refert, aut proponitur futurum per se; & est impossibile, vt in cōtrijs; vt cum pnti, & tunc refert, aut ex eodem fonte, & venit in 22 iudicium, vt hic, & l. libertis. §. 1. ff. de alim. leg. † Ex quo sequitur talis conclusio, ꝙ futuræ obligationes pñt venire in iudicio, tanquam annexa, non tanq̄ principalia. Alij dicunt, ꝙ veniunt, vt caueatur, non vt diffinitiue pronuncietur: & male dicunt, quia cōtra casum huius. l. & d. l. libertis, §. 1. Si vero p̄tentum, & futurum non veniunt ex eodem fonte, tunc quia futurum non est annexum præsenti, non potest agi de futuro, quia sine actione nemo experitur, immo dicit quædam glos. in l. pecuniam, ff. si cer. pet. ꝙ agens cadit a iure suo: sed male dicit, vt patet, ff. de pig. actio. l. si rem, §. fin. Si vero futurum venit ex prouidentia legis, refert, aut est futurum, quod pertinet ad consequentiam, *f* vel ex ecutionem præsentis, & venit in iudicio, vt ff. si serui. vend. l. egi. & l. harum, & ff. de noui operis nunciat. l. si prius, aut venit in consequentiā præsentium, quia præsentia non ordinantur ad illud futurum, rebus sic se habentibus: & tunc tractus futuri temporis non spectat ad iudicem, etiam vt caueatur, vt ff. de vsur. l. 1. §. 1. Item ibi merum odium secundum Inno. *g* nisi status præsens sit indicium futuri temporis: quia forte reus dicebat se non soluturum, vnde iudex potest dicere, si non solueris, præstes vsuras, vt l. 1. cō. de senten. quæ sine certa quantit. quod satis est verisimi- 23 le, vbicunque contumax condemnatur. † Extra no. ꝙ sicut ius debet esse positum in causa, vt ff. ad leg. Aquil. l. si ex plagis, §. in cliuo. ita & species debet esse posita in causa, quo casu propter contextum eiusdem causæ, & connexionis præsentium, veniunt etiam futura, vt l. nostra. secus si species est posita in sua causa, quia non veniunt in iudicio de rigore iudicij, vt l. 1. ff. de usuris. Sed si iudex vult supplere de æquitate, potest, ut in l. 1. infra de senten. quæ sine certa quantitate. Vel dic, in bonæfidei iudicijs supplere potest, supra de transac. l. age. & d. l. prima, infra de senten. Sed in stricti iuris iudicijs non potest. d. l. 1. de usu. Vel melius, *h* nunquam potest supplere ex mero officio, quia officium futurum non natum est super futuris: sed iure contractus ex conuentione potest spectare: igitur non initiatum, nec præparatum, non spectat ad iudicem, sed initiatum sic. Ex his apparet

ADDITIONES.

a Pone. Vide per Bar. in l. Barbarius in fi. cum concord. ff. de off. præto.

b Pone. Vide Bar. in d. l. litibus hic alleg. Bal. in l. si certis annis sup. de pact. & in l. 1. de rerum diuisione. ff. per Doctores in l. qui aliena, in prin. ff. de acq. hær. Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. vers. 152. Sal. in l. cum de in rem verso in 6. q. ff. de vsur. Bal. in l. solent, §. fi. ff. de off. Procons. & ibi no. quia vult hic Bal. quod contra ecclesiā sufficiat præscriptio 30 ann. & vide Ant. de But. in c. peruenit, de censi. & Bald. & Sal. in d. l. cum de in rem uerso. maxime Sal. in 6. & 7. q. & not. D. Alex. in suo consi. 45. in fi.

c Quæro. Vide plene per Bar. in l. pen. ff. de condic. instit.

d Pone. Vide Bar. in l. litibus, sup. alleg. & tex. in c. 1. de consuet. re feud. in ca. 1. ad fi. in tit. qualiter olim feud. pote. ali. & Bal. in l. 1. ff. de rer. diuis.

e Quæro. Adde l. iurisgen. §. quod fere & ibi Bal. ff. de pact. & quod no. Bart. in l. 1. in prin. ff. de his, quæ in testa. delen.

f Consequentiam. Vide Bal. in l. 1. de sent. quæ sine certa quant. inf. hic alleg.

g Secundum Inno. Ita dicit Inn. in c. auditis, ext. de procur. & gl. in c. prælatus, de homic. in 6. & in c. Romana. §. caueant, de sent. excommu. in 6.

h Vel melius. Vide Ang. in l. ubi, §. pen. ff. de verb. ob. & Imo. in l. si stipulatus, §. cū stipulamur, ff. de uerb. obliga.

paret, ꝙ quandoque est causa initiata, & completa secundum quid licet non simpliciter: & tunc loquitur hæc lex. Quandoque nec simpliciter, nec secundum quid: & tunc loquitur dicta 24 l. non quemadmodum, quę verba ibi not. † Extra opp. quod si hæres conueniatur ante terminum, habet exceptionem; sed ius excipiendi est perpetuū, vt ff. de excep. doli, l. pure, §. fi. ergo non tollitur triennio. Sol. ibi loquitur, quando ex parte habentis exceptionem nil interuenit, quod tollat ius excipiendi; sed hic interuenit præstatio, quæ tollit ius excipiendi, vel ius impedit na- 25 sci in futurum. † Extra op. certū est, quod cumulatio, est pluriū actionum sese contingentium eodem libello, uel pluribus coniunctio. Item quando certum est, quod duo iudicia sic se habēt ꝙ sententia absolutoria lata in vno derogat alteri, ibi non admittitur cumulatio, vt ff. de except. l. fundum. sed ita est in l. nostra; ergo non possunt cumulari futura præsentibus. Quod etiam sit cumulatio libellorum, apparet; quia quot sunt in libello articu- a li, a tot sunt petitiones, vt no. Spec. in ti. de peti. & poss. §. 1. vers. & quid si Episcopus. sed cū plures sunt anni, igitur plures actiones, ergo de primo ad vltimum concludendo, non procedit libellus. Sol. hic speciale, propter lites breuiandas, arg. ͡j. de præsc. 30. anno. l. male agitur. Et quia omnes articuli sunt eiusdem formę, & naturę, & ideo cēsetur vnum, & idem; & quia hic fauor alimentorum, & vltimę voluntatis. Si autem sese non contingunt; & ibi agens potest esse semper pluralis tam in ciuili, quam 26 in criminali, vt ͡j. de accu. l. si quis homicidii. † Quęro, nunquid b in contractibus b pro futuro tēpore possit peti cautio? Respond. aut est consultum per exceptionem, & nō potest petere cautionem. l. dedi, in princ. ff. de cond. ob cau. aut non est consultum, & tunc super eo, super quo pendet obl'gō, & potest peti cautio, uel propter dilationem, ff. de iudi. l. in omnib. vel propter de nouo emergentem, suspicionem, ff. de priu. cred. l. si creditores, vel quia aliquod tempus datur miserationis causa, vt ff. de iud. l. si debitori, ff. sol. matr. l. si constante, §. quoties, vel dic, vt dixi s. de precib. Imper. offe. l. vniuersa. Aut super eo, ꝙ non est in causa proxima, nec in remota, & tunc secus. vt l. 1. §. 1 ff. de vsur. Refert ergo vtrum pręsens includat futurum initiatiue, vel indicatiue, licet non completiue, an nullo modo includat, vt d. l. 1. de vsur. vel dic in futuro accessorio, ꝙ illud aut est extrinsecum: cum vsura, & non uenit, nisi durante instantia: aut intrinsecum vt vsusfructus, & tunc pro omni tempore venit in consequentiam petitorum, quia inest tacite, vt l. ędiles, §. item sciendum, ff. de ędil. edic. vide in l. 1. sup. de iud.

ADDITIONES.

a Articuli. Vide Bar. in l. liberorum, §. sed, & si aliud, in fi. ff. de accu.
b In contractib. Vide per Bar. in l. si finita, §. eleganter cum fin. ff. de dam. infec.

LEX II.

1 *Conscientia quandoque dicitur consilium. & pertinet ad perfectos.*
2 *Commissum ad conscientiam, videtur commissum ad ueritatem.*
3 *Rusticus soluens legatum ex conscientia potest repetere.*
4 *Testator si mandauit quod debita sua soluantur, ueniunt etiā naturalia.*
5 *Stipulatio licet cam requirat, tamen causa sufficiens dr̄ obligū naturalis.*

Et si inutiliter. Agnoscēs minus solemnem volūtatem, & soluens non repetit. h. d. 1 No. hic, † quod legatum ex conscientia solutū, non repetitur, tā quam non solenne. No. ꝙ conscientia quandoque est consiliū, & pertinet ad perfectos, ut hic quandoque est præceptum, & pertinet ad omnem conscientiam. Conscientia autem est Angelus humanæ vitę præsidens. † No. hic, quod id, ꝙ non conualescit quantum ad agendum, quia minus triennio, conualea scit quantum ad retinendum. † No. quod lex comendat, & firmet illud, quod est factum ex conscientia, cui non conuenit de apicibus iuris disputare. vnde commissum ad conscientiā, uidetur commissum ad ueritatem, & satis est, ꝙ sit munita iure gentium. Opp. quod requiratur triēnium, ut s. l. prox. Sol. ibi ad agē3 dum, hic ad retinendum. † Quæro utrum hæc. l. habeat locum a in rustico a soluente, qui presumitur ius ignorante, ut l. pater, in princ. de doli excep. Resp. sic dummodo sciat factum, quia in tali pstatione uersatur ius naturale, arg. de cap. dimin. l. legatum, 4 † Quæro, b quod si testator mandauit executoribus, ꝙ soluerēt. debita sua, utrum intelligat de debito nāli? Respon. sic, quia c salua cōscientia illud declinare nō debet. secus si illud mandatum fieret inter uiuos, ff. de solu. l. is cui, §. Flauius. & est ratio differentiæ, quia moriens magis uidetur cogitare ad salutē animę, quam uiuens, & certe appellatione crediti, non continetur, quod non potest exigi. Item in generali mandato non continetur debitum naturale. Non ob. hęc lex, quia hic fuit agnitio specialis. In cōtrarium d facit, quia alias nō ualerent legatum, si intelligeretur de debito solenni. Iaco. But. disputando dixit debere solui debitum pręscriptum, quia pręscriptio non liberat iure poli. In textu ibi, & si inutiliter, idest non solemniter. Et no. ꝙ illud, quod nō solemniter fit, dicitur quodammodo inutiliter fieri. In tex. ibi, qō ibi mouetur, sic ff. ad Treb. l. Lucius, §. tres hęredes. In tex. ibi, sed ex conscientia. No. ꝙ ex plurib. concurrentib. 5 successiue augetur effectus. † No. ꝙ licet e stipulatio requirat cau e sam, tamen sufficiens causa est obligatio naturalis, uel naturale motiuum ad obligandum se; nec tamen dicitur donari, ꝙ sic pmittitur, quia primaria causa inspicitur. donatio autem est proprium motiuum & gratuitum.

ADDITIO

Pone, cōcessum est in feudū ea lege, vt extra cognatos non alienē, an inter agnatos videatur permissum? & vr̄ ꝙ sic a ꝯtrio sensu, vt hic, & ff. de pac. do. l. inter, §. cum inter. In ꝯtriū vr̄, quia istud arg. esset absurdū, & ꝯ nām feudi. Sol. puto per istud argu. a ꝯtrio sensu nām feudi alterari: nec intelligas agnatos prohibitos, q̄q̄ alias non sint feudi participes, vt ff. de leg. 3. l. pr̄, §. quindecim, nā hoc verbū, agnatos, significat affectionē, ff. de her. inst. l. Lucius. Quęro, nunquid dicat alienare, qui aliū inuestit? Rñ. sic, si corporaliter, vel ęqpollenter: secus si habuliue, puta per annulum vt in c. 1. quid sit inuestitura. Fallit in corporalib. in quib. per inuestiturā annuli acquiritur quasi possessio: puta in iurisdictione & similib. Quæro, an ille, qui pignorat rem extra manum suam videatur alienare? Rñ. sic, si debitū ęquiualet pignori alias nō pp spem luitionis. lex. est no. ff. de leg. 3. l. qui habebat. no. Gui. in l. manumissiones, ff. de iust. & iu.

ADDITIONES.

a In rustico. Vide Bar. in l. cum de in rem verso, ff. de vsur.
b Quæro. Vide Bar & alios in l. quibus diebus, §. dominus, ff. de condi. & demon.
c An. Bar. Testator. Si mandatur executori, quod soluat debita, an veniant debita naturalia tantum, vide Bar. in l. legati, ff. de lib. leg. Bar & Bal in l. quibus diebus, §. dominus, ff de cond. & demon. & l. si is, cui, § Flauius, ff. de sol. vide Moder. in rubric. de arbit. & Bal. in l. ul. quod. supra de Epis. & cle.
d And. Barb. In contraria. An præscriptio liberet a iure poli, vide Bal. in l. cum quis, C. de iu. & fac. igno D. Ant. in c. fi. de præscrip D. Pet. de Anch. in repe c. 2. de regu. iur. in 6. Bar. & plene O [illegible] §. viam, ff. de viuc. Ang. in repe. l. 1. sup. de iud. Bal. in disputatione statuto cauetur & c. 1. §. si quis triginta, si de feu. fue. contro. 10. collat.
e No. quod [illegible]. V[illegible] Bar. in l. 1 ff. de dona.

LEX III.

1 *Actio ex testamento competens fideicommissario vniuersali transmittitur ad hæredem.*
2 *Hæreditas adeunda quare non transmittatur ad hęredes; & si hæreditatem adire nolunt, an possint cogi.*
3 *Ius patronatus est indiuisibile.*
4 *Ius patronatus quare dicitur indiuiduum.*

Cum secundum. Si grauanti honorato succedit cōfunditur obligatio. h. d. Vel sic. Ex conflictu personarū nascitur confusio: secus si non est ꝯflictus. Item confusio non fit a pari, sed a contrario superiori, vt eleganter no. s. de pac. l. debitori. & ibi gl. magistralis. Casus. Quędam nobilis mulier ancillam suā, quæ Crisides vocabatur, instit a duob. hæredib. institutis manumitti, & ei manumissæ hæreditatem restitui: hæredes eam manumiserunt, sed restituere hæreditatem noluerunt. decessit illa ancilla intestata, dicitur ꝙ eū lui manumissores iidemq; patroni hæreditatem adierunt, onus fideicommissi extinctū est confusione. Quid ergo si ipsi non adierint, sed alios habuit hæredes; innuit, quod non sunt liberati, & r sic possint conueniri ex testamento. † Ex quo sequitur a talis cōa clusio, quod actio ex testamento competens fideicommissario vniuersali transmittitur ad hæredem. Item si non trāsmitteret, non confunderetur, sed esset caducū. Sed gl. in l. cū filiū, ff. de leg. 3. dicit, ꝙ fideicōmissarios vniuersalis nō transmittit, nisi ius deliberandi. & est rō, qa alieno adminiculo nitit, & eius ꝯfirmatio pendet ab hęrede, & p eius opē valuat; sed hęredis institutio nō pendet ex alieno auxilio. Vel dic, ꝙ hęreditatis aditio concernit ius formandū; sed actio fideicōmissi est ius formatum, & iō fortius est. quod est falsū, quia imo transmittit actio ex testō, nō tn̄ b nego, quin fideicommissarius vniuersalis possit deliberare b sub acceptione fideicōmissi. Ex quo sequitur, ꝙ hēt tres mēses ad faciendum inuentarium, cum succedat in oneribus hęreditatis, vt s. de iu. deli. l. fi. §. donec. alias teneretur in solidum, sicut tene- 2 retur hæres. † Sed quare c non ita transmittitū hęreditas adeūda? c Resp. ꝙ actio transmittitur, quia ꝯ aliquem transmittitur, & est ius formatum: sed hæreditatis aditio in nuda voluntate ꝯsistit, q̄ nudā voluntatē ad alium trāsmittere nemo pōt, nisi interpretatiue. pro gl. n. facit, qa non pōt fieri restitutio ex Trebelliano, nisi ei, cui dēt fieri. Hinc est ꝙ nō pōt fieri procuratori in rē suam, vt ff. de iu. do. l. si mulier. §. ex asse. & ibi no. de caracterib. obligationū. sūr no. Cy. s. de pac. l. pacto. successorum. Tu dic, ꝙ vbi durat subiectum principale, nunq̄ separat ab eo: sed vbi nō durat, ambulat prout iuris ratio permittit, quicquid dicat Cy. Item pro gl. facit, qa nemo alieno noīe efficitur hæres, ut ff de acq. hær. l. Paulus. Sed illud quo ad directas actiones, sed fideicōmissarius hēt vtiles, quę per aliū acquiri possunt. Dic, ꝙ restitutio ex Trebelliano non transit per delegationem, nec per cessionē, sed potest fieri

ADDITIONES.

a Ex quo sequitur. No. qđ actio ex testō ad fideicōmissum vniuersale trāsmittitur ad hæredes, an aūt ius accresc. transmittatur, vide tex. l. hæc scriptura, §. 1. ff. de cond. & demō. an aūt ius substitutionis transmittatur, vide tex. in l. si plurib. §. fi. ff. de suis & legi.
b Deliberare. Vide Bar. in l. 1. § 1. de iure delib.
c Sed quare. Vide l. si in persona, in te. co. & Bar. in l. cum filio, hic all. & ibi Doc.

fieri procuratorio nomine fideicõmissarij, quia adiectio illa in sem: suaoi, est adiecta ad fortificandum mandatum simplex, nõ ad extenuandum. Quærit gl. si heredes nolunt adire, an cogantur? Dic vt in gl. & per Cy. adde qđ no. inf. co. l. si in personam. & l. non iustam. ad Treb. & J. de his, qui ante aper. tab. l. 1. Quęrit gl. de subtili quæstione; pone, ꝙ isti duo manumissores erant instituti heredes, & domini ex diuersis portionibus, puta vnus ea dodrante, alter ex quadrante, qui successeruot Crisidi: nunquid institutus in quadrantem potest aliquid petere a cohærede? Respon. gl. ꝙ sic, quia patet alterum quadrantem iure transmissionis fideicommissi. quia æqualiter successerunt. vnde actio non est confusa, nisi pro hęreditarijs partibus. † Sed reuocatur in dubiũ, an glo. sit vera? & vĩ ꝙ sic, quia ius patronatus *a* est indiuisibile, ff. de iure pat. l. Carmelia. & ff. fa. ercis. l. quędam mulier. Sed ad aliud ius patronatus correspõdet successio: ergo succedentes faciunt partes sibi viriles per cõcursum, & nõ pro dominicis portionibus, vt ff. de ope. li. l. vt iurisiurandi, §. si liberi. Vltramontani dicunt contra, scilicet, ꝙ in portionibus dominicis vnusquisque sit patronus quoad succedẽdũ: nam ius patronatus est imago veteris dominij, vt ff. de hęred. insti. l. talis, §. final. unde posito, quod ius patronatus est indiuisibile in substantia sua essentiali: tamen in effectu successiorus, ꝙ diuidatur patet; quia faciũt partes successionis per concursum, ut ff. de iureiu. l. si duo patroni, in prin. Opin. ergo Vltramon. tenendo, oportet respondere ad d. §. si liberi, q̃a ibi in locum vnius patroni successerunt plures liberi, unde ius patronatus fuit in seipso unitum a principio: & quia non est res familiaris, quæ cõcernat hęreditariũ corpus, uel hęreditariam substantiam, descendit in liberos non pro partibus hereditariis, sed pro partibus uirilibus. idem dicendũ est si quis stipulatus *b* sit emphyteusim pro se, & suis filijs, non adijciendo verbũ, hæredibus, quia omne, qđ non respicit hæreditariũ corpus, distribuitur in viriles partes. & allego dictũ Iac. de Are. ibi, & dictũ Old. & est multum no. Et ponit hoc Barto. in l. Gallus, in prin. ff. de li. & posth. & in l. eadẽ, §. Cato, ff. de ver. obl. recitat dictum Old. & dicit Iaco. de Bel. ꝙ filius non succedit in feudo, nisi sit hæres. verum est, si põt esse hæres: alias bene succedit, vt filius, *c* ꝙ est not. & quia nil diuiditur ad intellectũ, nisi ipsum vel eius proportionabilis cõmoditas possit redigi ad diuisionem ad oculum: Itẽ nihil est in intellectu quale, quod prius non fuerit in sensu tale. Item indiuiduum est, quod diuisum nõ representat eandem substantiam & qualitatẽ, vnde facta dicuntur indiuidua, vt J. de cond. inser. l. si plures. Item omne ius, qđ est de non corpore in non corpus, est indiuiduum, & ita est ius patronatus; quia nõ est corpus hęreditarium, nec informat corpus aliquod, sed *d* est quædam pręlatio & superioritas, cui sunt quędam attributa. de constit. c. cum M. Ferrarien. Item regula hæc est, quod omne, quod per l. 12. tab. non diuiditur inter hæredes, est indiuiduum, vt ff fam. ercis. l. inter hęredes, §. Idem iuris. Sed † quare ius patronatus est indiuiduum? Resp. quia mere incorporale: & quia ea, quæ diuidũtur, põt pro parte remanere, & ꝓ parte annihilari, & vacare qđ est impossibile in iure patronatus. Nam si sunt duo patroni, ad destructionem vnius fit consolidatio alterius.

ADDITIONES.

a Ius patronatus. Vide in l. quadã mulier, ff. fa. erc. & in l. Carmelia Pia, ff. de iu. pa.
b Si quis stipulatus. Vide Pau. de Cast. in l. si mihi & Titio, ff. de ver. obl. qui dicit et idem in feudo.
c Filius. Vide Bal. clarius idem dicentem in c. 1. in tit. an agna. vel fil.
d Sed Ius patronatus Archidiac. prout ad ecclesiasticum patronatum refertur dicit esse potestas prouidendi ecclesiæ, procedens ex beneficijs ante consecrationem collatis 16. q. 7. c. piæ. uide Abb. in rub. de iure patro.

LEX IIII.

1 *Matrimonium trahit mulierem ad originem viri.*
2 *Hæredes quandoque ad vendendum dicuntur faciliores quã ad donãdũ.*
3 *Testator prohibendo quod extra personas nihil fiat, videtur concessisse, quod possit fieri inter personas.*
4 *Feudatarius confeudatario an iura sua possit vendere, vel locare.*
5 *Feudum potest subinfeudari, licet non possit alienari per aliam speciem contractus.*
6 *Vassalus fructus feudi propter æs alienum potest vendere.*
7 *Frater sororem suam de re, quæ non debet ire extra familiã, põt dotare.*
8 *Feudatarius, qui alium feudo inuestit, an dicatur alienare.*
9 *Pignorans rem ponit eam extra manum suam.*
10 *Res dicitur mea pleno iure, quam non possum alienare.*
11 *Donatio dicitur prohibita, venditione prohibita.*
12 *Venditionis nomine, in primo latere iuris ciuilis, continebatur omnis commutatio.*
13 *Filius si prohibeatur pignorare, nepos intelligitur prohibitus.*
14 *Pignorare prohibitus obligando bona sua, non incidit in pœnam.*
15 *Alienatio ad hoc vt valeat, sufficit fuisse in familia tempore testamenti, vel mortis.*

Voluntas. Argumentum, ꝙ Episcopus possit emere a capitulo suo sine decreto superioris, vt in Mercurialibus, in reg. qui tacet. Frates & soror non intelliguntur esse extra familiam. h. d. But. Vel sic, Prohibitus alienare, vel obligare extra familiam, non prohibetur donare sorori. † Ad euidentiam quęro, *a* quæ erat huius legis dubitatio? Respon. quia forte soror *b* erat nupta extra familiam: nam matrimoniũ est istius naturæ, quod trahit mulierẽ ad originem viri, vt J. de incolis, & vbi quis. l. mulieres. lib. 10. & ff. quod falso tuto. l. pen. §. Iulia. Dicit lex Longobarda. quod si mulier est nupta Romano, viuit lege Romana, eo viuo: sed eo modo statim redit ad legem Longobardam, & secundum consuetudinem Longobardæ. sed de iure Romano quandiu est vidua, *c* viuit lege mariti, si hoc est ei fauor, secus si odium *d* excepto in ꝯtu dotis, in quo semper inspicitur consuetudo viri, vt ff. de iud. l. exigere dotem. dicit Iac. de Are. quod si statutum dicit ꝙ vxores rebelliũ perpetuo sint bannitæ, statim cum sunt viduæ, possunt stare in ciuitate, vt ff. de leg. 2. l. Titia Seio, §. vsitas. Vel erat dubitatio, q̃a testator prohibuit alienari fortilitium extra familiam. & erant duo masculi. vnde videbatur ꝙ nõ posset portio vnius donari fœminæ superstite masculo, vt J. eo. l. quoties. in gloss. † Secundo ad euidentiã *e* q̃ro, quę est ratio decisionis illius? Dicunt quidam, ꝙ uerba testamenti, quia testator prohibuit vendere, non donare; nam quandoque sunt faciliores hæres ad vendendum quam ad donandum: & prohibita vẽditione, nõ dicitur prohibita donatio, vt J. de præd. cur. l. fi. li. 10. Sic, & mulieres prohibentur intercedere propter earum fragilitatem, tamen non prohibẽtur donare. Item quando ad certum genus contractus oratio refertur, talis prohibitio sumitur ex aliquo, non ex vniuerso, ff. de leg. 3. l. pater, in prin. & l. si is qui ducẽta. §. vtrum. de rebus dub. Alij dicunt, ꝙ hoc est propter qualitatem personæ, quia soror nam hoc est nomen naturale, quod non assuescit in contrarium vt ff. de lib. & posthu. l. filio quem pater. & ff. de capi. dimi. l. tutelas. † Oppo. lex debet esse de casu dubitabili, vt ff. ad Carb. l. quod Labeo. sed casus istius l. non habet dubitationem, quia pater nõ prohibuit vendere, sed donare. Sol. imo prohibuit obligare per verbum obligationis, quod est generale verbum: tamen testator prohibendo, ne aliquid fiat extra personas; uidetur nõ ꝯcessisse, quod inter personas fieri possit. Secundo opp. *f* ꝙ inter seipsos alienari nõ potest, ut l. cum hi, §. si plures, ff. de transa. Sol. ibi est eadem ratio inter se, & inter alios, hic non. † Quæritur *g* de duobus feudatarijs. *h* utrum vnus possit iura sua vendere alteri confeudatario, uel locare ad longum tempus sine consensu domini? Respon. si acquisierunt de nouo, non possunt: quia feuda diuersum principium habent, secus si feudum sit paternum, vt in c. 1. §. cum vero Conradus, qui feu. da. poss. & in cap. j. de success. feu. pa. & eodem modo distingue, si volũt diuidere, vt vnus habeat totum feudum, alter allodiũ, vt no. s. fami. erc. l. si familiæ. † Quæro, quid in emphyteusi ecclesiæ? Rñ. eodem modo, hic etiam scias in feudo, ꝙ potest subinfeudari, licet non alienari per aliam speciem *i* ꝯtractus, vt in c. 1. §. similiter. de lege Conradi. Similiter in duobus fratribus in emphyteusi ecclesiæ succedẽtibus, q̃a subinfeudare possũt etiã irrequisito dño: sed per *K* aliam speciem dñij, non etiam inter se. Quæro: nunquid *K* filia prohibita

ADDITIONES.

a A. B. Ad euidentiam quæro. No. quod mulier efficitur extra familiam patris propter matrimonium, hoc est, quod si datur priuilegium patri, & filiis, non extenditur ad filias coniunctas, uide casum singu. secundum Bald. l. quoties, C. de priui. scho. lib. 12.
b Soror. Ad hanc l. dicit Bal. in l. dudum, sup. de contrah. empt. quod Episcopus, qui iurat nõ alienare bona ecclesiæ potest dare capitulo, & uide no. in c. 2. §. 1. super tit. mensę iur. de reb. eccl. non alie. in clem.
c Quamdiu est uidua. No. quod vidua uenit in foro mariti, si est ei fauorabile, quod intellige uerum, si est honesta, alias secus. uide Ang. in l. pen. ff. de iurisdict. omnium iud. Bal. in l. 2. sup. de iurisd. om. iud. & Cy. in l. mulieres, inf. de incolis.
d A. B. Secus si odium. No. ꝙ in contractu dotis semper inspicitur forum uiri, uide Bal. qui ponit nouum, & incognitum dictum, in c. 1. §. quauis, de inuest. de re al. 10. collat.
e A. B. Secundo quæro ad euidentiam. No. ꝙ prohibita uenditione, non vĩ prohibita donatio, & quod non sic de facili inducuntur hoies ad donandum, l. cũ de inde bitu, ff. de prob. no. in l. quæ dotis, ff. sol. matr. & in d. l. fi. de pręd. cur. sed in muliere non puto uerum attento statuto, facit quod no. in l. more, ff. de acqu. hær.
f Secundo opp. Vide Bar. ibi.
g A. B. Quæritur. An duo feudatarij possint uendere iura sua, unus alteri, uide Bart. in l. cum hi, § si uni, ff. de transact. uide Bal. in cap. 1. §. præterea ducatus, de prohi. feu. alie. per Feder. & cons. 57. uide simile, quod dicit per istam legem. Feder. de Sen. Io. And. in c. qui tacet, de reg. iu. lib. 6. Do. Pet. & Io. de Imo. in c. possessiones. de reb. ecclesiæ non alie. & ibi dixi.
h De duob. feudatariis. Vide tex. in c. 1. de alie. feu. pa. quid in emphyteusi, uide Bar. in l. pater, §. quindecim, ff. de leg. 3. & in l. cũ hi, §. si uni, ff. de trans. & in l. domus, §. fi. ff. de leg. 1. contra quos uidetur gl. & Bal. in l. dudum, sup. de contrah. emp. in feu. autem adde Bal. in c. 1. de uasal. qui contra consti. Lotha. & in c. 1. § hoc quoque, in 7. concl. de success. feu. & in c. 1. de alie. feu. ubi late An. autem feudum possit diuidi, uide in c. 1. §. præterea ducatus de prohi. feu. alie. per Fede. & melius in d. cap. 1. in prin. & in l. si plures, inf. de cond. inser. & Spe. in . de feud.
i Per aliam speciem. Et per l. 1. inf. ne rei dom. uel tem. declarando, ut per Bar. in l. si domus, §. 1. de leg. 1. cum sim.
K Quæro nunquid. Vide Cy. hic, & Bar. in l. filiusfam. §. diui, de leg. 1. & intellige vt hic per Cyn. & uide omnino Bald. in l. nulla, sup. de iure dot. cum concorda. Sed idem Bal. contra in c. 1. §. donare. in tit. qualiter olim feu. po. al.

prohibita alienare extra familiã possit pro seipsa dare in dotem? Rñ sic, vt ff. ad Trebel. l. mulier, §. cũ proponeretur, sed an possit legare extraneo pro anima sua? Rñ. non, vt in c. 1. §. donare, qua.
6 olim feu. pote. alie. † Sed nunquid si vasallus *a* vrgeretur ęre alie
a no, & dñs nõ uult permittere, ꝙ vendat, nunqd vendere poterit si dñs nõ vult emere? & vr̃, ꝙ sic, vt C. de iure emph. l. fi. ff. de verbo. obliga. l. qui Romæ, §. cohæredes. Illud certum est, ꝙ potest vendere ad modicum tempus: quia non est alienatio. Idem puto. *b* & si ad renouandum de modico tempore in modicum tẽ-
b pus, quia tot sunt vẽditiones, quot apparent per tempora distributæ, & non est vnus contractus perpetuus, argum. ff. de verbo. obliga. l. scire debemus. facit ff. de donat. l. in ædibus. §. ex rebus.
7 † Sed nunquid iste frater *c* possit dare in dotem sororis viro ex-
c traneo? Rñ. sic, quia principaliter vr̃ donare sorori, vt sup. de rei vxo. acti. l. 1. §. extraneum, & ipsa dare viro, ff. de lega. 1. l. pater, §. quindecim. & adde hic, quod no. Iac. de Aret. in l. si domus, §. 1.
d de leg. 1. Pone cõcessum *d* est mihi feudum ea lege, vt extra agnatos non alienem, an intra agnatos videtur permissum? & vide-
e tur, ꝙ possit a cõtrario *e* sensu, vt hic, & ff. de pact. do. l. inter, §. cũ inter. In contrarium videtur: quia istud argument. à contrario sensu esset absurdum, & contra naturam feudi. So. puto p illud argumẽ. a contrario sensu naturam feudi alterari: nec intelligo agnatos prohibitos, quanquam alias non sint feudi participes, vt ff. de leg. 3. l. pater, §. quindecim nam hoc verbum, agnatus, significat affectionem loquentis, vt ff. de hæredib. instituen. l. Lucius.
8 † Quæro *f* nunquid dicatur alienare ille, qui alium inuestit?
f Rñ. sic: si corporaliter, vel ęquipollenter. secus si abusiue, puta p annulum, ut in cap. 1. quid sit inuestitura. Fallit in corporalibus, in quibus per inuestiturã annuli acquirit̃ quasi possessio; puta in iurisdictione, & similibus, vt in c. ex ore. extra de his quæ fiunt
9 a ma. par. cap. † Quæro, nunquid ille, qui pignorat, ponat rem extra manum suam? Rñ. sic si debitum æquiualet: alias non, propter spẽ luitionis, no. ff. de leg. 3. l. qui habebat. Et vide Guil. in l.
g manumissiones, *g* ff. de iust. & iu. nunquid res, † quã non possum
10 alienare, dicatur pleno iure mea? Rñ. sic, ff. de fideicommiss. l. l. generaliter. vnde posse alienare non est de diffinitione dominij.
11 † Modo restat *h* quærere, vtrum prohibita venditione sit prohi-
h bita donatio? Glo. dicit, ꝙ sic, in l. 2. j. de vsuc. pro empt. pro hoc facit hæc l. nam si speciale est in sorore, ergo in cõtrarium est ius commune. Dic quod aut prohibetur vẽditio a lege, & non pro-
i hibetur donatio, quia talis prohibitio est contra ius commune, *i* & ideo non debet extendi, vt ff. de pign. l. in quorum. aut prohibetur a contrahente. & idem, quia verba contractus non debẽt extendi, vt ff. de ver. obl. l. quicquid astringendæ. aut prohibetur a testatore. & tunc quia testator habet necesse causam apponere, vt ff. de leg. 1. l. filius, §. diui. oportet te considerare causã, vtrũ concernat speciem cõtractus, an rem ipsam. Primo casu nõ extenditur prohibitio. Secũdo casu large sumitur ex vi finalis causę, secundum Guid. & Cyn. Vel dic, aut actui annexa est pœna,
K & *K*. verbum venditionis intelligitur stricte, vt ff. de leg. 1. l. si domus, §. fin. aut est annexus fauor, & tunc large. de hoc in d. §. fin.
12 per Ia. c. de Are. † Scias tamen, ꝙ olim in primo (ut ita dixerim) latore iuris ciuilis, antequam superuenirent plenę diffinitiones nominum, vt ff. de contrahen. empt. l. 1. nomine venditionis continebatur omnis cõmutatio, vt ff. de statulib. l. statulib. a cæteris,
13 §. Quintus. & adde quod no. s̃. de rerum permu. in rub. † Quæ-
l ro, vtrũ *l* si prohibeatur filius, *m* intelligatur prohibitus nepos.
m Rñ. nõ, ac si esset prohibitio nominatim imposita expresso nomine proprio, vt no. in Aut. de restit. fidei. §. manifestum. Quę-
n ro, an *n* ista soror possit alienare extra familiam; Respondeo sic, quia non est a testatore grauata, nec grauari potuit. cum non habeat causam a testatore, secus in eo, qui reuocat alienata iudicio testatoris dispositiuo, licet veniat iudicio permissiuo, nam ipse in eodem grauamine succedit, nam tanquam honoratus
14 grauari potuit, vt ff. de leg. 2. l. peto. §. fratre. † Quæro, vtrum *o* pro-
o hibitus pignorare incidat in pœnam obligãdo omnia bona sua? Rñ non, quia in generali sermone non continentur prohibita,
15 in c. 1. de Cap. qui cur. ven. coll. 10. † Quæro, an vt valeat alienatio sufficiat fuisse in familia tempore testã, vel mortis? Rñdeo sic, vt hic, & l. si cognans, ff. de reb. dub. & l. peto. in fi. ff. de leg. 2.

ADDITIONES.

a A. B. Sed quid si uasallus No quod propter ęs alienum, uasallus potest uendere fructus feudi. Idem dicas, quod potest imponere feudo seruitium, quod non durabit, nisi tempore uasalli, uide casum singu. & ibi Bal. in c. 1. §. quid ergo. de inuest. de re. alie. fac.

b Idem puto. Vide Bal. in c. 1. §. aut si libellario, qui. mo. feu. ami. & in c. 1. in princ. qui. feu. da poss. uide tamen Card. in cle. 1. §. fin. in pen. q. de rebus eccle. non alie. & Lap. alle. 12 & caue quia determinatio Card. in d. clem. 1. loquitur in casu diuerso. & puto uerum esse dictum Barto. nam locator, si post primum tempus non uult renouare, non potest præcise compelli, quia tenetur ad factum, & præstãdo interesse liberatur, & sic non reperitur illum esse conductorem ad longum tempus. Nec obst. quod legitur, & not. in cap. 1 & ibi Doctor. extra de preca. & et Imo. in cap. fin. eo. titu. & quod no. gloss. 10. quæst. 2. in cap. precariæ. & quod no. Bal. in l. si finita, §. fi. de vectigalibus, ff. de dam. infe. Cy. in l. 1. in 3 q. sup. de iur. emphy. ubi habetur, quod contractus precariæ est. quando fit locatio de quinque annis ad quinque annos ad renouandum in perpetuum: & quod talis locatio habet similitudinem cum emphyt. Sed respondeo, ꝙ contractus precariæ. est quando fit locatio expresse de præsenti, & de quinquennio in quinquennium in perpetuum. sed si dico. loco tibi propinque ann. cum promissione de renouando in perpetuum, non est locatio in perpetuum, sed promissio de locando, ex qua non transit aliquod ius reale. ita dicit Ang. in consi. 171. incip. In Dei nomine, ex forma & serie dictorum instrumentorum, &c. ad fi. & contra Bal. facit quod no. Spec. in tit. de emphy. §. nunc aliqua, vers. nunc autem. vbi videtur velle, quod sicut olim ecclesiæ prohibebant concedere emphyteusim perpetuam; ita & temporalem, sed cum pacto ad renouandum, tamen illud non probant leges sup. Item contra Bald. potest induci, quia si valeret illa promissio de renouando in perpetuum rem locatam, esset alienatio: quia cũ ex hac promissione teneatur perpetuo ad interesse si rem auocaret & non renouaret, & sic tantundem solueret, commoditas auocationis rei merito censeri debet alienatio, l. qui habebat, in princ. ff. de leg. 3. & not. Bal. in l. manumissiones, ff. de iust. & iure si, bona essent obligata expresse conductori, posset ipse rem illam pro interesse retinere, iuxta no. per Bart. in l. si filio, §. fi. [illegible] mat. ideo passus est dubitabilis, & contra Bal. vide Ang. in Authẽ. de non alie. § neque. facit quod no. Bal. in l. Modestinus. ad fines. de do. ff.

c And. Bar. Frater. No. quod frater possit dotare sororem de re, quæ non debet ire extra familiam. facit pro eo, quod in q. consului, vtrum si possit dotare filiam de re immobili forensi, & illis statutũ, ꝙ substitutus non potest alienare in forensem immobilia, consului super illo puncto in causa magnifici D. Marchionis Spinetæ cõtra hæredem Hieronimi de Contrarijs. vide quæ dixi in illo consi. cui adde excellentem Doc. D. Dio. de Perus. in l. benignius, ff. de leg. alie. auth. res quæ, infra communia de leg. & l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Treb. in repe. quia dos est pia. Item expedit rei pub. dotatas esse fæminas, l. 1. ff. sol. mat. vide Sal. hic, & in l. fi. C. de re. alie. non alie. Bal. in c. 1. § donare, qualiter olim feu. pote. alie. & in cap. 1. in prin. de prohi. alie. & in l. nulla, supra de iure do. vide tex. in l. sicut, §. venditionis, ff. quib. mo. pig. vel hyp. sol. vbi datio dotis est venditio.

d An. Bar. Pone concessum. Si feudum non potest alienari extra cognatos, an possit alienari inter cognatos, vide Bal. qui eleganter pro illa q. arg. in c. 1. de alie. feud. vbi dicit varia consi. emanasse super illo dubio.

e Contrario No. de argu. a contrario sensu. facit, quod no. Bal. in l. apud antiquos, ff. de furt.

f Quæro Vide Bal. in l. quædam mulier, ff. de rei ven. & l. 1. de do. cum fini.
An. Bar. Quæro nunquid. No. quod nõ uidetur qui habere animum [illegible] pignus si pecunia eius æquiualet rei pignoratæ, uide Bal. [illegible] ponit naturalia verba, in c. 1. §. aut si libellario, qui. mo. feu. amit. uide l. manumissiones, ff. de iust. & iur. & in l. fi. c. de reb. alie. non alie. & in l. 2. de orig. iur. & in c. cum accessissent [illegible] l. cooli. & ibi dixi, tu vide l. si. §. fin autem. ibi, sub manibus, c. de aqu. pol. & Ang. ibi exponit, id est, sub gubernatione & potestate [illegible] si Papa donat alicui bona, quæ nẽ in aliqua terra. non veniunt alia bona, nisi incorporata, Papæ non veniũt alia bona possessa, sed non incorporata. ita dicit se respondisse D. Gasp. de cald. amico suo in c. 1. de vsu. io uer. de manu. & in c. ad audientiam, qd me. cau. in ver. manibus.

g L. Manumissiones uide in Bar. & Bal.

h Modo restat. Vide per Mod. in l. filiusfamilias, §. diui. de le. 1 & quæ dixi post Bar. in l. 2 ff. de vsuc. pro emp. quæ no. Bal. in l. 1. sup. de re. permu. & tangit Pet. & Cy. in l. si. in 3. q. sup. de re. alie. non alie.

i Ius commune. Idem dicit gl. no. & ibi Doct. in l. fi. inf. de præd. cur. li. 11. & no. Bal. in c. 1. ad fi. de alie. feu.

K Pœna. Vide quod no. in l. 1. sup. de reb. alie. non alien.

l And. Bar Quęro vtrum. No. quod prohibitus pignorare, non incidit in penã obligando bona sua, uide Bal. in l. codicillis, §. instituto. de leg. 2. Bal. in c. 1. in prin. de prohi. feu. alie. per Fed. gl. in Auth. de restit. & [illegible] pa. in prin. Bal. in l. si constante, §. quoties, ff. sol. mat. quod maritus obligat omnia bona, quæ habet, non videtur obligare dotalia. uide Bal. in l. 1. ad fi. [illegible] rerum diuis. & optimum text. in l. 1. pen. C. quæ res pigno. oblig. poss. ubi optime hoc probatur.

m Filius. Vide Bar. in l. filius, §. diui, ff. de le. 1. & Cy. hic.

n Quæro an Hęc est determinatio gl. hic, quam allegat in l. quoties ab oĩbus inf. eo.

o Quęro vtrum. Vide Bar. in l. codicillis, §. instituto, de leg. 2.

LEX V.

1 *Substitutio fideicommissaria non continetur in pupillari substitutione, licet contineatur vulgaris.*

2 *Substitutio expressa extincta, extinguitur & tacita, quando testator unã speciem substitutionis facit.*

1 **Si frater.** Pupillaris substitutio directa expirat pubertate, non fideicommissaria. h. d. † ꝙ licet in pupillari contineatur vulgaris: tamen non continetur fideicommissaria substitutio, etiam inter fratres: quia directæ & fideicommissariæ substitutiones sunt diuersæ in originẽ & in effectu, vt l. fin. sup. de codic. sed vulgaris in effectu non contradicit pupillari. Si autem testator in diuersis orationibus verborum, vel in eadem oratione continuata dicat, substituo pupillariter & per fideicommissum, tres substitutiones continentur. [illegible] cet pupillaris expressa, vulgaris. & tacita. item fideicommissaria expressa, qd est nd. No.
2 † quod aut testator facit vnam speciem substitutionis, aut plures. primo casu, si illa expirat, substitutio euanescit. Secundo casu remanet altera, quæ remanere potest. Sed quomodo sciam, si sit vna substitutio, vel plures? Respondeo. aut est substitutio simplex, aut prægnans seu implicita, vt quandocunque decesserit. Primo casu certum est, quod talis est substitutio qualis appa-
a ret ex uerbis prolatis discretiue. Secundo *a* casu gl. hic sentit, ꝙ quęlibet implicita videatur secũdum suam causam expressam, sed glo. in l. precibus, dicit, quod substitutio prægnans non parit, nisi vnam substitutionem, & non plures: quia uerba debẽt ĩformiter intelligi. dic vt ibi plene notaui, nisi fiat inter fratres, uel pro anima, vt hic, & in c. si pater, de testa. lib. 6.

ADDITIO.

a Secundo. Vide in l. Centurio, in prin. ff. de vulg. & pup.

LEX VI.

1 *Testator vbi obligata legat an hæres tenetur luere.*
2 *Tributum qui percipit fructus tenetur soluere.*
3 *Collecta quare principaliter dicitur imponi personis, cum sit onus mixtum.*
4 *Testator si conduxit fundum in quinquennium, & mihi reliquit ius suũ hæres tenetur præstare mercedem.*
5 *Hæres legatum in pignore conuentionali tenetur luere.*
6 *Hæres rem legatam an teneatur legatario liberam præstare.*
7 *Hæres rem legatam legatario cum suis vitijs tradere tenetur.*
8 *Testamentum debitoris non efficit creditori, quin possit pignus vendere.*
9 *Legatarius an sit citandus in venditione rei legatæ, quæ pignori erat obligata.*

Prędia. Vbi testator obligat legata, hæres tenetur luere.h.d.idem si lex obliget,ff.de leg.1.apud Iulianum,§.hæres.† Opp.quod indistinctè luat hęres, vt ff. de leg.3.l.fideicõmissa,§.si rem.Sol.ibi testator primo legauit,postea obligauit,& sic a principio fuit plenum legatum. hic autem hæres erat obligatus ante testamentum. Oppo.quod licet sit legatum coniunctæ personæ:tamen legatarius luere debet, & non hæres, etiam si legatum alias non contineat commodum, vt ff.de do. præleg. l.licet,§.responso.vbi si vir legat vxori prędia in dotem data,hæres luere non debet.Solu.ibi debitum oriebatur ex facto legatarij.hic ex facto testatoris vel tertij. Item hæc lex non loquitur, quando hæres obligauit,quia obligare non potuit.Item quia de facto suo indistinctè tenetur,vt ff.de rei vend.l.si post acceptum, & ff. de dolo,l.& eleganter,§.non solũ.Et no.Bar.in l.si res obligata,de le.1.habuit malum intellectum,vt patet ex prædictis, & infra dicendis.Potest etiam responderi ad l.licet,quod ibi loquitur in legato vniuersali dotis.nã legatũ vniuersale semper transit cum onere,vt ff.de leg.2.l.cum pater,§.mense. vnde si mercator legat apothecam suam, intelligitur legare cum debitis, & creditis occasione rerum apothecæ, & per hoc apparet, quòd hęres teneatur soluere onera realia,& mixta,quæ veniunt a testatore, & ab ipsa re legata. nam si quidem veniunt a testatore, tenetur pro toto tpe vitæ testatoris.Item si veniũt ab ipsa principaliter, vt tributa,vel secũdario vt collecta, tenet̃ pro toto tpe,quo possedit legatarius;aut tenetur pro toto tpe futuro post rẽ sibi traditam,vt d.§.hæres,& ff.de vsufruc.l.si pendentes,§.si quis,& ff.de im pen.l.neque.vbi † dicitur,quòd ille qui percipit fructus, tenetur tributum soluere.idem in collectis,vt inf.de mu. & in quo loco,l.1.lib.10.& no.in Spec.de censi.§.nunc videndum.† sed quare cum collecta sit onus mixtum,nec possit esse sine rebus, dicit̃ principaliter imponi personis?Resp.quia non dẽt persona accedere rei,sed res personæ,vt ff.de ędil. edic,l. iustissime, & oritur non solum hypothecaria,sed etiam personalis obligatio.ad munic.l.incola, & vide quod no.s̃.de pac.l.ex conuentione.& l. ędiles,ff.de via publi.quędã vero sunt onera personalia; verbi gratia,testator emit rem,quam mihi legauit,antequã solueret pretium:dicit tex.quòd hęres tenetur pretium soluere, & mihi rem p̃stare,vt ff.de leg.1.l.apud Iulianum, §.Titius.& ibi Iaco. de Are. † Item si testator conduxit fundum in quinquennium, & mihi reliquit ius suum:dicit lex,quòd hæres tenetur pręstare mercedem, vt ff.de leg.3.l.qui concubinam,§.qui ornis,& ff.de vsufr. l.quoties,§.si colono.& est ratio, quia videtur legasse nomen debitoris,vnde tenetur ipsum dare,ita quòd non obstat exceptio, vt l. nominis,s̃.de hę.vel act.ven.& ff.de le.3.l.his verbis, §.alumno, vbi dicitur,quòd testator mandauit hæredi, quòd pręstaret mihi militiam, quòd onera introitus militię ab hæredibus sunt pręstanda.& qui tenetur aliquid pręstare,tenetur facere,vt id præstare possit, & sũt casus valde no.† Quęrit Iacob. de Aret.emphyteuta concessit mihi in emphyteusim eãdem rem certo pretio,an ipse teneatur soluere fictum domino,an ego? Dic,quòd ipse ex obligatione, quæ uertitur inter se & dominum.sed ego ex obligatione quæ uertit̃ inter me & se,pro futuro tempore,si mihi dedit eandẽ pensionem;alioquin prout inter nos conuenerit, & neutro soluente, res incidit in commissum,s r.ff.de pig.l.lex vectigali,ff.de pac. l.inter debitorẽ,ff.de p̃h.emp.l.fi.§.vlt.ff.de ac.emp.l. in venditione, ff.vsuf.quem ad.ca.l.si vsusfructus noĩe.Et no.quòd in p̃dictis casib. nõ distinguo,vtrum testator sciuerit, vel ignorauerit onus legale imminere,sed in pignore cõuentionali distinguitur,aut si hęres non lueret,redderet̃ legatum inutile,uel quasi:& tunc hæres dẽt luere,ut ff.de le.1.l.si res obligata.ibi,vel põt, &c. aut nihil affert vtilitatis:& tunc aut reliquit coniunctæ personæ, vel ob magnum meritum legatarij,& tunc hæres dẽt luere,quia uerisimile est,quòd si testator sciuisset rem obligatam,nihilominus legasset, & onus luendi imposuisset hæredi,ut d.l.si hęres,ibi,nisi uel hãc, &c.aut legauit extraneo non ob insigne meritũ.sed quia sic placuit:& tunc referri,aut scienter,& tũc hæres luet. Aut ignorãter, & tunc luit legatarius,ut d.l.si res.& hic.† Ex his apparet, an hęres teneatur pręstare legatario rem legatam liberam, & ita a debitis exoneratam;an vero talem,qualis est,idest cum onere debitorum,quod non est proprie qualitas dominij, sed quoddam grauamen,& vide l.Iulianus,in prin.ff.de leg.3.vbi dr̃,quòd in legato semper intelligitur, vel suppletur a iure hæc clausula,saluo iure alterius,quod est no.Sed an eo casu,quo legatarius debet luere,teneatur cauere hæredi de luendo,cum alias creditor re tradita possit agere personali contra hæredem? Resp.sic,† nec aliter hæres cogitur legatario tradere, quam si indemnis conseruetur tam cum sua causa,suisque vitijs fit traditio, quæ tradenti non debet esse captiosa,ar.ff.de leg.3.l.fideicom.§.plerunq;, & ff. de dote præleg.l.pater,ff.de leg.2.l.peto,§.li atie.modo quæro,quo modo potest esse,quòd testator ignoret? Resp.quia obligauerat eã eius antecessor, vel procurator habens generale mandatum,ut eleganter no.in d.l.si res.Extra quæro, quid si erat persona coniuncta testatori tempore testamenti, non tempore mortis, vel econtra;v.g.legaui vxori fratris mei,qui frater me viuo decessit, & sic soluta est affinitas,vt no.a.ff.de re iudic.l. sed hoc ita? Respon.affinitas est causa momentanea momento suo vim habẽs, non successiua,arg.sup.tit. a .fin.§.sed quia. ideo sufficit,quòd momento sit vera.i.vel tempore testamẽti, vel tempore mortis, ar. ff.de reb.du.l.si cognatis,de cuius l. intellectu Cy. tangit in l.fi.s̃. de verb.sig.& ibi loquitur in qualitate,quæ venit ad designandũ personam legatarij,vt appareat ei legatũ: nam sufficit semel esse demonstratum secundum Pet.& Cyn. vt ff. de leg.2.l.peto,§.fi. sicut dicunt Canonistæ in canonico, quòd sufficit, quòd sit canonicus tempore rescripti,nisi esset factus inhabilis,quia accepit vxorẽ; nam tunc irritum fieret rescriptum propter statutum contrarium,& incompatibile mandato,de rescrip.c.statutum, libro 6. & arg.l.3.§.fi.ff.de adim. lega.& ff.de manumis.test. l.testũ centuno. Extra oppo.quòd res legata debet præstari talis,qualis est, ut ff de leg.1.l.si domus.§.fin. Sol. illud uerum,nisi ex illa qualitate surget euictio ut l.si domus,§.de euictione, ff.de leg.1.& de leg. 2.l.Mæuius,§.2.& ff.de transac.l.si pro fundo.in prin.Et per prędicta expedita est prima pars l.nostrę. † Sequitur secunda pars principalis ibi,si uero. Vbi no.quòd testm̃ debitoris non officit creditori,quin creditor possit uendere pignus.concordat ff.de leg.1. l.filius,§.diui.io fi.nam debitor non potest testari de iure creditoris,ut ff.de fideic.liber.l.cum fidei.& l.pacto debitoris.s̃. de pact. & tenebitur hęres soluere legatario uerum pretium rei: modo quęritur: † utrum in dicta uenditione legatarius sit citandus? Rñ.quòd aut fit ex pacto,aut in iudicio.Primo casu non est citãdus, ut ff.de pign.act.l.si conuenerit. Secundo casu sic,ut j.de distra. pi.l.creditor.per Iaco.de Aret.& Cyn. nam uendere ex pacto est mera executio,in qua non oportet aliquem citari s̃m eos, quòd est nota dignum,sed iudex,qñ incipit ab executione, debet partem citare. si igitur uenderetur per interlocutoriam iudicis: tunc si constat creditori, quòd sit legatarius (ẽt si nondum agnouerit legatũ) dẽt citari,ut in Aut.de hęr.& Falc. §.si uero absunt, uel forte ẽt tunc non est necessaria citatio eius, sed hęredis, quia legatarius non succedit in iudicio hęredis,ut j.de liti.auth.nunc si hęres.licet possit assistere liti,ut ff.de procu.l.Pap.si uero legatarius est incertus, non oportet eum citari nominatim, sed prima est uerior,quia eius interest principaliter, ut l.nã ita diuus, ff.de adop.

ADDITIONES.

a Sol.ibi.No. limitationem ad hanc l. idem sub dubio forte ponit Ioan. Fab.§.sed & rem.Insti.de leg.& vide inf.proxime.
b Legato vniuersali. Iste fuit intellectus Pet.in d.l.si res,per quam no.dicit,quòd si quis legat mihi peculium serui,in quo sunt aliquæ res peculiares obligatæ,quòd hæres nõ tenetur luere, & similiter consuetudo est, quod mortuo parochiano, vestes eius sint presbyteri,si aliquæ sunt pignoratæ,nõ debet hæres luere,per d.l.licet, & illa l.loquitur in vltimis voluntatibus, non in consuetudine, & per plura alia,de quibus ibi per eum,& hic no.quia per hæc limitatur illa lex, & uide per Cy.in d.l. si res obligata.
c Si mercator. De legato apothecæ,vide plene in §.mense, hic alleg.
d Item si veniunt. Vide in §.hæres,hic alleg quod si testator dedit licentiam hęredi, vt posset res legatas obligare pro necessitatibus suis,& hæres obligatur pro necessitate,non potest compelli reluere,arg l.tribus,ff.de vsuf.ea. rerum, quæ usu cons. & l.deducta,§.fi.ff.ad Treb.secundum Bar.in aliquib.lec.in l.3. sup.eo.
e Hal.Dec. Tributum.Quo ad ea verum,est ut etiam ad id teneatur percipiens, siue proprietatis iure possideat,siue pignoris,ut not.per eundem in l.fina.3. no.C. sine censu,vel reliq & in l.in summa.C.de pig & l.inter debitorem,ff.de pact.ubi per Bar.regressus tamen aduersus dominum non negatur, ut per gl. in l.apud Iulia.§. hæres.in uer.præteritum,ff.de leg.1.& Alex.in l.incola,ff.ad municip.
f Quærit Iac. Vide gl.& Doc.in l.2.& fi.sup.de iur.emphy.
g Tempore. Vide Bal.in l.humanitatis,sup.de impub. & alijs substitutionib.
h A.B. Sed hoc ita. No.sufficere stare parentelam tempore testamenti,licet finiatur, & quid si causa debet compromitti inter affines, & cessat affinitas, vide Ange.in l.cui eorum,§.1.ff.de posthu.& Bal.in l.fi.sup.de uerb.sig.

LEX VII.

1 *Declaratio non parit actionem, & potest fieri post longum tempus.*
2 *Declaratio potest fieri coram duobus testibus in vltima voluntate.*
3 *Homo non creditur velle, nisi id, quod dixit.*
4 *Vltima voluntas intelligitur secundum intentionem exponentis.*
5 *Defuncti voluntas seruatur, qualitercunque sit significatio.*
6 *Verba obscura, quæ nullum intellectum possunt substinere, non valent.*
7 *Voluntas, & opinio, dicitur facti.*

8 *Merita ubi alicuius conscientiæ sunt examinanda, eius arbitrium est examinandum.*
9 *Alimenta debentur in fructibus matrimonij.*
10 *Hæres propter inuentarium factũ non tenetur ultra uires hæreditarias.*
11 *Testatoris gratiosa uoluntas non debet restringi.*
12 *Iudicis deliberatio qualiter fiat.*
13 *Alimenta si arbitrio hæredis sint relicta, si morietur antequam arbitretur, eius successor poterit arbitrari.*
14 *Statutum dans potestatem arbitrandi, intelligitur in causis dubijs.*
15 *Coniectura dicitur propositio hypothetica.*
16 *Legatum, propter amicitiam præsumitur relictum.*
17 *Hæres, cui det, licet possit eligere, non tamen cogitur.*

Voluntatis. Interpretatio vltimæ voluntatis spectat ad Iudicem. h.d. No. ꝙ dubium relinquitur interpretandum, sed non id, quod est certum, vt ff. de auro, & arg. le. l. pediculis, §. argento. Item no. † ꝙ declaratio a non parit actionem, sed detegit, & potest fieri etiam post longum tempus, & nõ ex codicillo, vel epistola, & ideo † ualet coram duobus testibus, quia nõ agitur ex declaratione, sed ex declarato, & hoc in vltima voluntate, vt l. hæredes palam, ff. de test. idem in contractibus, b vt no. s. de pac. l. petens. pone exemplum per l. cum filio ff. de leg. 2. Item pone exemplũ, vbicunque iudex habet examinare coniecturas, vt ff. de leg. 1. l. si seruus plurium. §. fin. † No. ꝙ non credimus hominem velle, nisi id, quod dicit, ff. de excusat. tut. l. ex his, extra de deci. c. ad audientiam. j. de cad. toll. l. j. §. sed vt varietatis, ff. de annu. lega. l. liberos, §. pen. & ff. de supelle. le. l. Labeo. Item no. † mentem vltimæ voluntatis intelligi ſm intentionẽ disponentis, vt s. de don. inter virũ, & vxorem. l. ex verbis, Opp. ff. de auro, & arg. leg. l. Plautius. Sol. aut quæstio potest determinari per rationem recti sermonis. & nõ receditur a verbis; vt ibi, & l. fin. ff. ad Treb. aut non potest determinari per rationẽ recti sermonis, sed per aliquas circunstantias, uel indicia: & tũc spectat ad Iudicem, & ita loquitur hic. Vel latius † circa hunc articulum sic distingue: aut constat de uoluntate defuncti, & tunc qualitercunque sit significatio, statur voluntati, vt ff. de condi. & demon. l. pater. §. conditionum, facit ff. de vsufru. le. l. si alu. vel verius, ibi non constabat de volũtate speciali, sed de generali, & in nube. Aut constabat de significatione vocabuli, & non de uoluntate, quia simplex est significatio: tunc si quidem lex interpretatur, standum est interpretationi legis, vt ff. de hære. inst. l. si pater. Si uero lex alij interpretandum commisit, tunc ille interpretatur, quę lex dicit, ut ff. de leg. 1. l. si quis a filio, §. si qs plures. Si uero non sit commissa alteri interpretatio, committetur arbitrio iudicantis, vt hic, & ff. de fundo instruc. l. quæsitum. §. idem respondet, secundum Iacob. de Are. quæ verba no. Et † adde quod si uerba c sunt ita obscura, quod nullum intellectũ possunt inducere, non ualet scriptura, vt ff. de reg. iur. l. quo tutela, §. pen. & adde hic, quod no. Inst. de lega. §. sed nostra. & facit ff. de usu, & habitat. l. plenum. §. equitij. & facit in rõne sui. ff. de rei uend. l. in fundo. ibi dum dicit, bonus vir ex personis causisque constituet. Item adde, quod no. ff. de pact. l. veteribus. & de uerb. ob. l. quoties in stipulationibus, ff. de reg. iur. l. semp. & ff. de actio. & ob. l. fi. & ff. de leg. 3. l. item legato. §. patui, & ff. de vino, trit. & oleo lega. l. ex vlu. † Item vbicunque quis damnatur rationes reddere, intelligitur arbitrio boni viri, vt ff. de fideicõ. liber. l. Titius §. sororem. & no. ꝙ uoluntas, & opinio facti est, vt no. ff. de acqui. rerum do. l. bonæ fidei. quia ius non disponit de motibus animæ, & quæstio facti qualiter discutiatur, & quid in dubio sonet in animo discreti uiri, & sic ne videatur laicis bonis quædam iniquitas, ff. de transact. l. si maior. in arbitrio Iudicis est, l. 1. §. contra, ff. ad Turpil. Item pone exemplum. s. de auro, & argen. leg. l. Titia. §. fi. de lega. 2. l. quidam. † Item vbicunque sunt examinanda merita alicuius conscientiæ, examinandũ, vel indagandum est eius arbitrium. idem si dicatur fac secundum mentem d tuam, id est ſm iudicium tuum. d. l. Thais, §. Lucius, secus si dicatur, ſm voluntatem tuam fit, vel non fit, & tunc non est purum, nec ualidum, vt ff. de leg. 3. l. fideicommissa, §. quam quam, scilicet quando voluntas adijcitur substantiuo, vel effectiuo, secus in uerbo e executiuo uoluntatis substantiatę, vel declaratiuo, l. 3. sup. de bon. promiss. per Cyn. & l. pen. ff. de arbi. per Accursi. quia tunc in arbitrium sonat. Item pone f exemplum, si testator dixit, relinquo vxorem meam dominam domus meæ. tamen Iacob. de Are. dicit, ꝙ hoc casu intelligitur, l. patrimonii, vt ipse no. in l. 1. j. de ingen. ma. dic ꝙ instituto hęrede vniuersali filio, vel alio descendente, intelligitur domina domus; id est vsufructuaria patrimonij, scilicet viuente filio, post mortem autem filij, aut non dedit ei substitutum, & videtur idẽ, quia ea persona filij debetur; aut dedit ei substitutum pupillarẽ, & videtur idem eadem ratione, sed Barto. g dicit, quod si est substitutus extraneus, tenetur ad plenum vsumfructum. Ego contrarium consului per l. si fundum, §. si pater, & per l. licet Imperator, ff. de legat. 1. idem videtur si substitutum per fideicommissum, vt l. 2. inf. ad Trebel. quia illud totum legatum est ei ascriptum ad onus filij, vt no. eo. tit. l. fi. si vero non est filius, vniuersalis hæres institutus; tunc in dubio præsumo existente filio, ꝙ pater noluit codicillari, nec testari; quia testamentum esset nullum ex causa præteritionis, vt no. sup. famil. ercisc. l. quoties.

19 † Quæro, nunquid legatum h arbitrarium propter non factum inuentarium efficiatur solidi persecutorium: verbi gratia testator ita dicit, lego Titio alimenta, quod interpretatur ex redditibus patrimonij, vnde Iac. de Are. ff. ad Trebe. l. Imperator. super verbo, ex accessionibus. dicit no. ex redditibus alimenta præstari, quod est bene notan. † Nunquid ergo i propter non factum inuentarium hæs teneatur vltra vires hæreditatis? Resp. non, quia alimenta intelliguntur arbitrio Iudicis, & illud est hic solutum, quod est arbitratum, vnde verbi gratia si legata sunt alimenta rustico, quæ arbitrio boni viri ascendunt ad decem secundum vires patrimonij ꝙ arbitrium inesse videtur statim, ac si esset declaratum, licet non sit factum inuentarium: quia verborum interpretatio & qualitas non mutatur, nec debentur plus vel minus, quam si inuentarium esset confectum, quia non est deductum in legatum: & idem si testator legauit dotem, vel aliquid aliud ad arbitrium, quia non augetur legatum vltra mentem testatoris propter non factum inuentarium, sicut si expresse dixisset testator, volo præstari vsque ad vires mei patrimonij, quod
20 tene mente. † No. quod voluntas testatoris gratiosa non debet restringi. Item non debent restringi verba contractus, vt ff. solu. mat. l. & sic. Item non debet restringi rescriptum ad beneficia, si continet prouisionem ecclesiæ: secus si impetrãtis, quia odiosum, & quia nullum gratiosum est odiosum, sed quid ambitiosum, & contra vim, & auctoritatem verborum restringi non potest, quia non debet calumniari, arg. ff. ad Tertu. l. 2. §. tractari.
22 In tex. ibi, æstimatione. i. arbitrio, consideratione, iudicio, & deliberatione Iudicis, quæ fit aliquando de quanto, aliquando de quali, aliquando de ubi argu. ff. de transac. l. cum hi, § in causa. & § vlum. & ff. de iudi. l. sed & si susceperit, §. libertis. Interdum de situ, ff. de leg. 3. l. patronus, §. primo, In omnibus decem prædicamentis potest exemplificari hæc l. in prędicamento substantię quid debeat, ff. de leg. 2. l. Caius, in fin. Quantitatis, de leg. 2. l. quidam. Qualitatis, de usu. & ha. l. plenum in §. equitij. Vbi, ff. de iu. l. sed & si susceperit, § libertis, l. nec semel. §. si in habitatione, ff. quando dies leg. ce. de lega. tertio, l. suos, de fun. instr. l. fundus qui relationis, l. prima, ff. de reb. dub. Situs, ff. de leg. secundo patronus, §. primo. Passionis, ff. de manu. test. l. testamento centurio.
23 † Pone, k testator reliquit mihi alimenta arbitrio hæredis sui: hæres antequam arbitretur decedit, vtrum in arbitrio succedat sibi hæres heredis, an iudex? Videtur, quod iudex, ut hic. In contrarium: quia aut ius arbitrandi competit alicui iure suo: i. tanquam debitori, vel creditori, & sic in rem suam, aut tanquam executori. l Primo casu transmittitur ad heredem. Secundo non. Pone exemplum vbicunq; l. dicit, quo sit quæstio uoluntatis. de insti. & subst. l. fi. cum sim. Dicit Iac. de Are. ꝙ si quis promisit mihi manutenere m clausã molendini mei arbitrio meo: & alteri cedo molendinum, arbitrium transit ad emptorem, quia cõpetit iure cõtus, non vt ministerio, vt ff. de leg. 1. l. si sic. per Iaco. de Are. ita in quæstione proposita: quia heres cõhere vr, ad Iudicem ergo non pertinet, cum offi. Iudicis sit remedium extraordinarium, nisi in subsidium. In cõrium vr; quia motiuum animi non transmittitur. Item quia legatum legitimæ non transit ad

ADDITIONES.

a A. B. Declaratio. Et an requiratur rogitus, quando fit declaratio coram duobus testibus, uide Bal. in l. cum proponebatur. de leg. 2.
b A. B. Contractibus. Et uide gl. no. & ibi Bal. l. pen. de leg. 2. vbi interpretatio mentis testatoris debet esse contl. eta, quod no.
c A. B. Verba. No. si verba sint obscura, ut nullum pariant intellectum, non ualet scriptura, uide elegan. tex. l. ita fidei, in fi. ff. de iu. fis. uide Bar. in l. quicquid astringendæ ff. de verb. ob. & Ang. & D. Io. in l. quoties, §. 1. ff. de hæred. inst.
d Secundum mentem. Quando tua uoluntas intelligatur de honesta, uide Bar. in l. 3. cum concor. ibi positis hic alleg.
e In uerbo. Hoc est contra l. quidam, & ibi Bal. de le. 2.
f Item pone. Vide Bar. in l. Titia cum testamento, §. fi. ff. de le. 2. & in l. si ita scriptũ, ff. de manu. testa.
g Sed Bar. No. bene refert Bar.
h A. B. Quæro, nunquid legatum. No. ꝙ alimenta debentur ex accessionibus, & fructibus patrimonij uide Bar. in l. qui bonis, ff. de cess. bo. Ang. in l. duius, ff. de petit. hær. Bal. in l. cum alimenta, ff. de ali. leg. quod limita secundum Ang. [illegible] futurus dominus ille, qui est alendus, quia tunc debetur ex re ipsa, si fructus non sufficiunt, tex. est . . . de no. l. 1. §. mulier, ff. de uendan. poss. nte. secundum Ang. in d. l. Imperator, ff. ad Treb. & d. l. duius, quod est no. dignum, uide quæ no. in auth. contra rogati. inf. ad Trebe.
i Nunquid ergo. Sequitur Rom. in rub. de acq. hær.
k Pone. Facium no. in l. Pompo. scribit, §. fin. ff. de neg. gest. & in l. si quis arbitratu, ff. de verb. obl. per Bar. in l. si stipulatus fuerim illud, ff. de verb. obli.
l Executori. Vide Bal. in l. fi. in 2. q. sup. de hære. insti.
m Manutenere. Vide Imo. in l. si sic, §. fi. de le. 1.

ad hęredē,ff.de le.16. apud Iulianum, §. si quis.ergo a simili,nec licentia arbitrandi,argu.ff.de cur. fur.l.cuius bonis, ponit tamen *a* Iac.de Arc.opiniones, scilicet hoc esse concedendum ex personis & causis.de sct.i.& obl.i.fi.& hic.† Quæro,*b* si statutum ciuitatis dat Potestati arbitrium interpretandi, quomodo hoc intelligatur. Respon.in dubijs causis,ff.de origin.iur.l.2, §. his legibus latis,& non est dubium,si lex arbitratur; quia iudex non potest aliter arbitrari,i.fi.de insti.& substi.Item ea argumentis causa deducitur,ff.ad Treb.l.qui filium, §.fi. Item aliquando ea indicijs, vt l.fi.sup.fam.erc. Item aliquando ex suspicionibus, vt ff. de testa.mil.l.miles ita,§.mulier.item ea coniecturis, *c* ff. de leg. j.l.licet Imperator.† Est autem coniectura,propositio hypothetica,vt scilicet si hoc est,verisimiliter est,& quod illud sit, vt ff.d acq.rer,dom.l.quæsitum,per Azo.Item ea opinionibus Doctorum approbatorum,puta glossatorum,quando est articulus iuris. Item quando testes sunt contrarij,vt no.ff.de re iud.l.duo iudices.per Accur.in gl.ibi, & tunc non est in arbitrio.not. contra Episcopos *d* alternantes vltimas voluntates defunctorum per suas constitutiones synodales. In gl.ibi, si cum Titio steteris, facit ad quæstionem *e* no.inf.tit.2.l.fin. de vxore, cui relictum est, donec steterit in domo viri,nam intelligitur.f.in actu viduali. In gl.ibi multiplex,vel ex vna parte est significatio,ex alia communis locutio,ff.de leg. 3.l.librorū,§.q tamen Cassius. vel sunt duo nominis communis,ff.de reb.dub.l. quod habebat.vel non inuenitur nomen propriu tu,ff.de cond.& demonst.l. in testamento quidam. † Item legatum præsumitur relictum propter amicitiam. & ideo præsumitur amico relictum, vel ei, qui magis meruit,ff.de leg. 2.l.si quis seruum, §. si inter duos. & econtra pęna intelligitur inflicta ei,qui deliquisse probatur, ff. de conditio. & demonst.l.demonstratio falsa per Bart.& in duobus eisdem nominis ille præsumitur bannitus,qui aufugit, cum fuga vehemēs opinioni populi sit coniuncta. vel uerius nō sufficit hoc propter incertitudinem,vt no.ff.de iud.l.eum,quem temere,& ideo executor hunc debet torquere,contra quem fuga laborat; nam tortura bene potest adhiberi in executione iustitiæ, ad hoc vt cōstet de corpore,maxime deficientibus probationib. testium, qui interfuerunt negocio; quia quoties in executione dubitatur de corpore,post sententiam probationes admittuntur, nec per hoc dicitur ordo iudiciorum subuerti,sed sententia liquidari, arg.ff. de testamen.l.hæredes palam, §.sed & si notam,& argu.l.defensionis facultas,inf.de iure fil.lib.x.& generaliter omne verbum, quod potest trahi ad diuersas sententias, indiget interpretatione.† Et no.q Azo.in Summa. J.de test.manu.§. relinquitur.dicit,q in §.si inter duos.licet hæres possit eligere, cui det, non tamen cogitur.& per hoc idem dico in Iudice,quando est quæstio facti,licet illa proprie non sit electio,sed declaratio.& hac ratione forte potest dici contrarium,quia iudex cogitur declarare receptis probationib.& indicijs: quæ si paria sint pro & contra, vel nulla appareant,abstineat,vt no.in l.1.in fi.ff.vti possidetis.

ADDITIONES.

a Ponit tamen. Vide latius Iac.de Arc.in d.l.fi fic.

b Quęro. Vide in fin. Bar.in l.ab executore,in princ.in vers. quęro secundo, in fine illius quęstio.ff.de appel.& no.in gl.
Quæro si statutum. No.quod statutum dans potestatem arbitrandi,intelligitur in dubijs,causis,vide quod no l.eleganter,§.si post,ff.de condi.indebi.l.post rem,ff. de transac.& l.2.eo.tit. An.Bar.

c Ex coniecturis.Quid sit coniectura,adde Bal.in l.ea quidem, inf. de accu.

d No.contra Episcopos. Vide Bal.in l.1.sup.tit.1.

e Facit ad quæstionem. Vide Bal.in l.2.in vlt.q.sup.de leg.

LEX VIII.

1 *Intellectus regulat & regit ordinem verborum.*

Qui fideicommissariam. Vt legatum nō sit inutile, non prius cedit dies legati,quam libertatis.h.d.cum glo.ff.de hær. insti.l.talem.in prin. vbi dicitur, quod ordinata in ordine essentiæ pra sumuntur subordinata in ordine intellectus: † nam intellectus regulat,& regit ordinem verborum.

LEX IX.

1 *Fortuna est gratuita.*
2 *Executio testamenti non dicitur grauamen,sed quoddam ministerium.*
3 *Curatoris officium non est minus publicum.*
4 *Conditionis appositio non est proprie grauamen.*
5 *Hęres hęredis non venit iudicio principali, sed iudicio transmissionis.*
6 *Hęres hæredis nomine proprio non potest grauari.*
7 *Pater grauando nepotes videtur filio suo substituisse.*
8 *Hęredes dicuntur rogati, si testator dixit,si filius meus sine liberis decesserit, vel eius filij sine liberis,hęreditas restituatur Seio.*
9 *Fideicommissum an valeat,si testator dedit spurio decem, & rogauit eū vt ea restitueret.*
10 *Habens vsumfructum,eum relinquendo, potest grauare legatarium.*
11 *Legatum sacerdotibus relictum pro Missis canendis, debent habere eo tempore, quo dixerint.*

Ab eo,qui. Quē non honoro, *a* grauare nō possū. h.d. & si casu bona mea lucratur,ff.de lega. 3.l. sed,& si sic.dic, vt statim dicā, quia† fortuna gratuita est.Oppo.& videtur,q quis possit grauare eum,cui nihil reliquit;nam testator potest relinquere executorem sui testamenti eum,cui nihil legauit,vt ff.de dote prælegat.l.Theopompus,& ff.de leg.2.l.2. Sol.† illud non est proprie grauamen,sed quoddā ministerium, quod sponte suscepit,vt ibi no. Nec obst.q tutor relinquitur; quia illud est munus publicum. † Curator autem in testamento relinquitur, non ut statim sit curator: quia si est munus publicū,donec sit confirmatus,vt ff.de excus.tuto.l.Caius. Secūdo oppo.quod antequam quis sit honoratus, possit grauari, vt ille,cui legatur sub conditione, nam semper cōditio præcedere debet,id est præuenire debet suū dispositum,ff.de verbo. signif. l.cedere diem. Solu. appositio conditionis† non est proprie grauamen,cū nemo cogatur cōditionē implere, vt ff. si quis omis. cau.testa.l.si quis sub conditione. Tertio opp.nam lege cauetur q si quis pt relinquere ab hrēde legatarii per nomen appellatiuū vel heredis p nomen appellatiuū, vel propriū, & appellatiuum, simul iunctum, vt ff.de leg.3.l.si fuerit,§.si quis, & tamen hæres hæredis,vel hæres legatarij non venit iudicio testatoris, vt ff. de vulg.subst.l.qui liberis,§.hæc verba. Sol.† hæres hæredis non uenit in iudicio principali,tamē venit iudicio trāsmissionis,vt s.de hære.inst.l.fin.& ff.de pac.l.pactū.& no.in l.2.& 3.ff.de pet. here. † Modo quęro, nunquid hęres *b* hæredis possit grauari nomine proprio? Respond.non, si fortuito succedat,quia nec recipiēdum est,vt eum,cui nil dederis,obliges,vt ff.de lega.3.l.sed,& si sic,nec enim debet inspici lucrum aduentitium,quod non puenit ex prouidentia testatoris,vt ff.de do.præleg.l.cum quis vxori,§.1.† Pone ergo,quod pater instituit filium: & si nepotes eius decederent sine liberis,grauauit nepotes,q bona ipsius testatoris restituerent Titio.nunquid istud iudicium valeat?& videtur q non,per d.§.si autem in contrarium videtur, q grauando nepotes,videatur eos filio suo substituisse,vt ff.de leg.2.l. Titia Seio,§. Seia.vbi dicitur,q si testatrix relinquit duobus fundum ne vēderēt,& qui vltimus decederet, restitueret cum Sempronio, duo gradus substitutionis fecisse videtur;vnum inuicem, alium post vltimum: tacite videt ipsum honorare cum alias non posset totum restituere.Sol. dico, q aut inter grauatos est locus iuri accrescendi ,quod potest esse ex dispositione testatoria etiam post agnitum legatum; aut non est locus iuri accrescendi, vt inter filium,& nepotem in q.s. formata: & tūc fideicōmissū relictum a nepote nō tenet,nō enim ideo. q eū grauauit, honorasse videtur:alias sequeret,q mortuo filio, ipse filius videret rogatus de restituēdo filijs suis qđ est falsum. Itē sequeret,q si grauo aliquē in mille,eo ipso videor ei relinquere mille,qđ est falsum vt in l.nostra,ad hoc ff.de hære. institu. l. hæreditas. & l. Lucius. Præterea in d.§. Seia.testator quemlibet honorauit, & prohibēdo,ne alienaretur,præmorienti substituit.& ideo tenet fideicōmissum,vt ibi no. hoc etiā probatur per l. cum acutissimi, J.eo.& s.de insti.& substi.l.gnāliter. vbi liberis susceptis rogatus liberatur,& fideicommissario non grauatur.† Sed quid si testator, *c* ita dixit,si filius meus decesserit sine liberis, vel eius filij sine filijs,restituatur hęreditas Seio? Respō. istud relictum est in rem, & ideo quilibet hęres videtur rogatus sub duplici conditione. siue ipse decedat sine liberis , siue filij eius decesserint sine filijs, & ex hoc capite agens debet fundare libellum suum , sicut dixi in l.cohęredi,§.cum filię,ff.de vulga. & pupilla.substi.& l.ex tribus,sup.de inoffic.testa.Opp.& videt,q possit grauari ille,cui nihil est relictū,vt ff.de leg.2.l.pero,§.matre.Sol. ibi non grauatur ipse, nisi tanquam minister. † Quæro, testator *d* donauit spurio decem.& rogauit eū,vt ea restitueret,nunqd valeat fideicōmissum,& videtur,q nō.quia spurius est pro non scriptus, dic q licet ipse non capiat,nec obligetur, tamen tanquam executor restituere potest,ff.de lega.2.l.si quis *e* quos. † Quæro,an habens vsumfructū,eum relinquendo possit grauare legatarium? Resp. non: nisi forte tradat , ita q in vita legatarius percipiat aliquod cōmodum ad instar donationis causa mortis,vt ff.de lega.3.l. si mulier,§.sed si habenti. Vltimo vide ff. de lega. 2. l. Imperator, §.si centum.& ff.de lega. 1.l.filius,§.apud Marcellū.& ff.de lega. 2.l.

ADDITIONES.

a Quem non honoro. Ad intellectum huius regulæ, uide no.per Imo. in l. 1.ff.de uulg.& pupill.item limita,quando separatim relinquitur ab eo,qui non est honoratus,secus si ab eo,& ab alio,qui honoratus est, legetur coniunctim. quia hic in totum in persona coniuncti honorati.tex.est no.in l.si duobus,§. 1.de leg.1.

b Nunquid hæres. Vide Bar.in l.qui fundum,§.qui filio, ff. ad leg. Falc.& in l. cum filio.circa princ.ff.de leg.1.ubi plene de materia.

c A.B.Sed quid si testator. Vide Bar.in l.sed,& si sic.de leg.3.

d Quæro testator Vide l.cogi,§.hi,qui.cum ibi no.ff. ad Treb. Bal.in l. si quis ad declinandam.in uers.sed iuxta hoc,sup.de Epis.& cle.& quæ no.Bar.in l.eam quam inf.eo.& Ang.& Imo.in l.in tempus,ff.de hær.inst.

e L. si quis. Certe ibi hoc non probatur. ideo contrarium puto, ex quo legatum a princ.est nullum,ut no.in l.codicillis,in prin.de leg.2.& in terminis Bar.in l.eam quam,inf eo.item pro Bal.facit decisio Io.And.relata per Pau.de Cast. in l.cogi, §.hi,qui solidum,ff.ad Treb.

5 1 2.l.cum pater,§.qui dotale.† Quid si est relictum a fratribus, vt
a dicant missas quotidianas; & ipsi dixerunt per decem annos, postea nolunt dicere, an auferatur ab eis legatum? Respon. sic, l. proportionabiliter.i.pro tempore futuro, vt l.liberto, §. Lucius, ff. de annu.leg.& ibi p Iac.de Are.dr, q dēt conuerti ad eosdē vsus pios officio Epi, non aūt dēt hæres lucrari; dubium faciebat, quia non vr, q fratres possint grauari onere non burfali, de leg.1.l.plane.la 2.§.1.Sed contrarium uerum est, quia ob cām piam est relictum, sup.de legi.l.pen.& l.Męuia, ff.de manumis. test.

ADDITIO.

a And.Bar.Quid si est relictum. No. si legatur sacerdotib. pro Missis canendis, si postea nolunt cantare habent legatum pro eo tempore, quo dixerunt, & reliquū conuertitur in alium pium vsum, uide Bal.& ibi dedit remissiones in l. cum alienam, sup.de legi.

LEX X.

1 *Sensus supplet, vbi deficit oratio.*
2 *Syllaba potest poni pro dictione.*
3 *Imbreuiatura quędam sunt, quę ex consuetudine extensionem recipiant.*

Verbum volo. Sensus intellectualis pficit orationem, quæ in suo constructu perfecta non est, h. d. Dubitatio istius legis erat, quia verbum est forma orationis, quia dat regimen & esse toti orationi: & habet significare per modū fieri, vel agere. Præterea vbi deficit verbum principale, ibi deficit verbum substantiuum, sum. nam verbum, volo, idem est quod, sum volens: & ideo vitiatur sensus, vbi deficit hoc verbum. Præterea posset subaudiri in alio quam in præsenti tempore: verbi gratia, Titio decem dari: ita potest subaudiri volam, sicut volo. sed istud verbum, volam exponitur ero volens, & futurum non perficit votum suum, & ideo regulariter verba futuri temporis non sunt dispositiua, quia non exponuntur per verbū, sum, psentis tpris. vnde si dicam ascendā Capitolium, idē est dicere, q sum dispositus ad ascendendū: non tñ sum ascendens. & si dico eligam, est dictū, ero eligens: non tñ sum eligens, vt l.filij mater, §.1.ff.ad Tertull. ff.de leg.3.l. serui electione. Solu. lex verbum cōgruum supplet ad inducendum effectū, nō incongruum, ad inducendum defectum, & sic non obstat de re-
1 bus dub.l.in ambiguo.† No. q vbi deficit oratio, sensus supplet, vt ff.de leg.2.l.cum pater, §.cū imperfecta. secus si deficit solēnitas, quia hunc defectum lex non supplet, vt ff. de transac.l. cū hi, §.prætor. Dicit gl. q inter velle & nolle est medium, scilicet non velle. vnde Eps electus dicit, nolens volo, id est volens nolo, vt no.ff.de tributo.l.1.§.scientiam, ergo verbum, volo, determinat se ad suum effectum. igitur gl. quę est in l.serui electione, est falsa. Dic, q aut actus poterat tunc fieri nuda voluntate: & tunc verbum, volo, disponit in præsenti, aut non poterat tunc fieri, quia requirebatur maior solēnitas, vel aliquid extrinsecum puta exhibitio seruorum: & tunc non disponit: & ita intelligitur illa gl. Alij dicunt illam gl. indistincte veram, quia verbum, volo, significat primam voluntatem, non precisam. de quo per Bar. in l.cū-
2 ctos populos, supra de summa Trinit. vbi vide. † Quæro, a nunquid syllaba possit poni pro dictione, vt in hoc exemplo, promi-
a sit sub pęna du. vtrum hęc syllaba du. ponatur id est duplici? Respondeo sic: quia aliud sonare non potest, & ideo ad mentem recurrendum est, vt ff.de verb.sign.l.alienationis, §.oratio.& ex-
3 tra de verb.sig.c.intelligentia. † Item b nota, quod quædam im-
b breuiaturæ sunt, quæ ex consuetudine recipiunt extensionem,
c c ut in §. quia assidua. in l.quod si nolit, ff de ædil. edic. Quædam, quæ ex natura negotij, vt dictio, &c. vt d.l. Gallus. ff.de lib. & po-
d sthu. quædam ex relatione d ad aliud vt cum Notarius postquā scripsit dictum vnius testis, extense dicit; Petrus idem dixit, qd primus testis. tñ. Spec. non approbat istam scripturam: quia dictio, idē, non solum significat factum, sed etiā ius, vt no.ff.de trāsa.l.cum hi, §.si vni. Item sm Spec. est idem mediatus sermo. dic vt no. extra, de ver.sign. in c.nihil obstat. in Nouella.

ADDITIONES.

a Quæro. Vide no. per Bar.& Doc.in l.quoties, §.1.ff.de hær.inst.& Bar.in auth. qd fine, in fi. sup.de test.
b And.Bar.Item no.quod quidam. No quod imbreuiaturę recipiunt ex consuetudine extensionem. uide Ang.& Do.Io.in l.quoties, §.1.ff.de hær.insti.& Ange. in l. quicquid.& ibi Do Io.de uerb. obl.
c Extensionem. Vide Bal.in l.errore, in prin.sup.de test.
d Quædam ex relatione. Vide Spe.in tit.de testa.§.nunc tractandum, ver cautione quoque, dixi post Bar.in l.si librarius, ff.de reg.iu. Ange.in l. si quis ex argentarijs, §.1.ff.de eden.tener, quod dictum non ualeat.& per Ang. in cons. 198. Sal. in l.iurisiurandi, sup.de testib.limita singulariter, ut per Iac.But.in l.3.in prin.ff.de test. ubi essent plures, quam duo, arg.illius, l.3.§.eiusdem cum gl.

LEX XI.

1 *Alienatio si est alicui prohibita, non potest dare causam alienandi.*
2 *Alienare prohibitus bona fide non potest transigere.*
3 *Tacens alienatione qui potuit contradicere, alienationem non potest reuocare.*
4 *Pręceptum de non alienando factum minori non potest esse vestitum.*
5 *Facientes, & consentientes contra voluntatem defuncti sese non possūt iuuare.*
6 *Fiscus hereditatem tanquam ab indigno non potest auferre.*
7 *Alienatio contra voluntatem defuncti facta, an possit reuocari.*
8 *Testator ex qualitate rerū præsumitur, q voluerit in agnatione pmanere.*
9 *Cum causa, dictio, qualiter sit intelligenda.*
10 *Alienatio non ualet, si testator reliquit monasterio, & vetuit alienari.*
11 *Iudicis pręceptum an teneat sine causa.*
12 *Alienatio, an valeat, si quis prohibitus alienare consensit testamentum facere.*
13 *Distincta per stirpes distribuuntur per gradus.*
14 *Pręceptum valet ubi est persona ualens reuocare.*

Quoties. Cum omnium prohibitorum cōsensu fit vēditio si non superest psona, quæ posset reuocare alienationem, prohibita alienatio conualescit, & adde, quod firma est alienatio facta contra testatoris voluntatem. h. d. No.
5 quod ille, † qui a non potest alienare in certam personam nō po-
a test dare occasionem, quod alienetur. pro l.ista est gl.sing.de verbo.obl.l.si ita quis, §.ea lege, & tex.vnicus in c.1.§.fin. de inuesti.
a de re.alie.fac.in feu. † An ille, qui non potest alienare, possit bona fide transigere? Rñ. non, si prouocat ad iudicium, secus si prouocatur. l.& ideo, ff.de condit.furti.& hoc si habet plenam ex iure suo administrationem, vt vasallus; vel liberam, vt tutor, vel prelatus. alias indistincte non ualet transactio, ff. de pact. l. si tan-
3 tum. † Quæro, nunquid b ille, qui est præsens, & non contradicit
b (quia si contradiceret. haberet ius reuocādi alienata) postea possit reuocare? gl.ord.dicit q non, s.de pact.l.cum proponas filios. quod est verum, si tacuit dolose, vt l.si sine, s.de Velle. No. qd illum præceptū nudum est, quod in se iuris remedia nō includit.
4 † Item no.quod præceptum de non alienando factū minori, donec est in minori ętate, nō potest esse vestitum, nisi fauore ætatis, & testamenti, vt j.pro empt.l.a.idem si sit ecclesiæ, ut in Auth.de alien.& emphy.§.sanctissimas No.quod si non superesse persona, quæ reuocare possit, alienatio alias prohibita conualescit. Item paria sunt a principio pręceptum esse nudum, & ex
5 post facto reduci ad nudum. † Item no.quod facientes, & cōsentientes contra voluntatem defuncti, se se adiuuare non possunt. facit ff.de lega.3.l.peto, §.a fratre.& l.cum pater §. libertis. Item no. q paria sunt plures simul uendere, vel inuicem consentire.
c Quæro ad euidentiam. quæ est huius legis dubitatio? c Respon, quia uoluntas defuncti est lex. & legi prohibenti non potest renunciari, vt no.in l.2.su.de fideiu.do.den. Secundo quæro quæ est huius legis rō? Rñ. quia non superest persona, quæ reuocare
6 possit. † Tertio quæro, vtrum fiscus auferre possit hæreditatem tanquam ab indigno? Rñ. non qa pręceptū testatoris reductum
7 est ad casum nudi precepti, & ideo inualidum. † Quarto quæro vtrum in casu huius legis habeat locum auth. hoc amplius. Respond. non, quia hic non superest persona agere valens, ibi sic. modo. quæro exempla huius legis. Respond. vt in gl. & uide gl. in princip. ibi, vel dic facit, ff.de lega.2.leg. Titia Seio. §. Seia. No.
8 † ex qualitate d rerum præsumi, quod testator voluerit in agni-
d tione permanere, & sic pręsumitur tacite fideicommissum, qd est no. dignum. nam cum vna sola ratio possit testatorem mouere, talis ratio debet haberi pro expressa, vt no.ins. eod.l.quamuis. sequitur in gl.& no.opp. vna cum gl. dicitur hic, quod pręceptum de non alienando valet contra, ff.de lega.1. l. filius.§. diui.
9 Solu. ibi nudum, hic cum causa. † Quæro, quid est dictum cum causa? Respon. aut persona est alias alienare prohibita, & tunc hæc est sufficiens causa, vt ins. de vsuc. pro empt.l.a.& in Auth.
e de alien.& emphyteu.§.sanctissimas. e aut persona non est alias prohibita alienare, & tunc apparet persona, cui testator prospicere voluit, & est reuocare ualens: & tunc præceptum dicitur habere causam, aut non extat persona reuocare ualens: & tunc
f dicitur esse nudum, & sine causa causante aliquod iuris reme-
10 dium, vt d.§.diui.& l.peto.§.fratre.ff.de leg.2. † Ex his f infertur, q

ADDITIONES.

a A.B.Qui.no. No.quod ille, qui non potest alienare per se, non potest dare causam ut per alium alienetur, uide tex.op.l.Imperator.& ibi Bar.ff.fideic.lib.& Bal.in l.eadem lege, sup.de condictione ob causam.
b A.B.Quæro nunquid. An tacens in alienatione, possit illam reuocare, vide tex.l. si fundum per fideic.de leg.1.
Celsus. Adde illam in l.qui debitum.num.3 & quod ibi posui in apost.ad ipsum in uers.qui tacet, sup.quando fisc.vel priua.dixi post Collectanium, in c.dilectus nu.10.in uers.consentiente.extra de proc.
c Dubitatio. Solue ut per gl.& Doc.in l.1.sup.de pac.
d No.ex qualitate. Pro hoc quidam alleg.gl.sing.non ponderatam in l.codicillis, §. instituto, & ibi Imo.ff.de leg.2.
No.ex qualitate. No. q quando una sola ratio poterit mouere testatorem, talis ratio habetur pro expressa, facit gl.l.tale pactum, §.fi.ff.de pac. minor. de Bal. quia est gl.ut eam allegauit in l.codicillis, §.instituto, de leg.1.& fuit alle. hoc dictum Bal.in causa illorum de Sauellis, in qua consului Romæ. sed gl.illam nemo ponderauit. And.Barb.
e Sanctissimas. Ad intellectum huius § uide Bar.in auth.hoc ius porrectum, sup.de sacros.eccl.& gl.& Doc.in c.uerum, extra de cond.app.
f Ex his. Vide Imo.in l.filius, §.diui, in h.de le.1.et in cap.Raynaldus, super verbo, teneret extra, de testa.et Bal in c.1.§.1.de Ca.Conra.

tur,ꝙ ſi teſtator reliquit alicui monaſterio;& alienari uetuit. licet non deſignauerit perſonam,ad quam debeat deuenire:uel licet deſignauerit,& conſenſerit;tamen alienatio non ualet,caſus eſt in d.§.ſanctiſſima, & ideo ipſemet, cui primo alienauit, reuocat,vt l.iubemus.§.œconomus,ſup.de ſacroſ.eccl.ad quem ius deuolutum eſt.verbi gratia, teſtator reliquit prædium hoſpitali Miſericordiæ,quod alienare uetuit,& ſi alienaretur, quod perueniat ad quoſdam religioſos,certum eſt,ꝙ ipſi religioſi ſimiliter videntur prohiberi alienare,vt no. in l.voluntas.ſup.eo.Si ergo omnes alienant,vel conſentiant, dicti religioſi vltimo alienare videntur: quia extitit conditio fideicommiſſi,& ideo ipſi ſoli reuocant,licet forte quibuſdam videretur dicendum,qd hoſpitale;quia nullum ius quæritur ꝯſacientibus.ut d.§.fratre. a nam hoſpitali erat ſuctum, radicatum, religioſis vero radicandum, & in delicto pari potior eſt conditio poſſeſſoris.vel dic quod ſimul reuocant. Primus ſeu ex interuallo.Scdus,quia in eo ius reſidebat,ꝙ credo uerius.† Quæro, quid b in præcepto iudicis. an teneatur ſine cauſa: Rn.aut reſpicit forum contentioſum ad aliquid dandum,vel faciendum aduerſario, & non tenet ſm Dy. & Cy.vt ĩ.comm.uel epiſ.l.interloc.& l.programma.aut in his quæ reſpiciunt ſuam authoritatem ſuperioris, & tenet præceptum,vbi agitur de modico præiudicio.ſm Inn.Quæro, quid ſi quis conſenſerit prohibito alienare, vt faceret teſtiũ de illa re? Rñ.idem ac ſi conſenſiſſet venditioni.l.confirmato teſtõ.iex.eſt ſing.in l.ſicut,§.venditionis,ff.quib.mo.pig.uel hyp.ſol. & adde ꝙ no.Bar.in l.cum quis in prin.ff.de le.2.& ſup.de pac.l.cũ ꝓponas.Quæro,qñ eſt relictum vniuerſitati,puta agnatis, quo ordine reuocent? Rñ.ſm ſtimos gradus,vt d.§.frater.& eo.ti.l.cũ ita legatur,§. in fideicõmiſſo.† Et ſic no. ꝙ ea,q̃ diſtribuuntur per ſtirpes diſtribuuntur p gradus,& non ſimul. Quæro,primo alienanti conſenſit tertius,deinde ſcdus repudiauit, vtrum conſenſus noceat illi tertio?& vr̃ ꝙ non,vt in l.1.§.ꝙ aũt,ff.quorũ leg.& l.ſi ita.§.ſi ſub cõditione,ff.de leg.2.dic ꝯtrum,qa iudicium impugnauit, vt hic, & d.§. fratre, prima verior,vt no.in l.1.ſup.de pac.Ex prædictis apparent quædam concluſiones. Prima concluſio,ꝙ ubi eſt perſona reuocare valẽs,ualet præceptũ,ſiue ſit altera ſiue eadem perſona ex priuilegio legis.Scda concluſio,ꝙ vbi a principio non eſt cã, uel reducitur ad non cãm, alienatio eſt reuocabilis. Tertia concluſio ꝙ nomen collectiuum diſtinguitur per gradus. Vltima concluſio, ꝙ tacita cã ex coniectura ſufficit ad ualidandum c præceptum negatiuũ,ſicut cã expreſſa.

ADDITIONES.

a §. Fratre Et expreſſius in l.cum pater,§.libertis.de leg.3.

e And. Barb. Item ponit alium casum. Relictum pro anima dicitur relictum ad pias causas, quid si relinquitur pro pictura imaginum Sanctorum, vide no. in authen. similiter, C. ad leg. Falc. & Bartol. ad leg. Falc. l. in ratione, §. quæsitum, & pro glo. in l. si quis Titio. vide ibi Bal. & l. 1. sup. de sacrosan. eccl. & vide Ang. in Auth. vt cum de ap. cog. §. si vnum, ver. animæ passiuæ, vbi dicit esse tex. & illum alle. Bal. ita præalle. l. si quis Titio, & no. quia glo. quo ad verba aliter loquitur, secus quo ad mentem. nam loquitur pro causa pia, vel pro anima, & vide Bal. in l. 1. de leg. 2. in repetitione. & vide quod relictum factum personæ ecclesiasticæ præsumitur factum pro anima, secundum Pet. de Anch. in c. requisisti, de testa. alle. D. Card. de Tudertu in summa de quarta, quod procedit quando illa persona habet administrationem ecclesiæ, secundum Do. Ioan. And. in c. requisisti, & vide Bal. in l. fina. in l. communia de leg. vbi allegauit glo. l. si quis Titio. & si quis donauit fraternitatibus, an dicatur pia donatio. Bal. in l. illud, sup. de sacrosan. eccl. dicit quod non, & ibi alle. gl. d. l. si quis Titio. vide Bal. in l. imperialis, C. de nup. de eo, qui legauit meretrici, ut seruet castitatem, quod dicitur legatum pium. unde quæ dixi in c. relatum, de testa. & quod no. Io. And. in c. 1. de sepul. ubi dicit, quod si relinquitur ecclesiæ, licet non exprimat pro anima, intelligitur pro anima. sequitur Do. Mon. ibi, unde quæ dixi in d. c. requisisti, & Bal. in l. 1. de leg. 2. in rep. Dom. Card. in c. cum nobis, de test. & ibi dixi, quid si pro imaginibus Sanctorum, unde Lud. Ro. consil. 67. inci. quæstionis themate. ubi dicit, ꝙ legatum ut ematur Missale, est pium. vide ibi, & tex. in cap. 2. de consue. ubi quando relinquitur pijs locis, uidetur pro anima relinqui.
f Pias causas. Vide Bal. in l. si iure, inf. de test. manu. & reperio ad intellectum d. l. testamento, quod Guil. de Cun. in l. 1. de sacrosanc. eccle. ut ibi refert Salic. dicebat, quod ideo illud relictum in minus solemni testamento ibi debebatur, quia erant instituti filij, inter quos potest minus solenniter testari. sed illa so. uidetur contra l. hac consultissima, §. ex imperfecto, supra de testa. & ideo dicit Sal in d. l. testamento. quod ibi legata erant repetita a uenientibus ab intestato, & numerus testium erat sufficiens ad codicillandum. uel si non erant repetita, uidetur probari in implicatiua, etiam. respondet quod ibi legatum debetur naturaliter tantum, ut no. in l. cum quis, sup. de iur. & facti igno. & in foro conscientiæ, ut no. sup. eod. l. 2. & quatenus ratio pietatis hæredes, &c. pro intellectu d. l. testamento, unde no. Sal. in l. non dubium, sup. de test. & Lud. Rom. in auth. similiter, in 17. speciali, inf. ad leg. Falc.
g Celi. Adde. Adde quod no. in addi. ad illum post eum in l. 1. num. 3. in uers. relictũ pro anima, sup. de sacrosan. eccle. dixi etiam in addi. ad Bar. in repe. d. l. 1. num. 16. ver. quæro, in apost. uer. homini locupleti.
h Dilationem. Vide sup. & Bal. in §. donec, hic alle. & in auth. hoc amplius, inf. eod. & in repe. l. 1. in uer. super 9. q. sup. de sacros. eccl. & ibi dixi.
Item adde. Vide Bar. in l. nemo potest, cum concor. ibi per me positis, de leg. 1. & teneo opi. Iac. de Bel. per d. §. hic alle. & intellige, quod illi, quibus deferetur hæreditas, successiue adeunt, ut ibi, & in auth. hoc amplius, inf. eod. sicut in fin. not. in l. qui filio, § seruus, ff. de hære. insti. & sic non ob. ar. Bal. in l. 1. sup. si quis omis. caus. testa. Ang. hic transit cum Bar.
i Intelligo illam. Vide Bar. hic.
K Item no. alium. Tene menti, quod si filius præsente patre facit testamentum cum clausula, si non ualet iure donationis causa mortis. uide Ange. in l. qui in potes. & ibi Do. Io. ff. de testa. & Spec. in tit. de instru. edi.
l L. sequens quæstio. Et ibi Bar. in l. 1. in 6. q. prin. sup. de sacros. eccle. sed nec do. cau. mor. requirit aditionem, uide Bar. in l. 1. ff. de do. cau. mor.
m Modo. Vide Bar. hic, & in l. Centurio, ff. de uulg. & pup.
n Secundo quærit Gl. vide inf.
o Vt spurius. Et ideo errauit Ang. & Imo. in l. in tempus, ff. de hær. inst.

& plusq̃ ciuilis. & hoc dupliciter, vel mala vt quia damnatus in metallum: vel bona, vt quia frater Minor. & isti non coguntur adire, quia non habent nomẽ hæredis, nec aliqđ principium essendi hæres, ac si esset institutus homo mortuus. Vnde institutio est pro non scripta, vt ff. de iu. cod. l. quidam referunt. & nemo cogitur ad impossibile de iure, vt no. sup. eo. l. post mortem. Quidã vero sunt capaces nomine, sed non retenuui emolumenti, & cõpelluntur adire & restituere. Exemplum in l. 1. sup. de secund. nup. & ff. ad Treb. l. cogi, §. hi, qui solidum. Item quidam ratione indignitatis sunt non capaces quo ad se, tamen quo ad fiscũ sunt capaces, vt ff. de his, quib. vt indi. l. Clodius, & l. mulierem, & l. cum quidam, & l. fin. ff. de his, quæ pro non scri. hab. & ff. de leg. 3. l. si deportati seruo. Item adde, ꝙ quidam sunt indigni priuatiue, & tunc venit fiscus. quidam contrarie, quia iura non permittunt capere, sicut omnes passiue intestabiles: & tunc non venit fiscus, vt l. 1. sup. de secun. nup. cum sim. † Modo quæro; quid de deportato, vel bannito a Rege in ære, & in persona, vel a Potestate, vbi est hæc consuetudo, vtrum isti dicantur funditus nõ capaces, an vero dicantur indigni? Glo. hic vacillat, nam alle. l. 1. §. de hær. insti. ad istum intellectum, quod deportatus sit pro nõ scripto. Secundo allegat illam l. ad oppositum intellectum, s. ꝙ ibi accipiat, sed non retineat cum effectu; & sic succedat fiscus, & non venientes ab intestato. Sed quod deportatus habeatur pro non scripto, videtur expressum, ff. de bo. pos. l. edicto, §. 1. qa ibi non competit secundum tabulas. ergo non potest adiri de iure ciuili, nam mitius agitur cum prætore, & excluditur iure prætorio: ergo a iure ciuili. hæc sentit ibi Iaco. de Are. De prædictis a autem bannitis no. in d. c. domino guerram. in titu. hic finitur lex, deinde incipiunt consuetudines Regni, collat. 10. in feud. & plenius dixi in d. l. 1. sup. de hæred. institu. vna tamen glo. mirabiliter b dicit, quod etiam deportati habent hæredem ab intestato, si fiscus non auferat bona, vt ff. de reg. iur. l. ea sola. quæ glo. non est alibi. Not. ergo pro bannitis nostri temporis. † Extra quæro, quid si testamentum non valet, quia reuocatum per nouum testamentum non solemne, in quo sunt instituti venientes ab intestato, per quod testamentum redacta est res ad causam intestati; nunquid repetitio facta ab intestato in primo testamento, facit valere fideicommissum in primo testamento relictum? Respon. non; quia facto testatoris testamentum ruit cum omnibus suis clausulis. Illa enim clausula intelligitur, nisi testatorem pœnituerit, secundum Iacob. de Aret. & Nicol. de M qui disputauit. & pro eo facit. ff. de his, qui vt indig. l. si scriptis, ibi dum dicit text. quod testator aliud testamentum mutata voluntate facere voluisset, & impeditus ab ipsis esset, ab vniuerso iudicio priore recessisse eum videri, qui tex. est ad hoc notab. Quæro nunquid c lex nostra habeat locum si fideicommissum fuit nomine proprio relictum ad adoptiua; puta, Berta restituas? Respondet Iacob. de Aret. quod non quia proprium nomen alij non est communicabile, vt ff. de leg. 2. l. Celsus, §. quod alicuius, Cyn. dicit contrarium, & est ratio; quia testator quando loquitur, semper videtur ad hæredem loqui, vt ff. de lega. 1. l. si seruus, §. qui margaritam. facit quod nota. Guil. ff. de pact. l. si vnus, §. fi. quod est verius. Non obst. §. quod alicuius, quia vbi testator fecit plures gradus, & fecit differentiam inter personam, & personam; hic non, argumen. ff. de pact. l. atius cum suis similibus. & adde quod dicam inf. eod. l. fideicommissum. Examinauit glo. materiam, quando indignus rogatur restituere digno: quasi inspiciatur potius dignus quam indignus, argum. ff. de don. inter vir. & vxo. l. Sulpinus, alias, incipit mulier, & ff. ad leg. Falci. cum dotem quasi magis inspiciatur effectus quam modus, sed hoc non repilogo. Sed quæro, d si indignus rogatus est restituere indigno, vel in minori parte digno? Respond. si quidam accommodauit tacitam fidem, succedit fiscus. sed si non accommodauit tacitam fidem, non succedit, vt ff. de lega. 1. l. in tacitis, & l. Lucius, §. in testamẽto, quod est verum, si res stet in actu verbi. sed si dignus procedit ad actum restitutionis in persona indigni: tũc illud, quod restitutum est indigno, applicatur fisco. iste est casus vnicus in iure ff. ad Trebell. l. si postulsnte, §. finali. Modo ego quæro, vtrum lex nostra habeat locum in contractibus. e Pone, huic adoptiuæ de facto emancipatæ putatiuus adoptator donauit fundum in præmium emancipationis? Respon. nulla est donatio; nam † lege cauetur, quod donatio facta vxori putatiuæ f non confirmatur morte donatoris, quia nulla est: quia nõ quasi ad extraneam, sed quasi ad vxorem facta est, iste casus est sing. ff. de don. inter uir. & uxo. l. cum hic status, & l. si quis sponsam, in fin. & sic patet, quod lex nostra habet locum in contractu. quod tene menti. Deinde g quæro, putans tenere matrimonium, quod de facto erat contractum, instituo heredem primogenitum meum, tanquam legitimum filium: nunquid ualeat institutio? & videtur, ꝙ non. sed si fideicommissum fit ab eo repetitum, ualet fideicommissum, ut hic. In contrarium uidet, † nam tres sunt species legitimorum, quidam nati ex legitimo matrimonio: quidam datiui ex iusto errore; hos enim differentiæ causa uoco datiuos, & dispensatiuos, ut no. sup. de ince. nupt. l. qui contra. Quidam sunt adoptiui, vt hic. Est & quarta species quia quidam sunt restitui ad legem naturæ, quod idem est dictum, quod legitimari, & isti possunt institui, & ita videtur in casu proposito. † Considera tamen, ꝙ alia est legitimatio, quæ fit per matrimonium: alia per rescriptum, siue per dispẽsationem. Per matrimonium possunt legitimari omnes, præter vulgo conceptos: h & quia pater incertus est, licet si esset certus per confessionem patris, & matris, bene posset legitimari: exemplum de meretrice, quæ concepit ex scholari, quam ipse postea cepit in vxorem. Item excipiuntur i nati ex amplexu, qui possunt accusari de incestu, de stupro, & adult. nam isti de iure ciuili non possunt legitimari, quo ad successionem: alias sequeretur, quod per matrimonium excluderetur crimen, quod est falsum, vt ff. de ritu nup. l. palam, §. non solum. adde tamen, quod no. infr. de fideico. l. pen. nam si coniuges confiterentur se ante completum matrimonium contraxisse, statur eorum dictis, tam respectu legitimationis, quam respectu accusationis, nisi aliud impedimẽtum obstaret matrimonio, quod alibi non reperitur. † Et scias, ꝙ K in istis spurijs est differentia, quia natos ex accusato coitu, nec mater instituere potest, vt not. inf. ad Orsic. l. si qua illustris. & Instit. ad Orsic. §. nouissime, & ideo quæsitum l fuit a me, vtrum virgo, quæ concepit ex quodam tyranno vxorato, vel ex Rege (non est vis, quia ut dicit Aristoteles, malus Rex, tyrannus fit) possit illum instituere? Respondi ꝙ sic, quia quo ad matrem non erat natus ex accusabili amplexu, quia ex impressino, quia præsumitur vim passa, & metus terribilis excusat, ut ff. de adul. l. vim passam, in princ. & ideo quia mater ex tali amplexu non potest accusari de iure, talis puer succedit matri tam ex testamento, quam ab intestato: nam (ut dicit Azo. fons legum) tolle uoluntatem de medio, & omnis actus erit indifferens, verba Cyn. sunt in l. 1. §. remouet, ff. de post. in additionibus suis. † Item fuit quæsitum m a me, an si statutum dicat, ꝙ fœmina non succedat cum masculis, porrigatur ad legitimatos? Dixi ꝙ sic, quia legitimatio extendit se ad statutum, porro statutum recipit interpretationem passiuam, vt ff. ad legem Falcid. l. 1. §. lex Falcidia. ar. contra. sup. de instit. & substit. l. generaliter. ante finem, sed ibi remanet filius institutus, hic non, quia restitutus in integrum. † Consueuit quæri, n vtrum legitimatio per matrimonium possit fieri in vltimo vitæ spiritu? & uidetur ꝙ non, quasi dos interuenire non possit cum utilitatis effectu, ut ff de iure dot. l. Iulia. licet enim matrimonium teneat in substantia sui, quia usque ad ultimum uitæ spiritum potest contrahi, ut supra de indi. uidui. tol. l. 2. & auth. cui relictum, tamen non tenet quo ad substantiam dotis, quæ requiritur o in legitimatione prolis de iure ciui.

ADDITIONES.

a A. B. De prædictis. No. deportatum habere hæredem ab intestato, si fiscus non aufert hæreditatem. pro illa gl. vide Lud. Rom. in l. 1. ff. de acq. hær.

b Mirabiliter. Adde, ꝙ pro illa gl. facit tex. in l. si seruus plurium, §. si quis, de le. 1. allegaui post Bar. in l. 1. inf. de hær. insti. & Lud. Rom. in l. 1. ff. de acq. hær.

c Nunquid lex. Vide Bar. hic, in fi. & Bal. sup.

d Sed quæro. Vide in auribus hic alle. & quod le. & no. in l. 1. in princip. ff. de iur. fis. A. B. Sed quæro, si indignus, no. si indignus rogatus restituere indigno venit ad actum facti, applicatur fisco, uide quæ notaui plene ad Bart. & Moder. in l. Lucius, §. testamento, de leg. 2. & ibi est bona gl. & singula. quam omnino vide.

e In contractib. Vide Bal. in l. nec apud, sup. de hær. instit.

f Vxori putatiuæ. Vide tex. in l. si ex uoluntate, & ibi no. sup. de don. inter virum, & vxor. & cum Bal. hic transit Lud. Rom. in l. si cum dotem, §. 1. ff. solu. mat. & in l. si donatio. sup. de coll.

g Deinde. Vide Bal. no. in d. l. qui contra, hic alleg.

h Vulgo conceptos. Vulgo enim conceptus per sequens matrimonium legitimari non potest, uide Bal. in l. si qua illustris, inf. ad Orfi. & Ang. in §. fi. in Auth. quib. mod. nat. effic. sui.

i Item excipiuntur. Vide Bald. in l. si qua illustris, inf. ad Orfi. & quod habetur in l. Paulus, ff. de sta. hom. & Bal. in c. 1. §. naturales. si de feu. fue. contro. in fi. & Ang. in §. fi. in Auth. quib. mod. nat. effi. sui.

K Et scias. Vide Bal. in l. si qua hic alle. & Bar. in l. fi. ff. de his, quib. ut indig.

l And. B. Et ideo quæsitum. An virgo concipiens ex tyranno, vel rege, poterit illum spurium instituere, & an Rex possit dotare suas spurias. Bal. in c. 1. de const. vide ibi.

m Item fuit quæsitum. Vide Bal. in l. cum acutissimi, inf. eo. & inf. ead. l. & Bened. de Plum. in disp. inci. causa Pisanorum.

Item fuit quæsitum. An si fæmina cum masculis non succedit porrigatur, ad legitimatos. ego consului per me secundum hanc doct. Bal. & Raph. in leg. si ita quis. §. fi. de leg. 2. refert hanc quæstionem Bal. & dicit, quod non ponitur ab aliquo alio, & transit cum eo. dicit tamen, quod non est æqua, ut Pau. de Castr. in suo cons. 200. facit mentionem. & Bal. hic. sed refert fuisse disputatum contrarium, tu uide quæ dixi in d. l. competit. & in d. cons.

n Consueuit quæri. Vide per Cyn. & Bal. in l. nuper, sup. de natu. lib. & respon. ad l. Iul. hic all. per no. Imo. in l. cum tale, §. Mæuiæ, ff. de cõd. & dem. quod in quæstione nostra non inuenitur ille defectus formæ expressus in stipulatione, sicut si dicimus in sententia, quod continet errorem non expressum.

A. B. Consueuit quæri. An in vltimo vitæ spiritu poterit contrahi matrimonium ad legitimandum filios vide Bald. in c. 1. § naturales, si de feu. fue. contro. eundem. in l. si quis posthumos, §. filium, ff. de lib. & posth. ubi est glo. sing. uide D. Io. uide Bal. sup. de nat. lib. in l. pe. & Bal. in l. Gallus, in prin. alias in §. 1. ff. de lib. & posth. vbi arg. gl. uide omnino.

o Quæ requiritur. Vide Bar. & Bal. in l. cum quis, sup. de nat. lib.

re'clui, vt Institu.de nupt.§.fin.& Ideo in tali matrimonio habet locum authen.præterea,sup.vnde vir,& vxor quia matrimoniũ a est sine dote. † Consueuit esse quæstio, nunquid Imperator possit legitimare in terris ecclesiæ, b de qua diai in princip. ffo-rum † sed nunc vnam rationem nouam adduco ad partem negatiuam, quia præiudicaret fisco ecclesię, qui succedit in loco incestatum personarum, vt sup.de nat.lib.l.r. Imperator facere non potest,quia fiscus ecclesię maior est Imperatore.Dic,quod aut legitimandus,& bona sunt de terris ecclesiæ,& non valet legitimatio Imperatoris. aut bona c sunt in territorio Imperatoris,licet persona sit de terris ecclesiæ: & tunc valet legitimatio quoad illorum bonorum successionem. quæ in territorio Imperatoris sunt,& si pro parte sunt in territorio Imperatoris, pro parte in territorio ecclesiæ,valet in ea parte , quæ est sub Imperatore in alia non,ut ff.de bo.auth.iu.poss.l.cum vnus.§.his qui. siue tractetur de successione testati,siue intestati, alij tamen dicunt,ꝙ cũ legitimatio non ueniat in præiudiciũ ecclesiæ, sed sit, quædam dispensatio,ꝙ Imperator possit indistincte , sed prima opin.verior est. Et ea his apparet , ꝙ ad feudum ecclesiasticum Imperator legitimare non potest;nec econtra Papa ad Imperiale feudum,quia vnus non põt subtrahere aliquid alij de vniuersitate alterius,vt ã.de test. l. consulta diualia. & adde quod diai in c.1.§.naturales.si de feu.fue.con.in feu.† Interrogatus fui, an in priuilegio d legitimandi,quod concedit Imperator,sit necesse apponere clausulam,non obstante tali lege? Io. Cald. dicebat non esse necesse quia istud est mandatum,non legitimatio.item ordinariæ iurisdictionis collatio non requirit has clausulas. nẽ Imperator cõcedit potestatem dispensandi, ergo cum effectu. Item hęc cõcessio est priuilegium.ergo lex priuata, & sic derogatoria.cum autem ille Comes legitimabit, debebit apponere clausulas consuetas, vnde si legitimabit incestuosum, debebit dicere,non obstante l.qui contra.sup.de incest.nupt. Si autem legitimat alium spurium.sufficit ꝙ dicat,non obstante,§. ult. in Auth.quib.mo.na.effic.sui.collat. 7. Alij dicebant priuilegium non ualere,& fuit quęstio de facto in priuilegio concesso prædicto Dom.Io.de Cald. sed prima opinio verior est,quia non ille, qui mandat,sed ille,qui legitimat,debet examinare defectus.& si perperam legitimaret,posset appellari ad Imperatricem , sicut in cęteris decretis iniustis inferiorum a Principe. ista quæstio sup.formata de clausula,requirit altiorem indaginem.† Considerãdum est enim,quod de iure nostro populus Romanus omne imperium(etiam summum , quod appellatur plenitudo potestatis)transtulit in Principem,vt ff.de ori.iur.l.1. §. nouissime. Princeps autem quædam,quæ meri Imperij sunt, communicauit maioribus Magistratibus,vt gladij potestatem,vt ff. de offic. præsi.l.illicitas.§.qui vniuersas.& nihilominus retinuit eandem & maiorem.quędam vero sibi tantum reseruauit,ut l.2.sup.noua vectig.insti.non pos.& l.vnica.ĩ.vt armo.vsus.lib.x.l. fi. infra de emanc.lib.& inf.de adopt.l.a.& ff.de post.l.1. §. de qua , & s̃. de his,qui veniam ętã. impetr. l.2. quædam etiam sibimet ademit statuens , vt rescriptum suum non valeat , tanq̃ impossibile vel detestabile,vt sup.de natu.lib.l.1.& in auth. nauigia. & in auth.cassa.& in Auth.quib.mod.na.effi.sui,§.fin. † In primis ergo quę communicabilia,sunt,non requiritur clausula,non obstante,sufficit namque scientia,& uoluntas Principis , vt ff.de offic. Pret. l.Barbarius in fi. idem puto in secundo genere.s.reseruatorum,ut si concedit alicui,ꝙ possit creare Tabelliones;nam hoc publice utile est,ut no.in l.1.de tuto.& cur.dat.ab his. In tertio uero genere est casus noster,scilicet legitimatio superiorũ, quę est quodammodo detestabilis secundum iuniorem Iac. Bu.qui disputauit,tenens ex hoc, ꝙ statutum ciuitatis non ualet , quod etiam tenet Bar.in l.Seius,& Augerius, ff.ad leg. Fal.& ego idẽ diai s̃. de iure aur. annu. l.2.in isto tertio genere Imperator imponit sibi legem.a qua nõ intelligitur recedere,nisi apponat derogatoriam,vt ff.de leg.3.l.si quis in princ. test. † Quia propter videntur,ꝙ si in priuilegio Imperatoris non sit clausula sufficiẽs non obstantiũ,vel ęquipollens,ꝙ nõ tenet priuilegium ; ad hoc facit,quia cum triplex sit modus legitimandi.s.per oblationem curię,per rescriptum Principis , & per matrimonium . Subdit tex. nati vero ex damnato coitu, nullum habent sensum nostrę humanitatis,unde protestatur Imperator, ꝙ ipse non sentit.i.nõ est de intentione sua,quod ipsi fiant legitimi: tunc arguo sic , legitimatio non ualet , nisi Princeps cum legitimante concurrat gratiam faciendo,sed impossibile est, ꝙ simul cõcurrat permissiue,& non aduersatiue,ut l. 1.sup.de fur.ergo rescriptum est ipso iure nullum. e Item statutum,ne legitimetur,est bonum, & æquum pp cultum pudicitiæ ad refrænandum luxuriosus ac initiosos amplexus,ex quibus odia,& crimina oriuntur,ut patet in auth.su.de nat.li.l.fi.ergo per locum a ɔ̃riis,rescriptum est malum,& iniquum , ergo nullum , quia priuilegium,quod est lex priuata debet sapere uirtutem legis,saltem secundum quid,puta sub ratione boni. & æqui. Itẽ pluribus modis dicitur aliquid impossibile,scilicet de natura,& de facto. Item quia contra bonos mores. Item quia impossibile est de iure. Item quia impossibile est ratione contradictionis. Item ratione perplexitatis. † Circa impossibile de natura, non se extendit authoritas Principis,nec circa impĺe de facto,nisi fingẽdo : nec circa ĩpossibile, qa ɔ̃ bonos mores. vnde si Princeps f vellet facere legẽ generalem, quod spurij succedant,quia est indirecte contra bonos mores,& est permissio futuri doli , talis constitutio non valeret ; sicut si statueret,ꝙ quilibet posset adulterari , vel incęstum committere de iure.4.dist.c. erit autẽ lex. hac ratione non potest legitimare nascituros ex aliquo, qui nondum sunt concepti in vtero ; quia est dolus de futuro. sed si sunt nati, vel concepti,potest: quia est dolus de pręterito. circa quę non remouetur reatus sed poena, vt ff.de capt.l.in libello,§.factæ.& arg.sup.de nu.l. Imperialis. Circa quartum,s.impossibile de iure, refert ; aut est ius naturale,aut gentium,aut ciuile:de quibus dic,vt no.in l.fi. sup. si contra ius,uel uti.publ.aut est ius municipale,vel consuetudinarium,quod dici põt ius extraordinarium,& dic, vt in ca. 1. de consti.lib.6.† Circa quintum aũt genus.s. de impossibilitate cõtradictionis : & circa sextum,s. de impossibilitate pplexitatis in semetipso Princeps dispensare non potest . quia nec Deus potest ea , quę implicant contradictionem , secundum Theologos. † Denuo g dubitatur , an noua proles legitimorum excludat pręcedentem legitimationem superiorum ? & dic : quod non, si sunt nati ex eisdem parentibus, argum. sup. de nat.libe.l. cum quis verbi gratia ex concubina, h soluta tum, & soluto nascitur spurius, secundum Oldr.in consilijs, & Barto.in l.fina.de concubi. Si ergo pater primo legitimauit istos per priuilegium Principis , postea illam accepit in vxorem , & genuit nouos filios , æqualiter succedunt . Et not. quod licitus concubinatus est inter solutum & solutam , tamen debet interuenire verbum protestantis se tenere in concubinam,& factum,quod teneatur in domo , ita quod passim non possit vagari circa plurimorum concubitus : nam si non interueniret protestatio , uel alio modo apparet,de concubinali consensu cum virgine,uel uidua,cõmitteretur stuprum,ut in Authen.de trien.& semis. §.consideremus,in fin.& ff. de q.l.si quis uiduam . s̃m Oldr. † Sed pone, i quidam

ADDITIONES.

a Matrimonium Caue. quia si mulier superstes habet vsum , haberi potest illud quod continetur in instrumentis dotalibus.& sufficit ad alimenta. & si cesset inopia nõ poterit succedere,per id,quod habetur in d.authen.præterea,hic alleg.

b In terris ecclesiæ. Adde istum sup.in proce.huius l.num.7.vers.sed Iac.de Belu.dixi post Bar.cons.75.inci.viso instrumento locationis,& iterum in l. ex complexu, in fi.in vers.in terris imperij de incest.nup.& in add. ad istum tex. & in l. si aquã, nu.39.vers.idem no.quod si Papa,in vers.legitimare, sup.de ser. & aqua.

c Aut bona. Vide Bar.in l.cunctos populos,sup.de summ. Trin.& fide Catho.& in l. qui in prouincia,§.diuus,ff.de ri.nup.& vtrobique scripsi.

And.Bar.Aut bona sunt. Not.si habent bona in terris imperij , & in terris ecclesiæ, quod Imperator potest legitimare quo ad bona imperij , non quo ad bona ecclesiæ. vide Bal.in proœm.C.

d An in priuilegio. Vide Bal.in c.1.si de feu.fue.contro. & quod no. in authent. ex complexu,sup.de incest nup.gl.tamen,& Bar.in l.1.sup.de natu.libe. dicit , quod non requiritur in legitimatione fieri mentionem de clausula,non obstante tali lege.& vide aliqua per Pau.de Cast.in cons 239.incip.dubitatur, & per Pet.de Ancha.in cons 322.

e Nullum. Et potestas legitimandi cum quibuscunque in quocunque statu, non extenditur ad inhabiles de iure naturali,vel diuino,sed positiuo secundum Bal. Ange.& Imo.in l.filius a patre,§.fi.cum gl.ff. de lib.& posth. & videtur sentire Bald. inf.prouime.

f Vnde si princeps. Vide Bal.in l.1.sup.de iure aureo annu.& in l.& si contra, in fin. sup de nup.& idem Host. in Summa,in tit.qui filij sint legi.§.fi. vers. sed nũquid Imperator. & Fed.de Sen.in cons.228.& Io.de Imo.in l.3.ad fi.ff de testa.

And.Bar. Vnde si princeps. An valeat statutum habilitans spurium ad succe. vide Bal.in l.1.sup.de his,quæ pæ.nomi. & ibi dedi remissiones.

g Denuo. Vide Bal.in l.ex facto,ff.de vulg.& pup.& in l.si quis sup. de natu. libe. & sic tenet hic Bal.secus esset,si ex alia matre natus,est legitimatus, sed opini. Bart. procedit,si ex eadem matre,quam postea duxit in vxorem , iuxta c. extra qui filij ita sint leg.

h Concubina. De concubinatu licito uide Bar.in auth.licet,de natu.lib.sup.

i Sed pone. Vide Bal.in l si qua illustris,inf.ad Orfi.& limita,ut per Bal.in l.præscriptione,sup.si contra ius,vel vti publ.& illud dictum Bal. hic, quod requiratur expressio exusæ spurietatis,quando quis duplici defectu & vitio est spurius, sequitur Rom.in l.si.vero,§.de viro.in 31.fall.ff sol. mat. ita etiam dicit tenere Io. And. in in add.Spec.in rub.qui fil.sint legi.& idem no. Ant.de But.in c. per uenerabilem, extra qui fil.sint legi.& Io.And.in rub.eod.tit.pro quorum opin. consului Bon. p vno Siculo. Vide Pau.de Cast.in cons.218.& Ange. Bal.& Imo. in l. si non lex, in prin.ff.de hær.inst.& Pet.de Anch.in cons quod inci. in Christi nomine primum quæsitum,& in cons.229.Pau.de Cast.in cons.219.vbi limitat.& per Bal. in c.nisi cum pridem,extra,de renunc.& in cons.sum 196.incip.in Christi nomine in pręmissa consultatione primo videndũ occurrit,an dicta limitatio.& Bene.de Plum. in l.1.ff.de na.resti.

And.Bar.Sed pone,quidam. An valeat legitimatio spurij,si nõ sunt expressæ qualitates spurietatis?vide Old.cons.247.Io.An.in addi.ad Spec. in tit. qui fil.sint legi.in rub.Doc.in c.per venerabilem,eo.tit.Mod.in l.si uero,§.de uiro, ff.sol. matr. sed nunc pendet in facto,in legitimatione ista sunt apposita aliqua uerba, uidelicet,uel aliquod ius dãnatu coitu. nã per ista verba ampliatur legitimatio ad maiora expressis,vt est tex.no.iuncta gl.in cle. 1.de re iud.ergo uide D. Pet. de Anch. in cons.306 ubi dicit,quod in legitimatione debent exprimi qualitates . Bal. hic. sed idem Bal.in c.1.§.naturales,in tit.si de feu. fue. contro. tenet contra omnino, vide Ang.in cons.200.vbi sing.consuluit in ista q. & uide quę in simili dicat Bald. in l.præscriptione,sup.si contra ius,vel uti.publ. & quod habetur in c. super eo. de coha.cler. & mu.uide l.i.d.Ro.vbi aliter loquitur cons. 129 & Bal.in c.super literis de rescrip.ubi aliter loquitur.

qnidam erat ex adulterio & incestu natus, fuit legitimatus tanquã spurius; tñ non fuerunt expresse qualitates spurietatis, nunquid valeat legitimatio? & vř, q non, sicut qñ quis excommunicatus pluribus excommunicationib. & supprimit causas excommunicationis, vt ext. de off. ordin. c. ex parte. & hoc sentit Old. in quodam consilio suo. dicas, q si est clausula, non obstantiũ, pôt apparere de mente, vt quia ibi est clausula, non obstante. l. qui contra de incest. nup. Item nõ obstante §. pen. qui. mod. a na. effi. sui. tunc valet legitimatio: quia licet per clausulam, non obstantium, non augeatur gratia, vt in ca. ei qui. de præb. in cle. 37 tamẽ declaratur intentio circa concessum. Considera, quędam sunt verba enunciatiua: & ista nihil operantur in actu inter viuos per modum dispositionis, ff. de Po. l. Publia. in fin. & in ca. si Papa; de priui. lib. 6. & ff. famil. ercil. l. qui familiæ. & ibi Cyn. in addi. Quædam sunt verba declaratiua. & illa bene operantur: qa remouent ambignitatẽ, vt l. j. C. de vetera. iu. e s. & in l. fina. in princ. sup. de ind. uidui. & in c. j. de noua forma fide. in feu. Quædã sunt verba confirmatiua, & illa operantur circa suum antecedens. sed nõ eatẽdũt illud, vt in d. ca. j. & ff. de lib. le. l. Aurelius 38 §. testamento. † Si vero clausula, non obstantium, esset in nube, & ille qui legitimatur esset plurimum odiosus, vt quia ex sacrilegio vel monachatu, non sufficerent verba generalia, quæ tam odibiles non comprehendunt, ar. ff. de leg. 2. l. Lucius §. Lucius Titius Damain. & facit c. 1. de fil. presb. Demum qritur, b dominus b Comes Sabaudiæ. concessit in feudum quædam castra cuidam militi pro se & hæredibus. suis procreatis, & procreandis; sciebãt oẽs, q iste miles non habebat aliquem filium procreatum nisi quendam filium naturalem. nunquid succedat in feudo? & videtur q non, vt in ca. 1. §. naturales. si de feud. 39 fue. contro. Contrarium dici potest: quia † ea sententia augetur effectus, qui ex ignorantia deficeret. vt ff. de test. tu. l. si quis ita. nec enim est contra naturam feudi, qđ concedať filio naturali, quia de feudo quilibet potest inuestiri, etiam seruus & infamis si placet domino, vt in ca. s. §. personam. per quos fiat inuesti. & per quos recipiatur, colla. x. Item nos cogit ad hoc necessitas illius articuli, procreatis. vnde propter virtutem sermonis comprehenditur naturalis, ea quo de alio non potest intelligi. iste c est casus not. ff. ad Treb. l. hæredib. §. fin. Sed subiungitur c talis quæstio. pone quod aliquis habebat filium suum spurium, cui donare non poterat, donauit ecclesiæ, & sic ecclesia postea do- 40 nauit spurio: an valeat? Dicit Frãc. Accur. q non: quia † secunda donatio præsumitur remuneratio, quæ non potest fieri in personam spurij. ita determinat Fran. ff. mand. l. si vero non remu- d nerandi, §. Papinianus. d & ibi per Cy. in add. suis. Tu dic, q fuit designatio, aut donatio. Primo casu neutrum valet: quia apparet fraus, siue color quæsitus. Secundo casu, aut ecclesia est mota intuitu pietatis, & valet nam ecclesia omnium est mater legitima. Aut ob remunerationem eius, qđ fecit parens, & secundum Fran. Accur. & Cy. non valet. Sed Barto. c̃trium consuluit. prima vera, si causa remunerationis fuit expressa. secunda vera, si tacita, vt in regula iuris, expressa nocẽt, &c. In dubio. ergo iudicamus, q res ualet, & non pereat. nisi ex celeritate actuum fraus præsumeretur, vt l. si ventri, §. 1. ff. de priui. credi. vel ea immoderata liberalitate, vt ff. de his, quæ in frau. credi. l. omnes, §. e Lucius. Pone, e dicit decretum. quod spurio possint relinqui alimenta. quid ergo si relinquitur unum magnum podere ad alimenta? Respon. valet usque ad modum alimentorum, & non 41 vltra, vt ff. de exercit. l. Lucius quia † cã certis finibus circumscripta. eff. ctum producendum limitat & restringit, ff. de acq. possess. l. si quis animo. nec transit tale podere ad hæredes spurij, quia non ratione proprietatis, in qua non valet legatum, nec ratione alimentorum, quia cum vita finiuntur, ff. de transa. tio. l. cum hi, § si vni, & ff. de vsufru. l. dominus, §. fin. Quęro f f vtrum legitimatus ad feuda comprehendatur sub isto generali vocabulo legitimatis, ad feuda dignitatis? Respon. non quia 42 dignitas vult dignos vtero, non impetrato beneficio indefinite, nam talis impetratio non extenditur ad curata, nec ad dignitatem, quoniam in illis Princeps reddit se difficiliorem in conce- 43 dendo. † Sed pone, quod sit expresse legitimatus ad quamlibet dignitatem, nunquid intelligitur legitimatus ad Regiam dignitatem? Respond. non vnde non succederet in Regno, nisi no- g minatim hoc dictum sic ab Imperatore. Sed pone, g q est nominatim hoc dictum, & est cõsuetudo, q succedat primogeni- 44 tus. & quęro, nunquid iste intelligatur primogenitus. † Considera, q primogenitus dicitur dupliciter. vno modo primogenitus natu. Alio modo dicitř primogenitus, ita q primo cognitus a iure. Si igitur iste naturalis fuit primogenitus naturalis, postea alius natus est legitimus & naturalis. tertio naturalis fuit legitimatus, iste legitimatus non est primogenitus, & ideo legitimus nãlis eum excludit. Pręterea duæ abusiones non sunt tolerandæ in alterius præiudicium, nec in derogationem publici iuris, vt in cap. 1. de filijs presby. li. 6. Si autem legitimatio, quę est ortus legitimati, præcessisset natiuitatem legitimi & naturalis tunc quidam dicunt legitimatum præferri. quod verum puto

h in patrimonialibus, sed non in regalibus. Sed pone statutum h dicit, q filia dotata non succedat, quod intelligas in legitima quid in legitimata? Rñ. excluditur, quia non põt venire nisi vt legitima, ergo est exclusa per statutum, quamquã de proprietate vocabuli non comprehendatur legitimatus nomine filij, vt in c. 1. 45 §. naturales. si de feu. fue. controuer. colla. 10. † Quæro, vtrum le- i gitimatio i sit fictio vel veritas? & vř, q sit veritas: quia in naturæ substantia fundatur, quæ non mentitur. In contrarium vř, q sit fictio, quia retro fingere dici potest, q naturaliter loquendo est veritas formaliter; sed ciuiliter est fictio. Vel dic, q est in integrum restitutio: vnde iste æquiparatur filio postlimin. reuerso. ff. de iniusto test. l. si quis filio, §. pe. & hoc si legitimatur in vita parentum sed si illis mortuis, non fingitur retro, arg. infra de capti 46 & postli. reuer. l. 1. † Quæro, nunquid K in eo, quod relinquitur K spurio, habet locum regula Caton. glos. dicit q non, in l. fi. ff. de reg. Caton. sed non dicit verum: quia testamentum est factum ab inhabili, quod nunquam conualescit, vt l. 1. §. si filio, ff. de leg. 3. considera, quando; testm̃ ab initio non subsistit ratione causæ efficientis. i. testatoris. Quandoque ratione causæ formalis, vt quia filius est præteritus, vel non sunt testes in numero sufficienti. Quandoque ratione causæ materialis, & ratione rei legatæ. Quandoque ratione personæ eius, cui relinquitur. Quandoque ratione causæ finalis, vt quia ob illicitam causam futuram. quandoque ratione alterius accidentis, vt puta, quia in fraudem creditorum. Quãdoque mixta rõne causæ efficientis, & alterius accidẽtis, vt in vsurario manifesto. Primo casu non conualescit, si erat prohibitio perpetua, vnde si damnatus in metallum faciat testamentum, licet postea restituatur in integrum: non conualescit, vt in d. §. si filio. Sed si prohibitio erat suspensiua, vt tenendo opi. antiq̃, q excõicatus non possit testari quæ opi. posset esse vera, si vult testari sm p iuilegium iuris canonici, puta coram duobus testibus, quia ecclesia excõicatis non patrocinatur: ñ si est absolutus, postea testm̃ conualescit, quia innata erat ab ipso principio virtus conualescentiæ, arg. in l. fi. ff. si ex noxa. causa aga. & Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum, ut extra. de l consti. c. ea literis. Ex his apparet. l q si pater m principaliter spu- m rio legauit, cum prohibitio a patre procedat, & incipiat, q in eo reperitur delictum, licet per nãm correlatiuorum pœna ad filiũ per consequentiam se extẽdat, q̃uis filius postea legitimetur Cæsare ac patre simul concurrẽtibus. in actu. legitimandi, tñ testm̃ 47 non conualesc ?a † vbi deficit fundamentũ, deficit & fundatum, & idem esset in casu legis nostræ, si filia illegitime adoptata deinde iterato legitime adoptetur tñ in hoc casu esset minus dubium: quia ab initio deficit consensus, vt hic, in patre autem non deficit voluntas, quia non est ibi error: tamen est, quia volun- 8 tas est prohibita, nihil valet: & est pro non scriptum, q nun- n quam conualescit, vt infra de cad. tol. l. vnica, in §. 1. † Ex hoc n inferiur

ADDITIONES.

a Clausulam. Vide de ista clausula per Bald. in l. a. de fur. & Old. in cons. 248. Pau. de Cast. in l. benignius. ff. de leg. & incipit cons. Old. Factum tale est quidam Rex.

b Dominus. Vide no. per Doct. in l. quidam consulebat, ff. de re iudic.

c Sed subiungitur. Faciunt no. per Bar. & Doct. in l si is qui. ff. de vul & pup.

d Papinian. & ibi Bar. in reportatis antiquis.

e Pone. Vid. Bar. in l. fi. sup. de his, quib. vt indig.

And. Barb. Pone. dicit no. si relinquitur spurio magnum prædium ad alimenta, non valet, nisi quo ad pretium alimentorum, non ad plus. facit l. ex animo, ff. de do. inter vir. & vxo uide Bal. in l. id, quod. C. de sacrosan. eccl. & Bar. in auth. ex complexu. C. de incest. nup.

f Quęro. Cum Bal. transit Pet. de Anch. in consi. incip. utrum legitimatus, & facit ad ea, quæ habentur in c. 1. §. naturales. si de feu. fue. contro. & uide Salic. in l. etiam, inf. de ap. Host. in Sum. in ti. qui fi. sint legi. §. fin. & Doctor. in c. cum Vintonien. ecclesia. extra, de elec. & Bene. de Plum in disput. incip. causa Pisanorum etiam cũ Bal. hic transit Pet. de Anch. in d. consi. inci. utrum legitimatus, & qualia debent esse uerba in priuilegio legitimationis, uide Bald. in l. fi. inf. de bo. quæ lib.

g Sed pone. Vide Bar in l. quoties. sup. de rei uendi. Ang. in consi. incip. nobilis quidam genere. Ant. de But. in c. tanta. extra. qui filij sint legi alia scripsi post Bar. in d. l. quoties.

h Statutum. Vide sup.

i Legitimatio. Vide Bal. in l. si is, qui pro emptore. ff. de usu. & in l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de lib. & posth. cum sim.

K Quæro nunquid. Vide no. per Bal. in l. 2. inf. de his, qui ad lib. perue. non pos. & in l. fi. sup. unde leg. & in l. 2. sup de leg.

l And. Barb. Ex his apparet. No. q si in testamento legetur spurio, qui postea legitimatur, non reconualescit legatum, uel testamentum. uide Bal. ubi contra tenet in l. certum, sup. unde cogn. & Bar. l. 1. de reg. Cato.

m Si pater. Facit ad id quod dixit Bal. in l. si quis incesti. sup. de incest. nup. & in l. si alienum, §. in extraneis, ff. de hære. instit.

n Ex hoc. Vide Bal. in l. si quis institutus in, fi. ff. de hære. inst. & quod ibi dixi post Imo. & illius opinio plus placet, per l. in tempus, ff. de hære. inst. & Bal. in l. si quis incesti. supra de incest. nup. & contra Bald. uide Bart. in l. 1. ff. de reg. Cat. & Bal. in l. 4. de leg. sup. & contra Bal. hic facit etiam, q no. Bal. in l. his uerbis, §. interdum, ff. de hære. inst. & Imo. in l. si alienum, §. in extraneis, eo. ti. et Bal. in l. fi. sup. unde cog. et scripsi aliquid post Bal. in repet. l. in suis, ff. de lib. et posthum. Rap. in d. l. si quis institutus. et in l. si ita quis, §. fi. de leg. 2. reprehendit Bald. hic adde Ang. et Benedi. de Plum. in l. libertas testamento, ff. de manu. testa. per illum tex. in l. Gallus, § anti ituens, ff. de liber. & posthu. & in locis supra, allegatis, tex. in l. si quis posthumus, §. fi. ff. de liber et posthu. et eum etiam reprehendit Pau. de Cast. in l. 4. in j – leg.

ordine coniecturamus de fine. & facit ff. de lega. ij. l. vnum ex familia. §. Imperator Marcus. ibi dum dicit, quod verba fideicō missi aduertent, cum sermonem pro fideicommisso iussit accipiendum. Item alibi nos dicimus, quod si pater mittit filium ad studium, videtur omnia ei necessaria destinare, vt ff. famil. ercis. l. ex parte, §. filius. & no. ff. de iudi. l. si longius. §. fin. Item dicunt Doct. ꝙ aut aliquid debet sequi ex aliquo de necessitate, aut ex ordine. Primo casu concesso principali, conceditur accessoriū, vt ff. de act. & obli. l. obligationem fere, §. placet. Secundo casu aut est eadem ratio, concedendi: & idem, vt l. ij. & inspecto. ff. quemad. test. aperi. Aut est simplex voluntas disponentis, tunc in actu large interpretando. & idem, vt l. si quando, ℑ. de bo. vac. lib. x. secus in actu stricte interpretando, vt l. solet, ff. de off. Pro-
2 consul. Sed † si actus est *a* indifferens, bene veniunt ea, quæ sunt
c consecutiua concessi, vt ff. de procur. l. qui procuratorem dat. & breuiter quæ tendunt ad perfectionem mandati, tacite inclu-
3 duntur, vt in l. nostra. & casus istius l. est multum singularis. † Ex prædictis collige, cum vnum conceditur, videtur concedi quod sequit̄ ad illud. ꝯcordat ff. de ser. rust. prædi. l. si seruitutes, §. si do-
4 mo. † Modo quæro, nunquid pater cogatur emancipare filium? Glo. dicit ꝙ sic officio iudicis. dubium tamen erat, quia si pater debet emancipare, nullum commodum retinet, vt ff. de leg. i. l.
b cum filio. Ego dico *b* ꝙ imo, quia retinet fructus medij tempo-
5 ris. † Et no. ꝙ si pater dilapidetur etiam antequam emancipet: aufertur sibi administratio, vt ff. ad Treb. l. Imperator, & argu. in l. fi. inf. de sen. pas. Et iste est vnus de casibus, in quibus filius in potestate petita venia contra patrem experitur. Not. ꝙ vbi vnum prohibetur pp plura, utrobique plura prohibentur, ut hic, simile dicimus, ꝙ vnum prædicatum potest supponere pro diuersis conclusionibus, ut cum dicimus, ut hō, & Seneca currit. l. a. ff. de off. Procon. Et idem est vbicunque sunt duo pręcepta, vel ubi resultat duplex rō separata, ut ff. ad Treb. l. Lucius, §. Caio. Itē not. mentem, & causam uerborum inspiciendam. ff. comm. prędio.
6 l. si in vendicatione, in pt in. † Extra *c* quæritur, dicitur hic ꝙ emā-
c cipatus tenetur hęreditatem restituere: sed nunquid teneatur ei aliquid de proprio donare in pręmium emancipationis? videtur ꝙ sic ex generali consuetudine, ut sup. de coll. l. vt liberis, in fi. & at. ff. de adop. l. arrogato. ff. de inof. test. l. Papinianus, §. si qs impubes. & uidetur casus in l. fin. ℑ. de emanci. libe. & confirmatur hoc diuino exemplo: nam in Euangelio Lucæ scribitur, Pater da mihi portionem substantię, quæ me contingit. Contrarium est verum: quia de bonis patris nihil debetur filio viuo patre præter alimenta, vt inf. de bon. quæ li. l. cum oportet, §. cū antē. & s̄. de sacrosan. ecc. auth. si qua mulier. ſm Mar. vt refert Cy. ff. de adop. l. non pōt. in additionibus. Quæro, quid econtra in casu huius l. nunquid filius inuitus cogatur vt se emancipari patiatur? & videtur ꝙ sic: quia iudicium de functi agnouit, vt ff. de verb. ob. l. quidam cum filium. & quod ibi not. per Iaco. de Are. In contrarium facit in Auth. quib. mo. na. effi. sui. §. generaliter. quod est verius, ar. ff. de l. j. l. plane. la ij. in §. j. & no. i. de emanci.
7 lib. l. nec auus. † Quęro, nunquid hæc lex habeat locum hodie cum patri non acquiratur, nisi vsusfructus. Respond. sic, quia de illo vsufr. restituendo tacite videtur rogatus, scilicet post emancipationem, non ante. Sed contra hoc oppo. quia non percipit iudicio testatoris, sed legis prouidentia, vt d. §. sed an impuberi. Sol. ibi legis prouidentia importabat necessitatem. hic nō: q a poterat testōri pr̄i adimere vsumfructum, vt ℑ. de bo. quę
8 lib. auth. excipitur. † Pone ergo, *d* ꝙ pater assignauit filio legiti-
d mam plenam tempore assignationis: tamē postea lucratus est, nunquid filius poterit plus petere? Dicit Iaco. Bu. ꝙ non, si filius fecit plenam liberationem patri, etiam sine iuramento, quia nec pater condiceret ab eo, si diminutę essent facultates patris: nam ita not. ipse s̄. de col. l. pactum. quod est verum in emancipato. Alij dicunt, quod est verum si filius renunciauit cum iuramento: alias non tenet pactum, quia magis astringitur pater filio, q̄ filius patri. & ideo pater potest renunciare hęreditati filij, sed non filius hęreditati patris, quia quod pater non succedat filio, est præter naturam: *e* sed ꝙ filius nō succedat patri, est quodammodo contra. Vnde uersus.

Ordine turbato succedis Bulgar e nato.

ff. de inof. testa. l. nam & si parentibus.

ADDITIONES.

a A. R. Sed si actus est. Ita quæ tendunt ad perfectionem mandati, tacite includuntur. facit l. 3. ff. de iurisd. om. iud. & quod no. Bal. in l. non dubium, sup. de leg. idem dicas in teste, gl. est sing. in l. si arbiter, ff. de prob.

b Ego dico. Caue tibi propter l. in fideicommissi. §. cum Pollidius, ff. de vsu. in ea[illegible] no. per Iacob. de Bel. & Bal. & Bar. in l. cum filio, de le. i. secundum intellectum illius l. in fi. ubi expresse tenent, ꝙ in casu huius l. & similium, pater non possit retinere fructus. item cum hic non fuerit appositum tempus medium vsq; ad quod posset differre, merito non vr̄ ꝙ hic sit aliquod commodum medij temporis respū fructuum, vnde vr̄ ꝙ melior sit opi. ꝙ hic non cogatur emancipare, nisi fuerit aliquid relictum prout voluit. & Bar. hic dum se remittit ad no. per gl. in l. cogi. §. si pr̄. ff. ad Treb. per Bal. et facit l. epistolam, in §. fi. ad Tre. & quod ibi Bar. ibi loquitur, qñ testator instituit te hǣdem. secundo, quādo grauauit, ut mihi tuæ restitueres. tertio, qñ grauauit mātrem, ut tibi restitueret, nā intellige grauata in[illegible], ut tibi restituat post mortē suā, & sic interim lucratur fructus, quia ibi illud est propter fideicom. relictum matri, quod alias fuisset illusorium, sed hic filius non fuit grauatus restituere patri. Salv. hic etiam videtur incidisse in errorem Bal. quantum ad id, quod dicit Iac. de Are. & Bar. & alij in d. l. cum filio, nec contra Bart. facit quod ipsemet no. in l. epistolam, §. fin. per illum tex. quia ibi filius institutus fuerat pergrauatus restituere ascendenti: & sic apparet ꝙ testator voluit illi ascendenti in aliquo fauere, postea fuit grauatus ipse ascendens restituere descendenti. sed in casu l. cum filio. nunquam fuit hæres grauatus restituere ascendenti. posset etiam saluari opi. Bal. & Sal. hic limitando Iac. de Bel. & Bar. in d. l. cum filio. si a re mandaretur patri restituere, vt videatur voluisse lucrari fructus in recompensationē patriæ potestatis, tunc cogitur emancipare, per d. l. cum filio, &c.

c Extra. Vide Ang. in l. verum turpem, ff. de verb. obl.

d Pone ergo. Vide tex. & ibi Doct. in l. si quando, §. i. sup. de inof. testa. Ang. & Imo. in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verbo. obl. Bal. in l. fin. §. i. inf. de vsu. rei iudic. & quod not. ipse in l. pactum, in 6. oppo. de col. sup. & not. Bart. in l. i. §. si vel parens, ff. si quis a pa. fue. ma. & Pau. in l. a. in prin. & l. in ratione, ff. ad leg. Fal. & ibi tenet idem quod Bal. hic.

e And. Barb. Pone ergo. Tene menti, ꝙ si filius renunciauit hæreditati paternæ sua legitima recepta, & deinde substantia patris creuerit, non potest filius vltra petere. vide de hoc Mod. in l. pactum, sup. de col.

LEX XVI.

1 *Probatio pertinens admittitur, licet non vrgens.*
2 *Prælegata non veniunt in restitutione.*
3 *Ex donatione causa mortis contra curatorem datum iacenti hęreditati agi potest.*
4 *Conditio ex lege non habet locum nisi in dandis, vel tradendis.*
5 *Prælegata an veniant in restitutione.*
6 *Prælegata non veniunt in restitutione, si probatio deficiat.*
7 *Agens ex ordine, probare debet ordinem.*
8 *Prælegata an veniant in substitutum.*
9 *Testatoris diuisio vniuersalis venit in fideicommisso.*
10 *Dos data filia de restituendo rogata, non continetur in substitutione fideicommissaria.*
11 *Filia de dote restituenda, an expresse grauari possit.*
12 *Donatum inter viuos venit in substitutione fideicommissaria.*
13 *Donatum inter viuos nunquid præsumatur in peculium, an propter pietatem.*
14 *Mater quamuis dicat, do in peculium, tamen est vera donatio.*
15 *Amicitia patris acquisita, an ueniant in restitutionem fideicommissi.*
16 *Prælegata, an veniant in restitutione, quum facit hæres fisco.*
17 *Prælegata, an imputentur in Falcidia, vel Trebellianica.*
18 *Substitutus filii testatoris, & rogatus de restituendo, an legitimam teneatur restituere filio.*
19 *Voluntas interpretatur ex ordine scripturæ.*
20 *Mens, quæ verbis adhęret, est consideranda.*
21 *Feuda an ueniant in restitutione fideicommissi.*
22 *Agnati dicuntur prorsus extranei.*
23 *Feudum quod in recipientem non cadit, manet pęnes hęredem.*

Cum virum. In restitutione fideicommissi vniuersalis venit etiam restitutio fideicommissi particularis, seu pręlega totum. hoc dicit no. Vel coniungendo tex. cum gl. Grauatus per verbum, quicquid, vel vbi testator primo prælegat, secundo rogat, tenetur restituere etiam pręlegata. & ad probandū præsumptam voluntatem defuncti
1 potest insuper expresse probari. hoc dicit. † No. quod admittitur
a probatio pertinens, licet non vrgens. *a* ex hoc sequitur, ꝙ de iure p̄sumpto potest fieri positio, & debet ei responderi: & si positio parū facit ad factum, tamen pertinens iudicatur, vt ff. de fideicommiss. liber. l. ergo. dicit gl. ibi no. bonum verbum: & siue
2 per se, siue cū adiuncto. dicit Old. ff. de flu. le. quominus. † Oppo. & videtur ꝙ prælegata non veniant in restitutione, vt ff. de leg. a. l. sequens quæstio. Sol. ibi loquitur in donatione inter viuos, quæ morte confirmatur. de qua dic vt no. per Cy. s̄. fa. et. le. filiū,
b hic autem loquitur in pręlegatis. Sed nunquid donatio *b* causa mortis requirat aditionem hęreditatis? videtur ꝙ sic. tamen non est necesse ꝙ adeatur ex testamento, sed satis est ꝙ adeatur ab intestato, vt d. l. sequens quæstio. vbi videtur casus fin. secus autē in legatis, vt s̄. eo. leg. eam quam. dic ꝙ in donatione causa mortis non requiritur aditio aliqua ad essentiam eius confirmationis, vt not. ff. de inoffi. testa. le. etiam. sed ad agendum con-
3 tra hæredē sic. † Ex hoc *c* not. ꝙ contra curatorē datū hęredita-
c ti iacenti pōt agi ex donatione causa mor. vel ex stipulatione, vel ex cōdictione l. si quis argentū. vt singulariter not. ff. de leg.
4 a. cū pr̄. §. Mevio. † Quod dico de condictione ex lege, intelligas in dandis, vel tradēdis: secus in factis puris nudo pacto promissis. Et

ADDITIONES.

a And. Barb. Vrgens. No. ꝙ admittitur probatio pertinens, licet non vrgens. Et sic de præsumptione iuris potest fieri positio. vide l. ornamentorum, ff. de auro & argen. leg. & l. i. ff. si cer. pet.

b And. Barb. Sed nunquid donatio. An donatio requirat aditionem, vide Bar. in l. si mortis, inf. ad leg. Falc. & ibi plene dedi remissiones.

c Ex hoc. Vide Bar. hic, & in l. siue possideris, sup. de proba. & ibi Cyn. in fine.
Ex hoc. Vide Bar. in §. sed cum mulier. hic alleg. cum concor. per Imol. plene l. in ædibus, §. i. ff. de dona.
And. Barb. Ex hoc. Adde sing. glo. l. i. de iure do.

sis. Et est ratio: a quia non reperitur lege cantū q ex pacto nudo donationis surgar alia actio q̃ condictio ex lege, quæ non habet locum nisi in dandis, vel tradendis. In factis autem, vt in ędifica tione insulæ, & similibus, circa stipulationem debiti inter viuos, datur actio in factum, vt sup. de arbi. leg. ne in arbitris. de qua (vt dixi) non est lege cautum. Item facta consistunt in re futura, & antequam fiant, non sunt in rerum natura; nec in genere, nec in specie, vt not. in leg. j. sup. de ope. li. & ideo in eorum præstatione habent quandam tacitam conditionem, arg. ff. de condi. & demon. l. j. in fin. Glo. tamen dicit, q quando patientia vetut in nudo pacto donationis, oritur condictio ea lege. ff. de dolo. lege. si eum mihi. Sed Guilhel, de Cu. not. contrarium, ff. de pac. le. iurisgen. §. sed cum mihi nulla. opi. Guil. est vera, quia si donatio non continet causam iuris quærendi, non potest assimilari contractui nominato, sed innominato nudo. Sed vbi continet ius. i. dari, vel quasi, assimilatur cōtractui nominato: ideo facilius parit actionem, ff. depositi. l. j. §. si quis seruum. Alij dicunt, q ex pacto nudo donationis oritur actio ex testamēto, quod est verū quando fuit donatum absenti nemine recipiente pro eo. Et no. quod donatio inter viuos esset isto casu nulla, vt not. s. de sacrosan. eccle. l. illud.

5 b † Secundo b oppo. & videtur, q prælegata non veniūt in restitutione fideicōmissi, vt ff. ad Treb. l. Marcellus, §. quidā liberis. Sol. circa hunc artic. sic distinguitur. aut verba fuerūt pręcise vniuersalia, vt verbū. quicquid: & tūc veniunt in restitutionem. Aut non fuerunt sic vniuersalia, sed indefinita & pręgnantia: & tūc refert, aut testator primo rogat, postea prælegat: & nō veniunt in restitutionē, vt de lega. 3. l. si Titius ea parte. Aut primo prælegat, postea rogat: & tunc aut dicit hęreditatem, & veniunt in restitutione. Aut dicit hęreditariam portionem, & tūc quatenus capitur a cohęrede, nō debet restitui, vt d. §. quidam liberis.

6 c † Quid si c probatur per testes prælegatum & fideicommissum, tamen testes non recordantur de ordine? Dic q cū per ordinem augeatur effectus, incumbit probatio agenti: & iō non veniunt in restitutione, quia deficit probatio, vt ff. de proba. l. a. cū ti.

7 d † Ex hoc d sequitur talis conclusio, q agens ex ordine, debet probare ordinem, vbi ex ordine pendet quęstio voluntatis. Sed vbi ex ordine pendet quæstio solennitatis, pręsumitur ordo seruandus, vt ff. de verb. obli. leg. sciendum.

8 † Tertio op. & videtur q prælegata non veniunt in substitutum, vt ff. de leg. 3. l. Sextiliam. Sol. in vulgari substitutione non veniunt. vt ibi: sicut non veniunt in iure accrescendi, vt ff. de leg. j. l. & quidē totum. ff. de leg. 2. l. miles ad sororem, §. pro parte. q dic vt ibi not. sed in fideicommissaria substitutione habet locum distinctio superior.

e f Quarto opp. e de leg. j. leg. quid ergo. Solu. ibi prælegata absorbebant f maiorem partem hæreditatis, & hæreditatem diuidebant inter cohęredes.

9 10 Conclude, † q vniuersalis diuisio testatoris venit in fideicōmisso.

g † Quæro. nunquid in substitutione fideicommissaria contineatur dos g data filiæ de restituendo rogate? Respon. non, vt j. cōmu. de leg. auth. res quę. & ar. ff. fa. er. l. Pōponius Philadelphus. & ff. ad Treb. l. filiam. in pri. & leg. mulier, §. cum proponeretur.

11 h † Sed nunquid filia possit expresse grauari h de dote restituenda? Dic q sic, si pater reliquit tantum ei vltra dotem, quantum est dos; vel quatenus reliquit, & non in plus. & ita intellige leg. vlt. §. filię. de leg. 2. & ibi per Bart.

12 i K † Quæro, nunquid in substitutione fideicommissaria veniat illud qđ donatum est i inter viuos filio in potestate? Dic q sic, si donatum est ei in peculium. k secus si tanquam aduentitium. i. tanquam benemerito. Et hoc casu si non esset benemeritus quæritur, coniectura voluntatis inspecta. ita debet intelligi qđ not. in gl. in d. l. filium quem habētem, ff. fa. erc. & quod ibi per Cyn.

13 l m † Sed nunquid præsumatur donatum in peculium, an pp pietatem? Videtur distinguēdum: aut pater dixit cōcedo: & tunc in peculiū, vt no. ff. de dona. leg. ad eum. Aut dixit, l do vel dono, & merita non præcesserunt: & idē, vt ff. de pecu. l. fin. aut pręcesserunt m merita, & tunc est vera donatio inter viuos, & nō venit in restitutione fideicommissi, vt not. s. de coll. l. si donatione. & hoc in patre, qui habet filium in potestate.

14 n † Sed quid in matre? n Dic q licet mater dicat, do in peculium: tñ est vera donatio, tex. est singu. ff. de don. l. donationes in concubinā, §. species.

15 o † Quęro, o nunquid acquisita amicitia patris venient in restitutionē fideicommis. Dic aut testator primo substituit pupillariter, deinde p fideicommissum: & nō venit. Aut testator primo p fideicommissum, postea pupillariter: & tunc venit, cum & testator hoc disponere possit, & hoc si sponte adijt: sed si coactus, indistincte totum restituet, vt ff. ad Trebell. l. ita tamē, §. qui suspectam. & ibi p Bar.

16 p † Quęro, nunquid prælegata p veniant in restitutione, quam facit hæres fisco tanquā indignus? Dic vt ff. de his, qb. vt indi. l. eū q, §. pro parte. vbi text. est not.

17 † Quęritur hic p gl. de intellectu l. Titia, ff. ad leg. Falc. an prælegata imputētur in Falcidia, vel Trebellianica. ibi dicitur, q aut detrahit contra voluntatē testatoris: & tota hęreditaria portio computatur. aut secundum voluntatem, & tunc solum quarta hæreditarię partis. Idē dicit hic glo. Ratio ibi redditur: quia fauorabilius agitur cū eo, q detrahit quartā ea volūtate, quam contra voluntatem.

18 q † Quæro, an substitutus q filio testatoris, & rogatus de restituēdo, teneatur restituere legitimam & Trebellianicam filio? Et videtur q non, sed posset detrahere ea persona filij: & dic q imo tenetur, sicut cætera bona, vt ff. de vul. sub. l. cohæredi, §. cū filiæ, per Bar. & s. de inoffi. test. l. ea tribus. per Cyn. ergo in plus tenetur substitutus filij quam filius: nimirum, quia est extraneus, r & tenetur ea propria persona: & ideo non detrahit nisi solam Trebellianicam & hoc ex sua propria persona, non ex persona impuberis, vt ff ad leg. Fal. l. qui fundum, §. qui filium. ideo sūt dixi de substituto pupillariter ipsi filio: quia esset substitutus p fideicommissum, & esset rogatus de restituendo alteri, quæstio non procederet: quia non posset rogari de legitima, & Trebellianica filij, quæ ad eum non perueniret. Item quia fideicōmissarius de fideicommisso quartam nō detrahit, vt ff. ad Treb. l. j. §. ide Neratius. & l. mulier, §. vt Trebelliano. Deinde not. in hac quęstione,

19 q plerunq; voluntas magis intuenda est, q̃ verba. † Ex quo tacite colligit, quod voluntas interpretatur ex ordine scripturæ: & est voluntas tacita, non expressa. Item dicit hic But. q aut allegatur voluntas s defuncti ad detrahendum verbis. & nō tm̃ important, quantum verba significant. & hoc potest fieri, quia est quędam declaratiua interprætatio. Aut allegatur, ut addat ad significatū verborum; & tunc aut verba possunt proprie vel improprie adaptari tueri, & hoc potest fieri, vt ff. ad Treb. le. Scęuola. aut non, & tunc secus, vt ff. de vsufr. le. l. si alii. Butri. Fallit ubi lex extendit casum expressū ad casum omissum, vt §. de vulg. subst. l. iā hoc iure. Itē fallit in omnibus casibus, in quibus omissum habet p expresso. Vel dic aliter, Aut mens est s̃m verba, & tūc bene est, vt l. Gallus, §. qdā, ff. de libe. & posth. Aut p̃ter verba: & tunc distingue, vt s. dixi. aut omnino cōtra verba, & tunc si constat de mente, statur menti. si autem non constat de mente, tunc statur verbis, vt ff. de sup. leg. l. Labeo, §. idem Tubero. Et scias, q, quandoque verba impropriatur per cōmunē vsum loquendi, vt ff. de legat. 3. leg. liberorum, §. quod tamen Cassius. Quandoq; propter naturam dispositi, & maxime, vt sententia valeat, vt singulariter not. in l. peto, §. j. ff. fam. ercis.

20 † Conclude ex prædictis considerari mentē, quę verbis adhæret. Item not. considerari mētem, quæ factis adhęret, vt ff. ad Treb. leg. restituta. in verbo, passus. Aliquando tamen dicimus solam voluntatis coniecturam ad fideicommissum non sufficere, vt ff. ad Treb. l. Lucius, §. tres hæredes. in verbo, rogatum. & ibi not. Ia. de Are. & dic, vt no. in l. cum proponebat. de leg. 2.

21 t † Extra quæro, nunquid feuda t ueniant in restitutionem fideicommissi? Iacob. de Are. ff. ad Tre. l. si patroni. in verbo, manebit, sic ait. Nota. quod non cadit in recipientem, remanet penes dantem. Item argu. q feudum non cadit in restitutionem, Iac. de Are. Tu dic, quod aut est feudum familiare, quod quis recipit his verbis, pro se & familia sua, & non venit in restitutionem, nisi fideicommissarius sit de familia, vt ff. ad Treb. leg. quia peruenie. licet in iuribus sepul-

ADDITIONES.

a And. Barba. Et est ratio. Nota limitationem ad l. si quis argentum infra de dona. quod habet locum, quando in donatione non venit aliquid fieri, vide Bar. in l. iurisgentium, §. sed cum nulla, ff. de pact. licet D. Io. contra dicat in l. in ædibus. §. 1. ff. de dona. vbi vide aliam limitationem.

b Secundo. Vide Butr. hic.

c Quid si. Aliter loquitur Bar. in §. quidam liberis, ad si. hic alleg. de Bal. facit mentionem Rapha. & transit simpliciter cum Bal. in casu Bal.

d And. Barb. Ex hoc. Vide plene Bar. in l. Marcellus, §. quidam, ff. ad Treb.

e Quarto opp. Vide Bar. in §. quidam liberis, hic alleg.

f Absorbebant. Ita simpliciter intelligendo esse contra tex. in d. §. quidam liberis, supra all. vbi maximam partem patrimonij diuisit, & tamen prælegata non veniūt regulariter, vt portionem hæreditatis restituat. ideo intellige melius, vt ibi p Bar.

g Dos. Vide Bal. in auth. res quæ hic alleg. Bar. in l. Lucius, §. maritus, ff. ad Treb. & adde l. cum pater, §. cum pater fideicom. de leg. 2.

h Grauari. Vide Bar. in l. Lucius, §. maritus, ff. ad Treb.

i Donatum est. Vide Bar. in l. filium, hic all. ad fin. & Bal. ibi. & vide quod statim sequitur. & Raph. in l. Marcellus, §. quidam liberis, ff. ad Treb. refert quod Bald. in hac l. vult quod donatio causa mortis non veniat in fideic. ipse dicit se dixisse contrarium in l. post legatum, §. pe. ff. de his, quibus vt indig.

k Peculium. Scilicet profectitium, d. l. filium quem habentem, sup. famil. erci. secundum vnam lect.

l Aut dixit. Si dixit, dono, est donatio, secundum Bar. & omnes in l. si donatione, supra de col. Idem si dixit, do, secundum Salyc. hic.

m And. Barb. Aut præcesserunt. No. quod licet in dubio quando donat filio præsumatur in peculium concedere, vt est casus in l. fin. ff. de pecu. leg. fallit in matre, quia semper dicitur facta donatio, vt in d. §. species.

n Sed quid in matre. Bene facit quod no. Ang. in l. si donatione. de coll. sup.

o Quæro. Vide Bar. in l. Marcellus, §. quidam liberis, ff. ad Treb. contra.

p Nunquid prælegata. Et licet in d. §. pro parte. dicatur q non, tamen dicitur quod regulariter vbi propter delictum hæres hæreditate priuatur, videtur quod confiscentur etiam prælegata, l. si sequens, §. 5. ff. ad Syllan. & firmat Ludo. Rom. in l. recusare, §. meminisse, ff. ad Treb.

q An substitutus. Vide Bal. in l. ex tribus, hic alleg.

r Extraneus. Vide Ioan. de Imo. in c. Raynutius, in materia vulgaris substitutionis, in fi. de testa.

s Voluntas Bald. in l. etiam, de iure do. supra, & in l. iurisgentium, §. pactorum, ff. de pact. & aliquid per Bar. in l. si alij, hic alleg. & pulchre per Iacob. Butr. in l. non dubium, supra de leg. & per eum, & Cyn. hic.

t Feuda. Vide Bar. in l. si patroni, hic alle. in prin.

sepulchrorum aliter ibi notetur, scilicet quod nullo modo veniunt in restitutionem fideicommissi, nec etiam ius patronatus, *a* quia non concernunt corpus hæreditatis. Et intelligo similiter, etiã si cõtineretur in feudo pro se, & suo hærede masculo, nam ex hac adiectione, masculo feudi natura significatur, ut in ca. 1. & §. si clientulus. de feu. alie. Aut est feudum hæreditarium, quia quis accipit pro se, & suis hæredib. quibuscunq; *b* nam per hãc adiectionem, quibuscunque feudum extensiuũ ad oẽm hæredem significatur, & tunc uenit in restitutione fideicõmissi, sicut cætera bona, ar. in ca. j. de feu. non ha. propriam feu. naturam. nam fideicõmissarius vñs est præcarius hæres, vt ff. de mi. test. l. quærebatur, quanquã forte posset dici, quod illa adiectio. quibuscunque refertur ad habiles, nõ ad prorsus extraneos. † Et no. *c* quod prorsus extranei dicuntur etiam agnati, dummodo feudum habeat originem ex diuerso stipite, & non ex uno fonte, ut in cap. 1. §. cum vero Cõradus. ver. & si cõiter, qui feud. dare põ. & in d. ca. duo fratres, de duob. fratri. accip. inuestit. † Cõcludo, quod feudum, quod non cadit in recipientẽ manet penes hæredem. Sed si cadit in recipientẽ, venit in restõnem fideicommissi. Et idem dico in emphyteusi *d* ecclesiæ, quia uenit in restitutionem fideicommissi de liberis ad liberos, nõ de liberis ad extraneos, per ea, quæ singulariter no. glo. in l. et, ff. sol. mat. Emphyteusis vero laicorum etiã Principis; uenit in fideicõmisso, quia per ultimam uoluntatem alienata non incidit in cõmissum, vt ff. de le. j. si domus. §. fi. quæ lex sic inducendo eam, valde notanda est ad hoc, quod dic ut no. in Spec. de loc. §. nunc aliqua. ver. 11 a.

ADDITIONES.

a Ius patronatus. Vide Bar. in l. quia perinde, hic alleg.
b Quibuscunque. Vide Bal. in l. 1. 33. q. ff. de rerum diuisione.
c Phil. Dec. No. Extraneorum vt cognitionem habeas, uide Barto. in l. 1. §. extraneũ, ubi per gl. & Doc. C. de rei uxo. act. Insti. de hær. qua. & diff. & Io. de Imo. in l. cum dotem, ff. sol. matr. quotupliciter autem ratione quis extraneus dicatur. uide hunc in l. si emancipati. C. de collat. At quæ personæ extraneæ dicantur, habes per Speci. de aduo. §. 1. uer. sed si extraneo.
d Emphyteusi. Vide Bar. in l. si patroni, ia prin. ff. ad Treb.

L E X XVII.

1 *Bannum dicitur inefficax, cum, si ageretur ex eo, obstaret exceptio.*
2 *Verbum de futuro non disponit de presenti.*
3 *Liberatio quare per legatum liberationis non queritur.*
4 *Legans rei uendicationem, quã habet contra possessorem, rem ipsam uidetur legare.*
5 *Voluntas que dicatur solemnis.*

Si creditoris. Dispositio liberationis de futuro, inducit exceptionem de præsenti. h. d. No. quod quandoque inducit exceptio suspensionem, vt ff. si cert. pe. l. pecuniã quandoque nec exceptionem, nec suspensionem, vt quãdo nõ ordinatur ad hoc, vt l. pure, in princ. ff. de excep. doli, & not. in l. 2. in princ. ff. de in diem adiec. † Et facit ad q. dicit statutum *a* quod banniti debeantur rebanniri per quosdam sapientes: nũquid antequam bannum sit cancellatum, possunt offendi? Dicendũ est, quod nõ, quia bannũ est inefficax, cum si ageretur ex eo, obstaret exceptio, vt hic. Sed quid si est apposita aliqua conditio. Rñ. aut est conditio potestatiua, & non potest offendi: quia ille, qui offendit, impedit conditionem, ideo habetur pro impleta, ut ff. de cond. & demon. l. iure ciuili. aut est causalis, vel mixta, & interim potest offendi, vt in d. l. pure, in prin. † Oppo. quod verbum de futuro, non disponit de præsenti, vt nota. in l. si ita. ff. de auro & argen. leg. Sed aut est futurum de necessitate, & disponit de præsenti, vt hic, aut non de necessitate, & tunc secus, ut ibi. & hoc si verba emanant dispositiue, sed si enunciatiue, vel narratiue: aut in cõtractibus, & non disponunt, vt ff. fa. erci. l. qui familiæ. Aut in ultima uoluntate, & tunc subdistingue, vt no. in l. unum ex familia, §. fin. cũ l. seq. ff de leg. 2. & ff. de usuf leg. l. generali & dixi sup. de test. mil. l. ex verbis. † Quæro, quare *b* per legatum liberationis non quæritur liberatio ipso iure, nam cum liberatio sit in potestate creditoris, & qui habet actionem: rem habere vĩ, & quando quis legat rem propriam dominium transit ipso iure, ergo per legatum liberationis confunditur actio ipso iure quia debitor in hoc succedit creditori, vt sup e. l. cum fm? Rñ. rõ est, quia oblo vnius volũtatis tolli non põt, vt ff. de neg. gest. l. Pomponius scribit. † Quæro possidenti rem meam lego liberationem, a rei vendicatione. qua mihi tenetur. vtrum ipso iure liberetur? & dic quod sic, quia uideor ei legare dñium, quod trãsit in eum ipso iure, ar. eorum, quæ no. ff de eden. l. j. in princi. in magna gl. nam rei vend. cum dominio est cõiuncta, ut no. inf. de pig. l. vsucapio. † Ex hoc sequitur, quod si testator legat cuidam tertio rei vendicationem, quam habet contra possessorem, quod videtur legare rem ipsam, & sic dominium transit. secus, si per viam contractus cederet rei vendicationem, quia per contractum non potest transire dominium, nisi res tradatur, vt not. in li. fi. s. de hær. vel actio. vend. Et adde quod dicam inf. l. proxi. & uide quod no. ĩ. de excep. l. j. Quæro, quæ volontas dicatur solẽnis? Respondet gl. ubi inueniuntur necessaria, & cessant contrario, quod not.

ADDITIONES.

a Statutum. Vide no. per Bar. in l. Imperat. §. Lucius. in fin. ff. de pact. cum concor. & Bal. & Imo. in l. huiusmodi, §. si ita, de leg. 1. & in l. Labeo. §. 1. ff. de pac. & ibi Pa. de Cast. vbi dicit, quod si quis venit cancellandus de banno, non potest impune offendi, & si offendatur, punitur offendens, si ei potest imputari culpa, & negligentia iuxta no. per Bar in l. fi. ff. de adult. & uide Iac. Bu. & Bald in l. de ætate, §. ex causa, ff. de interro. actio. & Pau. de Cast. in l. si duo, ff. de acqu. hær. Quæro, quare. Vid. Bal. in l. 1. sup. de ac. & obl. cum concor. ibi positis. si autem simpliciter legetur liberatio, vide Bal. in l. proxim. & Bar. in l. non solum, §. fi. & in l. Aurelius. §. Mæuia, ff. de libe. leg. & Bal. hic, & in l. 1. commania de leg. in l. 1. inf. de fal. causa adiec. leg.
b And. Bar. Quæro quare. Vide eundem in c. 1. §. donare. qualiter olim feu. po. alie. vbi idem tenet, contra in l. 1. de re. diu. & in c. 1. de prohib. alie. feud. uide quæ dixi in rub. de feu. Lud. Rom. in l. ad tempus, §. 1. ff. de vsuc. & in l. item. solu. matr. dixi in l. cum acutissimi. inf. eo.

L E X XVIII.

1 *Liberatio non videtur legata ei, qui tenetur rei vendicatione per verbum indefinitum.*
2 *Dolus præteritus quamuis in vltima voluntate non videatur remissus, secus est tamen in contractibus.*
3 *Liberationis legatum relinquitur tribus modis.*

Cum necessitatem. Tutor liberandus nõ tenetur reddere rõnẽ. hoc dicit. Fallit, quando reperitur in dolo, vel in furto, ut quia retinet aliqua, vt ff. de lib. leg. l. si quis rationes. † Ex hoc not. quod ei, qui tenetur rei uendicatione, vel furti actione, non uidetur legata liberatio per uerbum vniuersale, vel indefinitum. † Et ideo si testator legat liberationem *a* omnibus debitoribus suis, nõ intelligitur legata liberatio eis, qui possidẽt res testatoris, text. est & gl. fin. *b* ff. de libe. leg. l. Aurelius, §. Mæuia testator. Adde, quod licet in vltima voluntate non uideatur remitti dolus præteritus, tamen secus est in cõtractib. est. gl. fin. de transa. l. age. dolus autem futurus nec in contractu, nec in statuto remitti videtur, de leg. j. l. si seruus ventus. † Et not. quod legatum liberationis relinquitur tribus modis. Primo de præteritis, vt hic. Secundo de futuris, ut ff. de admi. tu. l. quidã decedens. Tertio de præteritis, & futuris, vbi distingue tempora, ar. ff de neg. gest. l. cum actum. & l. at qui natura, §. Scæuola ubi no. quod connexorum idem est iudiciũ, & adhærent quantum ad necessitatem administrandi, sed in rõne reddẽda separantur eo. ut. l. nã & Seruius, §. si uiuo. cũ simil.

ADDITIONES.

a Legat liberationem. Facit an qui conuenitur reali, dicatur debitor, vide in l. 1. ff. si cer. pet. & Bal. in l. si. sup. de compen. & in l. pen. sup. quod cum eo & in l. pactum. in 12. q. sup. de col. & quod no. Bar. in l. non solum, §. 1. ff. de libe. leg. & dicit Bal. in l. fi. de bon. auth. iud. post quod in rei ven. non est dare debitorem, & creditorem, & adde no. in l. sub prætextu, la 2. § error. sup. de transf. & Bal. in l. 1. sup. de re. cre. ubi tractat de eo qui conuenitur pet. hære. & quod uo. Bal. in l. fi. §. donec sup. de iure delib.
b Gl. fin. Vide Bar. in l. ab Aurelio, & ff. de lib. leg.

L E X XIX.

1 *Quod pendet ex futuro, si vltima præualent, ex ultimis sumit effectum.*
2 *Verba derogatoria actus sequentis ualentiam impediunt.*
3 *Protestatio clandestina an ualeat.*

Clari. † Quod pendet ex futuro, ex ultimis sumit effectum hoc dicit. Regula vera est in omnibus, in quibus. vltima præualent, ut ff. de adi. leg. l. Mela. §. 1. & ff. locati. leg. cum in plures, §. lege dicta & s. de pact. leg. pacta nouissima. Et idem in statutis, *a* quia quæ vltimo statuta sunt ab eo qui legem mutare potest, debent seruari, vt ff. de legib. sed & posteriores, nec possunt statuentes disponere contra potestatem eis de publico datam, sed superior ipsorum bene posset hoc statuere: & ideo si iurauerint *b* statuta nõ mutare, quia superior eorũ. i. Deus, & Imperator prohibebit deierare, non ualet statutum in contrarium factum, nec mirum, quia cũ statuere sit publicæ authoritatis, & dignitatis, eo ipso, quod quis est periurus, & infamis. perdit hanc potestatẽ, ut l. iudices, j. de digni. lib. 12. quod inteligendum est nisi iusta causa superueniat, quia semper in iuramẽto uidetur inesse clausula, *c* rebus sic se habentibus. arg. eorum, quę no. in l. quod Seruius. ff. de condi. ob causam, etiã uerba statuti dicerẽt, quod statutũ sit præcisum, quod idem est dicere, quod immobile: nã quę de nouo emergũt, nouo auxilio indigent, ut l. 1. in prin. ff. de ventre inspi. & ff. de inter. act. l. de ætate, §. ex causa. cum simi. † No. quod verba derogatoria impediunt ualẽnã sequẽtis actus, tam in ultima voluntate vt hic, quam in contractib. ut no. s. de pac. leg. pacta nouissima. Dicas idem in protestationibus dispositiuis, secus in enun-

ADDITIONES.

a And. Barb. Et idem in statutis Si statuentes iurauerunt non mutare statuta, non valet statutum contrarium, nisi ex iusta causa, uide quod no. Bald. in rub. sup. qui admit. & tex. in l. si hominem, ff. man.
c Iurauerint. Vide Bar. in l. omnes populi, in 4. q. princ. & quæ ibi dixi, ff. de iust. & iure.
d Clausula. Vt notat gl. in c. quemadmodum extra, de iureiur. quid importent hæc verba, quod statutum sit præcisum, uide Bald. in l. 2. infra de exec. rei iudi. & in l. omnes, populi de iust. & iure.

in ennunciatiuis, vt si quis dicat, sciant omnes, quod non intelligo facere aliud testamẽtum: nam si postea facit, valet, vt l. 1. ff. de leg. 3. Secus si dicat a si fecero nolo valere: quia tunc vtitur verbis dispositiuis; ff. loca. leg. cum in plures, §. locator horrei. † Sed an valeat protestatio b clandestina, refert, aut poterat palam protestari, & non valet: aut non poterat palam loqui propter metum potentis, & tũc aut contraxit alias secundum bonos mores, & non valeat protestatio: aut contra bonos mores, puta modico, accepto. s. de pac. leg. cum postea. & tunc statur protestationi, vt ff. de acqui. hær. le. qui in aliena, §. celsus s̃m Dyn. sed in casu huius l. agitur de indẽnitate protestationis, nõ alterius præiudicio. Et adde, quod in præiudicialibus verba derogatiua non ualent, vt no. in c. gratiose, de rescri. in clemen.

ADDITIONES.

a Secus si dicat. Vide plene in l. si quis in prin. testamenti, ff. de leg. 3. And. Barb. Secus si dicat. An valeat protestatio clandestina. vide Bart. & alios in l. qui in aliena, §. fi. ff. de acqui. hære. & Bar. in l. pupillo, §. si quis ipsi pratori. ff. de no. ope. nuncia.

b Protestatio. Vide plene per Doct. in l qui aliena. §. Celsus, hic alleg. & ibi per Pau. de Cast. in fi.

LEX XX.

1 *Qualitas nomen significat.*
2 *Tutor sicut pupillum repræsentat, sic magistratus vniuersitatem.*
3 *Tutor & executor vsuras sine speciali mandato restituere possunt.*
4 *Prædia ex pecunia ecclesiæ empta efficiuntur ecclesiæ.*
5 *Prælatus pecuniam ecclesiæ mutuare potest.*
6 *Prælatus, vel monachus, si emit, acquirit ecclesiæ.*

Etiam. Ratione qualitatis & officij, vnus homo fingitur alius homo, vt ff. de his, quib. vt indi. leg. tutor. di cit Grãmaticus, quod nomen significat substantiam, & qualitatem † Dicit Iurista, quod qualitas significat nomẽ, id est subiectum principale, vt hic. Vel sic, Repræsentãs alium ratione officij, cõtinet suum repræsentatum in honore & onere. concordat ff. de leg. 3. l. peto, §. mater. & ff. de reli. l. ossa, in fi. & loquitur hæc lex in his, quæ fiunt ad ipsum, sed non ab ipso, tamen dic generaliter, quod huius legis ratio est, quia quæ non pñt cadere per prius in personam administratoris nomine proprio, cadunt in ipso nomine appellatiuo, vt ff. de his, qui. ut ind. l. Polla. Ea vero, quæ cadere possunt in ipso nomine proprio tantum, ad ipsius personã referuntur, ff. man. l. seruũ Titij. & ff. de procu. le. procurator, qui pro euictione, in ver. fidem suam nã: illa lex intelligitur, qñ procurator in instrumento personam suam nominauit, sed nõ officium suũ; uel nominauit officiũ, & nihilominus adiunxit, se obligationi, alias non teneretur, quia qui secũ contraxit, magis domino, quam gestori credidit. In cõtractibus duo sunt, propter quæ tenetur tutor. s. quando egrediendo officium suum contraxit. Item. quando in se obligationem suscepit, ff. de adm. tu. l. cum post, §. 1. & eo ipso, quod verba dicunt talis procurator: vt dicere. i. tãquam procurator in negotio, quod non potest in nomine proprio peragere, ff. de procu. leg. quacunque ratione. Et vtrum scias, a quod qñ est officium voluntarium, in dubio tenetur procurator. Si vero est officiũ necessarium, & actus necessarius secus. Si autem officium voluntarium, & actus necessarius, & idem, si autem actus est volũtarius, & officium necessarium, & sic se habẽt, vt excedẽtia, & excessa, & tunc tenetur administrator, nisi contrarium protestetur, vt ff. de neg. gest. le. si pupilli. §. j. Ex his apparet quid iuris, quando est actus permissus, vel prohibitus a iure, & dic, ut ibi not. & s. quod cum eo, leg. eum qui, & ff. qñ ex fac. tu. vel cur. l. post mortem, & ff. si quis omis. cau. test. l. si dolo. ubi est gl. fin. Ex his apparet, b quod refert quale nomẽ apponatur in instrumentis, vt ff. de procur. l. quacunque ratione in gl. ergo, † Extra no. quod sicut tutor repræsentat pupillũ, sic Magistratus uniuersitatẽ, ut elegãter no. in l. 1. s. de contra. iud. tut. unde sicut inter duos tutores est media persona. s. pupillus: ita inter duos Magistratus, uniuersitas, supra, de transact. l. præses. † Quæro, nunquid c tutor, & executor possunt remittere, vel restituere vsuras, & male ablata defuncti sine speciali mãdato? Glo. dicit, quod sic, quia de necessitate facit s. de transact. leg. præses, ubi est sing. gl. & bona. † Quæro, si prælatus mutuat pecuniã ecclesiæ fratri suo, ex qua emit prædia, vtrum prædia sint ecclesiæ? Rñ. nõ, quia pecunia non est ecclesiæ, nec dẽtur ecclesiæ idẽ corpus pecuniæ, sed tantundem in gñe, vt l. 2. ff. si cer. pet. Secus d si esset d nõ mutuata, sed ꝓpria pecunia ecclesiæ empta, vt s. de rei uend. l. si ut ꝓponis, & est in ecclesia speciale: in aliis secus, vt l. cui fundus, §. 1. ff. si cer. pet. † Sed nunquid prælatus e põt pecuniam ecclesiæ mutuare? Respon. sic: quia pecunia potest alienari sine decreto, vt no. l. j. §. fuit q̃situm, ff. ad Trebe. Sed nunquid in dubio præsumatur mutuum? Respondeo sic. quia expedit ecclesiæ, quod transeat dominium propter periculum casus fortuiti, ut not. ff. si cer. pe. leg. eum quid. † Sed quid, f si est actum inter eum, qui emit de pecunia ecclesiæ, & uenditorẽ, quod nec directum, nec utile dominium acquirat ecclesiæ, sed solummodo ipsi emptori, & suis hæredibus; Respondeo, non uidetur ualere hoc pactum appositum in fraudem canonum. In cõtrarium videtur per l. obligationum substantia, ff. de act. & oblig. Solu. si g prælatus, vel monachus emit, acquirit ecclesiæ ipsis g inuitis, vt s. p quas perso. no. acquir. l. fin. & l. vlti. ff. de stipu. ser. secus si per liberam personam, vel prælatũ, vel monachum alterius monasterij, cum ipse nõ sit persona ecclesiæ, vt in l. 1. in fin. ff. de stip. ser. nec põt ecclesia ratum habere id, quod suo noĩe non est gestum, vt l. si seruus, ff. de preca. nec dico, quod cõmittatur fraus, sed h dico, quod est modus in reb. vt no. Insti. per quas perso. in princ. h & forte isti, qui recipiunt pecuniam ecclesiæ, faciunt furtum pecuniæ, & emptore & venditore scientib. non tenet contractus, vt ff. de contrahen. emptio. l. si in emptione, §. item si emptor. Consilio tamen meo ab istis cautelis, per quas anima damnatur, abstinendũ est, & Principi supplicandum. Vel dic, ut no. Inno. & Host. extra, de test. c. cũ in officijs. Et facit ad prædicta, ff. de ver. sig. l. propemodum in fin. Quod dixi de furto, falsum est: quia non contractant inuito domino. Nam prælati consensus sufficit eis ad euitandum, ne fiat furtum.

ADDITIONES.

a A. B. Vtrum scias. Vide gl. & Bar. in l. procurator qui pro euictione, ff. de proc.

b A. B. Ex his apparet. Vide plene Bar. & Bal. in l. 1. §. si procurat. ff. si quis ius di. non obtemper. Bar. & Ang. in l. 4. in princ. ff. de rei vendit.

c A. B. Quæro, nunquid. An tutor poterit remittere male ablatã, vide Bal. in d. l. præses, & quod no. in l. fi. §. si quis professus, ff. de publicanis.

d A. B. Secus si esset. vide plene Bal. in l. si, vt proponis, sup. de rei uend. & Bar. in l. 4. §. vnde quæri. ff. de manu.

e Sed nunquid prælatus. Vide quod habetur in c. nulla. & ibi per Doc. extra, de reb. eccl. non alie. Item tex. in l. iubemus, cum auth. ibi posita sup. de sacros. eccl. loquitur de re immobili, uel de mobili sacra, seu ad cultum si nuñ deputat, l. sancimus, la 1. eod. tit.
A. B. Sed nunquid prælatus. No. quod pecunia potest alienari sine decreto. limita, nisi esset deposita apud campsorem, vt ex illa ematur prædium, quia non potest tex. est no. in l. 3. §. quid ergo, ff. de contra. iud. tu.

f Sed quid Bal. tamen in c. 1. §. cum vero, qui feu. da. pos. sentit contrarium.

g Phi. Dec. Ipsis. An prælatus præsumatur ecclesiæ nomine emisse, uide Inn. in cap. cum in officiis, iuncta gl. mag. ii. col. uer. item cum quid, de testa. & quid si de pecunia ecclesiæ suo proprio nomine emerit, cui tunc acquirit, vide per hunc in l. 1. C. si quis alteri, vel sibi, & l. si vt proponis, de rei ven. 2. col. q. 4. & l. cum ipse. de contra. emp. 2. col. ver. quæro. l. e 2 nostra, & per eundem Inno. in d. cap. cum in officiis, in gl. super ver. remanere.

h In prin. Alias in rub. vel forte uoluit allegare gl. ibi in prin. in ver. vsufruct.

LEX XXI.

1 *Dies fideicommissi quando cedat.*
2 *Fideicommissum vniuersale hæreditate non adita intercidit.*
3 *Fideicõmissum uniuersale conditionale an transmittatur interim de liberis ad liberos.*
4 *Nepos an ueniat ex successorio edicto.*
5 *Filius renunciando, nepoti præiudicare non potest.*

Si in personam. Cedente die fideicommissi uniuersalis in persona patris transmittitur fideicommissum ad eius filium, licet non conceptum, nec natum tpe mortis testator. h. d. † Quæro, quando cedat dies, fideicommissi. Gl. in l. cũ filio, ff. de leg. 1. dicit, quod non cedit, vt plene transmittatur, nisi facta restitutione: sed bene cedit, quo ad ius deliberandi. tu dic ut dixi in l. 3. sup. eo. Quæro, si fideicommissarius a vniuersalis decedit ante aditam hæreditatẽ ab hærede, nunquid transmittat ius compellendi institutum adire, vel actionem ex testamento? & dubium facit, quia † fideicommissum vniuersale non adita hæreditate intercidit, vt ff. ad Treb. l. 1. patroni, §. qui fideicõmissariam, & no. in l. quidam, eo. tit. tu. dic transmitti, si purum est, vel in diem certũ, sicut transmittitur fideicommissum particulare. † Quæro, vtrum fideicommissum b vniuersale conditionale trãsmittatur interim de liberis ad liberos? Glo. in l. is cui. ff. de act. & obl. dicit quod sic: quia hæreditas est liberis debita. Sed contrariũ est verum, vt plene no. in l. 1. de his qui ante aper. tab. Sed quæ est ratio, c quod hæreditas adeunda non transmittitur, & secus est in fideicommisso uniuersali restituendo? Respondeo, quod suo aĩo quis efficitur hæres, vt not. ff. de acqui. hær. l. Paulus. Item ius adeundi est quædam facultas, sed fideicõmissum uniuersale in actu consistit, & ideo est transmissibile, ut ff. ad Treb. l. apud Iulianum, §. vtrum & no. in l. fi. sup. de cura. furio. Extra opp. dicitur hic, quod succedunt etiã filii d non cõcepti tempore mortis patrui. sed istud videtur falsum, vt no. s. de inoffi. test. l. si quis filium, in prin. Sol. illa glo. est falsa. vt ibi no. per Doc. Non obstat ff. de suis & legi. l. item prætor. quia ex sua psona ab intestato non succedit ille, qui non erat conceptus tempore mortis ascendentis, vel transuersalis, quia edictũ successorium

ADDITIONES.

a Si fideicom. Vide per Bal. & Doct. in l. cum filio, ff. de leg. 1. & quod statim sequit.

b Vtrum fideicommissum. Vide glo. in l. 1. infra de his, qui ante aper. tab.

c Sed quæ est ratio. Vide Bar. in l. 3. supra, eo.

d Etiam filii. Vtrum nepos & alii concepti post mortem aui admittantur ad substitutionem. Vide Bar. in l. fi. infra de his, qui ante aper. tab. & ibi etiam per Dyn. & Bal. cum concor. Bar. in l. si quis filio, in prin, ff. de inu. rupto. & irri. te. & uide q̃ sequuntur.

cessotium ei nón compet:sed ui transmissionis, ut quando fit
a traosmissio, bene succedit, vt hic. Et no. a quod l. item prętor. lo
quit in successorio edicto legis. sed quid dicemus in successorio
edicto cõuentionis? vt verbi gratia. Ego recepi feudum pro me,
& liberis meis qood intelligitur sm ordinẽ gradus, & me mor-
4 tuo filius meus repudiat feudum. † Quæro, vtrum ea succes.
edi. veniat nepos, an reuertatur ad daminũ? & videtur, φ reuer
tatur ad dominum, vt in c. 1. §. tu ius. qui. mo. feu. ami. & in l. si.
ff. de successe edi. Die cõtra, quod filius renuociando nõ potest
præiudicare nepoti, cum sit proximior agnatus, arg. eorum, que
no. in ca. 1. §. si vasallus culpã. si de feu. fue. ꝓtrouer. & ff. de inoff.
test. l. si is quis. nam istud feudum, licet refutatũ, remanet pater-
num, vt in cap. qoidam vasallus. de vasal. decre. çia. Nooob. l. l.
vlt. ff. de succes. edi. quia illa lea hodie est correcta etiam in suo
casu: nam inter cognatos hodie habet locum successorium edi-
ctum de grado in gradũ, & excluduur fiscus, ut Institu. de legi.
5 agna. suc. §. placebat. † Modo b sequitur uidere; Titius acce-
b pit feudum, filius & nepos repudiãt: vtrum pronepos, q fuit con
ceptus dudum post mortem Titij, succedat in feudo? & videtur
φ non, vt d. l. item prætor. & l. si quis exhæredaro. in princ. de te-
sta. Præterea hoc videtur probari tali ratione, quia ad illos de-
c scendentes, c qui non sunt hæredes, non transit feudum, vt in c.
1. §. ubi vero. an agnatus vel filius defuncti. Sed iste pronepos, non
est hæres: ergo nõ uenit ex sua persona ad successionem: nec ad
successionem feudi ea persona repudiantium, vt s. vnde liberi.
l. qui se patris: ergo feudum est apertum alijs agnatis, vel domi-
no. Contrarium est verum: quia ex natura feudi ueniunt descẽ-
dentes in infinitum, cui natura, cooperatur dactũ & antiqua in-
uestitura, ut notatur in c. 1. §. hoc autem qui feu. da. pos. & idem
dicto in emphyteusi ecclesiastica, quando emphyteuta recipit
pro se & descendentibus, suis nam extenditur ad suos descen-
dentes in infinitum, vt in Authẽ. de non alien. §. emphyteusim.
coll. 7. & vide quod notatur inf. ad Officia. in fi. per Accur.

ADDITIONES.

a Et no. Bal. in l. qui se patris. sup. vnde lib. ponit etiam ibi unum uerbum et uide qđ sequitur.
b Modo. Vide Bal. in l. qui se patris in duabus lecturis sup. unde lib. et Bar. in l. item prætor. hic alle. et And. de Isern. in c. 1. §. hoc quoque. de succes. feud.
c Descendentes. Sequitur Pau. de Cast. in l. etiam, ff. solu. mat. quicquid dicat Bal. in auth. defuncto, in prin. inf. ad Treb.

LEX XXII.

1 *Nutus qualiter probari potest.*
2 *Nutu hæres institui non potest.*
3 *Falcidia non detrahitur de relictis ad pios usus.*
4 *Fideicommissum reputatur ab intestato relictum per deficientem solennitatem institutionis.*
5 *Testator iubens bona sua distribui, ꝓprietatẽ pauperibus legare uidetur.*
6 *Testator electionẽ exequutoris testamenti sui, an alicui cõmittere possit.*
7 *Solennitas quid sit.*

Et in epistola. Nota hic quod codicillus potest fie-
ri nutu, vtrum autem actio ea testa-
mento competat pro his, quæ relinquũtur nutu, dic vt oot. J. ti.
1 c. in l. s. in 1. glo. † Qualiter autem probetur a nutus, no. glo. ff. de
a pac. l. item quia. & l. lecuo nutu, §. si pupillo. ff. ad Trebe. verbi
gratia: interrogabit mutus, an sibi placet, φ uxor sua post mor-
tẽ suam habeat cameram suam, & quod si sibi placet, attingat
manum vxoris, uali propter percussionem palmarum probat
tacitus consensus, vt not. in l. 4. ff. de pactis. & no. Inst. de verbor.
2 obliga. in princ. † Modo quæro, nunquid nutu possit hæres in-
stitui? Dicit glo. φ non, per l. iubemus, sup. de testa. dicit Barto. φ
b hoc est verum. Fallit ad pias causas b ut ipse not. extra, de testa.
c c. cum tibi. Aduerte, non debetur c maior fauor piæ causæ quam
liberis. Sed liberi nõ possunt hæredes institui nutu, vt in Authen
d de test. inperfect. d ergo nec pius usus, vel pauperes. Innoc. au-
tem non intelligit d. ca. cum tibi. quod ibi testamentum fuerit
factum nutu, sed verbis expressis per hæc verba, extremam uo-
e luntatem e meam committo dispositioni Titij: nam per hæc
verba videtur instituisse dictum Titium non pro se, nec in fauo
rem suum, sed tanquam distributorem, vt distribuat inter pau-
peres, & ad alios pios vsus. Demum more suo ponit aliam
opinionem: dicit, quod iste Titius non videtur institutus hæ-
res, sed nudus commissarius, & quod hęredes ab intestato istã
hereditatem habebunt: sed detracta Falcidia soluent ista legata
f arbitrio commissarij. Et dicit, f quod hæc opinio. plus sibi pla-
cet, & forte mouetur, quia non debet pręiudicari liberis, paren-
tibus, vel agnatis per istam voluntatem sic obscuram, argum.
inf. eo. l. cum acutissimi. Nec obst. quod litera dicit, quod non
videtur decedere intestatus quia testamentum ibi ponitur lar-
ge pro testatione mentis, non stricte pro institutione hæredis,
vt no. inf. l. 1. de test. ecce ex istis uarijs opinionibus nullam ha-
bemus certam conclusionem. Io. An. tenet ibi, φ per talia ver-
ba testator videatur reliquisse omnia bona in pias causas expẽ-
denda per dictum executorem; φ verum est, si non haberet hę-
redes legitimos. non autem intelligat, φ illa verba det illi exe-
cutori. potestatem aliquam instituendi; quia tunc non valerẽt,
tanquam captatoria & inualida, vt sup. de test. mi. l. captatoria a
g secondum Io. An. Bar. vero g dicit, φ vbicunque ad pias causas
valet dispositio captatoria, φ intelligo de distributoria: nõ quod
possit facere aliquem hæredem ad faciendum hæredem vniuer
3 salem testatori. † Et not. quod si Inno. intelleait de Falcidia iure
institutionis, male loquitor; quia illa non detrahitur de relictis
ad pios vsus, vt J. ad leg. Fal. authen. similiter: sed forte intellexit
de Trebellianica, cuius opi. sequitur Arch. in c. si pater. de testa.
lib. 6. Sed Bar. idẽ dicit de Treb. ff. ad Treb. l. Marcellus, §. quod
autem. hoc tenet Spe. in titu. de instr. edi. Et ego iam secuodum
suam opi. cõsului, vt plene dixi supr. de Epi. & cle. l. si quis ad de-
clinandam. Sed pro Inno. & Arch. facit; quia in Trebellianica
non inuenitur correctum ius antiquum. & quia Trebellianica
detrahitur authoritate Senatusconsulti, & non est mere lucra-
tiua, sicut Falcidia, sed cum oneribus hæreditarijs. bona vero
distribuenda pauperibus debent esse sine onere, vt le. 1. ff. si cert.
pe. De legitima debita iure naturæ non est dubium, φ detrahi-
tur, vt J. eod. auth. hoc amplius. & φ si pauperes essent instituti
filio præterito, filius prętentus diceret testamentum nullum,
& pauperes instituti nihil consequerentur, vt in authe. ex causa.
4 de libe. pręter. † Modo h quæro testator fuit interrogatus hoc
h modo. relinquis in bona tua vxori, ipse nutu consensit, an va-
leat? & uidetur, φ noo, quia ista est hęredis institutio, quæ non
potest fieri nutu, ut ff. de hæred. insti. leg. his verbis. Contrarium
dico: quia per deficientem solennitatem institutionis reputa-
tur fideicommissum relictum ab intestato, ut res valeat, & non
5 pereat, ut eleganter no. in l. quoties, sup. fami. ercis. † Quęro si te-
stator iussit bona distribui pauperibus, an videatur pauperibus
legare proprietatem? Dicit Iaco. de Are. φ sic, ff. de donat. leg. do
6 nationes in concubinam. §. species. quod est not. † Quæro, oun-
i quid i testator possit committere k alicui electionem executoris
K testamenti sui? & dicit Io. And. φ non in cap. 1. de procu. lib. 6. in
Nouella. vbi alle. l. nulli. C. de Epi. & cle. sed non inducit eum: &
inducas hoc modo, quia ibi dicit, φ executor testamenti ꝓ sua
conscientia exequetur, ergo alterius cõscientiæ non committi-
l tur, l vt no. ff. de arb. l. sicut. quod tene menti. † Vltimo m quæro
7 quid est solennitas? Respondeo, quicquid pręcipuum requirit
m vltra consensum. Item quicquid adijcitor formę iurisgentium,
ut ff. de iust. & iu. l. ius ciuile. & no. J. de sent. & interlo. l. prolatã.
An per canonicos possit probari se non elegis prælatum? Dicit
Cost. φ non, super quo videtur contrarium, quia est causa eccle
się, non singulorum. 14. q. 2. c. super, per Arch. Sed si dicunt, elegi
mus, sed nõ ea intentione, vt esset electus, non creditur eis; quia
lex habet pro intentione emissionem uerbi, & sufficit intentio
legis, vt J. de Lati. liberta. tollen. leg. vnica. §. simili modo, in fine.

ADDITIONES.

a Probetur. Vide Bar. & Doc. in prin. & Doc. in l. nutum, ff. de acq. hæred.
And. Bar. Qualiter autem probetur. No. qualiter probetur nutus, vide gl. l. 1. in prin. ff. de verb. ob. quam Ang. dicit fin. communiter cum l. tenent Doct. in d. l. item qa vide Bar. & Mod. in l. 1. in prin. ff. de verb. ob. & l. nutum, de acq. hære, & l. nutu. de leg. 3. & Bal. in l. discretis, sup. qui test. fa. pos.
b Pias causas. Vide Bar. in l. iubemus. hic all. & in l. discretis, sup. qui testa. fa. pos. cũ concor. & dixi in repe. l. 1. in ver. nutu. sup. de sacrosan. eccl.
c And. Barb. Aduerte non debetur. An pia causa poterit dari nutu hæreditas, vide Bald. & Ioan. de Imo. in l. 2. ff. de testa. Bal. in l. discretis, qui test. fa. pos. & l. iubemus, sup. de testa.
d De test. imperfec. Vide sumitur auth. quod sine, sup. de test. & vide Ang. in l. in fraudem, §. 1. & ibi dixi. ff. de testa mili.
e Voluntatem. Vide Bal. in l. pe. de exec. rei iu. & in l. captatorias de test. mili. cum simi. & ibi per Rom.
f And. Barb. Et dicit. De intellectu c. cum ibi, vide l. captatorias, sup. de test. mil.
g Bar. vero. Scilicet in l. 1. cum concor. de sacrosan. eccl.
h Modo. Vide Bal. & Doc. in l. his verbis in prin. ff. de hære. inst.
i And. Barb. Quæro, nunquid An. executoris electio committi poterit. Vide Mod. in d. l. captatorias.
K Committere. Vide Bal. in l. captatorias, ver. sed quæro, de testa. mili.
l Committitur. Facit quod no. Bal. in c. fi. ad fi. de no. feu. & in l. nulli. hic alleg.
m Vltimo. Vide Bal. in l. prolatam, hic alleg. & in l. etiam, inf. de exec. rei iud. & in repet. l. 1. sup. de sacrosan. eccl.

LEX XXIII.

1 *Sententia lata ex falso testamento, an sit ipso iure nulla.*
2 *Verborum breuitas non officit scripturæ.*
3 *Solennitas dicitur indiuisibilis.*
4 *Rasum præsumitur falsum.*
5 *Quod non apparet, abesse præsumitur.*
6 *Veritatis defectus nunquam purgatur.*
7 *Mutilati membris per sententiam, testamentum facere possunt.*
8 *Solutum scienter ex falso testamento repeti non potest.*
9 *Hypothecaria rescindi nõ potest, quamuis debitor bona sua indebite hypothecauerit.*
10 *Obligatio naturalis non oritur ex testamento non solemni.*
11 *Solennitas, quæ dicatur extrinseca.*

Si veri-

Si veritas. Veritas non causatur ex parte intellectus, sed ex parte rei intellectæ, secũdum Arist. Sed op. ꝙ exceptione falsi retardetur executio testamenti. dic quod nõ si agitur actione proposita; secus si officio implorato forte ex forma statuti, nisi incontinenti probetur, vt le.fin. §. de ord.cog. & in Spe.de lit.conte.§.qñ.& l.fi.sup.de edic.diui Adria. tollen. 1 † Quæro, an sñia a lata ex falso testamẽto sit ipso iure nulla? & vr a ꝙ sic.de pri.c.cum olim propter. Sed ibi speciale, quãdo ex sano priuilegio. Vel sic, sine ueritate nemo experitur. Idem si deficit solemnitas, nisi sit satisfactum, vel solenniter promissum. 2 † No. quod breuitas uerborum, vel scripturę, non officit vltimę 3 voluntati. uide quod not.in leg.1.ff.de test. † No. ꝙ omnis solen b nitas est indiuisibilis, vt hic, & §. de test.le. si unus. & Notarius, b qui conficit instr̃m non solenne, punitur ad similitudinem falsi, vt leg. iubemus, de testa. vel ibi est speciale in instrumentis testamenti, alias secus, vt in Authen. de non alie. §. uero quia Leo- 4 nis. † Et ibi nota, quod rasum c præsumitur falsum. extra, de pri- c uil.c.cum olim. nisi per uiuam vocẽ corroboretur, §. de proba. leg. iubemus. & uidetur sufficere unus bonus testis ut ff. de eden. l. si quis. §.2. Sed in edendo sufficit vnus: non aũt in probando, 5 sed in adminiculando. † No. in uerbo, deest, id quod deest, id est id, quod non appatet, præsumitur abesse. aliquando tamen ex d contiguitate scripturarum præsumitur d adesse. ff. de eden. leg. si quis ex argentarijs. §. si initium. Item ex sermonibus continuatiuis. l. in repetendis, ff. de leg. 3. Item not. quædam singularia, in qõne falsi no. per Arch. 19. d. cap. in memoriam. ubi omnino vide, in quo crimine suspicio pro accusatore hr̃, quod est ualde 6 no. vt le. iubemus, sup. de proba. † Not. in hac leg. duos defectus, vnus est defectus ueritatis, qui nũquam purgatur. Alius est de- e fectus solẽnitatis, qui aliquãdo purgat̃, e ut l.2. sup. eo. Aliquãdo tamẽ defectus ueritatis uelatur lata diffinitiua pro testõ falso, a 7 qua nõ est appellatũ, vt leg. fi. in fi. sup. de fi. inst. † Et est alius defectus intestabilitatis: circa quem quęro, vtrum mutilati membris per sententiam possint facere testamentum? Spec. videtur dicere ꝙ non. quia sunt serui pœnæ actu permanentis, & sunt infames. õtrium uidetur, ꝙ soluta pœna isti intelligãtur absoluti, vt ff. de iure patr. le. diuus Vespasianus. in fine & ideo possunt contrahere & testari, sicut reliqui ciues, quod est verius: nisi in luitione talis pœnæ, essent naturaliter mortui, vel necessario morituri; quia tunc ex pœna moriuntur. unde ff. de testam. le. qui 8 manus amisit. per Batto. & me. † Quæro nunquid ex falso testamentu scienter solutum possit repeti? & dic ꝙ nõ, quia soluens sciebat se non teneri. Idem si per stipulationem solenniter promisit: nam qui scit causam non subesse, licet apponat eam colorate, uidetur donare, vt ff. de uerb. ob. l. si debitor. & idẽ si super falso quis scienter transegit cã redimendi uexationem suam. se- 9 cus si per errorem, vt l. in summa, ff. de cond. indeb. † Sed quod si cũ essem uerus debitor, obligaui indebite bona mea, credens me obligatũ ad ea hypothecanda, & non erã, nunquid possum petere hypothecam rescindi? ar. ꝙ non, quia mea non interest, vel saltẽ parũ interest, vt no. in leg. fi. inf. quę res pig. ob. pos. Simile. ff. de lib. l. si is qui. & facit ad hanc l. quod no. sup. de test. l. non 10 dubium. † Quæro, nunquid ex testamẽto non solenni oriat̃ ob- f ligatio naturalis? f & vr̃ hic casus, ꝙ non, nam cum iste test. requirat stipulationem: ergo dat intelligere, ꝙ non erat obligatio naturalis quia tunc non sufficeret nudum constitutum, vt Insti. 11 de actio. §. constituta. † Dic quod quædam est solennitas extrin g seca, g ut testium numerus, ut inf. eo. in l. fi. in uer. aduentitijs & in uer. ad extraneam, & tunc oritur obligatio naturalis. aut est defectus intrinsecę: & tũc naturalis non oritur obligatio, vt ff. de const. pe. l. 1. §. cũ qui. Fallit qñ filius est præteritus: & tunc spãle. & mirum est, qđ orit̃ obligatio ciuilis & naturalis. qđ dic, vt in auth. ex cã, & inf. eod. l. penul. Sed dicas, ꝙ non oritur super eo, quod nullum est. i. super institutione hæredis. sed super eo, ꝙ aliquid est. i. super legatis & fideicõmissis. Si uero testator esset intestabilis, vt vsurarius, non præstita cautione, vel deportatus tunc nec ciuilis nec naturalis oritur obligatio. Item vbicunque iudicium testatoris est iure publico reprobatum, vt ff. de leg. 1. l. si quis inquilinos, §. fin. & concinde. Aut est contra legem, aut præter legem, aut secundum legem, quod plenius examinaui. §. de iur. & fac. igno. l. cum quis. Opp. ad hanc l. de le. fi. infr. eo. Sol. ut ibi, quia ibi onus mandati, secundum Iaco. But.

ADDITIONES.

a Sententia. Vide infra, si ex fal. instrum. per totum.
b Notarius. Vide Bal. in l. iubemus, hic alle. cum concor.
c Rasum. Dixi post Bar. in l. fi. sup. de edic. diui. Adria. tol. & Bal. in l. iubemus. in fin. sup. de probat.
d Præsumitur. Defectus enim ex precedenti & consequenti colligitur, ut no. Bar. in l. fi. §. 1. de edic. diui Adr. tol. P. D.
e Purgatur. Non tamen suppletur per legem, licet orationis defectus suppleatur quãdoq. ut per eundem sup. eo. tit. l. uerbum, uolo Princeps tamen & solennitatis & iuris defectum supplet, ut per Pau. de Cast. cons. 105.
f A. d. Barb. Quæro nunquid ex testõ non solenni oriatur obligatio naturalis, uide Mod. in l. 3. ff. de contrario iud. tu ego in disputatione plenissime dixi.
g Extrinseca. Vide Bal. in l. non dubium, in 7. & 8. oppo. sup. de testa.

LEX XXIIII.

1 *Cautionis iura edi debent.*
2 *Instrumenta an apud legatarium esse debeant.*
3 *Legatarius, quod sibi fiat instrumentum de traditione rei petere potest.*
4 *Venditor de re uendita instrumentum facere debet.*
5 *Instrumentum est ius debiti, & quod continetur in ipso, sunt connexa uisu & intellectu.*
6 *Procurator originale sui mandati apud acta dimittere debet.*
7 *Feudatarius instrumentum feudi ostendere tenetur.*
8 *Iudicis officium quod contra Tabellionem competit, sequitur singularem successorem.*
9 *Instrumentum debiti debitori est reddendum, si testator liberationem legauit.*

Item quia nomine filij continetur nepos, vt l. liberorum, ff. de verb. sign. sed verbum aliud sonat, & verba debent intelligi de primo & immediato hærede, ff. de vulg. subst. l. qui liberis, §. fi. & ff. ad Trebel. l. ex facto, §. vlt. 4 † Quæro, quid si dicatur sine filijs a ex suo corpore natis, verum nepos ea filia dicatur nasci ex suo corpore? & videtur quod non, quia dictio, ex, significat immediatã causam. dic contra, quia in nepote est sanguinis continuatio, vnde immediate dicitur, quicquid per rerum naturam continuatur, est vnum & idem, vt supra de fideicom. l. cum acutissimi. Oppo. ista cõditio, si sine liberis, vel sine filijs, est pluralis numeri, ergo vera non est vno solo existente, quia vnus non est numerus, vt ff. ad Trebel. l. fin. Solu. de proprio significato verum dicis, sed de rõne naturali falsum dicis: & ideo vnus filius excludit substitutum. casus est hic, & facit ad quæstionem, si dicat statutũ b quod si supersunt masculi, non succedat soror. quid si superest vnus 5 solus, an excludat sororem? Dic quod sic, quia † naturalis ratio magis attenditur, quam pluralis oratio, & quia pluralis numerus resoluitur in singularitates, idest in clausulas separatas, & absque modo coniunctionis, & facit quod no. in cap. plerique. de elec. in cle. Hoc etiã facit ad quæstionem statuti dicentis, quod si mulier decesserit sine liberis, vir lucretur dimidiam dotis: quod non dicitur decedere sine liberis illa, quæ ex eodem 6 marito reliquit vnicam filiam, quia † dictio, sine, & dictio, absque, requirit omnimodam carentiam, ac si diceret, sine vllis liberis, & hoc tenet hic Butr. 7 † Circa hunc articulum, an pluralis c oratio diuidatur in diuersa disposita, sic distingue, aut ponitur distributiue, & diuiditur, vt ff. ad Trebellianum, l. Lucius, §. Caio. aut ponitur complexiue, & non distributiue, & tunc requiritur concursus copulatiuorum, vt ff. de cond. insti. l. si hæredi plures. aut est dubium qualiter ponatur, & tunc refert, aut loquitur quoad modum significandi, aut quo ad effectum significati. Primo casu secundum rigorem verborum requiritur veritas conditionis in vtroque, sed secundum sensum & intentionem naturalem, seu affectum, distingue, aut est eadem ratio de vno quo ad vnum, quæ de pluribus quo ad plures, & tunc refert: aut illa ratio est vera a quocunque incipias: & loquitur §. Caio. aut in persona vltimi morientis tantum, & loquitur l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebellianum. aut non est eadem ratio de vno quo ad vnum &c. & tunc requiritur in omnium persona, l. penul. de impub. & alijs substitu. Sed quomodo sciam, an sit eadem ratio? Respon. aut inter se ipsos est aliqua prouisio testatoris expressa vel tacita, vt ius accrescendi, & tunc non sufficit alterum quo ad alterum. de insti. & subst. l. fi. & l. quamuis, de impub. & alijs substitut. aut inter illos cessat omnis prouidentia 8 tam testatoris, quam legis, & tunc loquitur §. Caio. † Ex his d apparet ratio triũ legũ. vna dicit, quod si pater substituit impuberibus quendam extraneum, sub conditione, si vterque decesserit in pupillari ætate. & vnus moritur in pupillari ætate, alter superuiuit, vel post pupillarem ætatem decessit, substitutus repellitur, & ratio est, quia substitutio est facta mere in fauorem filiorum, vnde non debet retorqueri in læsionem alterius eorũ. iste est casus in d. l. pen. de impuberum, & alijs substitu. & in l. pater filiam, §. duobus, ff. ad leg. Falcid. Alia lex dicit, quod si testator instituit duos hæredes, & dicit, si neuter hæres erit, quidam alius sit hæres, quod aliquo eorum existente hærede, institutus non admittitur, vt supra de impub. & alijs substitut. l. quamuis. & est ratio, quia vulgaris substitutio ordinatur mere in fauorẽ testatoris cuius interest habere cupidum hæredem: quæ ratio cessat cum vno hærede existente habeat quod desiderat per ius 9 accrescendi. † Alia lex dicit, quod si duobus hæredibus institutis testator dicit, post obitum vestrum reddatis & restituatis, & vnus moritur, & alius superuiuit, quod debetur fideicommissum pro parte morientis, iste est casus ff. ad Trebell. l. Lucius, §. Caio. & sic illa verba, post obitum vestrum, ponuntur distributiue, & est ratio, quia fideicommissaria substitutio est facta ad onus, non ad prouidentiam eorum, quibus fit. hoc tamen fallit, quando superest persona, quæ ex præsumpta voluntate defuncti excludit fideicommissarium, vt ff. ad Trebe. l. hæredes mei, §. c cum ita. secundum Guil. e qui ita no. in d. l. pen. & facit de leg. 2. l. Titia Seio, §. Seia. Et per hoc habes determinatum, quid iuris in alijs substitutionibus, quia omnes aliæ reducuntur ad alterã de istis tribus. Et prædicta vera, quando in eadem oratione verborum fit substitutio cõpulatiua. si autem sigillatim singulis, & in singulis & diuersis orationibus, tunc idem iuris est de vno quo ad vnum, quod de pluribus quo ad plures, in quacunque substitutione loquaris, vt ff. de iniu. testa. l. penult. & ff. de vulg. & pu- f pill. l. vel singulis. Sed Iacob. But. f in quadam disputatione g de g legato facto mercatoribus, & artificibus lanæ, dicit quod pluralis locutio, seu oratio non resoluitur in singularitates. ratio est, quia tendit ad vnum effectum, & non ad diuersos: quia ea quæ distinguuntur fine, tanquã separata operantur quodlibet de per se, vt ff. de cond. & demonstr. l. falsã, §. vlt. Sed per hoc non habes intellectum prædictarum legum: & not. ista tria, quia subtilia. 10 † Ex prædictis ergo apparet, vtrum in mã substitutionum termini copulati debeant accipi in sensu compositio, vel diuiso. Ist. d certum est, quod voluntas testatoris regulat, & regit cond[itio]nes, vt 11 ff. de cond. & dem. l. in conditionib. primum locum. † No. quod si copula apponitur in libello, seu rescripto, aut ordinatur ad diuersos effectus, & vtrunque est probandum, aut ad eundem effectum, & idem si se astrinxerit, & neutrum per se sufficit: alias sufficit alterum probare, vt no. Arch. 3. dist. c. omnes. Tu dic, quod aut vnum copulatorum est causa alterius, & vtrunque est probandum: aut sunt separata, & separatos producunt effectus, & tunc ad victoriam copulatiuam requiritur vtrumque, sed ad victoriam disiunctiuam sufficit alterum, & facit, ff. de app. l. Seio. Vel dic, ut no. Bar. in l. diuus, ff. de reg. iur.

ADDITIONES.

a Sine filijs. Sequitur Pet. de Anch. in c. canonum, in vers. tertio principaliter quæritur in statutis, de consti. Bar. in l. liberorum, de verb. signif. Barto. in ca. j. §. filia, de [illegible] feu. & ibi dixi.

Cels. Adde eundem Bar. cons. suo 153. inci. Facti contingentia, & quod ibi plene dixi in Apost. ad ipsum. Illud consi. inci. Casus talis est. quidam testator habens quedam. Pau. de Cast. cons. 159. & Ale. in l. liberorum, ff. de verb. sign.

b Statutum. Vide circa hoc in h. q. Io. in rub. de test. §. 1. in pen. q. in addit. Spec. & facit ad no. Bar. in l. 2. §. dolo. ff. vi bo. ra. cum concor. Bal. in l. iubemus, §. fin. autem, infra ad Treb.

c An pluralis. Vide Bal. in l. pen. inf. de impub. & alijs sub. cum si. aliqua per eum in l. iubemus, §. fin. autem, inf. ad treb.

d Ex his. Vide l. pen. cum [illegible] & alijs substi.

e Secundum Gui. Idem videtur [illegible] & Imo. in §. cum ita. hic alle. & Fulg. in d. l. pe. & Pau. de Cast. in l. si pater impuberis, ff. de vulga. & pup. subst.

f A. B. Sed Iac. But. vide Bal. in c. significauit, de rescr. & in l. j. §. j. de neg. gest.

g Disputatione. De qua facit mentionem Bar. in l. 2. ff. de usu. & [illegible] & gl. no. in c. unico, in ver. permittimus, de æta. & qual. [illegible]

LEX II.

1 *Absurditas cessare debet in testamentis.*
2 *Argumentum a contrario sensu, dupliciter formari potest*
3 *Argumentum à contrario sensu, dicitur intellectus subauditus.*
4 *Testator præsumitur disponere secundum ius ciuile.*

Cum patrem fa. Argũ a ꝯrio sensu non sumitur vbi resultat prauus ĩtellectus, vel ꝯleg. h. d. Butr. & hoc est valde no. ad statuta, quod quis procedat in eis argũ a ꝯrio sensu: nã illud est verum, si non resultaret prauus intellectus, vel m. lucretur legum correctio, quod tene mẽ 1 ti. † No. in testamentis cessare debet omnis absurditas legi ꝯtra 2 inquantum potest, ut l. maximum vitium. §. j. de libe. prete. Not. in hac l. quod iussa satisdare, si non diuerterit, tenetur satisdare, & non diuertendo, non dr facere ꝯ uoluntatem testatoris, qui apponit ꝯdõnem, vult eam existere: ergo vult filiam non diuertere. Vnde a ꝯrio sensu, hoc est falsum. 1. argu. quo [illegible], quod a ꝯrio sẽsu videbat pater eã velle diuertere, sic ergo si formet arg. a ꝯrio sensu, respondetur dupliciter vno mõ per interpretationẽ alio mõ per reductionem ad absurdum. Item no. hic, quod ꝯuenien 3 ti posito in esse, nullum sequitur inconueniens. † Item no. hic a gl. a expressam, quod arg. a ꝯrio sensu est intellectus subauditus: & b ideo si statuto b cauetur, quod statuta non recipiant extraneum, vel subauditum intellm. cessat argu. a ꝯrio sensu statuti, & sic cessat dispositio tacita, & est casus simpl'r admissus. Pone, pr dixit, exheredo filium meum, si non redierit ad patriam. nunquid vr eũ instituere, si ad patriam redierit? & vr quod sic, a ꝯrio sensu, qui dẽt subintelligi, quia fauorabilis, vt ff. de manu. test. l. si qs locuples. ff. de testa. l. qui testã. §. mulier, & quod not. [illegible] de fur. l. apud antiquos. Contrarium dico, quia ex dispositionib. priuatis non resultat habitus. vt ff. de her. inst. l. ea facto. Item ex dispositionibus c negatiuis non resultat affirmatio, vt ff. de manum. test. l. Titia. c §. 2.

† Vlti-

ADDITIONES.

a Item no. hic. No. quod lar. a contrario sensu dicitur sensus subauditus, vide gloss. l. apud antiquos, supra de fur.

b Statuto. Dixi post Bal. in l. apud antiquos, sup. de fur. ista gl. etiam approbat hunc intellectum a contrario sensu tractum.

Tu dic, quod regulariter argumentum a contrario sensu, in statutis est validum in iure. ita sin. [illegible] Bar. in l. omnes populi, ff. de iust. & iu. & in l. non possibile, ff. de pact. quod dictum limita. vt per Ro. sin. mihi 106. inci. vt habes, & communiter tenetur, & An. Cor. sing. [illegible] & quod ibi ponitur in apost. gl. quã ad hoc dicunt sin. & unicam in iure, in cle. ex graui, in vers. facere, extra de usu.

c L. Titia. § 2. Ille tex. probat contrarium secundum intellectum Petr. Bart. & Bald. & magis communiter Doc. in l. actione, sup. de transa. & contra Bal. alle. text. in l. si quis ita libertatem, §. fi. ff. de sta. h. nec dicatur, quod ibi non sumitur argumentum a contrario sensu orationis negatiuæ, sed propter dispositionem præcedentem affirmatiuam, quia dico, quod imo, etiam ibi sumitur argumentum a cõtrario sensu in ver. decem. & per hoc adde no. per Gul. de Cu. in l. eum, §. qui iniuriarum. ff. si quis ca. in vit. q. bene faciunt no. per Spec. in tit. de spon. vers. j. §. j. & Ant. de Bur. in c. ex parte, extra, de spon. Pet. de Anch. in c. canonum statuta, in princ. vlt. char. de consti. transit simpliciter cum Bal. hic, & per hoc etiam adde l. ea facto, la pico la. ff. de hære. instit.

† Vltimo no. hic, quod testator in dubio videtur velle disponere secundum ius, & non contra ius.

LEX III.

1 *Nouerca potest recedere a priuigno, & consequitur legatum sibi factum si morauerit quando insurget sinistra suspicio.*

2 *Morari cum concubina non est turpe.*

Si ea conditione. Conditio morādi cum aliquo debet impleri, hoc verum nisi stet per eum, cum quo debet morari, quia tunc habetur pro impleta. Item hoc verum, nisi mora *a* esset inhonesta, vel periculosa, † & ideo nouercæ, quibus est relictum, si a priuignis nō diuerterint, possunt ab eis recedere propter sinistram suspicionem, & nihilominus consequuntur legatum secundum Iaco. de Are. *b* qui ita no. in l. si discepterit, ff. vbi pu. educ. deb. † Item collige hic ar. quod morari cum concubina non est turpe. secus si non est concubina, sed alias fornicaria, vt ff. de concub. l. fi. Extra quæro, *c* Doctor qui debet morari ad legendum, vel miles habuit licentiam pro aliquib. dieb. nunquid pro tempore in eundo, & redeundo debet habere salarium? Dicit gl. quod sic, ff. de re mi. l. desertorem. §. si ad diem. quam singulariter no.

ADDITIONES.

a Mora. Vide Bar. in l. Cato, §. fi. ff. de alimen. & cib. leg. cum concord.
b Iac. de Are. Vide Bal. in auth. hoc locum, sup. si secundo nup. mul.
c Extra quæro. Vide Ro. in l. diem functo, ff. de off. assess. & tex. & ibi Barto. in l. hac lege, inf. de prox. sacrorum scriniorum, li. 12. & Bal. in aut. habita, su. ne fi. pro. pa.

LEX IIII.

1 *Fortuna potest omnibus obesse, quæ omnibus dominatur.*

2 *Dotis causa fauorabilior est quam causa alimentorum.*

Legatum. *a* Si conditio nuptiarum deficit per casum fortuitum, deficit legatum: secus si deficit per dissensum alterius patris. sed quæ est ratio istius distinctionis? Respon. quia quatenus pendet ex insidiis fortunæ: † fortuna potest obesse quæ omnibus fortuitis dominatur. sed quatenus pendet ex facto alterius, alteri per alterum non debet afferri iniqua conditio. Sed quare in conditione mere causali non fit ista distinctio? Rň. quia ibi testator totum ponit Insidiis fortunæ, & sicut placuit testatori, ita placuit legi. † Quæro an hæc lex habeat locum si esset legatū nomine dotis Bertę si nuberet Titio, quo decedente impeditæ sunt nuptiæ? & vi. quod non, quia hæc lex non habet locum in legato alimentorū, vt l. j. s. de le. sed fauorabilior est causa dotis, quam alimentorum, vt no. s. communia de leg. auth. res quæ. vel saltem æque fauorabilis, vt. s. ad Trebel. auth. contra rogatus. dic contra, quia deficit finalis causa legandi, ut ff. de cond. & demon. l. Titio centum, § Titio genero, & in auth. de sanctis. Epis. §. sed, & hoc præsenti, colla. 9.

ADDITIO.

a Legatum lib. per istam l. deciditur quæstio no. per Bald. in l. deberi inf. de fideic.

LEX V.

1 *Filia per nuptias non desinit esse in patris potestate.*
2 *Tutoris, & curatoris authoritas, requiritur ad integritatem personæ.*
3 *Processus procuratoris si ex forma statuti sit nullus sine mandato, non reconualescit per ratihabitionem.*
4 *Compromissarii falsi electum non potest ratificari.*
5 *Filius si ex forma statuti patre consentiente potest testari, requiritur consensus tempore testamenti.*
6 *Vxor constante matrimonio, quicquid acquirit, an acquirat viro.*
7 *Vxor quicquid acquirit ex arte, uel mercantia, sibi acquirit.*
8 *Vxor illud quod possidet, an præsumatur esse viri.*
9 *Instrumentum depositi, an valeat inter virum, & vxorem.*
10 *Principium quare inspicitur in contractib. & non in vltima voluntate.*
11 *Patris persona inspicitur, cū factu filii recipientis traditionem interuenit.*
12 *Filius non acquirit feudum patri.*

Si vxorem tuam. Fideicommissum relictum mulieri cū nupserit, acquiritur patri, in cuius erat potestate tempore nuptiarum: sed si tunc erat sui iuris, acquiritur mulieri, & hęredibus eius. h. d. † No. quod per nuptias filia non desinit esse in patris *a* potestate. vt ff. solu. matr. l. 2. §. quod si in patris. & l. quoties cum si. Op. quod imo sit in potestate viri, cum vir vendicet *b* eam a patre, vt j. de li. exhib. l. fi. Sol. in tribus est in potestate viri, scilicet in residentia, quam debet facere cum viro. In operibus, quia debet operari viro. *c* Item in iurisdictione, quia ad forum. & legibus, & statutis viri debet esse obediens, vt ff. de iud. l. exigere dotem. In aliis autem est in potestate patris, vnde non potest facere testamentum. Item non potest sibi eligere sepulturam nisi patre uolente, ut in cap. licet, de sepul. lib. 6. item non potest donare causa mortis, nisi patre corroborante, ut ff. de do. cau. mor. l. tam is. quam donationem non potest facere ipsi patri, quia non posset interponere authoritatem in facto proprio. Item nec fratri in eadem potestate existenti; nisi quo ad nudam proprietatē, ut no. in l. 1. in fine, ff. author. tutor. Sed illa *d* ratio est falsa: quia si valet quo ad proprietatem vsusfructus formalis, qui remansit penes filiam eo mortuo, consolidatur proprietati, & ista est ratio mea. & concludit de necessitate. Sed Old. reddit aliam rationem, dicens quod ab ipso initio vsusfructus qui non potest acquiri patri, acquiritur filio. Item pater pōt remittere filio vsumfructum, vt j. de bo. quæ lib. l. cum oportet, §. j. Præterea ista nō est proprie authoritas: sed quidam consensus, quod apparet: quia potest ratificari, & conualesci, licet pater ab initio non consenserit. vnde proprie ista non est authoritas; sed quædam superioritas, vt ext. de iure patro. c. cura. & ff. de adopt. l. si Consul. vel dic vt infra dicam. † Considera quædam requiruntur *e* ad integritatem personæ, vt authoritas tutoris & patris. Quædam requiruntur ad integritatem actus, vt consensus maioris, vel sanioris partis in electionibus. Quædam requiruntur ad confirmationē actus, vt in confirmationibus prælatorum & curatorum. Quædam requiruntur ad conualescentiam actus, vt in mutuo conualescente ex post facto. Quædam requiruntur ad fingendum mandatum, vt ratihabitio. Primo casu debet authoritas interponi in ipso initio, l. obligari, ff. de auth. tut. Secundo casu *f* debet interuenire consensus in ipso initio, vnde accedētes minor parti electorum, nisi accedant in scrutinio, non faciunt electionem valere, quæ carebat essentia fundamenti, vt in c. in causis, de elc. Tertio casu conualescit contractus, vt no. in l. 2. ff. si cer. pet. & l. proinde. Quarto casu non est proprie conualescere, sed est quædam perfectio, ad quam actus prior ordinabatur, vt l. 1. de confirma. tut. Quinto, *g* & vltimo casu, aut lex requirebat mandatum; & nō sufficit ratihabitio, vt l. quid ergo, ff. de infa. † Et ideo si statutum *h* diceret, quod processus procuratoris sine mandato non valeat, ratihabitio non sufficeret, vt ff. man. l. si vero non remunerandi, §. si post creditam. vbi vero sufficit fictum mandatum, tunc ratihabitio valet, vt sup. ad Mace. l. fi. † Ex his infertur, quod electio falsi compromissarii non possit ratificari; quia electio est actus, qui non recipit suspensionē. Idē in falso prætore: quia iurisdictio requiritur ab Initio, vt no. in l. iustas, inf. de iure fisci. lib. x. Sed quare aliud in falso procuratore? Respond. quia actio, quam intentat est vera. Item quia in litis cōtestatione vere quasi contrahitur cum ipso, & ideo ratihabitio inuenit aliquid, cui inhæreat. hoc in iudiciis; sed in contractibus inuenit actionē directam, quæ in ipsius persona fundatur, vt ff. de act. & oblig. l. quicunque. vnde ratihabitio, quæ est quædam relatio, Inuenit extremum ad quod, & illi influit virtutem consensus superuenientis. Prædicta sunt vera, quando ratificans habet ius ratificandi: secus si ratificans est exclusus tempore, vt ff. rem ra. hab. l. bonorum. vel per actum contrarium obstatutum, vt ff. de sol. l. dispensatorem. † Ex quibus *i* videtur concludi, quod si per formam statuti filius potest testari consentiente patre, quod requiratur consensus tempore testamenti, vbi considera, quod iste consensus non pertinet ad patrem re ipsa, nec cura, vel solicitudine,

ADDITIONES.

a In patris. Et ideo in contractibus vxoris non requiritur præsentia viri; ad hanc materiam vide nota. per Imo. post Bar. in l. miles, §. qui iudicati, ff. de re iud. & tex. & ibi Bal. in l. 1. inf. de bon. quæ lib.
b And. Bar. Vendicet. No. quod vir potest vendicare vxorem, tu vide tex. in ca. illud de præsum. gl. ibi dicit, quod improprie. Io. And. in tit. qui fil. sint leg. in add. Specu. vide plene per Do. Abb. in d. c. illud. & an possit vendicare coram iudice laico, vel ecclesiastico, vide quæ dixi in c. literas, de rest. spo.
c Cass. Debet operari viro. Adde quod no. Gerar. de Petra sancta sing. suo pen. quod est xcix. in ordine, quod incipit, no. quod singulariter tenet. vbi ponit ad quas operas mulier teneatur viro, & in quibus maritus percipiat lucrum.
d Sed illa Ponit Old. in cons. 26.
e And. Ba. Quædam requiruntur. Nota ad id, quod dicit Bar. an pater poterit authorari filio vt det fil. vel patri, vel fratri in sua ptāte retento. adde quod Bal. sectius est opi. gl. & Bar. in l. si furiosi, sup. de nupt. & ibi est gl. solemnis dans optimā cautelam: eam omnino vide, & l. bonorum, sup. qui admit. & ibi Bal. & vide quæ no. Bar. in l. tam is, ff. de dona. cau. mor. Io. And. in tit. de instr. edi. §. fi. in addi. quæ incipit, Petrus & Cemitus. Vide Ang. qui contra tenet in l. 1. §. fuit quæsitum, ff. ad Treb. & ibi Do. Io. Mode. in l. cum filius, ff. de donat. & Vide Bald. in l. 1. sup. vnde vir. & vxor. & Ang. eleganter in Auth. de alie. & emphyt. §. œconomus, & ibi tenet contra id, quod dixi l. 1, §. fuit quæsitum, ff. ad Treb. nec alle. Mode. Et pro opi. Ang. in prealleg. §. fuit quæsitū. facit tex. sing. c. cum in iure, de elec. secundum Mode. ibi. & opt. tex. c. cum in veteri, de elec & Do. Anto. in c. nouit. de his, quæ fi. a præl. sine consen. c. vbi. tenuit quod licet prælatus non poterit donare sine consensu capituli, vt c. 1. eo. tit. tamen pōt donare c. cōsentiente cap. vt tenuit. Io. And. in addi., Spe. in tit. de his, quæ fi. a præla. & facit tex. quem sing. alle. Mode. in c. 2. in princ. de testa. in 6. vbi prior potest authorari cap. vt consentiat cum procu. & pro d. opin. Ange. facit tex. l. si pro parte, §. idem tractat, ff. de in rem uersio. & l. si quis pro eo, §. 1. ff de fideiu. licet Ang. allegat l. 1. C. de impo. lucra descr. li. 10.
f An. Bar. Secundo casu. Vide Do. Ant. & alios in c. cum consuetudinis, de consue. & Bar. l. si quis mihi bona, §. iussum, ff. de acq. hær.
g Quinto. Vide Bal. in l. pen. inf. de execu. rei iud. & Bar. in l. si quis mihi bona, §. iussum, ff. de acq. hær. & in l. si autem plures, ff. de aqua plu. arc.
h And. Barb. Si statutum. No. quod si statuto caueatur quod processus procuratoris sine mandato sit nullus, ratihabitio non facit illum reconualescere. vide Bal. in l. 1. sup. de seru. fug. & quæ no. ad §. falsus, ad Barto. vide Bald. in c. ex parte Decani, de rescript.
i Ex quibus. No. bene illam rationem, & uide no. per Bar. in l. tam is, in fi. ff. de don. cau. mor.

licitudine,nec ipso gestu,nec ratihabitione,vt no.inf.de bo.quæ lib.l.fi.§. necessitatem. ergo pertinet ad eum solum vno modo.l. authoritate.Quia pp vr dicendum q donatio causa mortis facta per filium in potestate,ratihabitione patris non reddatur valida,

6 † Denuo quæro, a vtrum quicquid b acquirit vxor,acquirat uiro cō-
a stāte matrimonio? & vr q sic,quia debet operari viro, vt l.sicut
b ff. de ope. liber. ergo quicquid acquirit ex quacunque opera sua,acquirit viro:& secundum hoc æquiparatur uxor libero homini bona fide possesso, qui acquirit possessori ex duplici capite.vel ex opera sua, vel ex re possessoris. & hoc tenet Innoc.extra,de testa.c.cum in officijs.Sed hoc non placet Pet.nam cum
c vxor possit contrahere societatem c cum uiro, ergo ei non acquirit,sed sibi.Item si conducit prædium,acquirit sibi.Item si stipulatur aliquid cum uiro,acquirit sibi partem suam,vt sup.de fide instrumen.l.scripturę.Item lex dicit,q debet stare in obsequio viri,qđ significat obsequialia seruitia in domo viri secundum qualitatem personarum.Sunt enim quædam operæ paruę æstimationis,quas similiter debet operari, ar.ff.commo.l.in rebus. §.possūt. & ff. sol.mat.l.si cum dotem, §.si autem in seruissimo.
7 † Cæterum d si vxor faceret aliquam artem, vel mercantiam
d vel esset chyrurgica, vel obstetrix, quæ quidem non sunt operæ domesticæ & familiares,id quod acquirit ex istis operis,non acquireret viro, quia nec ad præceptum viri tenetur negociari. Item si non esset in obsequium viri culpa uiri, ad nullas operas
8 tenetur,& facit ff.de don.inter vir.& vxo.l.si stipulata.† Vtrum
e illud,e quod possidet vxor, præsumatur esse viri.Dic,q i possessorio præsumitur esse vxoris, vt l.fi.inf.quo.bo. Sed in petitorio refert,aut habet uetustiorem possessionem ante matrimonium & præsumitur uxoris. Aut recentiorem, & tunc aut est contro-
f uersia cum uiro,aut eius successore, & p ræsumitur f fuisse acquisitum de patrimonio viri. Aut cum alio extraneo: & præsumitur vxoris, ut l.Quintus,ff.de auro & argento legato.& l.ob maritorum, vbi no.§.ne vxor pro mar.& uide quod no.sup.de fide
9 instrumen.l.scripturę. per Accur. † Extra quæritur, nunquid valeat instrumentum depositi inter vir.& vxo.Respon.sic, vt
10 in l.fin.ff. vt in possess.legat.† Quæro vna cum glo.quare in con-
g tractibus g inspiciatur principium, & non in vltima uoluntate? Respond. quia contractus essentialiter regulantur a consensu duorum, qui interuenit a principio, & tunc absoluunt inter se partes,vt §.de fide instrumen.l.contractus. Sed vltimæ voluntates requirunt acceptationem & consensum legatarij ex post facto, & ideo inspicitur tempus quo cedit & venit dies legati enī tunc actus testatorum est in susceptiuo, sicut dicit Arist.in ij.de anima, q actus agentium magis operantur secundum aptitudinē suscipientis, quam s'm influentiam causæ efficientis. & hāc rationē sētit hic gl.& Insti.de verb.obl.§.ex conditionali. Sed q̄ hoc op.de do.ca.mor.vbi interuenit factū filij,& tñ nō acquiritur facto filij patri, nisi filius sit in potestate tempore mortis donatoris,quod sic probatur: donans causa mortis non obligatur ex promissione.quia obligatio debet esse necessaria, ut patet in eius diffinitione.Instit de ver.obl.in prin. Vnde sequitur.quod non oritur actio,præsertim apta ad agendum, vt ff.de verb.obl. l.stipulatio. la j.si non oritur actio, nec obligatio:ergo patri non acquiritur ius.Respon.hæc ratio non est vera, quia etiam in do
h natione causa mortis inspicitur h initiū,& oritur quædam obligatio statim,nisi donator reuocaret, & talis reuocatio exceptio quædam est.sic ff.de don.causa mortis.l.Senatus,§.fin.Et est ratio quia semel tantum contrahitur, non successiue, vt ff.de verb. oblig. l.si Stichum, §.cum stipulatio. & arg.ff.de neg.gest. l.Pomponius, la j. Non obst. ff.de stipula.seru.l. si seruus communis Mæuij.& fina.quia ibi per mediam personam stipulantem,vel operas suas locantem,in qua non residebat ius acquisitum, simpliciter non poterat contrahi obligatio, & acquisitio vniformis, quia non patiebatur hoc qualitas personæ fructuarij. Porro in stipulatione tria considerantur. i.personæ congruitas, vt ff de verbo.oblig.l.continuus, §.pen.stipulationis vtilitas siue finis.eod.titu.l. si rem meam. Item persona cui ex stipulatione quæratur commoditas.eodem titu.l.filius. & hic in gloss.
11 † Sed quid dices in legato traditio per testatorem filio f. utrum si pater præmoritur testatori,euanescat legatū? & uidetur quod sic, quia inspicitur persona patris, cum interuenit factum filij traditionem recipientis, vt ff.de lega.ij.l. Lucius, la prima.& l. legatum est. contrarium est verum per l.fi.§.de vsufruc.& facit
12 ff.de dn. causa mor.l.si filio.† Quæro,quid in feudis i concessis
i filiosamilias.Respon.si regalia sunt concessa in feudum, ista sūt bona Castrensia,vt J.de bo.quæ li.l.cum multa.Idem si nō sunt regalia,sed alia ratione nō acquiritur patri quicquam,quia feudum est seruitus quædam, vt no. ff.de usufr.l. Lucius.in prin.&
K si acquireretur usufructus patri, esset seruitus K seruitutis, quod est impossibile vt l.t.ff.de usufr.lega. Item quia pater non succedit filio in feudo, ergo nec ei acquiritur per filium.probatur consequentia per l.quæ legata.ff.de reg.iu.

ADDITIONES.

a Andreas Barba.Denuo quæro. Vide Bal.in l.si stipulata, §.j.ff.de don. inter vi.& vxo. ybi dicit quod mulier tenetur operari pro viro,& nutrire virum eo casu quo sciret operari,quod est contra istam doctrinam, quam tradidit hic.forte & posset intelligi quando vxor non dedit dotem viro,vel quando est inutilis;nec habet vnde se alat,& vide Ioan.in cap.literas de restitu.spo. An mulier teneatur operari.& decidit quod sic,allegauit dicta l. sicut,bene facit l.assiduis, & ibi,glos. & Angel. infra qui po.in pigno. hab. Vnde dicit ibi Ioannes And. quod tenetur lauare sibi pedes & caput. Domi.Abb.ibi dicit, hoc verum considerata qualitate personæ: quia si esset nobilis Domina,non tenetur.tu pondera, quia non debet fieri deterior conditio creditoris propter nobilitatem debitoris nisi aliter esset iure cautū, vt dicimus in his personis, quæ non possunt grauari vltra id quod facere possunt. Pondera,quia Bald.hic dicit, quod tenetur præstare seruitia secundum qualitatē personarum, secundum quod ipse sentit quo ad artem, uel mercantiam, alias secus,vt in quæ dixi,& an teneatur operari hæredibus mariti,vide glo.singu. in d.l. sicut,& Ang.in d.l.assiduis,& in cons. 139.& facit, quia est subdita viro. cap.hæc imago & c.mulierem 33 q 5.
b Verum quicquid. Vide unum verbum per Bal.l.in l.fin.inf.de libe.exhi.& quæ dixit post Barto.in l.si filij,sup.de dona.inter uir.& uxor.& Bal. in l.si mutta.sup. de nup.qui idem tenet quod hic.& in c. 1.§.qui feu.da.poss.& in l. 1.infra de bo.quę lib.& ibi per Cyn & de alijs contractibus uide in l.si non uerum,sup. de dona.inter uir.& uxor.& ibi gl.& balve.& tex.in l.si sponsus.§.generaliter, & §. circa.ff. de donatio.inter uir.& uxor.& ibi Bal.& Salycet.& Fulgo.in l.si mater.sup.de cōtrahe.emptio.tex.in l.quod autem,§.si tibi.& ibi Bald.in lect.antiqua. & in §.si uxor a marito,ff.de donatio.inter uir.& uxor.
c Societatem. Vt in l.ex diuerso,§.item si mulier,cum glo.& ibi Bal.& Imo. ff.solu. mat melior tex.in l.alimenta,§.si.ff.de ali.& ciba.leg. possunt etiam vir & uxor. inuicem contractum celebrare depositi,ut no.Bal.sup.l.prox.in fi.
A Vide Gerar.de Petralancta sing.suo pe. quod allegaui sup. ea.l.nu.1.in uer. debet operari uiro,& hanc ferme materiam allegaui.
d Cæterum. Vide quod no. Bal.& ibi Sal.in l.1.sup.de leg.
e Verum illud. Vide Ang.& Imo. in l.qui iure, ff. de acqui.poss. & ibi, quid si uir & uxor simul possederunt,& uide in l.etiam,sup.de do.inter ui. & uxo. late Bart.in l.cum oportet.infra de bon.quæ lib.& ibi,quid in concubina.& Imo.& Ang.in d. l.qui iure.uidentur decidere contra Bal & posset responderi ad l.fin.inf. quo.bon. per quam se fundat Bal.hic,quod ibi maritus non dicebat bona esse,sua,uel acquisita de bonis suis, sed dicebat quod debebat succedere uxori, & dicit ibi q imo consanguinei uxoris debent succedere,& ideo per interdictum quorum bonorum excluditur uir a successione.
f Præsumitur. Vide Bal.in l.fi.inf.de pigno. sed cui incumbat onus probandi,quod acquisiuit uxor tempore matrimonij,uel ante,uide per Sal.in l.etiam sup. de don. inter ui.& uxo.& uide in simili glo.1 a.q.1.c.sint manifestæ,& ea causa, quæstio. 5.c.nulli.& Dom.in cap.cum in officijs.extra,de test.& glo.in l.cum oportet, in princ.infra de bon.quæ lib.uide de hac materia per Angel.in consilio 138.& ibi quid de quæsitis post matrimonium,& omnino Sal.in l.si mater.supra de contrahenda emp.
g Quare in contractibus. Limita per Bal.in l.ea demum,sup. de collatio. & ibi subdit pulchram quæstionem.
h Inspicitur. Dicit contra tex.secundum unam lec.& ibi glo.et Docto.in l. fin. ff.de do.cau.mor. per. Raph.in l.si filius, in princ.ff. de uerb.oblig. ubi uidetur dicere quod aut donatio incipit a traditione,et procedit d.l.fi.aut a stipulatione et tunc secus,l.Senatus hic alleg.
i Feudis. Plenius per Bal.in l.cum oportet,in princip.infra de bon. quæ lib. et unum uerbum in l.cum multa,hic alleg.per Bal.et alios in c.1. de fra.de no. be.inuesti.
K Seruitus. Inspecta hac ratione,deberet acquiri commoditas patri,per no.per gl.in auth.idem est inf.de bonis,quæ liberis.

LEX VI.

1 *Indiuiduum dicitur duplex.*
2 *Subiectum dispositionis quoties est indiuiduum,tota dispositio est indiuidua*
3 *Aqua si est concessa duobus molendinis iuxta flumen nauigabile, diuidi debet ita quod sufficiat vnicuique.*
4 *Castrum an sit indiuiduum.*
5 *Ius vasallorum est diuisibile.*
6 *Feuda omnia regulariter sunt diuidua.*
7 *Francum quid sit.*
8 *Curia vendita,an sint venditi vasalli.*
9 *Mansum quid sit.*
10 *Feudum concedens,an teneatur ad fructus.*
11 *Contractus feudi an sit contractus licentia,vel translationis dominij.*
12 *Indiuiduum dicitur multis modis.*
13 *Seruitus dicitur,si per pontem non possum transire absque gabella mercium.*
14 *Pedagij collectio,an sit seruitus.*
15 *Via diuidi non potest.*
16 *Via communis diuidit loca,secundum vicinitatem affectus.*
17 *Conditio indiuidua quando additur pluribus,insolidum debet impleri.*
18 *Conditio,an pro parte impleri possit.*
19 *Conditio in vltimis voluntatibus non transit ad hæredem , etiam suum.*
20 *Vnum an sufficiat impleri pro omnibus.*
21 *Conditio si est impleta ab vno,alter posset adhuc implere,& facere partem per concursum.*
22 *Conditio quando sufficiat pro parte impleri.*
23 *Conditio an transeat ad hæredem in contractibus.*
24 *Fideiussor sine discussione hæredem conuenire non potest, si reus principalis decessit cum hærede.*
25 *Modus,an transeat ad hæredem.*
26 *Legatum dotis an sit conditionale,vel modale.*
27 *Obligatio non mutatur ex persona hæredis.*
28 *Obligationis conditio non mutatur.*
29 *Filia dotata si ex forma statuti non succedat,non habet locum quando est posthuma,quando fratres uolunt dotare eam.*
30 *Iuramentum firmat pactum,sed non ampliat actum.*

Conditis,

31 Conditio,an hæredi impleri possit.
32 Conditio,an perpetuo impleri possit.
33 Conditio si est alicui apposita,an ille compelli possit.
34 Conditio si ab aliquo impleri debeat,an pœnitere possit.
35 Conditio si in contractu sit apposita,deinde cancellata, an contractus sit nullus.

Si plures. Impletio conditionis nō prodest, nisi implenti.h.d.† Ad euidentiam præmitte,q̄ indiuiduum est duplex.s. quoddam producendum in esse, vt seruitus constituenda, & domus fabricanda. Quoddam productum in esse,vt seruitus constituta & vsus. Item iurisdictio dicitur indiuidua. Item electio,quia nemo pōt dicere,ego exerceo dimidiam partem iurisdictionis meæ;vel ego do dimidium vocis meæ, qa constitutio iuris hoc non patitur; & quia illud est indiuiduum, in quo per concursum conuenis non fiunt partes quotę, & huiusmodi est iurisdictio in habitu suo. Item tutela, quia tutor nō datur certæ rei.vt ff.de admi.tut. l.vulgo. & l.1. de off.contu.Itē indiuiduum dicitur,quicquid per essentiam non potest esse nisi perfectum & integrum. Item dicitur indiuiduum per formam sibi datam ab homine, vt quando est conditio in pluribus, hoc edicto q̄ simul eam impleant;nam nisi omnes simul impleant conditio deficit,vt ff.de man.testam.l.si ita fuerit.†Item indiuiduum dicimus in officijs,quoties plures personæ ad vnum officium vocantur;ita q̄ altero mortuo expiret officium in vtroq;, vt ff.de procur.l.pluribus, vel altero inhabili existēte, vt ff.de arb. l.Pedius,§.in seruum. Item dicitur indiuiduum actus vno contextu fiendus,nam hunc contextum, siue copulam impedit interuallum.vt ff.de verb.obl.l.cōtinuus,in prin.†Item no.q̄ quoties subiectum dispositionis est indiuiduum, tota dispositio est indiuidua.v.g.factum,patientia,nudus vsus personalis,& nudus vsus realis,puta seruitutes,quæ sunt a iure inductæ propter necessitatem prædiorum. Et ideo non diuiduntur, sicut nec vsus hominis,vt ff.ad leg. Fal.l.1.§.si vsusfructus.licet quando seruitus debetur pluribus prædijs diuersorum, puta seruitus aquæ, possit tempore diuidi, vt ff.quemad.seru.amit. leg. si sic. Item si duo habent molendina prope flumen nauigabile, & Princeps ad eorum molendina concessit aq̄,debet aqua diuidi,ita tamen q̄ sufficiat vnicuique.ff.de aqua plu.arc.l.in concedendo. & ff. de var.& extra.cog.l.de usu aquæ. Si autem aqua non sufficit nisi vni molendino, quod prius constitutum est tempore, potius est iure,ut no.Cy.s.de seru.l.si manifeste. nam quod habet primum esse,habet primum frui. Si autem simul sit eis ius quæsitum,puta pluribus hæredibus: ille cui obuenit molendinum anterius,primo suam vtilitatem percipit,& exinde per aliquem aquæductum patiatur sequentem habere cuomodum aquæ; nam ita naturaliter se habet aqua, vt fluat a superiori ad inferius,vt l.1.ff. de aqua plu. arc. & naturalis commoditas nemini debet auferri, & sic q̄ prius est in uia, prius est in termino, per ordinem naturę, siue per locum ab ordine. † Sed nunquid Castrum,vel curia Castri dicatur indiuiduum? Est autem curia tam intra Castrum,quam locus iuxta castrum, qui ab ipso Castro defenditur,& in qua habitatores defendunt ipsum Castrū, Et dicendum est,quod ista non habent talem significationem, per quam non possunt diuidi, vt apparet;quia diuiduntur inter plures heredes.† Item & ius vasallorum est diuisibile; qa vnus potest esse vasallus plurium,cuiuslibet pro parte, sicut seruus & ascriptitius. hæc tamen diuisio debet fieri cum gleba. i. diuisio vasallorum,arg.in leg.quemadmodum.de agri. & censi. lib. 10. Nam sine gleba.vasallus inuitus non potest alienari, vt not. ff. de fideic.li.l.inuitus.† Item not.quod feuda omnia regulariter sunt diuidua inter hæredes,qui sunt de sanguine, & omnes debent facere fidelitatem, qui feudum tenent. Fallit in feudo franco.i. sine fidelitate concesso ex pacto. vbi non est fidelitas. † Dicitur autem francum,quando feudata est proprietas,quod etiam ad Ecclesiam transit.de fide instru.c.inter. Nam ea pacto potest omne dominium concedi feudatario,vt not.in c.Abbate, fide re lu. li. 6. per Ioan. Mona. Fallit etiam in feudo regalis dignitatis, quod non diuiditur, qa omne Regnum in seipsum diuisum desolabitur.hæc est propria natura huius feudi, & quā assumit ab origine, omni contraria conuentione circumscripta. † Sed nunquid vendita curia, videatur venditi vasalli? Respon. aut sunt vasalli ratione curiæ, & videntur venditi; sicut vendito Castro, uidentur iurisdictiones venditæ. hoc quod dico de Castro,ponit Iaco.de Are.ff.de uerb.obl.l.qui vsumfructum Nam Castrum constat ex proprietate fructuū potestate, & sua cōmoditate omnimoda,cui iurisdictio nō est ex consuetudine uel priuilegio,& communi usu loquendi.Si autem nō sunt uasalli ratione curiæ,sed alia ratione,tunc non uidētur venditi. ita intelligit cap.i.de Cap.qui curiam ue.collat.10. Hoc autem apparet,nam uasalli qui sunt incolę necessarij & perpetui curiæ, illi sunt uasalli ratione curiæ;& si recedunt, ad curiam reuocantur,vt ff.ad muni.l.de iure. Sed illi,qui sunt uasalli ratione alicuius mansi infeudati extra cortem, illi non sunt uasalli ratione curiæ. † Dicitur autem mansum largo modo quicunque ager,vt in c.j.§.si quis de manso.de contro.inuesti. collat. x. Sed alludendo vocabulo,mansum dicitur a manendo, quia ibi est habitaculum, saltem rurale, ubi consueuerunt rustici habitare gratia cōmodioris culturæ.† Sed nūquid ille,qui concessit feudum,teneat ad fructus? Videtur quod sic ea die tacitę sibi fidelitatis,ar.l.curabit, s.de act.emp. In contrarium. quod nō ueniunt fructus ante litem contest.ff.de vsu.l.videamus,§. si actione. Nā cōditio ex moribus.vel stipulatione,vel præscriptis verbis ex pacto nudo uestito per fidelitatē factam,stricti iuris sunt : quia nō sunt de iure gentium,& sic non obst. l. curabit, quæ loquitur in contractibus bonæ fidei. † Item contractus feudi videtur potius contractus licentiæ.s.quod sit licitum tenere, quam cōtractus translationis dominij.hęc ratio est falsa,quia in cōtractu permittendi,& non dandi,non uenit euictio,vt s.de transactio.l.si profundo.sed in feudu venit euictio. Solut. si dominus promisit plenam possessionem tradere intelligitur cū fructibus. Idem si vacuā:secus si simpliciter traderet, ff. de vsuris. l. si stipulatus. Est ergo idem dicere, vacuam,qđ plenam,& cōtra.†Dicitur autē indiuiduum alijs modis: & breuiter collige,q̄ quoddā est indiuiduum impletione,quæ nisi insolidum fieri non potest, & de hoc loquitur lex nostra. Quoddā est indiuiduum obligatione p proprium esse rei,& de isto loquitur ff.de verb.obl. l. stipulationes nō diuidūtur. Quoddā est indiuiduū liberatione. & hoc dupliciter,vel quia creditor non cogitur recipere partem, nec prodest debitori partē offerre,deponere,& consignare,& de isto loquitur ff.de vsu.l.tutor.§.Lucius. Vel quia etiam si creditor recipit,non contingit liberatio partis: & hoc dupliciter, vel ratione pęnę,quę nihilominus committitur insolidum,l.hæredes.§.idē turis.ff.fam.ercisc.& intelligo in pęna committenda.Sed si post pęnam commissam creditor recipit partem sortis vel canonis, puto a pœna esse totaliter recessum ope exceptionis, vt l. post diem ff.de lege cōmisso.quod teneme uel quia est debitum tale,quod in diuersis rebus non potest fieri solutio, & de ista loquitur ff.de verb. obl. l. in exequutione in fin. Amplius & breuiter dic,q̄ duplex est indiuiduum, scilicet conditionis & dispositionis. Indiuiduū conditionis est,quod diuisum corrumpit conditiones in totum: sed si corrumperet pro parte, tunc esset indiuiduum,& in hoc cōsideratur effectus ad quem fit relatio, vt ff.si quis cau.l.si seruus.§. plurium. Est autem corruptio, totius formæ destructio. Indiuiduum autem est,cuius essentia impartibilis est. Item indiuisibile est omne, quod non recipit commodam diuisionem. Diuiduum autem est, cuius quęlibet pars etiam minima,est eiusdem speciei, vt lignum. Si autem diuiduum ordinatur ad effectum indiuiduum efficitur indiuiduum vt est corda balistæ,quæ si non est longa quātum oportet, nihil est. Item indiuiduum dicitur tribus modis. Vno modo qđ lex prohibet diuidi. Secūdo mō qđ de natura sui est tale, quod ad nullum tendit finem, nisi perfectum sit. Tertio mō,quod non diuiditur per numeros,quia vna substātia cōiungitur, vt Stichos: & totiens nominatus,non est nisi semel nominatus. Fallit, si sub diuersis respectibus & cōsiderationibus nominetur, vt s. de lega. l. cū quæstio.dic ut ibi. Itē quando pars distinguit a toto ex opposito,qa sequitur cōtrarius effectus,illud est indiuiduū,si diuidatur vsus:nam ex tali diuisione sequitū mora eius, qui non habet alimentū. Indiuiduū dispositionis cognoscitur eodem modo, quādo diuisio corrumpit dispositionem, quod cognoscitū pluribus modis. Primo mō,quādo corrumpit materiam. Secūdo modo, quando corrumpit speciem. Tertio modo,quando corrumpit formam. Quarto modo,quando corrumpit finem. Exemplum de primo,si diuidatur iter. Nam remanet ita arctus locus, quod ad nullum est vsum. Exemplum de secundo, si diuidatur via, rum-

ADDITIONES.

a Ad euidentiam. Vide etiam inf.
b Sed nunquid. Vide in c.1.de Cap.qui cu.uen.& in c.i.§.item si quis.per Bal.in tit. quibus mo.feu.amit.& in c.cum Bertoldus.extra,de re iud.
c Item & ius. Vide Bar.in.l.liberti,de ope.lib.
d Feuda. Vide Bal.in l.voluntas,& quod ibi dixi,su.de fideicom.
e Fallit. Vide Baldum in cap.1.de Cap.qui cur.ven.& in authen.nisi in fi. infra ad Tre.& Dy.in consi.133.
f C.abbate. Alle.per Bal.in l.1.inf.de confes.
g Sed nunquid. Dixi post Bar.in l.cuibus,ff.de reb.du.per Bald. etiam inf. in testamento,inf.ad legem Fal.per Bart post Dy.in l.item,cum; se.ff.de acqui. rerum do.
h Mansum. Vide per Bar.in l.si quis ita in fi.cum concor.ff.de au.& arg.lega.
i Contractus. De uacua & plena pos. Vide per Ang.in l.Iul.§.ii.ff.de rei uen.& in l. si me in vacuam,ff de acqu.pos.
k Idem si vacuam. Vide tex.in l.datio,§.1.ff de act emp.ubi videtur probari quod paria sunt dicere,promitto tradere totalem fundum,& promitto uacuam possessionem.
l L.post diem.adde quod illa l.post diem, loquitur quando creditor petit pretium. Idem tamen credo si a soluente sponte accipiat propter identitatem rationis,& vide tuo.in l.a.§.et harum,ff l.de verb.oblig.
m P.D. Impartibilis Et adde quod idem Bal.ait in l.a.co.1.C.de her.ac.quod indiuiduum dicitur, quando facta diuisione apud intellectum, non remanet in singulis partibus forma substantialis,et vide eundem in repe.leg.iurisiurandum, ff. de iureiur. et an iudicium pro parte fieri possit,in leg.furiosum,C.qui test.tace.pos.

quæ (vt ita dixerim) est latitudo duorum itinerum. Nam corrũpereturea species seruitutis, quæ uocatur uia, & transiret in aliã speciem, quæ vocatur iter, vt ff. de seru. l. si tam angusti. Exemplum de tertio, scilicet qñ corrumpitur forma. quod est dupliciter, vel forma data, ut si ita scriptum sit, Titius una cum Seio tale opus facito, vel formalis, seu innata, vt si homo diuidatur per medium: nã tunc distruitur tota forma humana. Item si amputetur ei membrum, vt no. in l. Imperium. ff. de iurisd. om. iud. Oĩs autem forma idem est, quod status perfectus rei, vel dispositionis, vt ff. de verb. obli. l. cum ex causa. Exemplum de quarto, qñ pars respectu partis non affert tantam vtilitatem, quantã totũ respectu totius; verbi gratia, si prata mea indigẽt mille amphoris aquæ ad irrigandum, nam datis eis quingentis exsiccabuntur vt l. si cuius, ff. si ser. vend. Item si debetur mihi usus agri, puta duo modii frumenti. Nam dato mihi uno, fame cõsumar, ut l. usus pars, ff. de usu & habi. Item si debetur seruitus pecorum appellendorum ad fontem, puta decem ouium; nam si non permittantur nisi quinque, aliæ morientur, & fundus meus nõ sterCorabitur, licet glo. dicat, & male, ꝙ ista non est seruitus, vt ff. de

a ser. ru. præd. l. pecoris. Item si debeas mihi seruitutem a decoquendi panem in furno tuo pro tota familia mea, & tu non permittas nisi pro parte, licet Cyn. dicat hanc non esse seruitutem, quia non concernit rei necessitatem, & iõ uendito a te furno, emptor non tenetur me pati; quia seruitutes sunt inductę pp necessitatem rerum, sed fumus non indiget panẽ decoqui, & male dicit: quia immo est seruitus, quæ debetur a re personis, sicut illa ꝙ possum de agro tuo quolibet anno recipere millesimam fructuum, vel unã corbem, & erit ista seruitus innominata, fm Pet. quia genera seruitutũ multo plura sunt, quã quæ specialiter enumerata & nominata sint, ut ff. de acquirẽ. po. l. 1. §. genera.

13 † Item seruitus est, si per pontem tuum non possim transire absque gabella mercium, quam ex usu habui a tpe, cuius nõ extat memoria, vel ex priuilegio Principis habeo. Tamẽ fuit magna quæstio; quia Veneti, vt dicitur, concesserunt Placentinis transitum per quendam pontem, quia tunc possidebatur per Venetos, absque solutione alicuius vectigalis, postea pons illa factus est de districtu Paduano; modo Paduani petunt vectigal, sed Placentini dicunt se non teneri, quia ista seruitus perpetuo fuit concessa. Paduani dicunt, ꝙ ista non est species seruitutis, sed fuit quædam obligatio personalis, quæ non sequitur fundũ, ut ff. de contrahen. emp. l. fi. Item allegabant, ꝙ omnia flumina nauigabilia pertinent ad statum Imperii, & sunt Regalia, quib. sine iussu Principis nulla seruitus potest imponi, cum sint Cęsa

b ris, b vt in cap. 1. quæ sint regalia. collatio. 10. Sed hæc ratio non obst. quia verum est ꝙ in uniuersali omnia flumina nauigabilia sint Imperii Romani, licet in particulari sint earum ciuitatum, per quarum territorium transit flumen. nam unum, & idem est territoriũ, quod eminet super aquas, & quod immergitur aqs,

c & hoc satis probatur ar. littorum c maris. Nam littora, quæ sunt sub Imperio alicuius populi, vt Venetorum, vel Ianuensium, sunt illius populi, & ab eo qui pręest, licentia est petenda, secũm Iac. de Are. qui ita no. ff. ne quid in loco pub. fiat, l. littora. Illud constat teneri promissorem, ut not. ff. de alu. iudic. l. 3. §. opos. etiã vno Placentino prohibito ad totam pęnam, quia ratio ex vniuerso sumitur, vt ff. de reb. dub. l. si is qui ducenta, §. vtrum. hęc enim dictio, Placẽtini, in materia, quæ requirit factum singularium personarum significat homines Placẽtinos collectiue, & non collectiue, sicut pascua nemoris per homines uillæ, vt not.

14 in l. sicut, ff. quod cuiusque uniuer. nom. † Vlt. dubitari, utrum colligere pedagium, sit seruitus debita colligenti? & dic quod non, quia de natura seruitutis est pati non exigere, vt ff. de serui. l. quoties. §. ea. Sed est quædam iurisdictio circunscripta loco, & ideo pone destructo sine spe refectionis, non posset exigi uectigalia transeuntibus per aquam ibi, vbi erat põs, nec in nouo põ

d te d nfa, vel supra facto, quia locus, in quo erat iurisdictio limitata, id est ipse pons, in rerum natura desiit esse, & omnia loca sunt naturaliter libera transeuntibus, vt ff. quemadmo. ser. ami. l. si locus, §. fi. Si autem in loco veteri reficiatur pons, tũc ius uectigalis ipso iure renouatur, sine restitutione in integrum, ut d.

15 l. si locus. † Fuit quæstio inter duas communitates de quadam uia publica, per quam ibant currus utriusque Communitatis cui ex territoriis dicta uia debet applicari: & dicendum est ꝙ dicta uia est in pmiscuo usu, nec diuidi potest quia quælibet pars diuisa esset inutilis ad exercitium uiæ, & cuius effectus indiuiduus est, eius quoque substantia indiuidua est argu. de reg. iur. l. cuius effectus, & ff. communi diui. l. arbor. §. de uestibulo, & maleficia ibi commissa syndicus utriusque uniuersitatis potest denunciare, nec curo in qua parte uiæ, utrum magis uersus unum territorium, siue latera unius territorii, quam versus reliquum: quia tota via est in promiscua iurisdictione, & communitates rediguntur ad instar duorum sociorum, siue duorum reorum credendi. Vnde si transeuntes per illam viam debent soluere pedagium, erit commune, quia ex re promiscua, & communi prouenit. In inquirendo tamen de maleficio ibi commisso, videtur melior conditio occupantis. Occupare enim dicitur, qui totum vsurpat, & nõ habet locum occupatio iurisdictionis vbi præuentio facit ius, arg. ff. de offi. Consu. l. 1. & ff. ad leg. Falc. l. in le. Falc. hoc esse obseruandum. & sicut implere conditionem prodest

genere, vel in corporibus debetur ea cadẽ causa diuersis actionibus, non potest qui semel consequutus est, iterum petere, qa dolo facit qui petit quod intus habet, vt no. Inst. de leg. §. si res. quod autem debeatur in eodem re, apparet, quia non debetur in eodem corpore hęreditatis. quinimo in singulis corporibus & iuribus. Sed licet ista opi. sit vera de iure ciuili, tamen de iure canonico & de consuetudine generali distinguitur. Aut filius est sub conditione rogatus, puta post mortem, & statim legitimam detrahit de toto asse, quæ est triens, vel semis secũdum numerum liberorum, & ista est prima deductio quæ fit a lege, vt s. de inoff. testa. l. quoniam in prioribus. Deinde existente a conditione fideicommissi, detrahitur Trebellianica de residuo corpore hæreditas. Et ista est secunda deductio, quæ fit ab ho-7 mine: nec potest dici quod electione tollatur, quia † inter purum & conditionale non cadit electio, cum conditionale non possit agnosci quarta igitur Trebellianica, quæ est conditionalis non potest eligi interim, ergo non tollitur electione; & ista ratio est apparens, sed non existens, quia tollitur re ipsa secundum veritatem iuris ciuilis. Secus de iure canonico, ut extra. de testamen. c. Raynutius, & c. Raynaldus. Et idem in Falcidia, vt no. in Auth. de hæredib. & Falc. §. si quis autem non implens. Si vero fideicommissum est purum, vel sub conditione vere die de pręsenti, quod idem est; tunc non detrahitur nisi una quarta; & quatenus est plus in altera, quia concurrendo se inuicem impediunt 8 & ideo una cedit alteri. † Ex prædicto b iure canonico & con-b suetudine, talis sequitur conclusio, qđ pater non potest testari post mortem filij, nisi de dimidia parte suorum bonorum, quãdoque de minori, ꝙ satis est absurdum. Illud nequaquam dici potest, ꝙ detrahat dimidiam Trebellianicam, & dimidiam debiti bonorum subsidij, quia sequeretur ꝙ vna expelleretur de corpore alterius, quod est impossibile, ut sup. de inoff. test. l. scimus. post princ. ꝙ desalcatur actiue non defalcatur passiue; sed dicam ꝙ de iure nouissimo potest prohibere Trebellianicam, & ita debet facere pater, si vult ꝙ Trebellianica non detrahat sed de hoc sub iudice lis est, ut dicam inf. ad leg. Falcid. auth. sed 9 cum testator. † Et ego dico, vt iam dixi superius, ꝙ Trebellianic ca c filiorum non potest minui, ergo multo minus tolli, argum. ff. de in lit. iur. l. videamus, §. item uidendum, in ratione sui. Porro nemo dixerit principium huius l. (quod loquitur de fauore 10 filiorum) aliquo iure esse correctum. † Opp. & videtur quod fructus imputentur filio in quartam: nam si imputantur in debita iure naturę, quæ est debita filio, ergo multo magis in Trebellianica, qa fortius, est iura naturæ, q̃ Senatusconsultum, vt l. 2. ff. de vsu fru. ea. re. quod autem imputentur in debita iure naturę, est expressum, ff. de inoff. test. l. Pap. §. si quis. Solut. dicit Azo, vt filius percepit fructus certo iudicio testatoris, & tunc imputat, vt in contrario in uerbo, post certum tempus. Aut in fortuito, vt quando testator rogat filium, vt restituat post mortem, & tunc non imputet, ut hic quæ distinctio est falsa, quia utrobique per-d cipit iudicio testatoris, quia testator d vult fructus medij temporis ad filium pertinere, ff. ad Treb. l. mulier, §. si hęres. quanquam 11 † mors pendeat ex uiribus fortunæ, & Dei iudicio, ut not. Inst. 12 de capitu. di. in fin. † Ideo distinctio e Azo. de die certa & incer-e ta, nullum rationẽ diuersitatis inducit: & ideo omissis ambagibus sic distingue, aut loquimur in debita iure naturæ, aut in Trebellianica. Primo casu, aut de iure veteri, & tunc aut loquimur de fructibus quartæ. & non imputantur in quartam, quia debet habere quartã & fructus quartæ: aut de fructibus, qui percepti sunt ex dodrante, qui ueniunt restituẽdi ex fideicommisso, & tunc imputantur si sunt percepti iudicio testatoris; aut loquimur de iure Cod. & tunc dicen fructus non imputant in debi-13 ta iure naturæ, m sup. de inof. test. l. scimus. §. repletionem. † Modo quæro, q̃ est ratio diuersitatis inter iure Digestorum, & Codi. R̃ndeo, qa de iure Digestorũ nõ detrahebat quarta, nisi a die fideicommissi adueniente. Vnde si tũc per fructus erat absorpta vel diminuta, vel non detrahebatur quando absorpta, vel minus detrahebatur quando diminuta. Sed per iura Codic. ipso iure detrahitur per l. nostram, non expectato die, vel conditione, ut sup. de inof. te. l. q̃m in prioribus. Vnde cum iam sit detracta, & in patrimonio filij redacta, fructus non possunt eã extenuare. Secundo casu principali in quarta Trebellianica subdistingue; quia aut loquimur de iure veteri, & tunc aut sunt percepti iudicio testatoris, & computantur, quia dies quartæ Trebellianicæ nunq̃ cedit, antequã cedat dies fideicommissi, sed ambo cedunt quasi in eodẽ instanti, & ideo fructus præteriti temporis iam peruenerunt quid imperiant; aut mora non petentis, & non imputantur. Sed ꝫ hoc oppo. de l. si mora, ff. sol. mat. Solu. ibi in re propria, hic in debita. Aut sunt percepti mora non soluentis, & tũc imputantur, & hoc plus quã in supradictis casibus, quia superflua restituuntur, vt ff. eo. l. in fideicommissaria. Aut loquimur de iure Cod. & tunc idem per omnia, quod in re ꝓforum, Fallit f in filijs primi gradus, q nõ imputant nisi post f mortẽ suam per-g ceptos. vide in l. nostra. nec potest reddi ratio g differentiæ inter filios & vlteriores, nisi sit, qa Legislatori sic uisum, est, ut hoc casu filius non concipiat nepotem quia est priuilegium taxa-14 tum. Modo quæro, quæ est ratio, quare quædam imputantur in debita iure naturæ, & non in Trebellianica, vt dos & donatio propter nuptias, & donatio simpliciter facta filio in potestate? Respondeo, quia in debita iure naturæ, pater plurimum grauat vnde in alio releuatur, vt ff. sol. mat. l. si cum dotem, §. si pater. & arg. a. eunde vit & vxor. auth. præterea. Item quia ex ipso nomine apparet, ꝙ debitum bonorum subsidium est introductum in subsidium, locus in Trebellianica. Item scias, ꝙ filius institutus in vncia non detrahit Trebellianicam, nisi de illa vncia, sed debita iure naturę detrahit de toto asse. vt sup. de inoffic. testam. l. omnimodo, & l. scimus, §. repletionem. Porro vnum non est omittendum, quod fructus percepti ante aditam hęreditatem tanquam res hæreditaria imputantur in quartam, ac post aditã hæreditatem percepti, quia hæreditas adita non est, sed hęredis bona non sic imputantur, sed cum distinctione, vt dixi. & hæc allegantur per gl. & Dyn. ff. eo. l. in fideicommissaria, §. quoties. h Item si quæras h an in falcidia debita iure institutionis de singularibus legatis imputentur fructus? Dic vt ff. ad leg. Falc. l. quod de bonis. §. fructus & no. in d. l. filium quem habentem. Quæritur nunquid in substitutione compendiosa veniant fructus? dic vt ff. de vulga. substitu. l. Centurio. Quæro nunquid veniant in l vulgari, i si institutus percipit fructus, protestando quod non intendebat hæreditatem adire, & postea renunciauit? Respondeo non veniunt vi substitutionis, quia qui repudiat, non tenetur actione ex testamento, sed veniunt petitione hæreditatis. Idem si adiuit, sed per in integrum restitutionem abstinuit, quia abstinens non tenetur actione ex testamento, sed tenetur vt quilibet possessor, l. a & tertia, ff. de condictio. indebi. Oppo. dicitur hic, quod ipse pater rogatus de restituẽdo hæreditatem filio suo detrahit Trebellianicam contra, ff. de legat. primo l. cum filio, & casus illius l. talia est, quæritur vtrum si filius talis est institutus, pater possit grauari de restituendo hæreditatem? & dicit quod sic 15 quia occasione testamenti capit commodum. † Secundo quæritur, ex qua persona capit uires fideicommissum? Respondetur quod aut rogatur restituere extraneo, & capit vires ex persona filij: aut ipsi filio, & capit uires ex persona patris. Tertio quæritur, vtrum deducat Trebellianicam Respondetur quod sic ex persona filij, si est rogatus restituere extraneo? sed si ipsi filio, non detrahit, quia ex persona filij non potest infringere filium per se vt commodum sentiens, quia nullum commodum sentiens non detrahit Trebellianicam, nisi sit hæres, 16 & rogatus vt hęres. † Quarto quæritur, si est rogatus restituere hæreditatem post mortem patris, & filius præmoritur, quid iuris?

ADDITIONES.

a And. Barb. Ex ilsententia. Et dixit hic no. quod cum iste loquatur in filijs primi gradus & loquitur de veris filij, non verificatur in adoptiuo, neque naturali, neque etiam in legitimato, licet de hoc dicat se dubitare, quia illa l. venit correctione, & intelligitur de iustis filiis. quod no.

b Ex prędicto. Vide quod no. Bal in l. quoniam in prioribus, ad fi. C. de inoff. testam.

c Trebellianica. Et est tex. hic. & hoc sequitur Lud. Rom. in l. Marcellus, §. quod autem, in fi. ff. eo. aduerte tamen, quod Cyn. in princ. videtur tenetur, quod ista l. sit correcta per authen. sed cum testator, infra ad l. Fal. tenendo opi. quod illa authẽ. corrigitur etiam in Trebellianica, & sic videtur sentire contra Bald. hic facit mentionem de verbis. Cyn & tamen tenet idem, quod Bal. & ita etiam tenet Saly. in d. authẽ. sed cum testator. in dubio tamen videretur potius fideicom. iniunctum hæredibus, quam filijs, per no. per Bar. in l. qui duos, in fi. ff. de vulg. & pup. iuncta l. si fuerit, §. 1. de leg. 3. & sic valere prohibitio contra Bal. tenet Raph. in l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de vulg. & pup. & in l. in fideicommissaria, in prin. ff. eo. & etiam ibi in reportatis meis, & in l. Marcellus, in prin. sup. alleg. & ad Bar. in l. qui duos, per all. adde quod no. Bal in l. post mortem, sup. de fideic. dũ all. l. 1 sup. vt acti. ab hære. & contra hæred. & vide omnino Bald. in l quoniam in priorib. in fi. supra de inof. test. & Lud. Rom. in cons. 155. incip. sed ex communi.

Adde quod not. in apost. ad illum in l. filium quem habentem, num. 60. & quod ibi posui in apost. ad ipsum in vers. possit prohiberi vbi etiam Iacob. de Aren. Pet. & Cyn. sup. sa. excus. & dixi post Bar. in auth. de hære. & fal. §. si vero expressim, in a. in apo in vers. posset prohibere Trebellianicam. col. 1.

d And. Barb. Quia testator. No. mortem Dei iudicio, præuenire, vide quæ late dixi super hoc in proe. Clem.

e Iden distinctio. De hac materia vide no. per Ang. & Imo. in l. Centurio, in fi. ff. de vulg. & pup. & Bal. in repe. c. si pater, de testa. in. 6.

f Nisi post. Vide Imo, contra, in l. fideicommissaria. & ibi dixi, ff. eo.

g Ratio. Vide Bal in § fi.

h And. Barb. Item si quæras. An in falcidia computentur fructus, Ang. hic dicit qđ sic. all. gl. in l. quod de bonis, §. fructus, quam hic all. Bal. quia illa lex uenit correctione, & concor. in Trebellianica. quid autem in debita iure naturæ, an computentur Ang. hic dicit quod aut relinquitur sibi minus legitima, & repletur de corpore hæreditatis, vt in §. repletionem, aut relinquitur tota hæreditas, & grauatur de restituendo, si decesserit sine filiis, & sic dubium est, an poterit habere totam legitimam de fructibus, & tunc detrahit de corpore hæreditario, & sic dicit se pluries practicasse. aut sub conditione restituere debet, & tunc est verisimile quod habebit fructus, & tunc computantur in quartam, & sic debet intelligi. §. si conditionem, l. Pap. de inof. test. inhærendo literæ & instruis aduocatum, quod si est nepos, non gaudebit priuilegio huius principij, quia imo in Treb. cõputabit fructus hæres suus. vide eum.

Adde omnino Bald. in l. quod de bonis, §. fructus, in apost. in versic. fructus, ff. ad leg. Falc.

i In vulgari. Vide quod no. Ang. & Imo. in l. Centurio, ff de vulg. & pup.

iuris? Reſpondetur, ꝙ remanet apud patrem ex perſona ipſius patris. Apparet igitur, quod pater non detrahit Trebellianicam filio, cuius contrarium videtur hæc lex dicere. Solu. ibi filius fuit inſtitutus, & pater de reſtituendo grauatus, quo caſu pater ex perſona ſua non eſt hæres, nec re, nec nomine: ſed commodum ſentiens per patriam poteſtatem, & ideo non detrahit Trebellianicam, vt ff. e. l. mulier, §. vt Trebellia. Sed in l. noſtra pater fuit inſtitutus, & de reſtituendo grauatus, vbi ex propria perſona & non alterius eſt hæres re & nomine, & ſic non obſtat oppoſitio. ita dicit gl. no. & intellige gloſſ. quod pater eſt inſtitutus ad cõmodum ipſius patris: ſecus ſi vt legitimus adminiſtrator ſit, vel vt quiuis alius gubernator, nam tunc nullam Falcidiam deducit. ille eſt caſus vnicus ff. de vſur. le. in fideicommiſſi, §. cũ Pollidius. & ibi per Cy. & facit ff. de hæredit. inſtitut. le. quidam
17 cum filium. † Ex prædictis apparet, an pater in libello poſſit agere tanquam hæres, quia poteſt titulo filij, non ſuo: ſed ſi vult experiri non titulo heredis, ſed virtute acquiſitionis, hoc dicat in libello, & procedit libellus. facit de vulg. ſubſtit. leg. qui liberis, §. hæc verba. & facit ff. vt leg. not. cau. leg. 1. §. qui minorem. Item
a videtur, ꝙ pater, *a* qui ſuccedit vt commodum ſentiens, non teneatur facere inuentarium ſicut nec arrogator, vel monaſterium ſuccedens in bonis ingreſſi, quod monaſterium non tenetur, niſi quatenus ad eos peruenit, vt Inſtitut. de acquis. per arro.
18 † Deinde no. in fin. huius l. in princip. quod teſtator non poteſt derogare priuilegio ſui hæredis. Contra hoc oppo. de §. in ſupradictis, inf. ead. leg. ubi teſtator poteſt derogare priuilegio ſui hæredis. Solut. circa hunc articulum ſic diſtingue. aut priuilegium conceditur contra ordinationem teſtamenti, & non poteſt teſtator illud tollere, vt hic, & ff. ad leg. Fal. le. quod de bonis §. non idcirco. & l. Titia. Aut conceditur ad executionem teſtamenti. tunc refert, aut priuilegium tenuit contra bonos mores ſaltem occaſionaliter, & tale priuilegium nõn poteſt tolli, vt ℑ. vt in poſſeſ. leg. l. ſcire. & ibi not. tunc autem vergit contra bo-
19 nos mores, quando dat occaſionem delinquendi. † Quapropter dicimus in ſimili, quod nulla poteſtas dari poteſt arbitrio, quæ det ei occaſionem delinquendi: aut non dat occaſionem delinquendi, quod intelligitur ex animo: quia vbi non eſt animus nocendi, ibi non dicitur fieri contra bonos mores, & tunc bene ualet diſpoſitio hominis, per quam receditur a legis prouidentia, vt ℑ. §. prox. & ℑ. vt pol. lega. leg. 5. & ff. de verbo. oblig. l. qui Romę, §. Flauius. & ideo dicimus in ſimili, quod valet pactum de non petendo reductionem ad arbitrium boni viri, dũ arbitrator arbitratur bona fide & quadam facilitate. non tamẽ ſupina vel craſſa, id eſt maxima, quæ reputatur eſſe dolos quidam velanis calliditate verborum, vt ff. de verbo. ſing. leg. ma-
20 gna negligẽtia. † Quæro, teſtator remiſit cautionem hęredi. pone quod iſte hæres dilapidat, nunquid cogitur cauere? Gloſſ. di-
b cit quod. non, inf. vt in poſſ. leg. l. ſcire, in 1. gloſſ. Tu dic, *b* aut teſtator potuit cogitare de iſta dilapidatione, & non debet caueri aut non potuit cogitare, & tunc ſic, vt leg. ſi creditores, ff. de priuileg. cred. Et licet non debeat cauere, interdicitur tamen ei adminiſtratio, vt ff. de contrahen. empt. l. ſi quis ſciens, bona etiam poterunt ſequeſtrari. ut no. in l. fin. ff. vt leg. nom. cau. & arg. ff. ad Trebel. l. Imperator. ff. ſolut. matrimon. l. ſi cum dotem. §. ſi vero dotem.

ADDITIONES.

a Item videtur quod pater. Vide qđ no. Bal. in aut. ſed cum teſtator, inf. ti. i. vbi quęrit an pater teneatur de peculio, filio non conficiente inuentarium. & Bald. in auth. cauſa quę ſit cum monacho. ſup. de Epiſ. & cle. ſequitur Roma. in rubr. ff. de acq. hære. & uide Bald. in leg. ſi infanti ſup. de iu. de lib. & Ioan. de Imol. in leg. 1. §. hæc uerba, ff. ſi cui plus, quam per l. fal. & Bal. in auth. ſi qua mulier, ſup. de ſacroſanctis eccleſijs, ex oppoſito vide Ang. in l. 1. §. ſi veru poſtquã, ſup. de iure delib. & Bar. in d. aut. ſi qua.

b Philip. Dec. Dic. Ad hoc vide multum apte per Barto. in l. nemo poteſt, ff. de lega. 1. & glo. ibidem in verſi. inſtituiſſe Doc. Barto. & Bald. ipſum in leg. ſi. C. ut in poſſeſ. legato. Et ad id, quod diſtinguit Bald. quod aut teſtator potuit cogitare, aut nõ quod dicitur idem, ac fingitur cogitare quod lex, ſecundum eundem in leg. precibus. C. de impub. & alijs ſubſtit. idemque quod ius velle præſumitur, per Bal. in l. cum patrem, ad ſi. C. de cond. inſertis.

---

1 *Obligatio ciuilis non cadit inter patrem & filium in poteſtate, nu. 5.*
2 *Actio an poſſit cedi filio contra patrem.*
3 *Ceſſio gratuita ſi titulus donationis eſt expreſſus, dicitur cauſa aduẽtitia*
4 *Confeſſio gratuita re nulla accedente, videtur eſſe quadam donatio.*
5 *Pecunia ſi fuit tradita per filium ſtipulatori de bonis paternis, pater vel eius hæres tali filio non obligatur.*

§. In ſupradictis. Filius, vel filia non tenetur ſatiſdare nepoti de reſtituẽdo fideicommiſſo paterno vel materno, niſi iſte filius vel filia tranſeat ad ſecunda vota, vel niſi teſtator iuſſerit ſatiſdari. hoc dicit. Caſus, auus vel auia fecit teſtamẽtũ, & inſtituit filium vel filiam hęredes, quibus ſubſtituit eiuſdem filij vel filiæ filios natos, vel naſcituros, quæritur vtrum debeat dari ſatiſdatio nomine legatorum? Reſpondetur quod non, niſi in duobus caſibus. Op. quod etiam ſi teſtator iuſſerit patri rogato de reſtituẽdo filio in pote-
1 ſtate non poſſit eidem ſe obligare, † quia inter patrem & filium in poteſtate non cadit ciuilis obligatio, vt ff. de cond. indebi. le. frater a fratre Inſtituto. de inuti. ſtipul. §. item. iu tilis. & ff. e. l. Imperator. Solu. hoc ſpeciale in duobus caſibus ſecundum gloſſ. tu dic cum quæritur, vtrũ inter patrem & filium cadat ciuilis obligatio, & actio ꝙ aut eſt cauſa aduentitia. & oritur, licet actio non exerceatur ad actum ſuum patria poteſtate durantem, vt nota. ff. de fideiuſſ. l. ſi dubitetur. §. i. Aut eſt cauſa profectitia, & tunc refert, aut eſt cauſa profectitia aui in nepotem, & contrahitur obligatio, & actio vt hic. aut patris in filium, & tunc refert, aut quæris, vtrum filius obligetur patri ex re patris, & obligatur naturaliter, vt ſi pater mutuat pecuniam filio, aut vtrum pater ex re ſua obligetur filio, vt quia pecuniam profectitiam patris filius mutuat patri, & non contrahitur obligatio: aut eſt obligatio reciproca, vt ſi filius rem peculij profectitij vendit patri: & tunc non cõtrahitur obligatio, nec aduentitij . . . im. hodie ſic in aduentitijs, vt ff. de contrahen. emp. le. 5. Stat. em pater uenderet filio, contraheretur naturalis obligatio de iure gẽtium, quo iure non extenditur patria poteſtas, Inſti. de pat. pot. in princ. imo etiam ciuilis, ſi pretium eſſet aduentitium, & de
a aduentitio ſolutum eſſet. † Prædicta faciunt *a* ad quæſtiones
2 duas. Prima eſt, utrum filio poſſit cedi actio contra patrem? & breuiter dicendum eſt, ꝙ aut filius aliquid ſoluit in pretium cedendarum, aut non, vt quia ex cauſa donationis fit ceſſio. Primo caſu aut ſoluit ex pecunia patris, vel ex peculio quod habet a patre: quia ex re ſua prouenit, vt d. l. 2. ff. de ꝯhen. emp. & ff. de act. & ob. l. actiones. Aut ſoluit ex alia pecunia aduentitio: & tunc valet ceſſio, quia nihil eſt ꝙ patri quæratur. nam qui cedit actionem filio ꝯ patrem, vr cedere ea intentione, ne patri quæratur uſusfructus quod ſic probatur. Ille, qui cedit actionem, cedit eam tanquam aptam ad agendum: quia ceſſio concernit exercitium. ſed ſi pater haberet uſumfructum, non eſſet apta ad agendum, vt inf. de annali excep. l. 1. in fi. Illud conſtat, ꝙ per teſtamentum, & pactum põt impediri acquiſitio vſusfructus legalis in perſona patris, vt inf. de bo. quæ lib. authẽ. excipitur. aut eſt dubium de qua pecunia ſit ſolutum pretium cedendarũ: & tunc in dubio præſumitur de pecunia patris, quia filius non præſumitur de vento acquiſiuiſſe, niſi habeat artem, uel miniſteriũ veriſimile ad acquirendum, vt hic, & inf. de pig. l. ſi. & l. ult. §. vbi pu. edo. de. & no. in l. cum oportet. in princ. inf. de bon. quæ libe. per Innoc. extra, de teſt. c. cum in officijs. Alij dicunt ꝯtra: quia non originem, &c. vt l. non vnde originem. ſup. ſi cer. peta. ſed
3 illa lex non habet locum in caſu iſto & ideo prima vera. † Secundo caſu, quando nihil eſt datum in prætium cedendarum, ſed ceſſio fuit gratuita: ſi quidem titulus donationis eſt expreſſus, iſta eſt cauſa aduentitia, & valet ceſſio. ſi autem non eſt expreſſus, nõ valet ceſſio, vt not. in l. 1. & 2. ſup. ne liceat poten. ſufficit, ꝙ titulus ſit expreſſus in quaconque parte inſtrumenti: non cu-
4 ro in principio, vel in fine, vt ſupra de inſti. & ſubſti. l. pe. & extra, de appella. c. ſecundo requiris. † Sed quid ſi cedens confeſſus, eſt ſe recepiſſe pretium de pecunia filij? Reſpondeo. hæc confeſſio non præiudicat patri, niſi pater idem ſit confeſſus: vel forte etiam ſi pater confiteatur, non prodeſt hoc filio, vt ff. de caſtrẽ. pecu. l. ſi forte. & no. ſ. de collat. l. ſi donationem. nã iſta confeſſio gratuita re nulla accedente, videtur eſſe quædam donatio, quæ non conſiſtit inter patrem, & filium in poteſtate, argum. ff. de probatio. l. qui teſtamentum. Item, quia ceſſio uidetur eſ-
5 ſe ſimulata, vt ſupra, mandati. l. per diuerſas. † Secunda quæſtio eſt iſta apparet quidam contractus ſub hac forma, qđ ego confiteor me recepiſſe mutuo ſub ſpe futuræ numerationis a Titio centum, quæ promitto reſtituere ei, quem ipſe declarauerit, ita quod non poſſit fieri alij reſtitutio, cum confitear re vera pecuniam ad illum pertinere, modo iſte ſtipulator declarat filium meum me viuo, vel mortuo: quæritur quid iuris? Reſpõdeo, ſolutio apparet ex ſupra dictis. hic eſt maius dubium: quia iſta non eſt ceſſio, ſed eſt quædam declaratio. tamen quia ſecundum ſubiacentem materiam non eſt producibilis a principio actio inter patrem, & filium in poteſtate, & per conſequens nec tractu temporis conualeſcit, cum non interueniret traditio, vt no. Cy. in l. 1. ff. de don. ante nup. dicendum videtur, qđ dicta declaratio cum præſumitur pecunia tradita ſtipulatori per filium tanquam perſonæ adhibitæ, vel ſe adhibenti ad ſtipulandum, proceſſiſſe de bonis paternis, pater, uel eius hæres tali filio minime obligatur, ut l. 1. ſup. ſi ſeruus exte. Et ille, qui dicit cõtractum nullum, tacite petit ipſum, & inſtrumentum ipſius materialiter. & de facto, cum intellectualiter ſit nullum, caſſari, quatenus de facto proceſſit, vt ff. de actio. emp. le. exempt. §. qui vina. per gl. ord. ideo pater poteſt petere dictam cautionem, tanquam nullam, cancellari, & aboleri; & procedit talis libellus, l. ſi preſes, inſ. quomodo, & quando iudex.

ADDITIO.

a And. Barb. prædicta faciunt. An filio poterit cedi actio contra patrem, uide Ang. in l. in nulla, ff. de iud.

1 *Numerus pluralis non verificatur in uno.*
2 *Iniuria, quæ fit a pluribus, dicitur grauior,*
3 *Etiam dictio, verificatur.*

§. Si autem. Vnicus filius *a* excludit substitutum, sicut multitudo liberorum; licet testator fecerit mentionem de liberis in plurali. hoc dicit. concord. s. de
1 conditio. inser. l. 1. † Opp. quod pluralis *b* numerus non verifica-
b tur in uno, ut ff. eod. l. fina. Solu. distingue. *c* aut profertur priua-
c tiue. & verificatur in uno. quia falsa est oratio priuatiue sumpta ex vniuerso, superstite aliquo; aut requirit pluralitatem, & idem vt Inst. de lega. §. si quis ancillas. & l. si ita fuerit, §. fin. de manumis. testamen. aut subiecta materia requirit pluralitatem, & tunc secus, vt ff. de testamen. l. ubi numerus. Pone, statutum est quod si quis accessit ad domum alterius cum hominibus armatis puniatur graui pœna; iste accessit cum vno homine armato,
d nunquid punietur illa pœna? Respon. *d* non, quia est eadē ratio.
2 Nam † grauior est iniuria, quæ a pluribus fit, vt l. si plures ser-
3 ui, quę est ad hoc nota. † Quid si statutum *e* vtitur nomine col-
e lectiuo, vt quia dicit si accesserit cum familia, & non habet nisi unum ex familia? Respond. punitur, quia hoc nomen etiam in uno uerificatur, ut sup. de verb. sig. l. fi.

ADDITIONES.

a And. Barb. Vnicus filius. Vnicus filius excludit substitutum. uide tex. l. cum vxori inf. quando di. le. ce. & l. filiusfam. §. diui, de leg. 1.
b Pluralis. Vide Bal. in l. 1. sup. de cond. infer. & quod no. Bar. in l. 1. §. sed & si unus ff. vi bon. rapt.
Cels. Adde quod notaui in apostil. ad Dy. Muxellanum, Post eum in reg. pluralis. in 1. apost. D. Boer. extra, de reg. iur. lib. 6.
c Sol. distingue. Ista responsio non bene vadit ad illam l. sed ad istū textum.
d Respon. In contrarium facit l. 2. §. homines, in uer. sed & unus, ff. vi bo. rap. respō de. quod ibi loquitur de damno, non de iniuria persona.
e Statutum. Vide gl. in c. 1. 10. q. 1.
And. Bar. Statutum. Nomen familię in ono uerificatur, & quid si statutum dicit, si quis producit testes falsos, & producitur unus. vide Bal. in l. prætor ait, la 1. §. sed & si vnus, ff. vi bon. rapt. & Bal. in l. 1. ff. de procu.

---

1 *Statutum non recipit interpretationem, si lex interpretationē prohibet.*
2 *Nepos non continetur, quando fit mentio de filiis, & non de gradu.*
3 *Transuersales an contineantur appellatione filiorum.*

§. Illud etiam. Priuilegium concessum filijs, non extenditur ad nepotes; quia hæc lex
1 hoc prohibet. h. d. † No. quod statutum *a* non recipit interpreta-
a tionem, si lex interpretationem prohibet, qđ verum est nisi sit interpretatio literalis de veritate sermonis, vt in cap. exiui de pa-
2 radiso. & c. exijt, qui seminat. in fi. † No. quod qñ fit mentio de filijs, & non de gradu, non continetur nepos; secus si sit mentio de filijs, & non de gradu indefinite, vt ff. de verb. sig. l. liberorum.
3 † Sed nunquid est idem in transuersalibus? Verbi gratia, dicit statutum, quod extstente fratre non succedat fœmina. nunquid ītelligitur de fratre in primo casu fraternitatis, an de quocunq; Consului quod de primo vtero, ar. eius quod no. But. in l. si mater, sup. de suc. edi. ubi format hanc quæstionē, quod existente patruo defuncti, non admittatur mater, nūquid patruus magnus excludet matrem? & dicit quod non, quia dictio, magnus, denotat quandam improprietatem. Butr. dicas per apertiora uerba, qđ notat quandam extensionem de simpliciter ad secundum quid, quæ non fit in statutis ponentibus aliquam exceptionem contra ius commune tex. est in §. nostro: vnde hic debemus sequi uerborum aptitudinem, & non extensionis plenitudinem.

ADDITIO.

a No. quod statutum. Vide Bar. in l. omnes populi in fi. 6. q. prin. ff. de iust. & iur. & Bal. idem ponit in auth. si qua mulier, ad fio. cum concor. quas posui sup. de sacrosan. eccle. & Bal. in l. 3. sup. de suc. edic. & Imo. in l. Cęlar. ff. de public. Cels. Adde quod notaui in apost. ad Bar. in l. omnes populi, §. fi. nu. 3. in apost. in ver. interpretationem, ff. de iust. & iu.

AVTHENTICA.

1 *Conuersa nubere non potest.*
2 *Relictum post mortem rogati, debet restitui fideicommissario.*
3 *Nisi dictio, quando respicit actum præcedentem, includit priuationem.*
4 *Necessarium dicitur duobus modis.*
5 *Consuetudo quamuis regulam rumpere non possit, potest tamen rumpere constitutionem.*
6 *Conditio excluditur per ingressum monasterij.*
7 *Monasterium subrogatur loco filij.*
8 *Religionis ingressus extinguit fideicommissum.*
9 *Testator si dixit, si decesserit sine liberis veris, an monasterium excludat substitutum.*
10 *Ecclesia sicut per contractum potest excludi, ita & in ultima uoluntate.*
11 *Testator si dotauit filiam in mille, si nupserit, & si intrauerit monasteriū in quingentis: si intrauit monasterium, an debeat habere mille.*
12 *Emphyteuta si ingreditur monasteriū, an monasterium habeat locofilij.*
13 *Filius monachus succedit patri in emphyteusi.*
14 *Feudatarius pari subfeudare potest, vel meliori.*
15 *Feuda ecclesię transeunt ad ecclesiam.*
16 *Feuda quædam sunt, pro quibus non iuratur fidelitas.*
17 *Dos, sponsalibus solutis reuertitur ad puellam.*
18 *Testator si iussit filio dare partem hæreditatis patruis, si decedat sine liberis, ingreditur monasterium, an excludantur patrui.*
19 *Filius spiritualis baptismi, non excludit substitutum.*
20 *Filius verus non excludit substitutum.*
21 *Conditio deficit, cum monasterium habeatur loco filij.*
22 *Bonorum reseruatio, an excludat substitutum.*
23 *Monachus si per priuilegium testatur, eo mortuo, fideicommissarius non recuperat fideicommissum.*
24 *Hæres rogatus si in ultimo vitæ spiritu profitetur religionem, non nocet fideicommissario 25.*
26 *Sorores tertij ordinis, non sunt proprie Deo dedicatæ.*
27 *Filius adoptiuus, est sicut monasterium.*

Nisi rogati. Monasterium succedit loco liberorum nisi sit dispositum ad pias causas. Item nubere dicitur, qui vel quæ nubit in Christo; & ideo si relinquitur nomine dotis pro matrimonio contrahendo, debetur legatum, si ingreditur monasterium. Idem in donatione propter nuptias. Idem si relinquatur sub conditione, si liberos habuerit: quia si est factus monachus, vel canonicus, vel conuersus, frater Prædicator, vel de ordine Cruciferorum sancti Io. vel de alio venerabili loco, seu ordine, consequitur legatum, & hæreditatem, nec restituit, ac si haberet liberos, nisi in casu quod si non nuberet, vel liberos non haberet, esset relictum ad pias causas: hoc dicit.
1 † Extra no. quod conuersa nubere non potest, vt ff. de condic. &
2 demonst. l. mulieri. & Titio, in gloss. † In tex. ibi, nisi continua sic dictum est in l. Cod. quod fideicom. relictum post mortem rogati, debet restitui fideicom. sed si habet liberos tempore mortis, nō debet restitui. Hæc auth. ponit alios casus, in quibus non debet restitui, nec etiam impeditur consequi relictum causa dotis, vel donationis propter nup. vel sub conditione nuptiarum, vel liberorum, scilicet quando ingreditur monasterium, vel alium venerabilem locum. consequitur enim, & libere sine onere restitutionis, ac si liberos haberet. hoc verum, nisi testator disposuerit circa pias causas, puta in redemptione captiuorum, vel egentiū alimentis, quia tunc per ingressum religionis non deficit fideicommissi petitio, rogato sine liberis decedente. † In tex. ibi nisi *a*
3 hęc dictio, nisi, quando respicit actum pręcedentem includit pri-
a uationem; sed quando respicit priuationem præcedentem (si quidem antecedens, oratio negat potentiam) nisi, dictio, includit potentiam, vt ff. de manu. rest. l. Titia, §. fi. Sed si respicit actū, ponit actum, vt s. de trans. l. actione. Vel dic, aut dictio, nisi, apponitur super necessario, & inducit necessitatem: aut super possibi
4 li, & inducit possibilitatem. † Necessarium autē dr̄ duobus modis, scilicet negatiue, & affirmatiue, vt not. in c. 1. de re iudic. lib. 6. In tex. ibi. causā dotis, quia dixit sub conditione, & nunc dicit, causa: apparet quod legatum causā dotis non est conditionale, secus si legetur sub conditione dotandi, concor. ff. de condition.
5 & demonstrat. l. Titio centum. §. sed cum ante. † In text. ibi vene
b rabilem. *b* puta locum Prędicatorum, pšupposito quod habeant priuilegium succedere posse, quod vocāt mare magnum. quod seruant de consuetudine, quæ præualet, quia ipsi non sunt Mendicantes ex regula, sed ex constitutionibus eorum secundum Federic. de Sen. quia non profitentur paupertatem in communi; id enim soli Minores faciunt, qui se assimilant auibus cœli, sicut in Euangelio dicitur, per aliam professionem altiori stilo vitæ inhiantes. Et licet consuetudo nō posset rumpere regulam, id est, professionem: tamen constitutionem, quæ non est de diffinitione regulę, tollere pōt. Idem Io. And. in ca. in pręsentia, de
c probat. tamen hāc consideratione non vidit, Idem in alijs locis *c* con-

ADDITIONES.

a And. Barb. Nisi. De hac dictione, nisi, vide Bald. in add. Spe. in tit. de spon. Baro. in l. actione sup. de transac. & Ang. in l. Titia, de manu. testa.
Celsus. Adde quod no. in apost. ad illum in l. actione, per illam alleg. nu. 2. in versi. dictio, nisi dixi post Bar. in l. si ita scriptum, §. si pater, in uersi. per aduerbium, nisi ff. de leg. 2. dixi post Dy. in regula, peccatum. in uers. dictio, nisi. & Coll. in c. tuæ, nu. 3. in uers. verbum, nisi. extra, de cler. coniug. nu.
b Venerabilem. Vide plene per Bal. in auth. ingressi. & authe. si qua, supra de sacros. eccl. ex opposito super uersi. Mendicantis. sentit quod vbi essent Mendicantes ex regula, illud esset, de quo scripsi post Imol. in leg. si ita quis, §. is cui de leg. 2.
And. Barb. Venerabilem. No. quod licet consuetudo non poterit rumpere regulam, potest tamen rumpere constitutionem eius, & sic potest facere, quod Minores habeant in communi, si illam incapacitatem habent ex constitutione. secus si ex regula, ut no. in c. in pręsentia, de prob. per Doc.
c Alijs locis. Quid si ingrediatur alia loca conuentualia, ut si fiat canonicus regularis & quid si est effectus conuersus ecclesiæ regularis, offerendo se & omnia sua ecclesię: & uidetur, quod habeat locum ista aut. quia de illis iudicatur, ut de monachis professis, vt per Doct. in c. non dubium. de sent. excom. extra: & in cap. dilecta. extra de ma. & obed. & uide quæ hic no. per Dyn. & pro hoc est tex. in cap. in præsentia. extra de prob. nam ibi solum dicitur, quod se & sua obtulit monasterio. uide ibi Io. de Imo. post medium.

conuentualibus, puta si fiat canonicus regularis, vel de alio ordine, in quo fiat professio, vel assumatur sacer ordo. Ibi alimenta. & ratio, quia non debemus vnum altare cooperire, & aliud discooperire, vt contra qui po. in pign. hab. l. assiduis. Batt.
6 † Not. quod sicut conditio sine liberis excluditur per vnum liberum, ita excluditur per ingressum monasterij, nisi sit rogatus restituere in aliam causam piam. Item not. quod conditio
7 liberorum adimpletur per ingressum monasterij. † Ex hoc no-
a ta quod monastrium *a* habetur. id est, subrogatur loco filij: quia est hæres Deitudicio, vt de probat. cap. in præsentia. Oppo. nam si habetur loco filij, ergo excluderet alias causas pias, quod est falsum, dico ergo quod habetur loco filij, sed est speciale fauore religionis, quia eius contrarium esset contra libertatem religionis, & quia vita contemplatiua non debet arctari, per considerationem perdendi, vel non acquirendi, secundum Richar.
8 Mal. & Cyn. † Et not. quod si hæc ratio est vera, etiam si testator dixit quod volebat quod ingressus religionis non extinguere fideicommissum nihilominus extinguit, quia conditio reijcitur, tanquam contra naturam religionis apposita, quæ est libera, vt ff. de hered. insti. l. ille autem. & hoc tenet Dyn. & Batt.
9 † Et per hoc *b* soluitur quæstio, quid si testator *c* dixerit, si decel-
b serit sine filijs veris, & non interpretatiuis, de suo corpore de-
c scendentibus, &c. quod nihilominus ingressus monasterij resoluit onus istud, & fideicommissarius excluditur, quia non videtur extitisse conditio, & ideo deficit fideicommiss. petitio. Præterea hæc verba, ex suo corpore, intelliguntur tacite, & tamen succedit monasterium, & non fideicommissarius, ergo idem si exprimantur, Idē ēt recitando extra, de prob. cap. in præsenna. apostillam quæ incipit, etiam in totum, tenet Ioan. Andr. sed Iacub. de Bel. & Richar. Malum. vt refert hic Cyn. dicunt contrarium, quia tacitum consistit in interpretatione iuris, expressum non. Nam ubi testator seipsum glossat, non recurritur ad gloss. legis vnde cum testator disposuerit de filijs hominis & non de filijs legis, standum est suæ voluntati: nam sæpenumero plus operatur expressum, quam tacitum, vt ff. de condit. & demonstr. l. si enim diem, §. seruo. & hæc opinio est multum æqua: nam ille, qui ingreditur monasterium, dedicat se & suas
10 sed ista nuo suos sua in casu restitutionis. † Item sicut ecclesia potest excludi per contractum, vt si dono tibi inter viuos, ita quod post mortem tuam deueniat ad Seium, non obstante si forte fueris monasterium ingressus. arg. gloss. quæ est ff. de verborum obligatione, l. si ita quis, §. ea lege, in gloss. & in cap. primo, de mi. vas. qui arma bellica. collat. 10. Ita in vltima voluntate, quia in incertis non certis locus est coniecturæ, vt ff. de verborum obligatione, l. continuus. §. cum ita. Et ista opinio est valde æqua, si fideicommissaria substitutio facta sit inter liberos, vel ascendentes, quia alterum naturalis ratio, alterum pietas suadet, vt ff. de inoffi. testam. l. nam & si parentibus, & ff. de bon. lib. l. nihil, §. facilior. ff. vnde li. l. scripto, ff. de leg. 3. l. Paulo, §. Pomponius, ff. de liber. & posthum. l. filio, supra de cod. l. fin. §. pen. &
11 infra de impo. lucra. descri. l. fin. lib. 10. † Hac ratione determi-
d naturalia quæst. Pone, *d* testator *e* instituit filium, & filiam si nu-
e pserit dotauit in mille: sed si monasterium intrauerit, in quingentis. ista intrauit monasterium, vtrum debeat habere mille, nam secundum primam opin. debet habere mille spreta conditione secundum aliam non, quia testator per aduersatiuam, & negatiuam hoc expresse designauit, arg. ff. de vsur. l. in fideicommissi. §. cum Pollidius. Thomas de Formag. disputauit hanc quæstio. Bonon. & tenuit, quod debeat habere mille: sed communis obseruantia, & naturalis æquitas est in contrarium. Quæ-
f ro, *f* nunquid monasterium habeatur loco filij in alijs casibus, quam positis in ista authen. glo. not. determinat hic quod. Et ideo executores deputati ad virgines maritandas non possunt dare hanc quantitatem virgini intranti monasterium, quia non habent in mandatis, & quia maritare pauperes virgines est pia causa, quæ non potest excludi per alium pium vsum, vt hic, & in cap. contingit: de relig. do. in cle. ff. de condi. inde. l. cum ita. §. si
g mulier. Item si quis efficitur sacerdos *g* vnius capellæ, illa capella non habetur loco filij, nisi bona sua dedicet illi capellæ, vel omnia bona sua expendat ad pias causas, vel saltem ipsam hæreditatem sibi relictam. idem not. Iacob. de Aten. ff. de cond. & de-
12 monst. l. fideicommissum. † Quæro nunquid *h* in contractu
h emphyteutico si emphyteuta ingreditur monasterium, monasterium habeatur loco filij? Respond. non, licet monasterium succedat in emphyteusi, quandiu monachus viuit, vt no. Inno. extra, de prob. cap. in præsentia. Considera, nam text. in auth. de alie. & emphy. §. 1. dicit, quod si possessio data in emphyteusim aliquo casu peruenit ad Principem, vel ad fiscum vel ad aliquam ciuitatem, vel ecclesiam, tunc ordinator donans qui primo concessit in emphyteusim, potest intra biennium reuocare, aut ei
13 dimittere, si videretur expedire. † Sed quæro quomodo potest esse, quod peruenerit ad fiscum? Respond. quia bona emphyteutæ sunt confiscata, vt ff. de iu. fis. l. Statius. §. fin. Item quomodo potest esse quod peruenerit ad aliam ecclesiam? Respondeo per ingressum monasterij, vel quia filius monachus succedit patri in emphyteusi, & hoc tenet Bar. ff. de dam. infec. l. si finita, §. si qua sunt tura. sed Inno. tenet contrariū, scilicet quod per monasteriū possidatur, donec monachus viuat. sed nō respondet ad dictū §. 1. de alie. & emph. sed responderi potest quod ille §. loquitur in ecclesijs Cōstantinopolitanis, de quibus loquitur tota prima pars illius
i tituli: & sic ille §. est localis. sed hæc responsio *i* non placet: nam quicquid statuitur in fauorē ecclesiæ, intelligitur esse ius generale, nisi contrarium inueniatur expressum, vt in Auth. de non alien. §. hæc ergo. Ista Inno. bene not. Dictū autē Inn. potest habere locū, si ecclesia domina non recognoscit ab alia, vel vult retracta-
K re, sed post biennium. † Et not. *k* quod feudatarius subfeudare pōt pari, vel meliori, vt J. vti possi. 1. in fin. quia in habentib. symbolū facilis est transitus: secus in emphyteuta, nisi requisito domino vel nisi ad modicum tp̄ qd intelligitur vsque ad triginta annos exclusiue, vt patet in corpore de alie. & emphy. & not. in d. §. ea. leg. si gl. bene ponderes, & in c. in p̄sentia. in Nouella, de proba.

† Extra

A D D I T I O N E S.

a Monasterium. Quod intellige in dispositione ante ingressum, sed post ingressum secus, secundum Bal. in l. humanitatis, in vers. 3. quæritur. sup. de impube. & alus subst.

b Et per hoc. Vide per Bal in l. Deo nobis in prin. sup. de Epis. & cle. per Bar. & Doc. in l. si ita quis. §. is cui. de leg. 2. Imo. in leg. fideicommissum ff. de cond. & demon. & in leg. Lucius. la 2. ff. de here. insti. Barto. in cons. inci. lamentis. & l. si quis posthu. in prin. ff. de lib. & posth. & Sal. ant. Bald. hic tenet cum Bald. Paul. de Castr. tenet contrarium. An. de Bu. & Abb. in cap. in præsentia. extra, de prob. tenent cū Bart. Ang. hic, & Ray. & Ang. in dispu. incip. Nobilia quidam genere. Paul. in d. leg. si ita quis, in vtraq. lect. Bald. & Do. in d. cap. in præsentia, tenet opin. Bar. cum limitatione. Ang. in §. sed & hoc præsenti, in Auth. de sanct. Epis. videtur transire cū Iac. de Bel. Imo. in cap. in præsentia, dicit quod forte opin. Dy. & Barto. seruaretur in practica, quia ubi sunt opiniones, fauendum est illi opinioni, quæ est pro religione, l. sunt personæ ff. de reli. & sum. fu. tamē dicit quod opin. Iac. de Belu. videtur probabiliter posse defensari, quia tex. in §. sed & hoc præsenti, ponit casum exorbitantem a reg. iur. communis, & loquitur quando simpliciter fuit dictum, si decesserit sine liberis. ergo non debet extendi ex identitate rationis. cap. ea, quæ de re. iu. in 6. sed potest responderi ad hoc per not. per glo. in leg. quę propter necessitatem, de reg. iur. & in leg. si constante, in princ. ff sol. matri. & ibi Bar. in 9. q. 1. patris. vel quod extensio potest fieri rigore regulæ antiquæ, quæ vult, quod expressio eorum, quæ tacite insunt, nihil operatur. leg. 3. ff. de leg. 2. sed illa uerba, legitimis & naturalibus tacite inerant. d. leg. si ita quis. tamen ad hoc potest responderi, quod inerant ex uoluntate, non ex necessitate. vnde merito non habentur pro expressis per Barto. in d. leg. 3. de leg. 1. Raph. Cu. in d. leg. si ita quis, §. is cuius. tenet opi. Dy. quod monasterium excludit substitutum, nisi expresse testator dixerit si decedat sine liberis, etiam ingreditur monasterium. Petr. de Anch. in cap. Rayn. recitat opiniones, & dicit teneas quicquid placet, & dicit quod Ioan. Andr. respondet ad dictum Dyn. fu. 3. etiam in leg. 3. de leg. 1. quod illud est uerū, quando tacite & expresse idem est effectus per omnia, quod hic non est: quando testator non loquitur per verba naturalitatem denotantia, relinquit dispositionē suam interpretationi iuris communis, secus quando per denotantia naturalitatem loquitur, quia in incertis. non certis, &c. ut dicit Iacob. de Belu. in disput. contra hoc facit, quia text. in §. sed & hoc præsenti, dum loquitur de eo, quod relinquitur pro sponsalitia largitate, ostendit quod testator intellexit de matrimonio carnali, non spirituali, in qua nō cadit talis dotatio & tamē sufficit ingressus.

c And. Barb. Quid si testator. Si testator dixerit, si decesserit sine liberis veris, & non interpretatiuis, an monasterium excludat substitutum. Ioan. Andr. in cap. Raynutius. tenet opi. Iac. de Bel. sed Dominus Ant. in cap. in præsentia. sequitur gloss. ibi, & seruaretur illa glo. in practica secundum Dominum Ioan. quia propter uarias opin. capitur illa, quæ fauet religioni. l. sunt personæ, ff. de relig. sed opinio Ia. potest defensari, quia §. sed & hoc præsenti, exorbitat a iure communi, leg. si ita quis, §. is cui. de le. 1. & etiam sentit glo. in cap. præsentia. præal. ergo non debet extendi. ita transit Dominus Io. ibi. sed Franc. Pign. in præalle. §. si cui. dicit, quod tex. in corp. non probat quod habeantur loco filiorum Dominus Io. dicit. quod est casus sing. in c. in præsentia, de prob. forte sentit quod non probatur in §. sed & hoc præsenti. & uide Bald. in l. Deo nobis, sup. de epi. & cler. & in auth. si qua mulier, C. de sacros. eccl.

d Pone. Vide Bar. in l. 2. sup. de his, quæ pæ. no. & Ant. de But. & Abb. in c. in præsentia. extra de prob.

e And. Bar. Testator. Vide Ro. in l. stipulatio hoc modo, verb. obl. vbi refert opi. et vide Doc. in cap. in præsentia. de prob. & pondera, quia hic non impeditur vita contemplatiua, licet magis inuitet ad uitam actiuam. & Lud. allegauit in contrarium le. Titiæ si non nupserit, de cond. & demon. & dicit quod non facit, quia ibi impeditur matrimonium, ideo hic nō impeditur uita cōtemplatiua, vide Bar. in cons. 78. in ca. facta est substitutio, ubi testator, dixit, sine filiis legitimis ex suo corpore uide ibi.

f Quæro. Vide supra.

g And. Barb. Si quis efficitur sacerdos. Nota quod idem est si profitetur, quod si offert se, & sua, nam idem operantur, ut est tex. not. in cap. in præsentia. de probat. quando autem se uouit ecclesiæ seculari, & ibi bona contulit, non obligatur ad uotum castitatis, sed postea potest accipere vxorem, vt est glos. sing. in cap. vt lex continentiæ 27. q. 1. secundum Dom. Io. in præalleg. cap. in præsentia. & intelliguntur tunc oblata bona sola. quæ habeat tempore obligationis, nec ueniunt postea, quæsita in leg. si ita, de au & arg. leg. & uide d. Ioan. præall. cap. in præsentia.

Adde quod notam in apost. ad Cardina. in præalleg. ca. ut lex continentię. 27. quęstio. 1. dicit etiam aliquid post Panorm. ti. in ca. in præsentia extra, de probatio. ad h.

h Nunquid. vide glo. et Doc. in auth. ingressi. de sacros. eccl. et inf. et Im. in leg. si ita quis §. is cui, de leg. 2.

i Sed hæc responsio. in contrarium facit Specu. in titu. de emph. §. nunc aliqua, in uers. 12. cum seq. et uer. 15. Imo. in l. quod dicitur, ff. de uerb. obl. nisi dicas quod ipsi loquuntur in casibus, in quibus manifeste apparebat aliud statum. in esse in ecclesia Constantinopolitana, quam in aliis et dicta Bar. hic no. contra Io. de Imo. in l. si finita, §. uectigalibus, ff. de dam. infec.

K Et no. Vide in c. 1. §. præterea, de c. Contra.

15 †Extra no. a quod in his, quæ regulariter non transmittuntur ad a extraneos propter rei naturam, sicut sunt feuda ecclesiæ; non habentur loco hæredis, id est loco filij. & ideo ecclesia non succedet in feudum mortuo feudatario. Ecclesia enim cultrix, & austrix iustitiæ, non patitur aliquid contra iustitiam esse vel fieri in se, vel in altero, in ca. si clientulus, § j. de feu. alie. coll. a. Interim tamen donec uiuit vasallus, feudum non redit ad dominũ, si ecclesia habet commoditatem, & si seruitium iuxta conditionem feudi non minus decẽter præstare possit ecclesia quam uasallus, vt in d. capi. in præsentia. Cæterum si seruitiũ sit tale, quod non possit adaptari ecclesiæ, reuertitur ad dominum, vt in cap. b j. de eo. q arma bellica dep. & fuit quæstio b de facto, utrũ in feu- c do c possit succedere Papa, qui idem est quod ecclesia. Cæterum dicũt quidam, q si feudum est franciũ, id est liberũ ex pacto, vel ea cõsuetudine, q in tali feudo succedit ecclesia, saluo iure do- d mini, vt ext. de fid. instr. c. inter dilectos. nam & ius testandi d in eo competit, cum sit liberum & gratiosum, arg. sup. de inof. testa. l. si quando. sed regulariter ius testandi non competit in feudis, quorum formã & originem vasallus non potest immutare, ut in ca. 1. in prin. de succ. feu. & in c. j. §. donare. qualiter olim feudum poterat alienari, & no. q leges, q dicunt q ecclesia habetur loco hæredis, id est filij, habẽt locum, qñ ecclesia succedit p uniuersitatem; secus si in rebus certis, vt ff. de pec. le. l. si pecu- 16 lium. † Itẽ no. quod quædam e sunt feuda, pro quibus nõ iurat e fidelitas, & tunc licet remittatur iuramentum, non remittitur debitum, ut in ca. j. §. 1. quæ fuit prima causa beneficij amit. Et si iuramẽtum fit p errorẽ, transgressio talis iuramenti periurium non inducit. Secus si ex certa sciẽtia, vt ff. si quis cautio. l. sed & 17 si quis. §. fin. † Quæro, quid si testator ita dixit, lego genero meo pro dote filiæ meę decem. & cum matrimonium non esset carnaliter consumatum, puella ingressa est monasterium, vtrum monasterium, debeat habere hoc legatum; nam si sponsus ingreditur, ecclesia non deberet habere, quia solutis sponsalibus, dos reuerti debet ad puellam, vt s. de Epi. & cler. l. Deo nobis. Sol. credo habere locum hanc authẽ. in puella monasterium ingrediẽte, facta tamen professione. Nam secus si puella decederet ante professionẽ, qa nõ est monasterium ingressa, nisi puel- f la esset adulta; f quia tunc manendo in monasterio, vr tacite profiteri, ar. ff. de leg. 3. l. fideicõmissa. §. hoc autem. & not. in cap. be- 18 neficiũ, de reg. iur. li. 6. † Quæro de tali q. uolo, quod filius meus det partẽ hæreditatis patruis, si decedat sine liberis. ingreditur monasteriũ, nunqd excludunt patrui? Respond. sic ut in authẽ. de sanc. Epi. §. sed & hoc præsenti. Et ratio quia licet expressa sit una conditio, tamen lex annectit & aliam, scilicet absque monasterio. nec est una conditio, sed duę; una vera, & altera ficta, g subaudita fauore religionis. Sed si testator g ad exclusionem fictionis, ultra processerit dicendo, si decesserit sine hęrede masculo, & sic loquatur de hærede taxatiue, & discretiue, monasterium non excluderet substitutum tenendo opin. Tancredi, & Ia. de Bel. Idem si dixisset, si filium non genuerit, quia actus generationis non recipit fictionem, vt inf. de ca. tol. l. j. §. ne autem & no. ff. de vi. & vi arma. l. 1. §. quoties, & s. de inst. & subs. l. generaliter; in prin. & in fi. sed hoc uidetur falsum, propter id, quod dicit de nuptijs. nam similiter nuptię non recipiunt fictionem, quia sũt similiter de iure nali, vt l. 1. §. fin. ff. de iust. & iu. & tamen monasterium idẽ operatur qđ nuptię, quia est quoddam matri- 19 monium spirituale. † Sed tunc ergo quæro, h nunquid filius h spiritualis baptismi excludet substitutum? Respond. non, ut sup. de his, qui ue. æta. l. si. quia quantum ad succedend. is non est filius, licet forte a patre spirituali in subsidium sit alendus. nam & 20 adoptiuus filius debet a patre ali. † Item quæro, nunquid ista auth. habeat locũ in filio pure rogato, vel post diem certum, nõ facta mentione conditionis liberorum? Resp. nõ, quia vetus filius nõ excludit substitutum, ergo multominus excluditur monasterium, vt no. s. de fideicomm. l. cũ acutissimi. in glos. 2. Item quæro, quid si ingrediens fecit ante testamentum, in quo bona sua pro parte reliquit extraneis, pro parte monasterio? Respon. pro parte extraneorum habet locum substitutio, pro parte monasterij non; quia personale priuilegium monasterij alij non 21 prodest, vt ff. de leg. 2. l. cum pationis. † Denuo pone donai i tibi omnia bona mea si sine liberis obiero; ingredior monasterium nunquid donatio reuocat, & vr q sic, qa deficit conditio, cum monasterium habeatur loco filij. In contrarium determinat Mart. Silli. quia auth. nostra loquitur, quando alius est cõditionem apponens, & alius in cuius persona apponitur: puta hęres, vel legatarius. secus si quis de se ipso loquitur. ita nota. Ioan. And. in d. ca. in pręsentia, in fin. & remittit ad suas additiones ad Spe. in tit. de sta. mo. vers. 15. Ex hoc insurgit talis conclusio, quod monasterium nõ habetur loco hæredis, nisi in casibus 22 a iure expressis, & non in alijs. † Quęro, quid si ingrediens aliqua bona sibi reseruauit? vr q in alijs substitutio non euanescat. dic contra, quia illa reseruatio continet factum, quod morte ex- 23 pirat, non proprietatem. † Quęro, quid si monachus k habuit K a Papa priuilegium, qđ posset testari de bonis maternis; & fecit testamentum, & mortuus est: nunquid fideicommissarius recuperat fideicommissa? Respon. non, vt ff. de solut. l. qui res, §. 24 aream. † Quæro, quid si rogatus l in vltimo vitæ spiritu facit se l monachum, & profitetur? Respond. non nocet fideicommissario; quia videtur fecisse in fraudem, vt ff. sol. ma. l. filiæ meæ. & l. omnes, §. Lucius, ff. quæ in fran. credi. Item si fecisset in sanitate mentis & corporis dum erat in nimia senectute, vt in ca. j. de renun. lib. 6. Sed nunquid est necesse, q substitutus agat reuocatoria? Gl. dicit q sic, monasterium autem habet causam lucratiuam, sicut arrogator. sed põt dici, q tenetur actione ex testamẽto, vt in auth. si quia mulier, de sacros. eccl. & vtili petitione hæredi. ff. ad Treb. l. Macellus, §. res quæ. & j. cod. auth. contra ro- 25 gatus. † Quid si non ingreditur monasterium, sed in manu Episcopi profitetur regulam monachalem in genere, & hoc facit bona fide, cum forte non inueniret Abbatem, qui uellet eum in suum monasterium recipere? Respondeo, Episcopus est loco monasterij; & sic interdum est monachus sine monasterio, vt quando quis est expulsus a monasterio, vt ext. de off. ordi. cap. 26 quãto. † Quid de sororibus m tertij ordinis. Respondeo, istæ non m sunt propriæ Deo dedicatę, sed est quidam modus viuendi; & 27 ideo ista qualisqualis religio non excludit substitutũ. † Vltimo no. quod ingrediens monasterium transfert non solum ea, q sunt iuris, sed etiam possessionem facti, cum filius adoptiuus sit sicut monasterium, vt ff. de prec. l. si adoptauero.

ADDITIONES.

a Extra no. Vide in auth. ingressi, su. de sacros. ecc. & Bal. sup. eo. & l. qui se patris, s. unde liberi.

And. Bar. Extra nor. Et sentit. D. Inn. in c. in præsentia. nam dicit contra alios dicentes feudum transire ad ecclesiam, si seruitium honeste posset per ecclesiam expediri. nam contrarium ibi dicit ex eo, quia ecclesia non moritur, ideo nimis esset deteriorata conditio domini. alle. tex. quem ibi Bal. alle. ubi dictum suum limitatum intellige, ut hic dicit Bal. licet eum non alleget, alias male diceret.

b Fuit quæstio. Vide. l. j. per gl. & Doc. sup. de leg.

c And. Barb. Verum in feudo. Verum in feudo possit Papa succedere, Bal. in cap. P. & G. de off. deleg.

d Ius testandi. Vide Bald. in præiudiciis feu. & Doc. in c. fi. de reb. ec. non alie.

e And. Barb. No. quod quædam No. mirabile, quod in feudo gratioso potest quis testari. unde Bal. in l. 1. C. de latin. li. tol. & in l. si plures ff. de cond. insert. et in l. 1. C. si a non compe. iu. quod no. pro limitatione c. 1. de succ. feu. unde quæ dixi in consilio, in causa illorum de Ancto.

f Adulta. Vide Bar. et Doct. in auth. si qua mulier C. de sacros. ecc. et Io. And. in Spe. de sta. mo. super uer. 15. quæro.

g Testator. Vide Ang. in §. sed et hoc præsenti. hic ass. et Ray. hic, post Cy. et uide su.

h And. Bar. Sed tunc ego quæro. An filius spiritualis baptismi excludat substitutũ. et dic quod non. et an debeat alia patre spirituali, unde simile quod dixit idẽ Bald. in l. 1. C. qui ac. nõ pos. et Ang. in l. adoptiuũ, ff. de in ius uoc. dixi in c. cũ pe. de ac.

i Pone donaui. Contrarium determinat hic Mar. Sil. et uide Cy. hic, Bald. in leg. filium, ff. de his, qui sunt sui, uel alie iur. Io. And. in add Spe. in tit. de sta. mona. super uers. 15. quæro. ubi plura ponit de materia huius auth. et ponunt etiam Doc. in c. in præsentia. ubi per Abb. extra, de prob.

k Monachus. vide quæ dixi post Bal. in l. quando, in princ. sup. de inof. testa. & quæ dixi post Bar. in auth. si qua mulier, sup. de sacro. eccl & quod no. Bal. sup. eo. & in l. qui se patris, sup. unde lib.

l Quid si monachus. Tene mẽti. facit gl. & quod voluit Bal. in cap. in præsentia, de prob. ibi uide omnino. & vide eundem in l. filię meæ. sol. mat. & ideo Angel. in l. nuper. C. de nat. lib. dixit, quod si quis duxit vxorem in articulo mortis concubinã ad legitimandum naturales, quo alijs legitimis præiudicet, quod non præiudicat. ita consuluit Ferrariæ. tene menti.

And. Barb. Quid si rogatus. Vide Pe. de Anch. in c. canonum, de consti. ubi cauetur, quod bona homicidæ applicentur hæredi occisi: & quidam habens filium facit professionem, postea fuit interfectus, an bona applicentur monasterio, an filio. alle. Fed. de Se qui multum dubitauit in q. 35. vbi decidit. quod monasterio. sed in cõs. dixit, quod debet applicari filio hoc videtur verius. secundum Dom. Pe. quia appellatione hæredis, venit filius, l. ex facto, §. §. ff. ad Treb. & Do. Ab. in c. in præsentia, dixit aliter. vide quæ ibi dixi.

m Sororibus. Vide Bar. in l. semper. §. quibusdam, ff. de iu. immu. & in l. commodissime, ff. de lib. & posth.

Celsus Adde ad hoc & seq. apostillam. Lud. Ro. sing. suis. 655. incip. Fuit a me quęsitum; et fratres sancti Francisci.

And. Bar. Quid de sororibus No. quod sorores tertij ordinis non excludunt substitutum, & de sororibus sanctæ Claræ, vide Bal. in auth. si qua mulier, de sacros. ecc. & l. quicunque alias l. 1. sup. de ser. fug.

---

1 *Tunc, aduerbium temporis, significat quoddam tempus punctuale.*
2 *Ex nunc prout ex tunc, quid significat.*
3 *Hypothecaria contra extraneum intentata, dicitur ius commune.*
4 *Dominium & rei vendicatio, concurrunt pro eadem re.*
5 *Delinquentes non sunt digni misericordia.*
6 *Solicitus quis esse non debet de hæreditate viuentis.*
7 *Dilapidatori dodrantis non permittitur alienatio residui quadrantis.*
8 *Peculium, quod filio assignauit pater, si filius libidinose dissipauit, pater deinceps eum alere non tenetur.*
9 *Hæres rogatus de restituendo, quod alienare poterat, si non alienauit, an transferat ad suum hæredem.*
10 *Hæres rogatus si non alienauit inter viuos, sed legauit alteri in testamento, an veniat in restitutione.*
11 *Actio in rem & hypothecaria, an contra eundem possit cumulari.*
12 *Ordo exclusionis ante lit. contest. non seruatus, an post lit. contest. possit suppleri.*

Contra

Contra rogatus. Rogatus *a* restituere quod ex hereditate superest, si sine liberis obierit, quartam partem tenetur fideicommissario reseruare, & de ea satisdare: quam non potest diminuere, nisi in quatuor casibus hic expressis. h.d. † In tex. ibi, tunc aduerbium *b* temporis significans quoddam tempus punctuale, quod vocatur extremitas temporis, ut l. 3. ff. de condi. & demõ. sed dictio nunc, est aduerbium præsentis temporis, vt dicit Aristo. & de simplici tempore non habemus, nisi nunc, quod est aduerbium temporis subiunctiui, sed aduerbium, tunc, est aduerbium temporis adiectiui, & nunciatiui, & est in uoce, non in substantia temporis. Ista duo aduerbia quandoque coniungũt; *c* vt cum dicimus, ex nũc prout ex tunc; nam tunc præsens trahitur ad futurum. Quandoque dicimus, ex tunc prout ex nunc, & tunc futurum trahitur ad præsens, & licet conditio potestatiua non fingat retro; tamen nunc fingetur propter pactum. Si autem iudex hæc verba poneret in sententia, vt quia dicit, ex nunc prout ex tunc excommunicatum te esse cognoscas. ideo non fingit retro, quia iudex non potest excommunicare nunc pro futura culpa, vt no. Inno. extra, de appellatio. capitu. præterea requisisti. Item no. simile, quod sicut Astrologus dicit, quod polus est stella sempiternæ apparitionis: ita ego dico de tempore præsenti, quia omni tempore est pro tunc dicere nunc. vnde solum tunc est in natura sempiterna. Ibi, superest. idest superererit. † Ibi, suppletur, no. quod non potest prius veniri ad res alienatas, quam sit facta discussio, vt statim patet, & licet hypothecaria contra extraneum intentata sit hodie ius commune; tamen in eo, quod hic dicit de actione in rem. i. de vtili rei vendicatione, vel vtili peti. hæred. est ius singulare: quia nunquam alibi inuenies, quod in rei uend. sit necessaria excussio. † Item no. quod in eadem *d* re pro eadem re concurrit dominium, & rei vendicatio, & hypothecaria action. & est ratio, quia hypotheca fundatur respectu dominij directi possessoris translati in eum per hæredem. Sed rei vendicatio, & petitio hære. fundatur respectu vtilis dominij agẽtis, & nostri maiores dixerunt, quod hoc est idem. quia dominium est irregulare, & non plenum, vt ff. de capti. l. in bello, §. si quis seruum. nam hic reus offerendo æstimationem, potest excludere agentem. Sed ego dico, sicut dominus potest directum dominium hypothecare emphyteutæ habenti utile dominium, ita est hic; quia sunt dominia diuersa specie, & non radicantur in eadem persona sed in diuersis, quod est subtilis intelligentiæ. Ibi dotis constituendæ, vel restituendæ. Ibi captiuorum, dicit Pet. de genere suo, non extraneorum. l. quamuis, ff. solu. matrimon. Idem dicit Cyn. Ego puto, *e* quod intelligatur de quibuscunque captiuis miseratione dignis, & egentibus: quia lex non distinguit, ergo &c. vt l. j. §. & generaliter, ff. de leg. præstan. † Si autem quis esset in carcere pro maleficio, non credo *f* quod habeat locum hæc auth. quia non sunt digni misericordia, qui deliquerunt, sed soli innocentes, vt ff. deposi. l. bona fides. & su. de natur. lib. l. ab Anastasio. Ibi diminutio. Istud vocabulum potest vsque ad dimidiam quartæ intelligi, non vltra, ne in totum euacuetur fideicomm. argu. ff. de contrahen. empt. l. dominum. Vel dic etiam in totum. quia minus dicitur etiam quod nihil est, vt ff. de tribu. l. illud, §. minus. No. quod dixi in summario. Item no. continuationem huius auth. in gloss. Item oppon. de l. iubemus. † Item oppo. quod non debet quis esse solicitus de hæreditate viuentis. Respõ. quod non est hic solicitus de hæreditate, sed de cautela. Vel dic, quod illa regula fallit ex voluntate domini, vt l. fi. sup. de pac. Oppo. ad l. neque pignus, ff. de reg. iur. Sol. vt ibi dixi. † Gl. in. vlt. quærit de duabus quæstionibus no. Prima est, vtrum dilapidatori dodrantis permittatur alienatio residui quadrantis? Glo. eleganter dicit, quod non, argu. i. de iure dot. l. pen. & ff. quæ in frau. credit. l. fi. §. pen. & idem dico *g* in casu auth. res, quæ. *h* sup. communia de lega. † Et facit ad duas quæstiones pone quod pater assignauit filio peculium, *i* quod filius libidinose dissipauit; vnde viuere poterat, nam pater deinceps non tenetur eum alimentare. argum. contra, quod licet filius patrem habuit. si eam perdiderit, sit alendus, ff. de operis. liber. l. libertus, & ibi Iacob. de Aret. sed istud intelligitur, quando sine dolo, vel lata culpa non enim credo quod filio imputetur leuis culpa, cum sit dominus viuo patre, vt ff. de lib. & posthum. l. in suis. Et in rebus proprijs leuis culpa non punitur, vt ff. sol. matr. l. etiam. § licet. Item si pater decedit, debet illud sibi imputare in legitimam, quia deliquit in re patris. Sed quid si non deliquit in re patris, sed commisit quoddam maleficium, puta vulnerauit quendam. propter quod oportuit patrem soluere condemnationem, nunquid istud. *K* quod est solutum imputabitur filio in legitimam, vel portionẽ suam. Hæc glos. est at. quod sic: nam quilibet malefactor dici potest dissipator, & dici potest, quod aut pater ex misericordia soluit, aut coactus per statutum ciuitatis. Primo casu non imputabitur in legitima, vt infra de cap. l. liber captus. Secundo casu imputabitur, ff. solu. matr. l. si cum dotem, §. si pater. hoc tangit Iac. de Aren. in l. Stichus, de pec. leg. ff. sed non firmat pedem. Quid si hæres rogatus non dissipat, sed non bene custodit, vnde dissipantur bona ab alijs? Respond. perinde est, ac si ipse dissiparet. Plus dico, quod in casu dissipationis debet dari curator bonis, non obst. quod dominus sit præsens: quia quantum ad gubernacula, pro absente debet haberi. ad hoc no. inf. de capt. l. cum cognatos. † Secundo *l* quærit glo. iste rogatus de restituendo de eo quod supererit tempore mortis suæ, potest alienare dodrantem. Quid si non alienauit, vtrum hanc potestatem transferat ad suum hæredem, ita quod si alienauit, non veniat in restitutione; vel etiam si non vult alienare, sed retinere; vtrum possit? Gloss. dicit quod sic, quia est iuris successor, contrarium no. in auth. de resti. & ea, quæ pari. §. hæc igitur. Nam hic attenditur tempus mortis, vt patet ex verbis fideicommis. & tunc si non est alienatum, debet restitui. † Considera pone, *m* quod non alienauit inter viuos, sed in testamento legauit alteri; nunquid veniat in restitutione? Puto quod non, arg. ff. quib. mod. pig. vel hypo. sol. l. sicut, §. venditionis. Et ideo in quæstione glo. dico, quod aut decessit testatus, & tunc glo. vera; quia videtur alienasse, vt ff. de secun. nupt. l. si quis prioris, §. cæterum, & ff. de leg. 2. l. si vnum ex familia. Aut decessit intestatus: & tunc non videtur alienasse, & ideo hæres ab intestato restituere cogatur, quod alienatum *n* non inuenitur, ff. de pet. hær. l. sed & si, §. quod autem & ff. ad Treb. l. Titius. † Quæro, nunquid *o* in ista auth. in rem actio & hypothecaria possint contra eundem cumulari? & videtur quod sic; quia litera copulatiue dicit, in rem & hypothecariam. In contrarium videtur, quod hypothe-

---

ADDITIONES.

a And. Bar. Rogatus. No. hic secundum Ang. quod si legatũ est alicui relictum in genere, vt possit facere expensa, est tantum quãtum relinquere sibi alimenta. quod no. quia non alibi sm eum habes ita clare, tu vide quæ ibi no. & Ang. in l. 1. sup. de alien. lib. dicit quod si relinquuntur alicui sufficientia pro necessitatibus, veniunt pro alimentis, & alleg. hic Ang. quod no. in corpore; & pro istis alimentis dicit, quod põt poni manus ad proprietatem, quia specialiter per hanc legem prouidetur, & in hac ca põt fieri alienatio per grauatum. secus est simplici legato alimentorum, cui debentur sm quantitatem patrimonij. in l. qui cedit, ff. de cess. bon. & ita de facto consului. & dixi ibi in l. 1. sup. de leg. dic vt ibi dicit Ang. tu vide eundem in l. 1. sup. ... ff. ad Treb. & l. diuus, ff. de pet. hær. & quæ no. sup. de fideic. l. voluntas, ad Bal. facit c. super eo. ac. s. de app. & gl. in c. quam sit de ele. li. 6.

b And. Bar. Tunc aduerbium. No. ex nunc prout ex tunc. vide Bal. c. 1. de mili. vas. qui arm. bel. dep. Ang. in l. 1. ... de Lud. Rom. in cons. suo 130. & cons. 54. vide Ang. in l. Gallus, in prin. de lib. & posth. quæ remisi ad alios, in cle. 1. de excel. pra la. tex. in c. pastoralis, de exce. & ibi. Abb. & in c. 2. in ver. nunc. & ibi D. Ant. de accu. in 6. in ver. nunc. c. cum dilectus. de accu. c. 2. vers. ex nunc. de sorti. c. 1. de libel. obl. c. si. oem litibus. ver. ex nunc. de dolo. & contu. c. fi. ver. nunc, de for. compe. clemen. 1. de excep. facit c. personas de appel. in ver. ex nunc, Bald. in l. si ex cautione, sup. de non num. pec. Ang. in l. lecta, ff. si cer. pet. Bal. in l. quibus diebus, §. cum quidam, de condi. & demon. & in l. post dotem, ff. sol. mat. tex. in c. quoniam, §. porro, vt li. non conte. c. ad aures de appel. c. in ciuitate. de vsu. in ver. tunc, eo. lib. c. nauiganti, ver. tunc, eo. lib. & c. 1. de proba. in ver. ex tunc.

c Quandoque coniunguntur. Scripsi post gl. & Bal. in l. 1. sup. de eo sic.

d Item no. quod in eadem. Vide aliquid per Bal. in l. 1. in prin. sup. de commu. de leg.

e Ego puto. Vide quod no. Bal. & imo. in l. quamuis, cum seq. ff. sol. matr. vbi contra hæc dicta & Bal. in auth. similiter, in prin. inf. ad leg. Falc. & Bar. in auth. res quæ, in fi. communia de lega. su.

f And. Bar. Non credo. No. quod pro carceratis ex maleficio non habet locum hæc auth. vide gl. in c. sacrorum canonum 11. q. 2. & quæ dixi in c. quæ in ecclesiarum de consti. vide Bart. in l. illud, C. de sacrosan. eccl. vbi tenet contra, vide glo. in c. sicut omnino 11. q. 3. quæ alites loquitur remisi ad dictam legem. ad Bal.

g And. Barb. Et idem dico. Si pater assignat filio alimenta, & illa filius perdit, an teneatur iterum sibi præstare, vide Bar. in l. si cum dotem, §. si post solutum, ff. solu. mat. quod no. in auth. quod locum, sup. de col. & Bal. in l. scimus, sup. de inof. te. & auth. si captiui. de episc. & cle.

h Auth. res quæ. Et ibi vide Bar. in fin.

i Peculium. Vide Bal. in l. scimus, in prin. sup. de inoff. test. & in auth. si captiui. in fi. sup. de Epis. & cle. & illa plus placet quia ius alendi filium est de iure naturali, l. fi. §. ipsum autem filium, inf. de bo. quæ libe. 1. § pen. ff. de iust. & iur. ergo est immutabile l. eos, ff. de c. di. adeo quod pacto expresso et iurato tolli non põt, vt no. Bal. in l. pactum, in fi. sup. de col. post Spe. in ti. qui fi. sint leg. & per consequens nec tacite renunciari potest, l. cum quid, ff. si cer. pet. item per l. Imperator, in fi. ff. ad Trebel. quæ multum ob. determinationi huius gl. nec ob. illa glo. quia hic mortuus erat pater, nec erat restituenda hæreditas alicui, qui teneretur. istum dilapidatorẽ alere saltem de iure naturæ. Bal. in l. 1. in princ. ff. sol. mat. per gl. ibi argum, quod filius qui perdit rem datam pro alimentis, vltra non audiatur, per Bal. hic facit, quia maritus non potest renunciare beneficio ut teneatur nisi in quatum facere potest l. alia §. eleganter, ff. so. mat. tamen per dictum priuatur l. si rerum. ff. de re iudi. facit quod no. Bar. inf. d. §. eleganter, in fi. & bene facit l. etiam, §. 1. eod. tit. & istud teneo. & hic adde Bal. in l. 1. §. ius naturale, ff. de iu. & iur. & unde per Rom. in authen. quod locum. de col. sup. & quod no. Bar. in l. cum oportet, §. non autem, inf. de bo. quæ lib. & idem quod hic tenet ipse Bal. in l. si cum dotem, §. 1. solu. mat. & vide per Ang. in l. pater, ff. de euict.

K An. Bar. Nunquid illud. An illud, quod pater soluit pro condemnatione filij imputetur sibi in legitimam, vide Bar. in l. Stichus, ff. de pe. l. Bal. in auth. ex testamento. sup. de col. Bal. in l. omnimodo, §. imputari, sup. de inoff. test. in auth. si captiui, sup. de Epi. & cle. & l. illud, ad fi. sup. de col.

l Secundo. Vide ... in l. cogi. in prin. ff. ... & quod no. Bal. in auth. res quæ, sup. communi. de leg. & vide quæ sequuntur. Iaco. de Bel. in corpore vnde sumitur illa auth. transit cum gl. ita.

m Pone. Vide Raph. in l. Lucius, in fi. ff. eo. vbi videtur tenere contra Bal. facit quod no. Bar. in l. a filia. in pr. ... ff. eo. & auth. res quæ sup. comm. de leg.

o And. Bar. Quod alienatum. No. gl. quia videtur alienasse, ut sup. de secun. nupt. l. si quis prioris, §. insuper, & de lega. 2. l. unum ex familia, aut decessit intestatus; & tunc non videtur alienasse, & ideo hæres ab intestato restituere cogitur, quod est alienatum.

o Nunquid. Pro hoc facit l. fin. ff. si fa. fur. fe. dic. & declara, ut per Bar. in l. edita, sup. de e...

pothecaria respectu rei vendicationis, se habet sicut possessoriũ ad petitorium, quia hypothecaria nudam possessionem auocat ff.de euic.l.si cum venditor, Item istud non est proprie cumulare, sed inculcare, & superflue agere, quod est prohibitum, vt extra de ca pos.& propri.c.pastoralis, Sed nunquid in ista hypothecaria est necesse probare, ꝙ res fuerunt defuncti: Respõ. non, quia nec in peti.hæred.hoc oportet probari. Sed quomodo datur hęc petio hęreditatis contra titulo possidentem? Rñd. quia lex elidit titulum, vt sup. communia de leg.auth.res quæ. † Sed nunquid ordo exclusionis non seruatus añ lit.conte.potest suppleri post lit.conte.videtur ꝙ non, nam processus est nullus, vt inf.de sen.& inter.l.prolatam, Dic contra: quia ibi loquitur in ordine, qui requiritur post lit.contest. Secus in præparatorijs iudicij, in quibus ordo præposteratus, vel omissus non reddit iudicium nullum, vt no.ff.de euic.l.si mancipium, §.1. Vnde ante litem contestatã omissio libelli reddit iudicium nullum, quia omittitur id, quod est de fundamento: alias autem omissus ante litem contestatã non reddit iudicium nullum, vt dicit notan. Specul. in secunda particula Specul. in prin.& Bar.ff.de testa.l.si quæramus.

ADDITIONES.

a Ordo. Vide quæ no. Bal. in l. 1. inf.de reuoc.his, quæ in frau. cre. ali. sunt cum concor. And. Bar. Sed nunquid ordo. An ordo excussionis omissus ante litem contesta. poterit suppleri post lit.contest. vide glo.singu.l.si mancipium, ff.de euict. Celsus. Adde Bar.in alleg.l.si mancipium, ad prin.& quod ibi posui in apost. ad ipsum in ver.posset suppleri, de euict.

b Omissus. Vide Bar.in auth.generaliter, sup.de Epi.& cle.

LEX VII.

1 *Infans, pupillus, & absens æquiparantur.*
2 *Restitutio ex Trebelliano, non potest fieri procuratori in rem suam.*
3 *Monasterium si iubetur restituere, an solus prælatus restituere possit.*
4 *Tutor solus solam facti restitutionem facere potest.*
5 *Auctor sibiipsi nemo esse potest.*

Sancimus. Restitutio ex Trebelliano, potest fieri soli tutori infantis, vel absentis, & curatori furiosi & consequitur restituens re & verbo plenissimam liberationem: & econtra, nomine pupilli vel furiosi hæreditatem ex Trebelliano restituit, hoc dicit notabiliter. † No. ꝙ infans & pupillus, & absens æquiparantur. Item no. ꝙ non est vtendum nimia subtilitate in damnum pupillorum, vel dementium. Item nota, ꝙ furiosi dicuntur carere voce; quia sunt sicut animal brutum, quod non loquitur ex intellectu. Eodem modo diceremus ꝙ vox dormientis nulla est; quia quod loquitur, non intelligit. † Quæro, nunquid procuratori in rem suam possit fieri restitutio ex Treb. Respond. non, vt ff.de iu. dotium l.si mulier. §.ea actione. Et est ratio, quia restitutio ex Trebel. non potest cedi. & est ratio forte, quia restitutio ex Treb. est quædam cessio. modo si fideicommissarius alteri cederet, esset cessio cessionis: ergo ius cedendarum non potest cedi. Sed ego puto, ꝙ in restitutione ex Trebelliano sit speciale, cum non possit separari a persona fideicommissarij: cum oporteat ꝙ sumat vim in eius persona, quod est fieret procurator in rem suã, cum per talem restitutionem fideicommissario vniuersali nihil acquiratur: ergo nec per eũ in alium posset fieri transfusio, Item hæreditas per delegationẽ nõ põt acquiri, vt ff.de acq. hær.l.Paulus. Sed tex.in d.§.ex asse, ponit ista verba; quia heres actiones transferre ad alium, quam cui dẽt, non potest. quæ ratio non videtur vera, nam quis efficitur debitor cessionarij, ergo potest cessionario hæreditas restitui. Respõ. ibi est casus expressus, ꝙ per cessionẽ ille, contra quem ceditur actio, nõ efficitur debitor cessionarij, alioquin posset sibi fieri restitutio a Trebelliano. Sed nunquid cessionarius potest agere vt restituatur cedenti? Rñ.sic, pro suo interesse; quia facta restitutione cedenti, ipso iure vtiles actiones translatæ sunt in cessionariũ, ar. eorũ, quæ no.ff.eo.l.ea asse. † Quæro, si vnum monasteriũ iubetur restituere alteri monasterio, vel ecclesiæ, vtrũ solus prælatus restituere, vel ei restitui possit? & videtur quod non, sine consensu capituli; quia capitulũ non æquiparatur infanti, sed doli capaci. † Dic ꝙ, quia istud non est restituere, sed restitutum esse: cum ipso iure transeant actiones, & solam facti restitutionem possit facere solus tutor: ergo & prælatus & probantur hęc sup de sacrosan. eccl.l.fi.& ff.de reb.eo.l.1. in fi. sicut solus prælatus potest exequi inuestituras, vt in c.1. qui suc.feu.da. te.colla.x, non enim alienat, qui duntaxat possessionẽ omittit, vt in reg. iuris. † Quæro, si fideicommissum vniuersale debeatur tutori a pupillo infante, vtrum tutor poterit restituere sibiipsi? & videtur ꝙ sic, vt ff.de contrahen.emp.l.fistulas, §.fundum. Gl. dicit contrarium, quia in ista restitutione requiritur authoritas, & nemo põt esse author sibiipsi, facit c.si vna, de reb. eccle. non alien.in clem. Non ob.l.contraria: quia ibi loquitur in actu, qui non requirit solennitatem. sed verum factum, adde qđ notatur.ff.si cer. peta. singularia. Deinde no. ꝙ hic furiosus efficitur hæres, quando tenetur alij restituere hẽditatem ex Trebelliano. sic ff.eo.l.cum hęres instituta furiosa.& adde quod no.in l.Licinius, ff.de le.2.

ADDITIONES.

a Phil. Dec. Et. Et quid volunt exprimere nequeunt, nec memoriam recte ordinatã aut constitutam habent, ex quo facile tales deprehenduntur. & alijs quibusdam indicijs, de quib. per Alex.in cons.54.p.1.& per eundem plene in l.si cum dotem, §.si maritus, ff sol.mat. furiosi autem a mente captis in quo differant, docet & tradit Bal. ipse in l.furiosi C.de nup.& l.3.C.de cura.fur.& Alex. in d.l.si cum dotẽ. vbi dicit post Ang. quod leges in uno canentes, locum in alio non habeant. Et uide Ang.& Io de Imo.in l.ex facto, ff.de vulga.& pup.

b Procuratori. Vide Ang.& alios in l.apud Iulia.§.utrum, ff.eod. & Bar.in l.qui ita, §.etiam, ff eod.

c Cessionarius. Vide Ang.& Imo.in l.apud Iulianum, §.utrum, ff.eo.

d Quero. Vide quod no Bal.in l.pupillum.ff.de acq.hær.

e Si fideicommissum. Vide Doc.in l.j.§.fuit quæsitum, ff.eod.

1 *Fideicommissarius vniuersalis, si sponte suscepit actiones ante restitutã hæreditatem, an hæres sit liberatus.*
2 *Fideicommissarius ante aditam hæreditatem, non potest esse contumax.*
3 *Fideicommissarius primus quando est iussus restituere actiones transeunt ipso iure in secundum.*
4 *Testator an sine herede decere possit.*
5 *Testator quod sine herede decesserit, qualiter cognosci potest.*
6 *Actiones vtiles, in trib.casib.transeunt sine aliqua restitutione.*
7 *Emptor hæreditatis, dicitur procurator in rem suam.*
8 *Restitutio fideicommissi, an possit fieri per procuratorem in rem suam.*
9 *Restitutio in quibus casibus non est necessaria.*
10 *Possessio non acquiritur sine apprehensione.*

§.Cum autem. In tribus casibus transeunt actiones ex Trebelliano in fideicõmissarium vniuersalem, per restitutionem legalem. Primus est quando hæres, qui debet restituere, occultat se dolose, & post litem contestatam, vel ante. Secundus est, quando rogatus decedit sine herede. Tertius casus est, quando a fideicommissario in fideicommissarium est iussa fieri restitutio, & primo fideicommissario est hęreditas restituta. Nam statim, & ipso iure, actiones omnes hęreditarię actiue, & passiue, transfunduntur in fideicommissarium. h.d. † Quero si fideicommissarius vniuersalis spõte suscepit actiones ante restitutam hæreditatem, vtrũ heres sit liberatus? Respondeo, aut suscepit nomine heredis cõuentu: & tunc aut transfundendo in se instantiam solam, & non fit nouatio, aut instantiam, & obligationem, & tunc fit nouatio. In dubio autem non præsumitur nouatio, sed amicabilis defensio; vel pro suo interesse, pro quo admittitur ad nouationem etiã actore inuito, ut ff.de pet.hęredi.l.sed, & si lege, §. item si rem. Aut suscepit iudicium nomine proprio, & tunc non fit nouatio ipso iure, sed ope exceptionis, idest cuiusdam taciti pacti, ut dicit illa lex no. sup.de pact.l.post venditionem. † Quero nunquid iste §. intelligatur post aditam hęreditatem? Respondeo sic, in primu casu: quia ante aditam hęreditatem non potest esse contumax, vt sup.de fideicommiss.l.eam quam, & ff.iudi. solui.l.iste bonus, nisi in casu, vt s.eo.l.non iustam, & idem vr dicẽdum in secundo casu huius. §. nam si non est adita hęreditas, nec adiri speratur; quia cum hęres institutus, & de restituendo grauatus, decessit sine hęrede, uires testamenti deficiunt, ut ff. de stipulat. ser.l.si seruus communis Meuij, & castrensis peculij, in princ. & vr ea ptestium. ff.eod.l.ille a quo. §.si de testamento, & proprie in terminis est vnica gl ff.de admin.tut.l.tutores qui post fin.§.hẽs. Et hæc est veritas; nisi ille, qui decessit sine hærede, fuisset iussus a Iudice adire, & restituere; quia per dispensationem huius legis tunc ipso iure transeunt actiones, arg.s.eo.l.non iustam. † Sed q̃ in tertio casu huius. §. qñ primus fideicommissarius est iussus restituere secundo, vtrum in sm transeat actiones ipso iure? Solu. distingue, aut primus fideicommissarius est in mora restituendi & tunc non transeunt, nisi fieret restõ re, & verbo; quia restituere est cedere; & vbi requiritur cessio, non potest agi sine cessione nisi in subsidium, l.j. ff.de instito.& no.s.de act.& obl.l.j. Hæc doctrina singulariter traditur in gl. ff.de dam.infect.l.damni, §.de illo, vbi dicit, ꝙ primus in sm transfert actionem restituendo; ergo non sine restõne, & facit quod no.s. commu. de leg. l.a.in gl. sic ergo diceret aliquis ꝙ ille §. corrigitur per istum, quod falsũ est: quia iste §. solum loquitur in casib.in quib. ante Iustinianum non erat prouisum, vt tex.ibi, & D. Vlpianus constituendo, &c. quid dicemus? gl. vr indistincte dicere, ꝙ transeat actiones vtiles sine alia restõne, & potest talis rõ assignari: quia cum pure rogatur restituere, vr electus vt minister, i.vt simplex ɔmissarius. Vñ apud ipsum nullum ɔmodum dẽt remanere, vt no. ff.de ali.leg. l.pecuniæ, in glo. die duob.modis. vñ tenetur ad restõnem oĩum fructuum, siue sit in mora, siue non. Prꝗterea text.non requirit moram

ADDITIO.

a Nunquid iste §. vide per Cy.& Bar.in l.2. ff.de testa.mil.

moram nisi in primo casu, qñ est rogatus hæres de restituendo. quod ergo dicitur in §. de illo. hodie est ampliatum per hunc. §. vel ibi loquitur quo ad veram restitutionem; hic quo ad fictam & est simile, quod no. ff. eo. l. apud Iul. §. 1. in glo. nam non est in ver. ad quid ergo. Sed Cyn. tenet opin. Pe. sed non respondet ad differentiam, quam facit hęc litera. sed facilis est responsio: quia in hęrede requiritur contumacia respectu patris, & Iudicis: sed fideicommiss. vniuersali rogato sufficit quælibet interpellatio *a* a extraiudicialis, vel diei appositæ lapsus, vel per conditionis euen b tum. Nam, & conditio *b* apposita uerbo obligationis executiuo. & sic est post facto, largo modo interpellat pro homine, ut c ff. de verbo. oblig. l. si ex stipulatu *c* & plene dixi ff. si certum per. 4 l. quod te. † Quæro, quomodo potest esse, *d* quod quis decedat d sine hęrede? Respondet glo. quia nemo vult eius hæreditatem, nec consanguineus, nec fiscus, & si dicas, quare fit mentio de fisco, cum non sit proprie hęres, vt no. ff. de nouat. l. nouatio, & l. quoties, §. fi. Respon. imo est hęres. qñ venit ex successorio edicto. secus si per confiscationem bonorum viuentis, quia tūc loquuntur illę leges; & tamen vtrobique habetur loco hęredis, vt e ꝭ. ad leg. fu. de vi. l. si tutoris. Vel dic, *e* dicit gl. quod dr̃ decedere sine hęrede, eo ipso ꝙ non habet hęredem statim cum moritur. sed ista gl. est falsa, quia quod in suspenso retinetur, non obrumpitur. Vnde aliud est hæredem ad tempus cessare, aliud sine hærede decedere, vt ff. de adm. tut. l. sine hře. ff. ut le. no. ca. l. post ꝗ. ff. dep. l. 1. §. plane. & ff. de so. l. Stichum, aut Pamphilum. in prin. f alias sequeretur, *f* ꝙ si rogatus decederet instituto hęrede posthumo, vel instituto hęrede sub conditione: ꝙ ille diceretur decedere sine hęrede, quod est manifeste falsum. & ideo prima opinio gl. est ipsa ueritas, vt ff. de fideic. lib. l. cum quasi, §. eleganter. & §. sed, & si qs, i. responso. & §. antep. & no. ff. de fideiuss. l. fi 5 deiuss. obligati, §. fin. per Accu. † Modo quæro, qualiter perueniatur ad istam notitiam. uidelicet ꝙ decesserit sine hærede? Respõ. per solennem discussionem. super qua utile puto, quod iudex pronunciet interloquendo. Nam regula generalis est, de qua re cognouerit iudex, de ea pronunciare debet, quæ regula est vera tam in diffinitiua, quam in interlocutoria, postquam non speratur diffinitiua. alias esset initium iudicij sine fine, quod est abso g num, vt ff. de iud. l. de qua re. Sed quidam *g* dicunt, vt Iacob. Bu. quod sufficit discussio, licet iudex nihil interloquatur: quia ad quid requiritur interlocutoria, cum ea ea non fiat ius? argu. eorum, quę no. in l. j. ꝭ. quorum bo. & hic p gl. positam sup verbo, p contumaciam. quę videtur dicere, quod sufficit ꝙ ex actis appareat quem contumacem; licet iudex non fuerit interlocutus eum contumacem. sed hoc est simile: quia ad conuincendum contumacem, sufficit non comparitio. & contumacię accusatio. sic sup. de iu. l. properandum, in fi. principij. & no. ff. de iu. sol. l. iam tñ, §. fin. Et adde qđ dixi in l. 2. sup. de vsu. & fru. leg. Oppo. dicitur hic, ꝙ siue lis fuerit contestata, siue non, fideicommissa habet vtiles actiones. Contra; nam opus est iudicem pronuntiare, & hoc non potest fieri lite non conte. ergo litera falsa. antecedens probatur, ff. de fideicom. l. cum vero. §. subuentum. consequentia est nota etiam, quia super actione ex testamento debet lis contestari, & aliter non potest procedi ad diffinitiuam, quãquam testamẽta sint multum fauorabilia, ut l. j. in fi. sup. de vsu & fru. l. Sol. Hic speciale, quia non fertur diffinitiua. sed interlocutoria, & forma sententiæ erit, quia iudex interloquendo pronunciabit hęreditatem restituendam, & pro restituta habendã. Vel dic, dicit gl. ꝙ non est necessaria pronunciatio; sed sufficit ꝙ ex actis appareat, quia iudex fecit scribi per Tabellionẽ qualiter, & pro quo. i. propter quod, & ad cuius petitionem ille est vocatus, & non venit; sic enim de contumacia liquet, secundum h gl. quam perpetuo no. Pone, dicit statutum *h* quod contumax ponatur in banno, nunquid est necesse quod iudex primo quã ponat in banno interloquendo pronunciet eum contumacem? 6 Resp. non, per hanc glo. quæ est vnica in iure. † Deinde videmus, ꝙ hic sunt tres casus, in quibus transeunt actiones vtiles sine ali 7 qua restitutione. † Quæro, an sint plures? Resp. vt in gl. Sed iuxta hoc quæro, hæres rogatus de restituendo hæreditatem, eam vẽdidit antequam restitueret, an emptor hæreditatis poterit eam restituere ex Trebelliano? emptor enim hæreditatis est procura 8 tor in rem suam. † Vnde quæstio stat in hoc an per procuratorem in rem suam possit fieri restitutio fideicommissi, ita ꝙ restitutio sit Trebellianica; per simplicem enim procuratorem potest fieri. Nam potest quis facere simplicem procuratorem ad actiones cedendas alteri, vt eleganter not. Cy. in l. apud Iulian. §. vtrum, ff. eo. Solu. considera, ꝙ emptor hæreditatis, quo ad mouendas actiones, est procurator in rem suam, & potest eas cedere. Sed passiue est simplex procurator, ff. de procur. l. si actor malit. & ideo tanquam mixtus procurator potest actionem cedere actiue, & passiue. Forte melius esset dicere, quod non possit passiuas transferre: & ideo non est proprie restitutio Trebellianica, vt supra de hæred. vel act. ven. lege secunda, & hæc vera. Et i scias *i* ꝙ l. si mulier. §. ex asse. non facit ad propositum; quia loquitur in casu conuerso. Deinde scias, quod glo. dat hic nonum intellectum ad l. post mortem, sup. de fideicõ. de quo dic, 9 vt dixi. † Quæro, nunquid sint *k* alij casus, in quibus non sit ne K cessaria restitutio? Respon. sic. nam si relinquitur ecclesiæ, vel ciuitati: tunc transeunt vtilia iura ipso iure, vt sup. de sacros. eccl. l. fin. Item si relinquitur pauperibus. nam omnia priuilegia ecclesiæ habent pauperes. tex. est no. in Auth. de eccl. titu. collatio. 9. 10 † Quæro, nunquid *l* sit necessarium in prædictis casibus ad acql rendam possessionem facti, ꝙ fiat traditio? Respon. sic, vt ꝭ. quorum bo. l. j. & ff. de acq. hære. l. cum hęredes. nam possessio sine apprehensione nõ acquiritur, ff. de acq. pos. l. 3. in prin. & ff. si quis test. li. esse iuss. fue. l. 1. §. Scæuola & ff. de vsuca. l. si homo, & hoc patet in simili; quia in legatarium transit dominium recta via, non tamen transit possessio etiam vacans. nam si transiret, posset sua authoritate possidere: quod est falsum, vt sup. de legi. l. non dubium, & l. j. §. redigũtur, ff. quorum leg. Sed q̃dam decretalis videtur dicere, ꝙ ecclesiæ acquiratur possessio ipso iure, vt ext. de consuet. c. ex parte. sed illud est pp authoritatem consuetudinis.

ADDITIONES.

a Interpretatio. Secus in hærede, vt hic sentit Bal. & idem Ang. in §. de illo. hic allega. licet Imo. ibi contra. & vide inf.

b Conditio. Illud est contra communem opin. Doc. in l. quoties, de ver. obl. iunctis. no. per gl. in l. si decem cum petiero, ff. eo. tt. tamen doctrina ista potest saluari, vt patet ex opp. per Bar. in l. 1. au n ff. de pe. l. & in præall. l. quoties, in fi. sed responde quod imo secundum Bar. non videtur ibi conditio.

Celsus. Adde quod notaui in apost. Bar. in alleg. l. 1. ad finem prin. in ver. conditio, ff. de pecu. leg. & omnino in l. si decem cum petiero, in fi. ff. de ver. obli.

c L. si ex stipulatu. Et l. si ex legati causa, quæ non probant.

d And. B. Quæro quõ potest esse. Imo dicas, quod vt fiscus sit hæres, est priuilegium suum, gl. est sing. secundũ Sal. in l. non intelligitur, §. cum ex causa, ff. de iure fis.

e Vel dic. Istam gl. pro sing. sequi videtur Bal. in l. pen. sup. de cond. inser.

f An. Ba. Alias sequeretur. Vide Bal. in l. pen. de cond. inser. vbi allegat istam glo. pro sing. licet hic dicat esse falsam.

g Sed quidam. Vide infra prox. q.

h An. Bar. Dicit statutum. No. si iudex potest ponere contumacem in banno ex forma statuti, quod non est necesse quod pronunciet eum contumacem, licet tex. l. 2. § quoties, ff. de iure fis. velit quod in sententia debet exprimi contumacia.

i Et scias. De qua vide sup. in prin. huius legis.

K Nunquid sint. Dixi post Bar. in l. 2. §. sed quoties, ff. eo. & Bal. sup. ea. l. in ver. quæro, si vnum.

l And. Bar. Quæro, nunquid. No. quod possessio non acquiritur sine actu corporali. Fallit, nisi consuetudo contra statueret, quod est singulare, vnde alleg. per Sal. in l. traditionibus, sup. de pac. uide Bal. in l. Titia. sup. de fur. & ext. de sc. c. parte. & in l. 1. sup. commu. de leg.

Nunquid. Hoc in terminis tenet gl. in l. 1. § sed & quoties, ff. eo.

LEX VIII.

1 *Hæres legata singularia retinere non potest, & reliquum fideicommissario vniuersali restituere.*

2 *Legatorum onus videtur ascriptum ad onus fideicommissarij vniuersalis.*

3 *Legatarius & fideicommissarius si simul insistant hęres soluere debet legata & reliquum restituere.*

Quidam testamento. Vbi vni fideicõmissũ vniuersale relinquit, alteri singulare: vtrunque debet fideicommis. vniuersali restitui 1 qui postea satisfaciat singulari. h. d. † Nota, ꝙ hęres non põt retinere singularia legata, & reliquum restituere fideicommissario vniuersali. & est duplex ratio. Primo, qa vr̃ excipere quodãmodo de iure tertij. Secundo, qa est rogatus restituere totũ. nam q a vniuersum dicit, nihil excipit. † No. quod onus legatorum videt ascriptũ ad onus fideicommissa. vniuersalis, & iõ fideicommissa a ria vniuersalis dẽt conueniri. Modo *a* quæro, quid si vniuersalis fideic. non petit fideicõmissum, an legatarij possint agere ꝯ hęredem? Respon. sic: quia vterque tenetur. s. hęres ante restitutionẽ hæreditatis, & fideic. vniuersalis post hęreditatem restitutã, vt ff. 3 eo. l. qui quadringenta. † Quæro, quid si legatarius *b* & fideicom b missarius vniuersalis simul instant? Respond. nunc debet hæres soluere legata, & reliquum restituere, vt ff. eodem l. ita tamen, §. ex Trebelliano secundum Mar. Syl. & Iac. But. Item potest se exonerare, & integraliter restituere fideicommissario vniuer c sali. hoc facit ea voluntate testatoris, vt hic. Sed quid *c* si nullus petit, nunquid potest in soluendo præuenire? Respond. sic, tam legatarijs quam creditoribus soluendo, arg. ff. de leg. 1. l. quidam testamento, §. si scriptus. & ff. de exec. do. l. contra. Et not. quod hęc lex nostra loquitur, quando legatum, vel simplex fideicommissum, item & vniuersale, sunt relicta simpliciter & pure, vel in eundem diem, vel sub eadem conditione. Sed si ea dispositione testatoris prius esset soluendum singulare quam vniuersale: vide-

ADDITIONES.

a Modo. Sed quid si fideicommissarius vniuersalis sponte suscipit actionem ante restitutionem factam, an liberet hæredem, uide Bar. sup. l. proxi. in fi.

b Quid si legatarius. vide Pau. de Cast. & Lud. Rom. in l. 1. §. fi. ff. eo.

c Sed quid. Et ideo dicit Bal. in l. successores, in l. tit. prox. quod tunc non cogitur hæres restituere hæreditatem fideicommissarijs, si totam hæreditatem consumpsit in satisfaciendo creditoribus.

videtur ascriptum ad onus hęredis. In text.ibi,ascripsit. scilicet simpliciter,non ab hęrede nominatim, Item secus si testator dixisset,deductis iudicijs & legatis,talem substituo, vt patet ex virtute verborum.

Ad legem Falcidiam. *Rubrica,*

L E X PRIMA.

1 *Distributor generalis datus in testamento,alio herede non instituto, est loco coheredis.*
2 *Distributor datus in testamento,an detrahat Falcidiam.*
3 *Minor 25.annis si totum soluit suadente conscientia,per restitutionem ad iuris apices reuerti non potest.*

SCire. Non dicitur plus debito soluere hæres, qui ex certa scientia Falcidiam non deducit, h. d. Vel sic. Non offendit ius cōmune ille qui beneficio non vult vuit vti.h.d.† No. ꝙ generalis a distributor datus in testamento alio hærede non instituto,est loco hęredis, saluo ꝙ non detrahit Falc.in Spec.de instr.edi.§.nunc vero aliqua.vet. pone ꝙ aliquis non instituit. & ita intelligitur c.cum tibi.extra , de test. † Opp. ꝙ Falcidia resecat ipso iure,vt ff.eo.l.lineam margaritarum.Sol. verum est si hęres vult vti beneficio Falcidiæ:alias secus vt l. patrem,ff.quæ in frau.cred.† Quæro, quod si minor b vigintiquinque annis suadente ɔsciētia totum soluit postea vero ꝑ restōnem in integrū.vult ad iuris apices reuerti nunquid potest:Gl.dicit ꝙ non ; quia quilibet optimus hoc fecisset , licet auari hoc non fecissent.vnde tanquam vsus via optima , non videtur lęsus : sicut nec ille,qui dedicat se religioni. Doc. autem communiter dicūt ɔ̄rium per ea,quæ no.in l.interdum,ff.de cond.indeb. Nam minor restituitur aduersus solutionem debiti naturalis tātum. Sed tu dic,ꝙ hic erat debitum vtroque iure,lex.n. Falcidia erat apta ad detrahendum tamen si hęc aptitudo deducitur in actum suū, nihil operatur,vt ff.de do.inter vir.& vxor.l.si sponsus, §.si quis rogatus,vbi non distinguitur inter minorem & maiorem . Vel dic,ꝙ aut minor soluit sui facilitate , quia inconsulte & sine aduertentia: & tunc restituitur in integ.aut iuris errore ductus , & ipso iure est tutus per condictionē indebiti,aut ex foro conscientiæ,& tunc nec recipit,nec in integrum restituitur, vt s̄.de fidei. com.l.a.quia bonum,laudabile,& maturum consilium est consecutus per condictionem indebiti ex foro conscientiæ , saltem ad pias causas,vt ff.de fideicomm.lib.l.in testamento , & saltem in his,qui debent esse prouecti in scientia,vt not. in l.professio.J. de mune.patrimoni.lib.x.

ADDITIONES.

a Generalis. Vide per Bar.in l.centurio,cum concor.ff.de vulg. & pup. & plenius in l.hæreditas.la 1.ff de hær.insti.
Celsus. Adde omnino ad propositum notata,quæ hic dicūtur,istam in addi.ad Spe. in tit.de instr.edit.§.nunc vero aliqua,vers.pone quod aliquem non instituit.
b Quid si minor. Vide gl.& Doc.in l.interdum,hic all.

L E X II.

1 *Quarta in vna re,an retineri possit.*
2 *Quarta quæ debetur patrono,de singulis rebus deduci potest .*
3 *Legatum speciei non minuitur per legatum quantitatis.*

Falcidiæ. Falcidia detrahitur de omnib.legatis prorata. h.d.Opp.a quod in vna re possit retineri quarta,vt l.non amplius,§.fi.ff.de leg.1.Sol.aut qs est rogatus restituere partē bonorum,& potest in vna retinere portionem suam, vt ibi.Aut est rogatus restituere totam hęreditatem:tunc aut eidē, & potest in vna re detrahere Trebellianicam,vt s̄.fa.er.l.filium. quem habentem. Idem si sunt plures fideicommissarij vniuersales;quia detractio in pluribus & diuersis rebus plurima haberet incommoda,vt l.2.J.quando & quibus quarta pars deb. lib. x.& quia nemo inuitus compellitur ad communionem,vt ff.de cond.indeb.l.si non sortem,§.si centum. Ista tamē detractio dēt fieri in re mediocri,nō in re optima;nisi fiat iudicis arbitrio mediante,ar.sup.com.de leg.l.fi.§.1.Vel nisi forte sit filius,qui in sua legitima loco creditoris hr̄,vt ff.de distra.pign.l.creditores, & in Auth.de restitu. & ea,quæ parit,§.quamobrem,vel nisi ex præordinatione testatoris,arg.ad l.filium.& dixi s̄.titu.1.l. iubemus. Aut loquitur in legatis particularibus,siue rerum particulariū; & tūc aut sunt plures legatarij & in singulis rebus detrahit̄ Falcidia,non in vna re,vt ff.eo.l.Platius.cum simili. Aut vni legatario sunt plures species ,& tunc potest in vna re detrahere Falcidiā,quia eadem est ratio,quæ est in vniuersali fideicom.hĕ quia hoc dictat æquitas,cum cōditio detrahentis fiat melior,& legatarij non fiat deterior,ar.ff.de aqua plu. arc.l.3.§. item Varus.& Insti.de off.iud.§.fin. Sed illud videtur b falsum,quia defalcatio legalis fit in singulis rebus ipso iure , nec transit in legatarium dominium quartę;ergo cum detractio ipso iure fit in singulis rebus, nō potest iterato detrahi in vna re missi officio iudicis implorato,non propria authoritate,vt d.§. fi. & est verius. hanc distinctionem de vniuersalibus,& particularibus facit hic Iac.Bu. quod placet Domino Cyn. sed indistincte dicit omnes res esse communes pro indiuiso, videlicet hęredis pro quarta parte ; & legatariorum,& fideicommissariorum pro tribus partibus,donec per equitatē iudicis aliud decernatur. Nam hr̄ditas quoddā corpus est,ꝙ ipso iure diuisum est inter hr̄dem, & fideicommissarium post restitutam hr̄ditatem ex Treb. loquendo in fideicō missario vniuersali.Considera qm̄ si liceret detrahere in una re, debet detrahi ante hr̄ditatem restitutā verbo,vel re, quę in consideratio non cadit in particularib.relictis,ut ff.eo.l. lineam margaritarum:quia ipso iure sine restitutione transit dn̄ium. Et idē vbicunq; ex legato vniuersitatis p̄t agi ad singulas res, ff.de pet. leg.l.si peculium.& ff.de leg.3. l. si chorus. Falsū in legato partis bonorum,quia non legatur certa species,ff.de lega.1.l.si quis bonorum,& l.non amplius,§.fin.& ff.de leg.2.l.si quis seruum , §. fin.& ff.de vsufruc.leg.l.ultim.& ff.de adim.leg.l.fi.Quæro,quid † de quarta,quæ debetur patrono ? Lex vr̄ dicere , ꝙ de singulis reb.debeat deduci,s̄m Iac.de Are.qui ita h̄r̄ no.ff.de bo.lib.l.a liberto. vbi sumit tale arg. ꝙ de singulis detrahitur portio debita iure p̄ronatus. Non obstat prędictis.ff.ad Treb. l. Marcellus, §. res quę,quia ibi in odium alienantis,& non in eius fauorem, imputat sibi totam Trebellianicam in re alienata.†Sed hic quæro, c testator legauit mihi centum,& tibi fundum,& nihil aliud habebat in bonis:vtrum hr̄s possit de centum detrahere totam Falcidiam vtriusq; legati:vr̄ ꝙ sic; quia legatum speciei non minuitur per legatum quantitatis,vel generis,quia species derogat generi.& vr̄ expressum,ff.ut in pos.leg.l.si fideicommissorum. vbi legatarius quantitatis non potest mitti in possessione speciei legatę,quia species per quantitatem non minuitur. Tu dic,quod ɔ̄rium est veritas;quia verum est , ꝙ vnus legatarius non p̄t minuere legatum alterius legatarij : tn̄ hęres de quolibet legato p̄t detrahere pro rata,ut in l.nostra, & facit ꝙ no. s̄. communia de leg.l.j.in gl.quæ incipit,in dote.

ADDITIONES.

a Opp. Vide quæ dixi post Bal.in l.filium.hic alleg.
Cels. Adde Bar.in l.filium,quem habentem,in 3.vers.ex quo habes istud singulare,& quod ibi posui in apost.ad ipsum,in vers.nec alibi habes illum casum,supra fam.ercisc.
b Sed istud videtur. Vide Dy.Bar.& Imo.in l.si pupillus,§.1.& quæ no.Imo. in l. si ex pluribus,ff.eo.
c Sed hic. Vide quæ dixi post Imo.in l.quærebatur,ff.eod.

L E X III.

1 *Hæres an priuetur hæreditate.si ei sit ablata tanquam ab indigno.*
2 *Falcidia pertinet ad hæredem,nec legatarii possunt allegare indignitatē.*
3 *Hæres,qui promisit restituere hæreditatem filio spurio testatoris,an efficiatur indignus.*
4 *Bona alicuius si sint publicata,non ueniunt bona postea quæsita.*
5 *Fiscus non tenetur facere inuentarium.*
6 *Fiscus quo iure auocat.*

Etiam. Ablata hr̄di tanq̄ ab indigno,legata non minuunt, neq; augent.h.d.Casus.quidam fuit hæres institutus, & tacite fuit ei iniunctum , vt restitueret hr̄ditatem non capaci.Item ab eo fuerunt relicta nonnulla legata capacib. quæ ascendunt dodrātem:iste. mortuo testatore , restituit hr̄ditatem dicto non capaci,ɔ̄ quem fiscus intentauit petitionem hr̄ditatis, & abstulit ei tanq̄ ab indigno,dr̄ ꝙ fiscus tenetur soluere alia legata,deducta Falcidia. Vel dic,ꝙ ante restitutam hr̄ditatem tanquam ab indigno;nam alii legatarii possunt petere legata a fisco sed fiscus Falcidiam deducit.† Op. ꝙ imo hr̄s non priuatur hr̄ditate,vt ff.de leg.2.l.Lucius,§.fi.Sol. ibi hęres nō accommodauit tacitam fidem:hic sic.vt in l.si tacitum,ff.eo.Op.ista legata sunt ascripta ab hærede:ergo per manum eius debent transire,vt no. s̄.tit.1.l.fi.Sol.indigno aufertur administratio,ut hic.Et est ar.ꝙ Notario infamato,& priuato,auferantur libri.Oppo.quod imo parcatur quibusdam personis, puta filio , qui propter nimiā reuerentiam consentit patri,vt ff.ad leg.Falc.l.si tacitum. Sol. concedo.Oppo.quod fideicō. vniuersalis possit se defendere,ut habeat dimidiam dodrantis,ut l.si tacitum,ff.eo. Solut. concedo. Op.fiscus non detrahit Falcidiam , qa nō est proprie hr̄s. a vnde vr̄ obstare.ff.ad Trebel.l.mulier, §. vt Trebelliano. coniuncta l. quoties.& l.nouatio,ff.de nou.vbi dicitur, quod fiscus in nouatione

ADDITIO.

a Phil. Dec. Hæres , hoc uerum , quando ex confiscatione succedit. secus aūt vbi ex edicto successorio succedit:habetur tamen perpetuo loco hæredis,secundum ista hic,& in l.penultim.§.1. sup. ad Trebel. & in l. tam mandatori. de non numera. pecu. Et an in rebus omnibus succedat,in quibus successurus fuerat is , in cuius locum succedit ipse,& in quibus succedere possit , uide per Alexan. in l.insulam, de verbor.obligat & Bar.in l.1.C.de ope.lib.& Bal.extra in cap. ex parte. de feu. eandem Alexand.in l quoties,ff. de noua. Quando autem in hæreditate succedit, an teneatur ad legata.uide per Barto.in l.cum fisco,ff.ad Syllan. & ibi per illum.

tione conditionali non succedit, quia non est proprie hæres. Sol. non detrahit ea persona sua, sed ex persona hæredis scripti qui remanet hæres nomine, vt ff. de vulg. substit. l. ex facto, §. fi. & ff. de leg. 1. l. cum filio. Opp. quod immo penes indignum remanet hæreditas, si fiscus nolit auferre. ff. de leg. 1. l. si seruus plurium, §. si quis ante. Sol. confiteor. † Quæro ergo ad quem pertinebit Falcidia? Respon. ad ipsum hæredem: nec enim possunt legatarij allegare indignitatem, quam fiscus non allegat, vt ff. fam. erc. l. his cōsequenter, §. 2. † Modo quæro, vtrum hæres, a qui accommodauit fidem de restituendo spurio testatoris, fiat indignus? & videtur quod non quia superius non est proprie indignus, sed magis incognitus, vnde cum ipse non capit, non propterea fiscus capit, vt dixi sup. de hær. instit. l. si pater. In contrarium videtur per l. nō intelligitur, §. tacita. ff. de iure fisc. & ff. de probat. l. cum tacitum. quod est verius: quia deliquit accommodando fidem indigno contra vim & authoritatem legis. Idem dico, b si accommodasset fidem de restituendo cuidam ex bannito, cui propria ciuitas bellum indixit, vel quæstionem diffidauit. nam idem est diffidare, c quod dare licentiam cuilibet offendendi, huic enim rogato aufert ciuitas hæreditatem, tanquam ab indigno, si habet iura fisci. nec obst. quod secus esset, si palā relinqueretur huic bānito? quo casu non confiscaretur, sm veram opinionem: quia vr̄ relictum mortuo, & sic pro non scriptum. vt l. 1. in fi. ff. de contrah. Non ob. ff. de leg. 3. l. si deportati, qa ibi ius ciuile patrocinatur deportato: quia per occasionem iurisgentium, scilicet ratione dominij, quod habet in seruum, quod dominium est iurisgentium. capit ergo deportatus, sed non retinet; quia fiscus aufert vt dixi su. de hæredib. instit. l. 1. Dico ergo, quod deportatus per causam iurisgentium habet actiones, & acquisitiones, quæ sunt de iure ciuili, vt ff. man. l. si mandauero. §. is, cuius bona. Ciuiles autem acquisitiones mere non cadunt in deportato, vt l. vltim. inst. de sen. pa. † Et no. quod si omnia bona alicuius sunt publicata, nō veniunt bona postea quæsita: nec legata, quorum dies non cesserat, vt not. ff. de cond. & demon. l. non ad ea, quæ gl. non est alibi & adde, qd quidā sunt indigni etiā viuo testatore. quidam sunt indigni post mortem. quidam sunt incogniti, non tamen proprie indigni, vt sup. de fideicom. l. eam quam. † Quæro, an fiscus d teneatur facere inuentarium? Respondeo non, quia non tenetur vltra vires hęreditarias, vt l. 1. §. an bona, ff. de iure fis. & ideo cedendo hęreditati liberatur. Quæro, nunquid ille, e qui accommodauit tacitam fidem in vno nummo, censeatur indignus tota hæreditate? Respondeo sic, vt hic. Quæro quo iure fiscus auocat. Respōdeo, hæreditatem per petitionē hæreditatis: res singulares per rei vindicationem, scilicet, quando singulariter confiscantur ita intelligitur glos. hic posita, & s̄. de his quib. indig. l. 1. & facit ff. de pub. l. commissa, & l. Imperatores, ff. de iure fisci.

ADDITIONES.

a Verum hæres. Vide Ang. & Imo. in l. ex facto, §. Iuli. ff. de vulg. & pup. & no. Bar. in l. fi. de his, qui vt indig. & Bal. in l. si quis presby. su. de epi. & cle.
b Idem dico. Vide per Doc. in l. quidam cum filium, de hær. instit. ff. & vide Bar. in l. hæreditas, sup. de his quib. vt indig.
c And. Barb. Nam idem est diffidare. Quomodo autem probetur accommodatio facta de incapaci Sal. hic dicit per coniecturas, ar. eius quod no. gl. in l. dolum sup. de dolo. & l. licet imperator de leg. 1. & ita refert se consuluisse.
d And. Barb. Fiscus. An fiscus teneatur conficere inuentarium. vide singularem decisionem Bar. in l. 1. supr. de sacros. eccl. licet indecisum alibi relinquent. Celsus. Ad hoc quod not. Bar. in l. 1. §. an bona. & ibi omnino per Alex. qui late hanc quæstionem ventilat, ff. de iure fisc.
e Nunquid ille, quod dictum est contra casum l. hæres qui tacitam. ff. de his, quibus vt indig. & ibi gl. & l. ex facto, §. fi. ff. de vulg. & pup. non obst. iste tex. quia accommodauit fidem fideicom. vniuersalis.

L E X IIII.

1 *Relictum pro anima, dicitur ad pias causas.*
2 *Lex Falcidia an possit imponere legem Deo.*
3 *Deus, Princeps, & Ecclesia, vtuntur iure communi.*

Et in legatis. Etiam in relictis Principi, habet locū Falcidia. h. d. † Quæro quid a si relinquitur Deo, vel ecclesię? Respon. idē de iure veteri sm gl. q.d. secus de iure Authenticorum, quia omne relictum pro anima est ad pias causas, vt not. ff. de leg. 2. l. si quis Titio, sed in legatis ad pias causas cessat Falcidia, vt ℐ. eo. auth. similiter. Sed Ia. But. ibi tenet contrarium, vt ibi dicam. † Sed dubitatur, b quomodo lex Falcidia possit ponere legem ipsi Deo? Item quomodo statutum ciuitatis possit imponere legem Ecclesijs? Rn̄d. quia ecclesia vtitur adminiculo iuris municipalis, agendo ex testamento. Vnde ex qua lege sentit lucrum, & onus debet sentire, nam & Imperator est supra statuta locorum, & tamen in eo, quod est relictum Imperatori, habet locum ius municipale, ar. ext. de testa. c. Raynutius, quod est verum, si testamentum sumit robur a iurę municipali, vt ff. de arbitr. l. nam & magistratus. † Quæro, quid econtra, vtrum Princeps detrahat Falcidiam? Respon. sic, ex quibus conclude, quod Deus, Princeps, & Ecclesia vtuntur iure communi, nisi in casibus in iure expressis. Item not. quod ex honestate Princeps non debet detrahere Falcidiam, quia donare consueuit. Nam proprium Principis est, quod debet esse liberalis & gratiosus, vt inst. ut. 1. l. fi. & ff. ad Treb. l. si quis rogatus, §. vlt.

ADDITIONES.

a And. Bar. Quæro, quid. Vide Do. Abb. in c. ecclesia. de const.
b Sed dubitatur. Bene facit quod no. Bal. in l. si quis curialis. sup. de Epi. & cler. cum simil. & expressius in l. omnes. sup. de sacros. eccl. & vide Fed. de Sen. in consi. 55. incip. statutum &c. ad fi. & Bal. in l. 1. vlt. q. de contrah. emp.

L E X V.

1 *Dominium transit sine traditione, per donationem causa mortis.*
2 *Donatio causa mortis requirit aditionem hæreditatis.*
3 *Dono tibi post mortē meā, an per hæc verba celebretur donatio cā mortis.*
4 *Pater si donat filio causa mortis, an requiratur traditio.*
5 *Donatio facta filio, an requirat insinuationem.*

Si mortis. De donatione causa mortis detrahitur Falcidia. h. d. † Quæro cum per traditionem esset translatum dominiū in legatariū, vtrū ipso iure reuertat ad hæredem. Respon. sic tex. est no. ff. quorum leg. l. j. §. si quis ea morte. † Quæro, nunquid a per donationē cā mortis transeat dominiū sine traditione? Gl. dicit quod sic, ff. de publiciana. l. vel donationes. Sed contrarium videtur quia donatario dator condictio ea lege, vt no. ff. de leg. 2. l. cum pater, §. Mæuio. Sed nemo rem suam condicit, vt Instit. de act. §. sic itaque. nisi respondeas b per l. j. ℐ. do. quæ sub modo. Quæro, nunquid donatio c causa mortis requirat aditionē hæreditatis. videtur quod sic, quia ex ea oritur actio ex testamento d contra hæredem, vt no. in l. 1. ff. de do. cau. mor. Contrarium no. ff. de inoff. test. l. etiam. Sol. aut donatio fuit facta inter absentes, non interueniente nuncio, vel epistola: & tunc oritur actio ex testamento, & requiritur hæreditatis aditio: aut per actum, vel stipulationem, & tunc nō requiritur hæreditatis aditio. † Quæro nunquid per hæc verba, dono tibi post mortem meam, celebretur donatio causa mortis, vel inter viuos? Glo. super hoc casu loquitur alternatiue in l. fi. sup. de pact. Dic quod in dubio præsumitur causa mortis, nisi ex indicijs, vel meritis præcedentibus aliter præsumatur, vt ff. de do. causa mor. l. Seia. ff. sol. ma. l. quæ dotis. ff. de cond. indeb. l. nam & si cum moriar. & hoc in contractu titulo donationis. secus si ex alio titulo: quia tunc inter viuos, licet post mortem conferatur effectus, vt l. 1. sup. vt act. ab hęre. & contra hęre. † Quæro, si pater e donat filio in potestate constituto causa mortis, vtrum ad conualescentiam requiratur traditio? & videtur quod sic, vt sup. si quis alteri, vel sibi. l. 2. Dic contra, quia hēt instar legati, secus in simplici dona. facta filio in ptāte donatoris constituto: quia tunc ad conualescentiam requiritur traditio, vel quasi, vt no. Cy. in l. j. sup. de do. ante nup. & hoc verum, nisi sit facta benemerito, expressis causis meritorum, vel habitis pro expressis, vt quia sunt notoria: nam cum fa. filio, vel extraneo, statim valet, vt no. sup. de inoff. test. auth. vnde si parens. † Quæro, an donatio f facta filio requirat insinuationem? Respon. aut est facta in peculium: & non est proprie donatio, quia ex ea ius non acquiritur: & ideo insinuationem non meretur, vt sup. fam. ercis. l. filiom, & l. vlt. ff. de pac. leg. aut est facta vero titulo donationis: & tunc refert, aut vt extraneo, & constat de meritis, & non requiritur insinuatio vt no. ff. de don. l. Aquilius. Aut non constat g de meritis. tunc infra legitimā summam non debet insinuari. certe nec supra, quia habet vim relicti, vt no. sup. de coll. auth. ex testamento. & hoc, quando donatur filiofamilias. Sed si donatur emancipato, refert secundum quosdam aut simpliciter, & requiritur insinuatio. Aut propter merita, h de quib. constat, & non requiritur. Aut in præmium eman-

ADDITIONES.

a Nunquid. Vide dixi post Bar. in l. 1. ff. de do. cau. mor.
b Nisi respondeas. Scilicet quod quando iure speciali sine traditione transit dominium, potest dari domino condictio.
c Donat o. vide per Bar. in l. mortis, de do. cau. mor. ff.
Quæro nunquid donatio. An in donatione causa mortis requiritur aditio. vide glo. fin. in l. post legatum, §. amittere, ff. de his, quibus ut indig. unde tex. singu. l. 1. ff. de his quia sine man. ad liber. perue. vide Ang. in l. eam quam sup. de fideic. in repet. vide Bar. in l. qui Romæ, §. Flauius, ff. de ver. obl. & in l. mortis, ff. de do. cau. mor. Do. Io. in l. 2. eo. tit. & Bal. in l. 2. ff. de leg. 2. & l. cum virum, C. de fideic. And. Ba.
d Ex testō. Nota intelligere, vide Bar. in l. 1. & ibi Doct. ff. de don. causa mortis.
e Si pater. Dixi post Bar. in l. Papinianus, ff. de do. inter vir. & vxor. & in l. 1. sup. si quis alteri, vel sibi. & cum Bal. hic transit Lud. Ro. in l. si donatione, de col. su. unde sing. Ang. ibi, & scrip. post Bar. in d. l. Papinianus.
f An donatio. Vide Bal. in l. fi. inst. de vsuc. pro do. & in l. lata, cum concor. ibi, per me positis inf. de do.
g Aut non constat. Contra hoc est tex. in l. pe. su. de do. inter vir. & vxor.
h Philip. Dec. Aut propter merita. Quæ autem merita interuenisse oporteat, vt donatio propter merita recte dicatur, & habeatur, dicit Alex. in cons. 55. 2. parte. & habes gl. 12. q. 2. c. si quis. Et de donatione in præmium emancip. de qua hic, vide per eundem Alex. in l. Modestinus ff. de do. & per Pau. de Cast. in consilio 130. & per hunc in l. illud, sup. de sacros. eccl. & in addit. ad Spec. ver. a. qc. de. & ver. q. ad si pater.

emancipationis, & sunt opiniones, vt no. Cy. sup. de colla. l. vt liberis. Sed veritas est, quod requiritur insinuatio: quia filius patiẽdo se emancipari (esto quod mereatur patiendo) non est meritum pecuniarum, vt l. plene, la 2. §. 1. de leg. 1. Et adde quod no. Guil. de Cu. in l. si ubi, ff. si certum pet. Et per hæc verba intelligas glo., quæ est sup. de colla. le. si donatione.

L E X VII.

1 *Falcidia detrahitur de quolibet legato, sed prius deducitur æs alienum.*

1 In imponenda. † Primũ detrahitur æs alienum, & de rigore actionis cõfusum, & de superfluo legata præstantur, deducta Falcidia de quolibet legato pro rata. h. d. quod intellige facto inuẽtario. secus si non fiat inuentarium, qd dic vt infra, eo. auth. sed cum testator, & dic vt ibi dicam.

L E X VIII.

1 *Contrahere nemo præsumitur de alieno, sed de iure suo.*
2 *Vasalli in generali alienatione non continetur.*

In testamento. In testã militis cessat Falcidia, tñ æs hæredis non computatur in facultatibus defuncti. h. d. no. Sed nõne põt legare rẽ hæredis? Rñ. 1 sic. tñ in dubio non præsumitur de alieno testari. † Item non p̃sumitur quis de alieno c̃here: sed de iure suo tñ, quod est verũ, qñ emptor sciebat, vel scire debebat rei qualitatem vt ff. de c̃hẽ. emptio. l. qui tabernas. nam ibi locus erat publicus, circa quem non cadit ignorantia & ideo scripsit ibi lo. super verbo in solo, hanc glossellam, cum hoc sit emptori notum, vel cum est causa 2 mere lucratiua. arg. sup. de lega. l. vxor patrui. † Et no. a quod in a vsibus feudorum cauetur, quod in generali alienatione non continentur vasalli: nisi nominatim actum sit. v. g. dñs hẽt quoddam castrum, & de possessionib. dicti castri fecit quasdam singulares inuestituras vasallis; deinde uẽdidit castrum cuidam nobili. certe ista uenditio intelligitur sine præiudicio iuris alieni. Vnde vasalli non coguntur habere dominum ipsum emptorem; & ideo remanent vasalli & feudatarij uenditoris, quia non poterat uendere curiam & castrum in præiudicium uasallorum; & ideo nec terras eis infeudatas, nisi quo ad directam proprietatem ipsius domini, ut ff de act. emp. l. Titius. la grande. & no. ff. de fideicom miss. liberta. l. inuitus, & est expressum in c. 1. de capit. qui curiam uendi. & in c. 4. §. in generali. si de feu. fuer. controuer. uenditor tñ, qui non admonuit emptorem, tenetur nomine doli. ff. de dolo. l. & eleganter. §. 1. Considera, quod quędam ueniũt accessorie; & ista non ueniunt, nisi pertineant ad uendentem, ut ibi. quædam ueniunt principaliter; & ista ueniũt indistincte, ut l. si in emptione, §. item si emptor. ff. de c̃hen emp. † Quæro de remedijs Treb. 3 dic ut in gl. Quæro in quib. casibus cessat Falcidia. dic ut in glo.

A D D I T I O.

a Et no. Vide Bal. in l. si plures, sup. de cond. inser.

A V T H E N T I C A.

1 *Inuentarium si non sit factum, non cessat Falcidia.*
2 *Donans bona sua præsentia & futura, an testari possit.*
3 *Testator an prohibere possit Trebellianicam, sicut Falcidiam.*
4 *Falcidia si prohibeatur alienari, non vergit in detrimentum creditorum.*
5 *Creditores & legatarij absentes, qualiter citari debeant.*
6 *Communitas dicitur habitare in loco publico, vbi habitant præsidentes.*
7 *Testator si dicat quod integra legata soluantur, an videatur prohibere Trebellianicam.*
8 *Inuentarium valet respectu eorum qui citati sunt, sed respectu eorum qui non sunt citati, non valet.*
9 *Rerum subtractio post decretum interpositum, probari potest.*
10 *Dolus hæredis, qui non fecit inuentarium, non nocet fideicommissario vniuersali inuentarium facienti.*
11 *Decretum iudicis requiritur in fine inuentarij.*
12 *Inuentarium coram iudice delegato, fieri potest.*
13 *Tabelliones, quot requiruntur in inuentario hæredis.*
14 *Inuentariũ quando conficitur, absentes extra territoriũ non sunt citãdi.*
15 *Libellus comparentibus & contradicentibus inuẽtario, an auferri dẽat.*
16 *Tabellionibus potius adhibetur fides quam testibus.*
17 *Inuentarium an ruat, si hæres subtrahat vnam rem.*
18 *Protestatio repellit doli præsumptionem.*
19 *Hæres faciens inuentarium protestatus est ponere in inuẽtario quicquid in posterum inuenerit, & non seruauit, an perdat beneficium.*
20 *Hæres si errauit in inuentario, errorem suum corrigere põt corã iudice.*
21 *Filiusfamilias si non fecit inuentarium, an teneatur pater de peculio.*
22 *Officium attenuat maleficium.*
23 *Executor testamenti si non fecit inuentarium, an opponi possit.*

Sed cum testator. Tribus casibus impeditur Falcidia. Primo, si testator uetuit ex certa scientia, non per errorem. Secundo, si hæres agnouit quędam legata insolidum per scientiam, & non per errorẽ, & uide tu quod no. sup. de pac. l. post uenditionem. nisi inopinatum quid emergat. Tertio, si non fiat inuentariũ, quod fieri debet modis & temporibus & solennitatib. hic expressis, & in- 1 stantia testamentorum durat anno. h. d. † Quæro, si non sit inuẽtarium, vtrum cesset Falcidia debita iure naturæ. Respondeo non. Quæro, quid prosit detrahere Falcidiam, cum teneatur complete legata de proprio patrimonio. Rñd. imo non tenetur complere, nisi vsque ad bessem, & p hoc releuatur etiam si hæreditas non est soluendo, quãtenus legitimant defalcatur. Quæ- a ro, nunquid ille, qui donauit omnia bona sua præsentia, & futura, possit testari? & videtur, quod sic, quia etiam ultra quam qs habeat in bonis posset relinquere, si non fiat inuentarium, vt in hac auth. quod est verum, si donauit promittendo; quia adhuc remanet dominus, sed tradendo inane est testamentum, si donatio fuit inter uiuos. Et idem quidam dicunt, quod talis donatio facta in fraudem libertatis testandi non valet, quod dic vt in 3 l. fin. sup. de pac. & ibi no. † Quæro, nunquid ille, qui non fecit inuentarium, detrahat Trebellianicam? † Item nunquid testator a possit prohibere Trebellianicam, a sicut potest prohibere Falcidiam? Rñd. Trebellianicam detrahit, quam prohibere non potest. ita dicit gloss. Contrarium no. in authen. de here. & Fal. §. si vero expressum. Considera. ista sunt diuersa puncta. nã quando testator prohibet, & uidetur idem in Trebellianica, & Falcidia fauore testatoris, sicut dicimus in testamẽto militis, vt ff. ad Trebel. l. Marcellus, §. quod autem. Sed vbi non facit inuentarium hic nõ uersatur fauor testatoris, sed mera poena, quæ non reperitur expressa in Trebellianica. & hanc differẽtiam facit Bar. in d. §. quod autem. Videtur dici posse indistincte, quod in Trebellianica nihil inuenitur mutatum, & legum correctio est cuitanda. 4 † Item non est eadem ratio. quia prohibere Falcidiam non vergit in præiudicium creditorum, sed prohibere Trebellianicam b sic: quia non possent conuenire hæredem b scriptum. Item ad- c uertendum quia si ualeret prohibitio; non requireretur aditio hæreditatis, vt d. §. si vero. & sic transiret actio ex Trebelliano non adita hæreditate, & non facta restitutione ex Trebelliano: nec possibile est fieri quod est impossibile. s. sup. ti. j. l. sancimus, §. cum autem. Sed contra istud opponi. quia tex. in corpore in §. illo adiecto. dicit, vt oporteat huiusmodi hæredem, qui non creditorem solum, sed etiam legatarios, & fideicommissarios veretur; & metuit non damnificari solum, sed etiam non lucrari; quia tex. loquitur de fideicommissarijs particularibus, & vniuersalibus, imo fortius de vniuersalibus, quia eorum magis interest. ergo. si non est factum inuentarium nullo modo, vel fidei commissario vñ contẽpto, id est non citato, hæres non lucratur Trebellianicam. & illum tex. non ponderauerunt Doct. qui ex aperte decidit hanc quæstionem. Ad argumenta contraria, responde per interpretationem; quia oportet hæredem non faciẽtem inuentarium adire. & ex Trebelliano restituere, si hoc fideicommissarius uniuersalis petat. Præterea ante aditam hæreditatem ista quæstio non procedit, quia inuentarium debet fieri post aditam hæreditatem, & si fieret ante, confectio inuen- 5 tarij esset præpostera, & inordinate facta. † Sed qualiter cita- d buntur d creditores, & legatarij absentes? Respond. si agitur de præiudicio singulorum citatio debet esse singularis cum expressione citandorum: si de præiudicio vniuersorum, vniuersalis sine alia expressione: si collegiorum, collegialis. Item singularis citatio est occultanda, vniuersalis autem publicãda. & hæc probantur in corpore huius auth. §. si uero absunt, ff. de minor. l. ẽt. §. fi. 16. distinctio. cap. quod dictis. communitas autem prout est quoddam intelligibile mutuo consensu, & authoritate, & videtur sociata in suo negocio singulariter, est citanda personaliter in persona ipsorum præsidentium, vel ad habitationem ip- 6 sorum præsidentium. † Item habitare dicitur communitas ipsa in loco publico, vbi habitant ipsi præsidentes, seu ubi consueuit

A D D I T I O N E S.

a Celsus. Possit prohibere Trebellianicam. Adde illum in l. filium quem. num. 40. vers. demum quæro. & quod ibi posui in additionibus ad ipsum. in uersicu. possit prohiberi, & ibi Odoff. Iac. de Are. Pet. & Cyn. sup. fam. ercifcun. & quod notaui in apostil. ad Bal. per eum in auth. de hær. & Fal. §. si vero expressim, num. 2. an uer. possit prohibere Treb.

b Conuenire hæredem. Hæc ratio non concludit, quia nullo casu debet conueniri hæres a creditorib. hæreditate restituta. l. ita tamen, §. qui ex Trebelliano, & l. 1. in prin. ff. ad Trebel. nec quartam potest etiam detrahere hæres, nisi prius soluto ære alieno, l. & sine, sup. tup. tit. 1. puto tamen quod Bal. voluerit dicere, quod fit præiudicium creditorib. quia si hæres restituit non deducta Trebellianica, vt iussit testator, ipse non potest conueniri de turibus, aut retenta Trebellianica, & potest conueniri pro rata a credituritorib. licet secus in legatarijs, qui contra hæredem habentem quartam non agunt ut plene no. in l. 1. ff. ad Treb. sed tamen hæc ratio non videtur sufficiens, quia hæres potest totam hæreditatem restituere sine retentione quartæ, seu creditoribus exonerare, l. quia poterat, ff. ad Treb. item testator sub nomine quantitatis potest loco quartę hæredi relinquere, & non tenebitur creditoribus, §. si quis vna instit. de fideicom. hæred. & d. l. 1. §. fi. ff. ad Treb. ergo dicta ratio non concludit.

c Additio. Ista ratio non est uera, vt no. Bal. in l. filium. versic. iuxta hoc quæro, sup. fam. ercil.

d And. Barb. Sed qualiter citabantur. Qualiter citabuntur creditores, vide Bald. si. num. de ab hær. abst. in auth. si omnes.

uit congregari; non autem ad domum singulorum ciuium priuatorum, vt no. ff. de reg. ius. l. non potest dolo carere. Porro interdum accidit, quod aliqui citantur pro interesse tertij puta amici, quod non est necesse nisi in duobus casibus, scilicet in pupillo, & in absente causa Reipublicæ, tunc sufficit clausula generalis, si quis velit defendere compareat, &c. ff. ex quibus causis in possessio. eatur. l. 2.

7 † Quæro, quid si testator *a* dicit, quod soluantur legata tota, & integra. vtrum idem sit *b* quod prohibere Falcidiam? Respon. sic, † gl. est singularis, ff. de fideicommiss. liber. l. decem.

8 † Quæro, *c* pone quod hæres facit inuentarium bone, & fideliter: tamen non fuerunt citati legatarij. nec tres testes suppositi loco absentium: tamen res fuerũt ordinate descriptæ, & iudex interposuit decretum. nunquid cesset Falcidia? Dicit hic Bulg. quod ista non sunt de inuentarij solennitate: ergo eorum omissio non vitiat inuentarium, licet non citati non teneantur stare inuentario, vt l. 3. §. penultim. ff. de bonorum poss. Tu dic, quod respectu eorum qui citati sunt inuentarium valet, sed respectu eorum qui citati non sunt, non valet, quia tex. in corpore huius authen. dicit, vt oporteat huiusmodi hæredem non damnificari solum, sed etiam non lucrari, conuocare omnes legatarios, & fideicommissarios quanticunque in eadem ciuitate sunt constituti, aut quosdam pro eis agentes, ergo non citatis non præiudicat, vt ff. de mino. l. etiam, §. fi. & sic secundum quid valet, & secundum quid non valet, ff. de venditi. inspicien. l. 1. §. denunciari. & argumen. ff. de iud. l. non id circo. Alij dicũt, quod in inuentario ille, qui cadit a syllaba, cadit a toto, nisi alia sit consuetudo loci in confectione inuentarij, quia quod secundum consuetudinem fit, iure fieri videtur, vt pote cum ipsa consuetudo ex iuris authoritate sumat vigorem, vt Institu. de iure natura. §. ex non scripto. Oppo. ad istam Authen. de le. quod de bonis, §. fin. ff. ad l. Falc. Item oppo. quod res inter alios acta, &c. Item oppo. quod agnitio non præiudicet quo ad alios, vt ff. de leg. 2. l. Lucius, §. testator. Sol. ibi fuit solutum præter voluntatẽ testatoris, quia ante diem: hic secundum volũtatem testatoris. Item oppo. quod instantia duret triennio. Item oppo. quod illi qui interesse nolunt sibi præiudicent, cum a iure conit adiecendi faciant se alienos, vt ff. de fideicommiss. li. l. si legatario, §. 1. & cõtumax habetur pro præsente, ut in authẽ. qua in prouincia. sup. vbi de crim. agi. opor. Solu. hic speciale, ut subtrahatur materia res hęreditarias intercipiendi.

9 † Quæro post decretum interpositum vtrum possit probari subtractio rerum? Respon. sic, & probatur etiam per vxorem, & domesticos, ut no. in l. a. C. quã do, & quibus quarta pars debetur. lib. 10. & per torturam seruorum perseuerantium, & non vacillantium, ut no. ff. de quæstio. l. edictum. *d* Sed cum testes *d* astruxerint negatiuam, vt in text. in §. si uero absunt, quomodo post dicta testificata admittũtur testes contrarij? Respond. quia illa fuerunt testificati non in figura iudicij, nec de veritate, sed de conscientia. Quæro, vtrum inuẽtarium hæredis prosit fideicommissario vniuersali? Respon. sic, facta cessione beneficij secundum Richar. & Cyn. ad Trebel. l. si hæres pecuniam. Ego non requiro cessionem, quia ius excipiendi transit etiam in non cessum, vt l. eam, ff. de iureiu. Quæro

10 † an dolus hæredis, qui non fecit inuentarium, noceat fideicommissario vniuersali inuentarium facienti? Respond. non. Adde quod dixi sup. ad Treb. l. 2. Quæro, quid si hæres, & fideicommissarius fecerunt diuersa inuentaria excedentia, & excessa, nunquid tanquam contrariæ scripturæ sibi derogant? Respondeo non, quia res inter alios acta, &c. vt ff. de insa. l. Lucius. Quæro,

11 † nunquid in fine Inuentarij requiratur decretum *e* Iudicis? Re *e* spon. sic ar. l. vlt. sup. arbi. tut. In contrarium facit gloss. sing. sup. ad Treb. l. pe. §. cum autem. vbi acta sui ciuni, etiam sine adie-

12 ctione decreti. Simile in codice rationum. † Item inuentarium potest fieri coram iudice delegato: quod non esset si requireretur interpositio solennis decreti; ff. de proba. l. ab ea parte. Item inuentarium non est actus fori, cum extra iudicium pręsentibus partibus fieri possit. Non obst. l. vltim. arbi. tute. quia ibi in inuentario tutoris, vbi administratio debet committi per iudicis decretum, sed hæredi non oportet administrationem committi. de hoc de Episc. & cler. l. nulli. de bonis proscrip. l. si quis post hac. & C. de iure fisci. l. defensionis facultas. lib. x. Quæro, quot

13 Tabelliones requirantur in inuentario hæredis, & videtur ꝙ duo, vt in §. si uero absunt. dic ꝙ sufficit vnus Tabellio cum testib. legitimi numeri.

14 † Quæro, nunquid absentes extra territorium sint citandi. respõ. non, nisi ad domum solitæ habitationis, intra eadem iurisdictionem. Et forma citationis erit, ꝙ veniant, aut mittant, ut no. dicit ibi gl. quę incipit, procuratores. Quæro,

15 † nunquid comparentibus. & contradicentibus debeat offerri libellus. Respon. non, quia nihil petitur ab eis, vt no. ff. de interrogan. act. in ru. Quęro, pone, ꝙ tres notarij subscripserunt inuentarium nullo alio teste *f* adhibito: vtrum sufficiat glo. in corpore dicit ꝙ sic, quia vnus vr̃ alteri. attestari: nec minus creditur eis, eo ꝙ sunt tabelliones, imo istud verbum est valde no. tex. est in

16 l. Dominus. ff. de testamentis. † Ex quo sume arg. ꝙ pluribus tabellionibus deponentibus magis creditur, quam totidem testibus *g* non tabellionibus, quod tene mẽti.

† Quęro, si hæres *h* subtrahit vnam rem,

17 vtrum per hoc totum inuentarium ruat. gloss. in §. si vero non fecerit, dicit quod sic, quod est verum si interuenit dolus, secus si culpa, nam culpa non nocet, nisi catenus quatenus, nec etiam puto quod noceat culpa leuissima, etiam multo minus iustus error. ff. ad Treb. l. mulier. §. si hæres, & l. quamuis. de cond. & demon. ff.

18 † Etnot. quod vtile est facienti inuentarium protestari, quod si quid in posterum interuenerit, ponet in inuentario, nam protestatio repellit doli præsumptionem, vt not. J. vti. pos. l. 1. & ff eo. l. siduo, & J. vnde vi. l. si quis in tantam.

19 † Quid ergo *i* si nõ seruat protestationem, quia quod postea deuenit in notitiam, non ponit in inuentario? Respon. non propterea perdit beneficium nisi circa illam rem; quia quod legitime factum est ex superuenienti casu, non vitiatur. argu. l. quid ergo, in prin. ff. de his qui no. infa. Quæro, quomodo instrumenta ponuntur in inuẽtario. Resp. vt ff. de admi. tut. l. chyrographis. in fi.

20 † Quæro, si hæres *k* errauit, quia plura posuit in inuentario quã debebat, vtrum possit errorem suum corrigere. Resp. sic, si corã Iudice, citatis *l* creditoribus legatarijs, & non propria authoritate; arg. supra de iuris & facti ignoran. l. cum falla. & ff. de acquirendo rerum dom. l. quæ quisque. Et idem dico in inuentario tutoris, si iustus error probetur; alias statur inuentario. ar. ff. de re. iu. l. si librarius sup. fami. ercis. l. qui familiæ, sup. arbi. tut. l. fi. & l. rura

21 de omni agro deserto. lib. 11. † Extra quæro, *m* vtrum ex eo ꝙ filiusfamilias non facit inuentarium, pater teneatur de peculio. Considera, an ista obligatio orta videatur ex delicto, cum text.

22 præsumat subtraxisse, vt in corpore huius auth. §. sancimus. † Itẽ extra quæro, filius per imperitiam tulit sententiam, hęres eius non fecit inuentarium, & certum est ꝙ filius non tenetur nisi quantum bono viro æquum videtur. Et hoc quia officium attenuat maleficium, id est non tenetur vltra quam patiantur facultates filij inspecto tempore sententie, licet propter dolum poneretur in carcere. ff. de iud. l. si filius. Nunquid ergo eodem modo tenebitur hęres eius qui non fecit inuentarium? Resp. non, quia obligatio, quę nullo modo descendit in hęredem, per omissionẽ inuentarii: non contrahitur. ff. de iud. l. Iulianus. Speciale etiam in filio gerente magistratum: quia obligat patrem de peculio, vt l. 3. ff. ad municip. Et sic pater non dicitur fideiubere pro filio in male-

ADDITIONES.

a And. Barb. Quæro, quid si testat. An si testator dicat, ꝙ integra legata soluantur videatur prohibuisse Trebel. & Falc. vide Ang. in Auth. de hæred. & Falcid. §. si vero expressa. & Moder. in auth. similiter, prope fi. vide simile quod habetur in cap. eam te, de rescrip. in ver. mandatum dedimus & præceptum. vide c. pen. de prob. in versi. volumus & mandamus, simile quod dixit D. Ant. in c. per venerabilem qui fil. sint legi. vbi geminat dicta verba, siue filijs veris & naturalib. descendentib. vide simile quod habetur in c. fi. de offi. deleg. per Bal. vide ibi D. Car. & alios, simile quod habetur in c. fi. de his quæ fiunt á maio. par. ca. vbi videtur communiter & pariter, vide simile quod dicit Bal. in l. neq. naturales, C. de prob. in ver. fit & constet esse debitorem, vide Ioa. de Imo. consil. 141. vbi loquitur quando in instrumento dicitur, promisit quis soluere & satisfacere, & sic geminantur illa verba. vide Lud. Rom. consi. 53 incip. Si volumus dicere quando geminantur illa duo verba, placuerit et videbitur, vide c. Petrus, de homi. in ver. plurimum itaq. et commot. vide c. 2. de rap. in ver. firmam et plenam, et in c. 1. de viu. ver. libere et absolute facit c. 1. in ver. sponte & libere, & de viu. Bal. in c. vnico, de li. contest. dicit, quod illa verba habentur, & si intelligantur ipso iure vide ibi, et in c. audiuimus, de collu. dete. in verb. dolus et fraus, et ibi commodum et iacturam.

b Gl. est singularis. Pro qua Ro. in l. Marcellus, §. 1. ff. ad Treb. alleg. text. in l. si post missionem, in ver. legata, ff. eo. vide quæ dixi post Bal. in l. fi. inf. eo.

c Facit inuentarium. Idem tenet Bart. in l. ab eo, inf. quomodo & quan. iu. & hic, & est tex. in l. 1. §. cum dicitur, ff. si cui plusquam per leg. Falc. & ibi gl. & Bal. in auth. si omnes, in fi. sup. si mi. se ab hære. absti.

d Sed cum testes. Vide Bar. in l. qui per salutem, in fi. ff. de iureiu. cum simi.

e Decretum. Dixi post Bar. in l. tutor qui repertoriũ, ff. de admini. tut. & vide. Bal. in l. 1. inf. qui bon. ced. pos. & Spe. in ti. de instrum. ed. §. ver. E. quid si hæres Sal. in l. fi. §. 1. sup. de iure delib. dicit ꝙ est fiendum in iudicio & quod ita tenet, quia tex. in d. l. fi. & in corpore de hære & Fal. non requirit, licet secundum eum gl. aliter dixerit in d. §. sancimus, in authen. de hær. & Falc. in ver. natura Bar. in §. hinc nobis, in d. auth. dicit quod gl. facit pro opin. Mart. de Fa. & Spec. loco præalleg. scilicet q. d inuentarium, hæredis non sit faciendum coram iudice Bal. in l. defensionis facultas, inf. de iure fisci, lib. 10. dicit secus in inuentario tutoris & quod non requiratur presentia iudicis. tenet Bart. in consi. incip. Martius fecit.

f Tres. Vide Paul. de Castr. hic, & Iac. de Bel. in §. hinc nobis, in 3. q. in Auth. de hær. & falc.

g Cel. Testib. Plurib. Tabellionib. deponentib. magis, creditur, quam totidem testibus, non tabellionib. Adde pro hoc dictã gl. sing. in Auth. de hær. & falc. §. si vero, in fi. prin. magnæ gl. quam ad hoc alleg. sing. Rom. sing. suo 363. inci. duo testes, & in repe. rub. de arbi. & Ant. Corl. sing. suis in ver. testis, incip. duo testes qui sunt tabelliones & vtrobique allegant istum tex.

h Si hæres. Vide Cy. & Bar. in l. recipientur, ff. de his quibus vt indig. et Bart. in l. 2. §. 1. su. de iure delib.

i Quid ergo. Vide Bal. in l. fi. §. 1. sup. de iure delib.

k Si hæres. Vide Bal. in l. 1. §. item solent, ff. de off. præfe. vrb. et quæ dixi post. Bar. in l. fi. su. at bi. tut. et an requiratur citatio amicorum, vide plene in l. hęc autem, ff. quibus ex causis in poss. eatur.

l Citatis. Qualiter citabuntur, vide Bart. in l. fi. eo tempore, inf. de remis. pig. et in l. fi. in prin. et ibi Bal. su. de iure del.

m Extra quæro. Vide Bal. in l. Iubemus, sup. tit.

23 maleficijs. † Quæro, a quid si vniuersali executori testamenti obijcitur, q non fecit inuentarium? Rñ. si est datus decreto Episcopi: quia habet publicum officium, potest opponi, sicut curatori bonorum. Sed testamentario non, quia priuatum officium habet a domino, sicut procurator, licet teneatur conficere inuẽtarium pro ratione reddenda, non tamen pro forma offi. cij. Sic declara, quod no. in Spec. in tit. de instr. edi. §. nunc vero aliqua, ver. sed an teneatur inuentarium; cum ver. sequen.

ADDITIO.

a Quæro. Vide Ang. in tracta. inuenta. in princ. et Imo. in l. 1. §. hæc stipulatio. ff. sicut plusquam per l. Fal. et Bal. in l. nulli, supra de Epis. et cle.

AVTHENTICA.

5 *Falcidia non detrahitur de re prohibita alienari per legatarium vel commissarium.*

7 **Sed & in ea.** Not. † de re prohibita per legatariũ, vel fideicommissarium alienari, non detrahitur Falcidia vel Trebellianica. a & iste casus est valde not. & quotidianus, tamen Aduocati, & Doc. communiter non aduertunt ad hunc casum.

ADDITIO.

a Trebellianica. Idem Ang. in §. si uero expressim, in Authen. de hære. & fal. limitat Ram. cons. 180 inci. in Christi nomine, licet ex cõi conclusione &c. nisi bona essent subiecta restitutioni, causa fideicommissi: nisi quia hæc expressio prohibitionis alienationis exprimit illud quod tacite inerat, ideo nihil operatur, sed ipse nõ scit quid dicat, quia sequeretur, quod illa decisio nunquam esse vera, præterea dicta expressio sit alteri quam inesset: quia sine expressione ualebat alienatio a principio, secus, quando expressum, ut no. in l. cum pater, §. libertis, ff. de leg. 2.

AVTHENTICA.

1 *Falcidia non detrahitur de eo, quod relinquitur pro male ablatis.*
2 *Falcidia non detrahitur de relictis ad pias causas.*
3 *Relicta pauperibus computantur inter legata ad pias causas.*
4 *Falcidia an detrahatur de relictis consanguineo pro anima.*
5 *Donatum monacho defalcatur.*
6 *Seruo pauperior nemo est.*
7 *Trebellianica an detrahatur de relictis ad pias causas.*
8 *Episcopus debet habere quartam de relictis ad pias causas.*

Similiter. a Quando quis confitetur respectu incertæ personæ pro anima non est necessaria illius incertæ personę præsentia, nec certe possibilis. † Quæro, b an de eo, q relinquitur pro male ablatis detrahatur aliqua Falcidia. Respõ. non, vt eleganter no. in Specu. de inst. edi. §. compendiosæ, ver. item scias, ad finem §. & non dicitur confessio facta inter absentes cũ sit facta Deo teste, & ipso præsente. arg. sup. de sac. sanc. eccl. l. illud. in gl. & de non nu. pec. l. generaliter, per Cy. † No. q relicta c ad pias causas non defalcantur. Et dicitur relictum ad pias causas omne propter quod anima testatoris subleuatur, vel anima cuiuscunque catholici, vel animarum corpus carcerati, etiam pro maleficio, d vt no. ff. de leg. 2. l. si quis Titio, ad hoc in Auth. vt cum de app. cog. §. sed hæc quidem. ibi dum dicit, & ipsorum quoq; aĩæ ex hac causã pientissima subleuentur, & sup. commu. de leg. l. j. §. si enim. ibi, quæ pijs actibus sunt deputata. † Et not. e q inter legata ad pias cãs computantur oĩa, quæ relinquuntur pauperibus miserabilibus, hospitalibus, ecclesijs, & similibus. Specu. de instr. edi. §. nũc vero aliqua. ver. & scias q inter relicta ad pias causas, vbi omnino vide. Item quod relinquitur pro emendandis f muris ciuitatis. Et pro custodia terræ, quia custodiuntur orphani, & miserabiles, qui sunt intus ſm Specu. qui optime dicit. † Quæro, quid si legatur g cõsanguineos h pro anima? Rñ. si pauper est, pia causa est, nisi esset legatum excessiuum. Sed quod legatur diuiti, nunq̃ est ad pias causas, vt no. ṡ. de sacrosan. eccl. l. illud nec potest assertio testatoris veritatem immutare, vt ff. de probatio. l. qui testam, ff. de castren. pecu. l. si forte, & argu. in l. vltima, ff. de exer. & quod no. sup. de colla. l. si donatione. † Quæro, quid si donat i filio monacho. Respondeo, hic concurrunt duo. Vnum, quia monachus: ergo pauper, cũ nihil habeat propriũ. Item monasterium habetur loco pauperum, aliud est fieri de sanguine. vnde videtur potius relictum contemplatione sanguinis, vt ff. de excu. tut. l. tutor. petitus, §. quæ tutoribus. nam in dubio videtur relictum naturali causa inspecta, arg. ff. de tutelis, l. q habet. Nec † ob. q sit pauper. nam nemo pauperior seruo est. & tamen non omne quod relinquitur seruo, est ad pias causas: sed domum quod in vitæ subsidio, vt sup. de necess. seruis. l. quidam, §. ille. Sed ibi loquitur quando legatur a domino, sed quando legatur ab extraneo, magis videtur relictum contemplatione domini quam serui, vt ff. de condi. & demonst. l. si filiofam. vers. directe. vel dic quod sufficit, quod pia causa sit annexa etiam nõ K principaliter. Scias q k Iaco. Buttr. super ista authen. dicit, quod e relictis ad pias causas detrahĩt Falcidia, nisi hæres sit in mora. Sed mirandum l est, quõ potuit hoc dicere: nam si detrahit, ergo non est in mora quatenus detrahitur, vt ff. eod. l. lineã margaritarum, & ideo dic non detrahi indistincte. † Modo quæro, quid in Trebellianica, m vtrum cesset in relictis ad pias causas. Istam quæstionem disputat. Spec. in tit. de instru. edi. §. compendiosæ. ver. sed cum deductio, dicit Arch. q non, in c. 1. de test. lib. 6. Sed veritas est q cessat: & ita de facto fuit iudicatum, vt dicit Specu. si qua enim differentia esset in capitulis antiquis, tamen non est fauore animæ. Et quia tex. dicit in corpore omni Falcidia cessante, &c. etiam si sit filius testatoris ille qui vult detrahere, vt plene no. ṡ. de Epis. & cle. l. si quis ad declinandã. Et idem puto si aliqua Falcidia esset per constitutionem loci introducta vt extra de testam. c. Raynutius. quia eadem est ratio, ar. ff. de relig. l. sunt personæ. & ff. de vsufr. leg. l. codicillis, in prin. † Quæro, qd de Falcidia Episcopi. Rñ. de quibuscunq; relictis ad pias cãs locis pijs, Episcopus dẽt habere quartam. secus si relinquatur personis. idem si pauperib. nominatiue, puta Pet. & Io. Si autem in gñe, puta pauperib. in gñe. Episcopi volunt quartam, ac si esset relictum hospitalib. quia eadem est rõ, de hoc no. extra de sepul. c. 2. & ita teneas. Vnde si Eps consideraret, q est pr̃ pauperum, non deberet de relicto eorũ aliquid detrahere, arg. ff. de vsu. l. fideicommissi, §. Pollidius. & de leg. 1. l. cũ filio. Tu dic q illa l. nihil facit, quia quarta Episcopalis fundatur in l. diœcesani, non in l. Trebellianica, vel Pegasiana, quia illa quę applicantur fisco applicantur ecclesiæ, & Deo, sicq; est idẽ fauor animæ testatoris.

ADDITIONES.

a Similiter. Limita singulariter, ut per Ang. in d. l. decem, ff. de fideic. lib. & in l. si seruus, ff. eo. quid de relictis filio, an dicantur ad pias causas, adeo quod non detrahitur Falcidia. vide Ang. in l. nam, & si parentibus, ff. de inoff. test.

b Quæro. Vide per Bal. in l. qui vxori, cum concor. ff. de au. & arg. lega. quid si relinquitur fraternitatib. an dicatur ad pias causas, vide Bald. in l. id quod pauperibus, in 2 1. q. sup. de episc. & cler & in l. illud, sup. de sacros. eccl.

c A. B. No. q relicta. Nota quod legatum pro anima dicitur pium, vt est gl. fin. in l. si quis Titio, de le. licet forte hoc non probauerit illa gl. vide eam omnino. Adde istum in repe. l. habeat, nu. 53. & quod ibi dixi plenissime in apost. ad ipsam in uersi. non detrahantur, sup. de sacros. eccl. dixi post Par. in l. si post missionem, in uer. Falcidia. ff. ad legem Falc.

d Maleficio. Vide quod no. Bal. in auth. contra sup. ad Treb.

e Et no. Vide quæ notat Bal. in repe. l. 1. de leg. 2. & adde quod ea quæ relinquuntur ecclesijs, uidentur relinqui pro anima, & uide per Io. And. in c. 1. de sepul. facit, c. 3. extra de consue.

f Emendandis. Vide quæ scripsi post Imol. in l. 2. §. ad municipium quoque, ff. eodẽ, & Ang. in l. r. §. fin. eod. titu.

g A. B. Quid si legatur. Quid si relinquitur consanguineo, vel diuiti, vide Bal. in l. 1. sup. de sacros. eccl. in repe. unde quæ dixi late in c. ad hæc de testa.

h Consanguineo. Vide Bal. in l. 1. in 2. commento, sup. de sacros. eccl.

i A. B. Quid si donatur. No. quod si donatur consanguineo, videtur potius datum reij ectu sanguinis. vide Bar. in l. r. sup. de sacros. eccl. Bal. in d. §. quæ tutoribus, dixi 1 o. quod pater executor non poterit eligere filium.

K A. B. Scias quod, vide notam, & singularem limitationem paucis notam per Ang. in l. 5. ff. de fideic. lib. quod in legatis pijs detrahitur Fal.

l Sed mirandum, Aliter intelligit tex. But. hic, & in l. si quis ad declinandam, & maxime quod ibi scripsi sup. de Episcop. & cler.

m A. B. Quid in Trebellianica. An Trebellianica detrahatur de relictis pijs, vide Bar. & ibi do. Io. in l. Marcel. §. 1. ff. ad Treb. Mod. in auth. similiter, Tene menti etiam si esset filius consuli apud Pistorium, unde Dy. in suo consi. Sal. hic Io. de Fanu. & do. Pet. in c. 1. de test. lib. 6. Ang. in d. l. Marcellus, §. quod autem, ubi dicit se legendo, & consulendo tenuisse quod non detrahitur. Io. de Imo. ita sequitur in d. §. q autem, uide d. Abb. consi. 127. Bal. in l. id quod pauperibus de Epis. & cler. do. Car. in c. requisisti de test. ubi loquitur de quadam apost. quæ propriè uidetur adaptari huic dicto uide quæ ibi dixi.

LEX VIII.

1 *Fideicommissum detrahitur vt æs alienum.*
2 *Actiones facto inuentario confunduntur inter testatorem, & hæredes quo ad agendum.*

Irritum. Licet quis sit grauatus de restituẽdo: tamẽ testari potest. Adde etiam, si esset grauatus de nõ præstando, vt ff. ad Treb. l. qui filium in princip. † No. tamen quod fideicommissum detrahitur, vt æs alienum, & facit sup. de donatione nup. l. si ante. Quæro † nunquid facta a inuentario confundantur actiones inter hæredem, & testatorem vigente, gl. dicit quod non, Pet. dicit q sic. Tu dic q actio potest considerari multipliciter. vno modo in se, siue ĩ abstracto, & tunc durat. alio modo prout est apta ad agere, & si non durat, quia non habet aduersarium. Tertio modo prout est apta ad detrahere: & sic durat, vt l. fi. §. in computatione, ṡ. de iure delib. & sup. eo. l. imponenda.

ADDITIO.

e cium, uel emphyteusis concederetur a Principe, in eadem inuestitura, & coniunctim, haberet locum ius accrescendi: cum ea distinctione, quam supra dixi. Aut felonia concernit dominium, aut non, vt lege prima, infra si societas liber. Impera. lib. 10. Et ideo si duo fratres simul essent facti Marchiones, Duces, vel Comites vnius prouinciæ, haberet locum ius accrescendi inter eos; quia hoc est feudum Imperiale, ut probatur per dictã legẽ primã, si socius, &c. coniuncto. capitulo primo quis dicatur Dux, Marchio, Comes. Item quia de talibus quis non meretur inuestituram iure contractus, sed ex mera gratia. Et sic non obstat capitulo primo, de duobus fratribus a Cap. inuestitu. &
f de gradibus success. in feu. cap. 1. Porro ista feuda *f* istarum magnarum dignitatum, vocantur ligia, quia quanto maiores, tanto debent esse legaliores, & ideo iurant fidelitatem contra omnem hominem, quod iuramentum præcise non potest præstari diuersis hominibus, quia anceps periurium posset euenire, ut in quadam extrauaganti feudorum sub rubrica de quibusdam alijs extraordinarijs capitulis feudorum. capitulo primo, cuius verba hęc sunt. Si quis inuestitus de feudo ligio, pro quo contra omnes homines fidelitatem domino debet, &c. & cum placeat quemlibet ligium hominem duorum esse non posse, &c. De isto feudo fit mentio in tex. & glo. in ca. pastoralis, de re iud. in clemen. & de iure scripto non reperitur alibi. Item extra quę-
16 ro, quæ fuit ratio inductiua iuris accrescendi? Respon. vnio. item sicut naturaliter euenit, quod si vnius oculi pupilla clauditur, alterius oculi pupilla dilatatur: ita quando deficit vnus coniunctorum, alter locupletatur, & hoc propter colligentiam, quia
17 cortina cortinam trahit. † Extra quæritur, quid in pro non scripto iudicij. Ista quæstio fuit de facto in audientia Papæ in terminis, qui sequuntur. Quæstio erat inter A. & B. de beneficio, quia vnus contra alterum, & alter contra alterum agendo dicebat suum esse, & se possidere, nam isti libelli duplices procedunt in petitorio rerum incorporalium, & in possessorio retinendæ, & est vtilis mutua petitio propter pleniorem victoriam, vt singulariter no. infra vti possidetis. l. 1. in gloss. quæ incipit. precario tamen. tandem antequam ferretur sententia decessit A. Auditor pronunciauit pro A. ignorans eum mortuum, modo quidam
g *g* C. impetrauit subrogationem in loco A & petebat executionem illius sniæ. Opponebatur, quod sententia erat pro nõ scripta, quia A. erat tunc mortuus, vt l. Paulus, ff. quæ sen. sine appell. rescin. In contrarium allegabatur, quod realitas decreti, & multo magis diffinitiuæ sententiæ; quę maioris est roboris, transit in successorem, vt ff. de fideic. lib. cum quasi in prin. Respon. debatur, ꝙ viuebat ille, pro quo erat lata sententia, ita quod in eo reperiebatur fundamentum actionis, licet deficeret extremum passiuum. hic autem econtra mortuus erat ille, pro quo senten-

tia

ADDITIONES.

a Sed hic. De istis omnibus. Vide per Bal. An. & Imo. in §. si duobus, in l. plane, de lega. 1. cum concord.
b A. B. Sed hic succedit. An in legitima sit locus iuri accrescendi, vnde Dyn. in d. §. si duobus, & Bar. in d. l. pater filium, & Ang. in l. Papi. §. si conditio. ff. de inof. testa. & Mod. in l. 1. sup. quando non pe. par. peten. accre.
c A. B. Extra quæro. Vide Bal. in l. 1. sup. quando non pe. par. & in cap. 1. § cum vero. Conrad qui feu. da. pos. Bar. & Io. de Imo. in l. si mihi, & Titio. ff. de verb. obl.
d In emphyteusi. Vide Bar. in l. fraudati, ff. de publica. Bal. in l. legatum, in prin. ff. de legi. & in c. 1. de duob. fra. de no. benefi. inuest. facit quod no. Bar. in l. si finita. §. si de vectigalib. ff. de dam. infec. Tu vero in hoc dic, ut colligitur ex no. per Bart. in l. eum qui, ff. de interdic. & releg. cum concor. & hic vide Lud. Roma. in l. 1. in 11. q. sup. quando non pet. par. pe. accre.
e Item dicta. Vide Bar. in l. si mihi, & Titio, ff. de verbo. obl.
f Vnum scias. Vide Bal. & And. de Isern. in c. j. de duob. fratrib. a Cap. inuest. Cy. in l. j. in fi. sup. quando non pe. par. Bal. in c. j. de duob. fratrib. de no. bene. inuest. sequitur Raph. & Pau. de Cast. in l. si mihi, & Titio, ff. de verb. obl. & Bart. in l. j. inf. si soc. lib. impe. lib. 10. in 5. q. iuncto tex. & pro opin. B. l. facit, quia etiam in feudis seruatur ius commune, si ibi expresse contrarium non est cautum c. j. in fi. de cog. feu. c. 1. & ibi gl. & Bal. de gra. suc. in feu. sed in feudis non reperitur specialiter immutatum aliquid, quando concessio facta est a Principe ergo, &c. & vide Bar. in l. si qua inf. ad tertull. contrarium etiam in Principe tenet Cyn. & Sal. in l. 1. in 11. q. sup. quando non pet. par. & And. de Isern. in cap. 1. de duobus fra. a Cap. inuest. Lud. Rom. in d. l. 1. in 11. q. transit simpliciter cum Bal. tac. Aluar. in ca. j. de duob. fratr. de no. bene. inuest. cum q. po. de le. j. infra si so. lib. impe. dicit in feudo non differre, ad sit concessum a Principe, vel non, & pro eo facit l. 1. ff. de do. int. & d. l. j. inf. si so. lib. imp. Praal. quæ est l. exorbitans a regulis iuris communis, non obst. ꝙ in feudis seruetur ius commune, nisi aliud in iure feudali sit expressum, quia potest responderi, quod est expressum in c. 1. de duobus frat. de no. bene. inuest. ubi generaliter loquitur, ergo, & c. l. in fi. ad l. 10. ff. de test. mil. vbi dicitur quod iura feudalia noviter edita debent dirigi, secundum iura antiqua, l. secundum d. l. j. inf. si soc. lib. imp. pe. per no. gl. & Dec. in l. si eundam, in prin. ff. qui satisda. cog. cum similibus.
Feuda. Vide per Hos. & Inn. in c. si extra de sen. Bal. d. inf. ea. l. §. hoc autem, & in prelud. feud.
g A. B. Modo quidam. Et fin. tene menti illam legem, cum quasi in prin. vbi probantur duo valde singularia secundum Angelum, vide ca. mino.
Celsus. Facit ad propositum finius quæstionis, & dissolutionis eiusdem, quod no. Barto. in l. Pomponius, per illum alleg. §. sed, & in, ff. de procu.

tia erat lata, gl. ff. qui satis. cog. l. si decesserit, dicit, quod ibi est speciale fauore libertatis. Ego dicam, quod similiter debet esse speciale fauore ecclesiæ, quæ semper intelligitur viuere. Vnde hæc sñia nõ solum datur personę, sed ecclesię, quia cum pronunciatur ad A. pertinere, ergo ad B. non pertinere, ff. de procu. l. Pomponius. §. sed, & is, ergo ecclesia est libera in prouidendo sibi de rectore. Item ecclesia idem est, quod ipsa libertas, vt no. in Auth. de non alien. §. vult enim. quia propter non oportet amplius inquiri de iure succumbentis, sed subrogatus est executiue mittendus in possessionem.

1 *Onus semel inhærens transit in quemlibet successorem.*
2 *Substitutio tacita vulgaris continetur in pupillari.*
3 *Caducitas pupillaris non inducit expresse caducitatem vulgaris.*
4 *Substitutio tacita vulgaris expirat, si non aditur hæreditas.*
5 *Substitutio pupillaris si est facta impuberi, continetur tacita vulgaris.*
6 *Substitutus vulgariter agnoscit onus conditionis.*
7 *Relictum ab intestato an debeatur substituto.*
8 *Filijs si nihil est relictum, non potest per fideicommissum substitui.*
9 *Pro non scriptum, & caducum differunt.* 10.
11 *Caduca de iure veteri veniebant cum onere.*
12 *Onus si non potest impleri, an deficiat legatum.*
13 *Commodum sentire non debet, qui non vult sentire onus.*

§. Pro secundo.

Olim quasi caduca deuoluebãtur ad fiscum: hodie deuoluuntur ad substitutum coniunctum, vel grauatum cũ onere suo h. d. No. 1 † quod onus semel inhęrens, transit in quemlibet successorem emolumenti, quod habebat onus annexum. Opp. lege cauetur, quod si filius legauit matri suæ quatuor prædia, & eam rogauit quod duo restitueret socero: deinde ista duo ademit socero. qđ ista duo non remanent matri grauatæ, sed hęredi testatoris. ff. de adimen. leg. l. filio, §. matri suæ. Solutio. dicit glo. quod ibi mater fuit electa vt ministra. Ista est diuinatio: quia sequeretur, quod ille. §. non haberet locum, si post tempus fuisset rogata restituere. Item quod non fuerit electa, ut ministra, patet: quia vnus fuit actus legandi quatuor prædiorum, qui non debet diuersimode interpretari: quia vniuocus est. Et ideo dic, quod ibi interuenit pręsentia testatoris, qui remouendo causam finalem legati, & ipsum legatum reuocasse videtur: quod est notandum. Secundo 2 † oppo. a & videtur, quod quasi caduca non deferantur substituto vulgari, quod sic probatur. in pupillari continetur tacita vulgaris, sed lege cauetur, quod si pupillus decedit post testamentũ viuo testatore, & sic substitutio pupillaris efficitur quasi caduca quod substitutus non succedit: vnde videtur obstare. ff. de capti. l. quod si filius. Sol. dicit glo. quod illa lex non loquitur in vulgari, quia immo succedit ex vulgari ipsi testatori: sed ex pupillari non succedit ipsi pupillo, quia pupillus decedit intestabilis, & sic 3 in patria potestate, & sic non obstaret. Hanc † glo. diligenter no. quæ expresse determinat, quod caducitas pupillaris expresse nõ inducit caducitatem vulgaris tacitæ. Sed cõtrarium videtur per textum dictæ l. quod si filius, nam tacita vulgaris licet non sit testamentum filij, tñ est eius testamenti supplemẽtũ, & est quoddam intellectuale præsumptum a iure: & si non valet principale, nec accessorium. † Item s̃m Dyn. tacita vulgaris expirat, si hęreditas non aditur ex paterno testõ, sed filius solus institutus hæres, viuo patre decedens moritur, antequam hæreditas posset adiri, ergo nihil est, quod de secundis tabulis, vel pp eas quæri possit, de hoc per Dy. ff. de vulg. & pupill. substit. l. lex Cornelia. Cõsidera, aut tractatur de emolumento hęreditatis, & bonorum filijs, & tunc debet substitutio pupillaris esse confirmata, vnde si fideicommissarius vniuersalis petit restitui bona impuberis, oportet, quod substitutio fideicõmissaria sit confirmata, argumento. ff. ad Treb. l. apud Iulianũ, §. j. Aut simpliciter agitur de hæreditate patris deferenda ex tacita vulgari, & tunc non requi 5 ritur aditio, vt eleganter no. gl. sup. de insti. & substi. l. fi. † Tertio oppo. ad idem, nam si substitutio pupillaris est facta impuberi, continetur tacita vulgaris, vt dictum est. Pone, quod pupillaris efficitur caduca: quia pupillus decessit factus pubes: nam cõtra dicimus, quod illud caducum non applicatur substituto, sic ff. de le. 1. l. quod fideicommissum, & notatur in d. l. lex Cornelia. per gl. & Dyn. Sol. istud contrarium non obstat: quia hic loquitur, quando primus gradus est caducus. Tu autem loquens, quando caducitas est in persona substituti. propter meium temporis limitati, & sic non stat oppositio tua. † Quarto immediate oppo. dici-6 tur hic, quod substitutus vulgaris agnoscit onus conditionis; verbi gratia, testator instituit, Titium hæredem sub conditione, si decem dederit pro anima testatoris, & si hęres nõ erit, substituit Seium. Titius non dedit decem, dicitur hic, quod Seius dare debet, aliter non venit ex substitutione; quod est no. dignum. tamen hoc videtur contra casum legis expressę. ff. de hære. insti. l. sub conditione. Istud contrarium est difficile, & soluitur diuersis modis: nam gl. in l. contraria dicit, quod ibi loquitur in conditione casuali: secus in potestatiua, vel mixta, sed hæc est diuinatio. Alij dicunt, quod lex contraria loquitur in conditione personali, non in rem, ff. de condi. & demon. l. quæ conditio. Alij dicunt, quod in hæreditate non intelligitur conditio repetita fauore institutionis: secus in legatis, & fideicommissis, quæ non sunt ita fauorabilia, vt not. ff. de hęred. institu. l. si quis instituatur. Alij dicunt, quod l. sub conditione loquitur de onere apposito in forma institutionis, & non in forma substitutionis; hic autem de onere apposito in forma fideicommissi, vel legati. Tu dic, quod aut est talis conditio, quam interfuit testatoris impleri per substitutum, & debet impleri: aut non interfuit, & tunc secus, argumenta extra, de voto, cap. licet. † Opp. & videtur, b quod reli-7 ctum ab instituto, non debeatur a substituto, nec a cohærede, de leg. 2. l. Celsus, §. quod alicuius. Sol. ibi constat ex præsumptione de mente testatoris, quod volebat grauare solam personam instituti. secus si non constat. Ista solu. probatur per legem expressam, ff. de leg. 1. l. sicut Imperator. Et adde quod dixi sup. ad Trebellian. l. non iustam. Vlterius opp. nam certum est, quod ab intestato ordo successorius est quædam substitutio vulgaris, quæ fit a lege, vel ab edicto Prætoris ff. de success. edict. l. fin. & tamen si relictum est ab intestato a gradu primo, vlterior gradus nõ tenetur. de leg. 1. l. 1. §. fina. & l. si plures gradus. Solut. tu tangis hic duas difficultates: nam quod dicat, quod secundus gradus obtinet vicem substituti, & ideo expirat, licet primus gradus sit in integrum restitutus aduersus agnitionem. illud est verũ de mero rigore, vel secundum tempora legis Fauiæ: secus de ęquitate, ff. de mino. l. & si sine. §. sed Papinianus & l. 2. §. si quis adita, ff. ad Tertullianum, immo, quod plus est, & est valde no. licet ex restitutione ex Trebelliãno non veniat ius instantiæ, nisi cedatur, ff. ad Trebell. l. cum hęreditas ex fideicommisso. tamen in restitutum in integrum totum transfertur, ff. de re iudi. l. ex contractu. Secundo tangis alium passum, quod ab intestato posterior gradus succedit beneficio legis, non contemplatione voluntatis defuncti, & ideo non succedit in onere fideicommissi. † Et hoc facit ad 8 quæstionem arduam c de facto. Testator dixit ita, substituo per fideicommissum filios meos inuicem: & si alter eorum decesserit cum filijs, & illi filij decesserint absque filijs, substituo eis eundem filium meum, modo accedit, quod vnus decessit cum filijs, qui filij decesserunt sine filijs, patruus petit fideicommissũ, dicitur quod non potest, quia istis filijs, quibus nihil erat relictũ, non potuit per fideicommissum substitui, de legat. 3. l. si fuerit, §. fina. cum l. sequen. in contrarium dicitur, quod isti filij tacite videntur patri suo substituti: nã l. cauetur, quod ille qui facit primum, & postremum gradum, videtur facere medium gradum institutionis, de leg. 2. l. Titia Seio, §. Seia. Dyn. dicit ibi quod in fideicommisso, quod tacite potest relinqui, duo videntur fideicõmissa subordinata: secus ĩ directa substitutione, quę dẽt fieri verbis expressis, ff. de vulg. subst. l. vel singulis, & sup. de testam. l. iubemus, de leg. 3. l. nutu. Et sic non obstat, quod no. ff. de hęr. insti. l. Lucius. & l. ex facto etiam. & supra de fideicom. l. ab eo. Aduerte, si opinio Dyn. est vera, sequitur hoc absurdum, quod ille qui decessit cum liberis, etiam fratre præmoriente, non possit testari de sua portione integra, sed tantum de legitima & Trebellianica, cum alia debeatur liberis iure fideicommissi. Et ideo opin. glo in d. §. Seia. videtur verior, quam tenet Per. vel dic, vt ibi dixi. Alij dicunt, quod non est inconueniens dicere, quod isti nepotes intelligantur grauati tanquam hęredes hęredis, vt res valeat, & non pereat. Et in hanc opinionem inclinat Bar. ff. de vulg. & pupil. substi. l. Centurio: sed illa est æquitas non scripta, nec a lege, neque a testatore, sed solum in capite discretorum virorum. hãc 9 quæstionem non determino, quia pendet de facto. † Opp. quod differentia inter pro non scriptum, & caducum, vel quasi, nõ sit vera: quia semper relicta ab instituto videntur repetita a substituto, nisi appareat de contraria coniectura, de leg. 1. l. licet Impe- d rator. Sol. ibi d loquitur in vniuersali substitutione. Sed in substitutione facta in legato, vel fideicommisso, differt pro non scriptum a caduco: & sic non obst. oppositio. Sed scias, quod l. licet Imperator, loquitur in substituto pupillari. Secus si succedatur ex pupillari. quia illam non pręstat tanquam repetita, sed 10 ex persona impuberis, secundum Bartol. ibi & bene. † Quæ- e ro, quare e aliud in pro non scripto, aliud in caduco, vel quasi? Respon.

1

ADDITIONES.

a Secundo. vide Bar. & Doc. in l. 1 in 4. q. prin. in 2. effectu, ff de vulg. & pup.
b An. Bar Opp. & videtur. Nota, quod legata relicta ab instituto, debentur a substituto, vbi ex præsumpta mente defuncti apparet. quia tunc debentur a solo instituto & limita, nisi esset legatum alimentorum, quia tunc indistincte debẽtur a substituto. casus est sing. l. 4. §. 1 uc. ff de alimen. & cib. leg.
c Celsus. Et hoc facit ad quæstionem arduam de facto. Adde quod notaui in apost. ad Dyn. in l. Titia Seio, § Seia, ff. de leg. 2. in apost. in ver. substituit filios inuicem.
d Sol. ibi. vide Bal. in l. quoties, in fi. sup. iam. eici. & in l. Caio. in prin. de alimen. & cib. lega.
e Quare. Vide per Cy. hic.

Resp. quia pro non scriptũ non hẽt originem, ergo onus non est annexũ. Itẽ non hẽt formam, quia forma & ens conueniuntur: nam forma dispositionis non est aliquid, q̃ eius perfectio: cum forma rerũ naturaliũ non est aliud q̃ perfectio earum. † Quæro, a nunquid idẽ esset de iure veteri, ꝙ caduca irẽt cum onere: Rñ. b non, ante rescriptũ Imperatoris Seueri, sed post rescriptũ Imperatoris sic, vt de leg. 2. l. si Titio & Mæuio, §. Iulianus. † Quæ- c ro, si non potest impleri onus, an deficiat legatum? Respond. aut est onus extrinsecum, & nõ deficit legatum, de leg. j. l. si fundum per fideicommissum §. 1. Si autem est onus intrinsecum: aut deficit per ademptionem, & deficit legatum, vt in l. filio, §. matri suæ, ff. de adi. leg. aut per casum, & erat nudus minister, & idem erat non erat, & si quidem onus potestatiuum, & non deficit legatum: secus si non erat potestatiuum, vt no. de conditio. 3 infer. l. legatum, & l. codicillis, in prin. ff. de leg. 2. cum simi. † Vltimo vides hic, ꝙ qui non vult sentire onera, non dẽt sentire commoda. glo. opponit de l. si negotia, ff. de nego. gest. Solu. ibi onera non erant annexa, sed dissipatara, vt ibi not. plene in feudis habes, quod aut quis dimittat feodum, aut exhibeat seruitium, per regulam hic positam, vt in c. 1. de vasal. qui contra constitu. Lothar. dic, vt ibi dixi. Item nota, quod per hanc naturalem rationẽ fundantur statuta contra Malpagos disponentia, vt Malpagus sit extra protectionem statutorum.

ADDITIONES.

a Nunquid idem. Vide gl. & Doct. in l. si duobus, in prin. de leg. 1.
b Post rescriptum. De quo in l. licet Imperator, de leg. 1. & l. si Titio. hic alleg.
c Quæro. Vide hic latius per Cy.
Cessus. Vide melius quam per aliquem per Alex. post Bar. in alleg. l. si fundum per fideicommissum, §. 1. ff. de le. 1. & ibi dixi in apost. ad eum, paulo post prin. in ver. an debeatur legatum.

---

1 *Hæreditas ad hoc ut possit adiri, requiritur scientia.*
2 *Hæreditas non adita, an transmittatur per illos, qui sunt in potestate.*
3 *Hæres, qui non est necessarius, non transmittit.*
4 *Infans suus decedens in infantia, non transmittit.*
5 *Infans, qui non uiuit nisi per unam horam, an transmittat.*
6 *Mater infantis, an restituatur in integrum ex persona infantis.*
7 *Transmissiones omnes hæreditatis, sunt de iure ciuili.*
8 *Ius agendi ad supplementum transmittitur.*

§. In nouissimo.

Hæreditas potest adiri, et clausis tabulis, & quo ad adeundum cedit dies a morte testatoris, sed quo ad transmittendum iura vetera seruantur, vt legata, & fideicõmissa transmittuntur. Sed in hæredib. seruantur, vt non cedat dies quo ad transmittendum, nisi ab adita hæreditate. Fallit in liberorum personis. Itẽ fallit, quoa ties ius deliberandi transmittitur. h. d. a † Opp. quod ad hoc, vt 1 possit adiri hæreditas, requiritur scientia eius, quod est formale, & intrinsecum iuris adeundi, ff. de condit. & demon. lege mutum interest, licet non requiratur scientia cuiusdam accessorii extrinseci, seu adminiculi: quia multum refert, vtrum requiratur scientia ad originem acquirendæ potestatis, & tunc scire est de substantia, aut ad exercitium potestatis iam natæ, & tunc nõ, vt ibi patet, sed clausis tabulis ignoratur ius, & factum ex quo principaliter defertur ius adeundi, vt ff. de transact. lege de his. ergo non potest adiri. Sol. scientia & ignorantia consistit in facto, vnde debemus supponere scientiam, vel vehementem opinionem cum cursu veritatis, vt no. ff. de acquir. hære. lege cum quidam, §. 1. & ita hic præsupponitur. In iudiciis autem requireret a apertura tabularum, vt no. supra de secund. tab. l. j. † Quæro, nũquid illi qui sunt in potestate, transmittant hæreditatem nõ aditã, & videtur ꝙ non, per regulam hic positam, q̃ dicit hæreditatẽ non aditam non transmitti. Quidã respondent ad tex. quia suus nõ dicitur adire, sed immisceri. suus autem ipso iure ciuiliter est 1 immixtus. duplex enim est immixtio, s. ciuili, & naturalis, quæ cõsistit in consensu, & per ciuilem fit transmissio repudiabilis, sic ff. de acquir. hęred. l. si quis filium, §. 1. per naturalem fit repudiabilis, quia vnita bona esse cęperunt. de vulg. & pup. subst. lege sed si plures, §. filio. & ff. de acquir. hęre. lege, qui patri. Tu dic, quod omnis, qui per legem duodecim tabularum est suus, & necessarius, trãsmittit olim, & hodie ipsam hęreditatem cum iure perpetuo adeundi, vt supra de suis & leg. lege apud hostes. & plene scripsi supra de iure deliberan. lege si fratris, nec repeto allegationes, quas ibi feci. nec obst. litera, quia regula habet locum secundum tenorem veterum legum: ergo vbi veteres leges disponebant de transmissione fienda, cessat regula hic tradita. Et ideo regula hic tradita fallit in suis, & necessariis hæredibus: & hoc non est proprie fallere, sed verba regulæ cessare. Item fallit in casibus per ordinem notatis, ff. de acquirend. hęredit. l. ventre, & ff. de contra tabul. l. illud. § final. & ff ad Syllan. l. qui posthumos, & vbicunque iure speciali defertur aditio, ibi ex æquitate speciali non impeditur transmissio, ne lex sit captiosa, 3 quam doctrinam tene menti. † Quæro. quid, b in his qui sunt b in potestate, tamen per legem 12. tabularum b nõ sunt hęredes necessarii: vt verbi gratia, instituo filium meum, & nepotem ex eo æquis partibus, nam iste nepos non est mihi necessarius hæres: quia præceditur a suo patre, qui est filius meus in gradu. Respondeo: ille nepos non transmittit, nec mihi suus est; quia me mortuo recedit in potestatem patris sui. & ideo quæstio ni procedit, nisi ille nepos meus haberet filios quia tunc transmitteret ad eos, vt h. in uer. excepto. & inf. ti. j. l. vnic. & dic ut ibi. Quęro, 4 nunquid infans suus decedens in infantia, transmittat hæreditatem paternam? gl. dicit ꝙ non, in l. si infantis. s. de iure deliberan. quia qui tam patrio tempore uiuit, ea naturali ęquitate nõ debet obesse agnatis. † Quia enim si non uiuit nisi per unam horam, in materia feudorum habemus quod non obstat tãquam natus, qui ita cito moritur, vt no. in capitu. 1. Episcop. vel Abb. in gloss. quæ incipit, sed quia. Sed illud est speciale in feudis. illa gloss. est truffa, in materia aliarum transmissionum, in quibus magis fauetur infanti, vt no. Cyn. in l. j. inf. tit. 2. in 8. q. dic vt ibi dicam: vnde non est bona argumentatio. Vnde dicendum est quod si infans transmittit ius rumpendi, ut supra de posthum. hęr. inst. l. vxoris abortu. multo fortius transmittit hęreditatem paternam in pleno iure sibi apertam. Multi tamen sequuntur opi. gl. ibi positæ, quia non transmittit hæreditatem paternam, nisi ad matrẽ, vt no. in d. l. apud hostes. Et no. quod curia Mediola. practicat, & obseruat opin. Accur. in materia transmissionum. 6 † Sed tunc remanet quæstio multum ardua, pręsupposita dicta consuetudine, vtrum mater infantis possit restitui in integrum ex persona infantis morte pręuenti, sicut restitueretur ex persona absentis, ut supra de rest. mil. l. 1. & ff. de acqu. hæredi. l. cum quidã. Iac. de Are. in l. qui duos, ff. de rebus dub. dicit ꝙ sic. idem c Bu. & Bar. in contrarium videtur, c quia illud damnum, siue lucrum cessans, id est non transmittere, est illatum diuino iudicio. vt no. Insti. de cap. dimi. non autem ex facilitate, vel aduersa fortuna, vel ex priuilegiata absentia, vel belli calamitate, vel dolo alicuius aduersarii: argu. ff. de min. l. verum, §. item sciẽdũ. Pręterea text. dicit expresse in dicta lege, si infanti, quod si est sublatus de medio naturaliter; ita habetur, ac si nunquam fuisset in rerum natura. sed si nunquam fuisset in rerum natura, nõ transmitteret beneficium restitutionis. ergo nec nunc transmittit. Item sine effectu deuolutionis loqueretur illa lex, si transmitteretur ęquipollens, id est, beneficium restitutionis in integrum, vt ff. de in integ. rest. l. nemo. Item facilius deberet transmittere ius commune, id est hęreditatem, quam priuilegium. & absurdum est dicere, quod lex sine effectu loquatur. Item si illa lex voluisset restitutionem in integrum dari, hoc expressisset. facile enim erat Legislatori dicere si voluisset, ut inf. ea. l. §. sin autem ad deficiens. Præterea iste filius excluditur a transmittendo, iuris potestate, & authoritate; quia lex specialiter ita statuit: non autem excluditur sua facilitate, vel casus facilitate, & ideo non datur restitutio contra uim, & authoritatem legum. Item cõtra fictionem legis, quę fingit eum non fuisse in medio. & ideo non datur in integ. restitutio. quæ restitutio debet con- 7 cedi per sententiam iudicis, sed fictio † est sententia legis. quæ non potest per iudicem tolli. & istæ sunt rationes Iacobi de Bel. in fi. suæ disputationis. Solu. aut est adultus, in quo potest quędã facilitas notari, & restitutionem trãsmittit, aut est infans, & tũc si quidem naturaliter decessit, & non competit in integrum restitutio, nisi propter culpam tutoris hęreditas non fuerit adita; nam propter culpam tutoris restituitur in integrum, si tutor d non est soluendo. d Aut decessit casu fortuito, & tunc restitutio datur: quia non est in alium regressus, vt d. l. qui duos. nam ibi in nauigatione decessit, & sic casu fortuito; & sic mixta ratione ætatis, & casus fortuiti restituitur hæres eius. Idem si propter alium casum, puta quia propter absentiam non potuit habere tutorem: quia etiam tunc ęquitas dictat succurri, licet mero iure sit destitutus, vt dicta l. cum quidam. Et secundum hanc distinctionem intelligo, quod scripsi in l. si infanti. supra de iure deliberan. & in l. ventre. ff. de acquiren. hæred. modo adhuc restat vnum dubium circa d. l. vxoris abortu. vtrum lex illa sentiat aliquid de transmissione. nam filius dicendi nullum est agere, vel excipere, nisi in eum, cui sit facta transmissio. Si autem est quoddã allegare. quilibet potest allegare, scilicet pro interesse 8 suo, vt ff. de Car. l. 3. §. cum cataret. † & no. ꝙ omnes transmissiones

ADDITIONES.

a Phi. Dec. Requiritur. Quæ, & quot sciri debeant ad hæreditatis aditionem, vide eleganter per Alex. in l. non potest, ff. de acq. hær. vbi ait necesse sciri hæredi delatam, deinde cui, & tertio ea qua causa, testati, an intestati. Et uide Bar. in l. qui hæ re. ff. eo. ti. de acq. hær. Quin etiam aditio facta per legitimum. quasi ex testamento non valet licet tanquam hæres ab intestato adire: l. nec is, §. hæres, & illud. & l. si is, ad quem, eo. ti. de acq. hær. & adde gl. in l. illud, ad fi. ff. si pars hære. petatur. & per Alex. in cons. 121. 1. par. & per illum in l. potuit. C. de iure deli.
b Quæro, quid. Vide Bal. in l. qui se patris. sup. unde libe.
c A. B. In contrarium uidetur, & ibi est gl. in secundum Ant. ibi.
d Si tutor non est soluendo. Et ita tenet etiam Bar. in l. si infanti hic allo.

ſtones hæreditatis ſunt de iure ciuili, nam per edicta Prætorum nulla fit tranſmiſſio;unde bonorum poſſeſſiones non agnitæ nõ tranſmittuntur, vt ff.de bo.poſ.l.3.§.denique niſi in quibuſdam caſib.ex ſuppletione prudentũ,& hoc dicit in.l.qui adm.ad bo.poſ. a l.emancipata.a Extra opp.ꝙ hæreditas non adita tranſmittatur, vt ſup.de inoff.teſt.l.ſi quis filium,nam ſi tranſmittitur; querela prolata, poteſt hæreditas adiri. Sol, concedo ꝙ illud remedium tranſmittitur, & ꝙ prolata querela,efficitur ſuus hæres, & ideo 10 hæreditatem quærit. † Item tranſmittitur ius agendi ad ſupplimentum,ſed illud non eſt tranſmittere hæreditatem,ſed quoddam remedium.

A D D I T I O.

a Ceſſ.l.1.Emancipata. Adde ibi Bar.melius,& plenius,& ibi ꝙ notaui in apoſt. ad ipſum,poſt do.Alex.in ſi nam bonorum poſſ.non agnitæ non tranſmittuntur.

1 *Legatum libertatis cedit ab adita hæreditate.*
2 *Natura dicitur id,quod cuique rei eſt primordium.*
3 *Natura aliquando ponitur pro æquitate.*
4 *Natura aliquando ponitur pro curſu rerum naturalium.*
5 *Natura aliquando dicitur ius ſanguinis.*
6 *Statuto ſuſpenſo,omnia ſuſpenduntur,quæ dependent ex illo.*

1 **§.Libertatib.** † Legatum libertatis cedit ab adita hæreditate. Item legatum,quod depẽdet 2 ex libertate.h.d.† Quæro quid eſt dictum, propter ſui naturam? Reſpon. id eſt propter ſtatutum legis, quod naturaliter ineſt ipſi legato,ſic ff.de pact.l.ſi unus verſi.quod,& in ſpecie. Item dici- 3 tur † natura, cuiuſcunque rei primordium : per quam unumquodque habet ſuum proprium eſſe, vt in capit.1.de natura feu. 4 Item † quandoque natura ponitur pro æquitate, vt ff. de condit, 5 indeb.l.nam hoc natura. Item † quandoque ponitur pro curſu rerum naturalium, iuxta illud. natura nouas deproperat edere 6 formas, vt in l.a.de uete.iure enu. Item † dicitur natura ius ſanguinis,vt ff.de pact.l.ius agnationis. Item dicitur nã,motiua naturæ,quæ animantib.inſunt, vt l.j.ff.de iuſt.& iu. Item dr̃ natura ius immutabile,vt Inſt.de iu.na.§.ſed,& naturalia. Item no.hic 7 ꝙ ſuſpenſo ſtatuto omnia ſuſpenduntur, † quæ dependent ex illo.

1 *Legatarius, qui non poßidet,non poteſt fundum colere ſua authoritate.*
2 *Vſusfructus non tranſmittitur ad hæredem.*
3 *Vſusfructus,ſi concedatur mihi,& hęredi meo, hæres non uenit ex trãſmiſſione formali.*
4 *Feudum habet aliquo caſu ſimilitudinem vſusfructus formalis.*
5 *Dies ſeruitutis legatæ an cedat in ſeruitutib. prædialib.*
6 *Ius colligendi paſſagium non eſt ſeruitus vſusfructus.*
7 *Legatum habitationis cedit ab adita hęreditate.*

§.Excepto. Quæro, quid uult dicere tex. quod vſusfr. quotidie conſtituitur,& legatur,non autẽ vt proprietas,eo ſolo momento,quo acquiritur: & ideo acquiſitus,& deficiens accreſcit,vt ff.de vſusfru.accre.l.1.§.interdum? Reſpõ.acquiſitio vſusfruct.eſt duplex. l. acquiſitio conſeſſioriç, iſta bene acquiritur in inſtanti quo traditur vt de vſusfruct.l.3.§. dare,& acquiſitio fruitionis per patientiam ſucceſſiuam acquiritur inceptiue, ſed non completiue. ſtatim ergo quod hæres ad patientiam non tenetur,quia mortuus eſt legatarius nãliter,vel ciuiliter,deficit iterum reſpectu temporis futuri , & iõ accreſcit coniuncto. Præterea neque unquam ſuit plene traditus, ut no.ſup.vſusfru.l.corruptionem.quia incorporalia, quæ per patiẽtiam traduntur,nunquam poſſunt perfecte, & incommutabiliter tradi,& (vt ita dixerim) in vſusfructu ſemp ſumus ab initio. nam proprietas non dependet ex patientia alicuius; quia patientia attribuitur dño,non ei,qui nullum ius hẽt. & iſta ſunt ſubtilia. Extra quæro, teſtator mandauit hrdi , ꝙ pręſtaret mihi fructus cuiuſdam fundi,utrum hæres facere, & curare teneatur, ꝙ ille fundus diligenter colatur.ſeu inetur,& non deſtinatur? Rñdeo tex.eſt vnicus. quod ſic , non tamen tenetur de caſu fortuito,ff. 1 de vſusfruct.lega.l.fundi Trebatiani.† Quæro, nunquid dictus legatarius poſſit ſecundum ſuam authoritatem colere, & ſeminare? Reſpondeo,non,quia non poſſidet.1 ff. de vſusfruct. l. ſi quis ita.vel dic quod imo poteſt,ſi hoc facit non cauſa poſſeſſionis adipiſcendæ,ſed ſui iuris conſeruandi, iuxta no.in l.1.ꝰ.uti. poſ. 2 & vtile eſt ꝙ proteſtetur,vt ibi no.& ff.eo.ti.l.ſi duo.† No. quod a vſusfruct.a non tranſmittitur ad hęredem , quia natura eius inhęret perſonę,& ſine perſona eſſe non poteſt,ff. de ſtipula. ſer.l. 3 vſusfr.† Sed quid b ſi concedo vſumfructum tibi,& hęredi tuo? b Reſpond.hæres non uenit ex tranſmiſſione formali , ſed cauſali.& ideo in perſona hæredis eſt nouus vſusfructus , & requiritur noua cautio de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri , vt ff. 4 de uerbor.obligar.l. ſtipulatio iſta,§.ſi quis ita. † Et not.quod feudum habet aliquo caſu ſimilitudinẽ vſusfructus formalis. vnde in diffinitione feudi ponitur hoc vocabulum, vſusfructus & ideo ſicut nouus heres debet pręſtare nouam cautionem. ita nouus hęres debet facere nouam fidelitatem,ut in capit.p.imo, quo tempore mil. niſi anteceſſor iuraſſet fidelitatẽ pro ſe, c & ꝓ ſucceſſoribus ſuis , nã ſi vſusfructuarius dediſſet ſatiſdationem pro ſe & hæredibus ſuis, non oporteret de nouo ſatiſdationem præſtari,arg.ext.de iureiur.cap. veritatis. Vel ibi non eſt nouum feudum,quia dignitas eſt quid regale,cum feudum Regni ſit conceſſum omnibus Regibus, & qualitas regia nõ moritur, licet indiuiduum moriatur, vt ff.de leg. a.l.quod Princip. & ſũt accidentia ſine ſubiecto,vel verius, iſta non ſunt proprie accidẽ 5 tia,ſed quoddã intellectuale,ſicut albedo in abſtracto.† Quæro, d quid d in ſeruitutibus prædialibus,vtrum cedat dies ſeruitutis legatæ a morte teſtatoris? Dubium facit , quia omnes ſeruitutes ſunt fruitio quædam , & in facto vtendi conſiſtunt . Sed dica morte teſtatoris cedere , licet per ſe non tranſmittantur , ſed cũ pręaedio tranſeant . vnde non eſt proprie tranſmiſſio , ſed quædã 6 inhærentia,vt l.ſi patrem,§.1.ff.quemadmo.ſeruit. amit. † Quid ſi aliquis Baro legauit mihi ius colligendi paſſagium , quod habebat ſupra pontem? Reſpondeo , iſta non eſt ſeruitus vſusfructus , ſed eſt aliud ius ſuo nomine nominatum , & habens propriam formam, & capit realitatem, & tranſmittitur ad hæredẽ, argumen.ff.de ſer.leg.l.pater.& quod ibi per Batt. Quid de iure pecoris appellandi ad fontem vicini prædio meo? nam iſta non eſt ſeruitus prædialis,nam pecora ſunt res mobiles, & in pecoribus non conſiſtit ſeruitus prędialis, ſed quędam facultas, quæ (vt puto)ſapit in dubio realitatem, quo ad trãſmiſſionem. & iõ ſi aliquis legauit mihi ius pecoris appellandi,cedit a morte teſtatoris,nam in hac materia duæ dantur regulæ , vna , quod omne legatum tranſmiſſibile de ſui natura cedit a morte . alia , quod omne non tranſmiſſibile cedit ab adita hęreditate,vt leg. 3.quã- 7 do dies leg. ced. † Ex quo ſequitur, quod legatum habitationis cedit,ab adita hęreditate, idem, ſi quantitas legetur in mercedẽ habitationis,ff.eo.tit.l.nec ſemel. §.ſi in habitatione . idem ſi relinquatur in Doctoratum, vel in militiam; quia hęc perſonæ cohęrent:ergo ſui natura tranſmiſſibilia non ſunt , ergo cedit dies ab hęreditate adita,non ante,per dictam regulam.

A D D I T I O N E S.

a An Bar. Nota,quod vſusfructus. Vide tex.no.in l.cum antiquitas, ſup.de vſusfr. qui lin itat hanc regulam,& l.fi.eo.tit.
Celſius Ratio autem eſt in promptu , quia vſusfructuarius non dicitur proprie dominus,vt dicit poſt Bar.in apoſt.ad ipſum,in auth.quod locum,nu.4. in ver. dominus,ſup.de ſec.nup.& in rub.ſup.de vſufru.in prin.in verſ.ſi dominus.
b Sed quid.vide quod ſequitur.
c Pro ſe & pro ſucceſſorib. Contra ſentit Spec.in tit.de feu.§.pen.ver. hic etiam. & Doctores in c.veritatis hic alleg.quia iuramentum eſt perſonale ea parte iurantis.
d Quid. Vide in l.pecorum,de ſer. ruſt. prædio.

1 *Conditio dicitur multis modis.*
2 *Conditio dandi non capaci,eſt poteſtatiua.*
3 *Conditio laborantis in extremis,an per alium impleri poßit.*
4 *Fideicommißum uniuerſale,& particulare,non differunt.*
5 *Fideicommiſſum uniuerſale an tranſmittatur de liberis ad liberos.*
6 *Fideicommißarius ,vel legatarius,ſi pendente conditione eſt deportatus, non expirat legatum.*
7 *Conditionalia pendente conditione an tranſmittantur.*
8 *Subſtitutio tranſmittitur,ſicut ius accreſcendi.*

§.Sin autem. Dies legatorum & fideicommiſſorum cedit a morte,ſi legatũ & fideicõmiſſũ eſt purum. Sed ſi conditionale, vel in diem incertam,non cedit, niſi adueniente conditione,vel die incerta,& ſi interim decedit legatarius,vel fideicommiſſarius, non trãſmittitur,a ſed vadit ad ſubſtitutum,vel coniunctum,vel remanet hæredi teſtatoris. idẽ in donatione cauſa mortis , in qua etiam ſubſtitui poteſt . h. d. 1 † No.hic diſtinctionem,quod conditionum alia caſualis,quę pẽdet a caſu, & fortuna; alia poteſtatiua , quam quis poteſt adimplere proprio motu,& de facili. alia mixta,quæ dependet ex mo 2 tu ſuo,& alieno,vel ex motu ſuo & fortunæ . † Quæro de conditione dandi non capaci , vtrum ſit poteſtatiua ? Reſpondeo ſic, inquantum concernit actum dantis.nec curo quod non ſit poteſtatiua,inquantum reſpicit actũ recipientis.iſta lex no. ff.de condi.& demonſt.l.Mæuius.ibi dum dicit , licet nũmos non facit accipientis.qui tex.non eſt alibi. Et eſt ratio, quia videtur aſſignata ad denotandum metum factum,cum non poſſit ius cõtinere,ſecundum Bart. Extra quæro , Titio erat relictum legatũ 3 ſub conditione,ſi certum dederit.† Modo iſte laborans in extremis per plures dies ante mortem perdidit intellectum; nunquid iſta conditio poterit per alium interim impleri? & videtur quod ſic, inf.eo.§.non autem. Solu.ſi ſciuit conditionem inſertam, poteſt per alium impleri;alias non,vt ff.de condition. & demonſt. l.a.in verſic.ſcire debet. vel dic,quod ſcientia implentis ſufficit, vt l.fin.ff.de condi.inſt.facit quod not.in cap.1.§.mutus. Epiſcopum vel Abb.collat.10.vbi gloſ.mouet ſimile dubium , & dicit, 4 amice, ſummam ſubtilitatem ꝯſecutus es . † Quæro, vtrum ſit differentia inter fideicommiſſum vniuerſale,& particulare? Reſpon.non,intra ſtranſmittendo,vt dicit ſup.de fideicom.l.cum ſeruũ.

†Quæ-

5 † Quæro, nunquid fideicōmissum universale transmittatur de liberis ad liberos cōditione pendēte? Rñdeo, non text. est hic, si ordinem & continuationem literæ diligenter inspicis, cum supra fecit mentionem de transmissione liberorum, hęc omnia prędicta modificans, dicit qđ transmissio non habet locum in conditionalibus. & hoc firmat & disputat gl. in l. i. inf. titu. i. sed hunc textum non inducit, qui decidit quęstionem. † Quæro, pendente cōditione legatarius vel fideicommissarius est deportatus, vtrum statum expiret legatum vel fideicommissum? Respondet gl. quod non quia possibile est pendente conditione ipsum restitui per Principem. secus si esset damnatus in metallū, vt ff. de condi. & demonst. l. intercidit. & uide q̄ not. eod. tit. l. non ad ea. Sed contra hoc oppo. & uidetur quod imo idem in damnato in metallum. nam si interim restituitur per Principem, reciperet legatum. vnde videtur ob. ff. de manum. testamen. l. Aristo. Solu. ibi princeps fecit pleniorem gratiam, quia cum prius esset seruus pœnę, restituit eum natalibus, non solum aduersus pęnam: & sic. talis restitutio fingit retro. merito conualescit legatum & hęreditas. Sed vbi quis restituitur contra poenam tantum, tunc non reconualescit, quia iure tam ciuili quam naturali extinctum erat. † Denuo oppo. & fortiter obstare uidetur, quod etiam conditionalia interim transmittantur. dicit lex, quod substitutus pupillo cohæredi suo, qui substitutus adiuit hęreditatem ex paterno, decedens ante pupillum & sic pendente conditione, substitutus transmittit hanc substitutionem ad quemlibet suum hęredem. Vnde videtur obstare lex illa singularis, ff. de acquiren. hęredi. l. qui patri. Sol. ibi non loquitur in substitutione pupillari transmittenda; sed in iure accrescendi, quod rapit secum hereditatem pupilli per consequentiam, & coniunctionem paternę hęreditatis, secundum glo. & Dyn. sed ista solutio videtur falsa. pone enim, quod vterque adiuerat hęreditatem: ergo nulla portio hęreditatis paternæ est caduca. & vbi non est caducitas, ibi non habet locum ius accrescendi. Solu. verum est in iure accrescendi simpliciter, secus si est vnitum cum pupillari substitutione, secundum Bartol. sed ista verba uidentur falsa: quia si expirat ius accrescendi simpliciter; ergo non potest esse vnitum cum substitutione. vnde ista verba Barto. non habent saporem intellectus. † Considera ergo quod ius accrescendi transmittitur, quia necessarium. & eodem modo transmittitur substitutio, quando quis est obligatus ad adeūdum ex substitutione: quia obligationes conditionales transeūt ad heredes ista est ergo ratio illius legis: quia siue ius accrescēdi consideres, siue ipsam substitutionem, cum esset necessario abstractus propter indiuisibilitatem hęreditatis, istud ius necessarium transmittit ad suum hęredem: licet secus in substituto vulgari, quia vulgari substitutum permittitur repudiare ex substitutione, vt ff. de su. & leg. l. si ex pluribus. & C. de impub. & ali. sub. l. in testamento. Et nota, quod illa l. qui patri, non reperitur alibi. Quęro, qualiter *b* fit substitutio in donatione causa mortis? Dicit gl. q̄ per stipulationem. Tu dic, q̄ etiā nudo pacto hodie, ista gl. est singularis, ff. de lega. 2. l. cum pater §. Neuio.

ADDITIONES.

a Quæro, nunquid fideicommissum. Nota, quod fideicommissum vniuersale non transfertur de liberis in liberos. Bal. in l. i. inf. tit. [illegible] tenet quod non [illegible] in l. si in personam fu. de [illegible]. Angel. in l. si in personam. Domi. [illegible] in l. cum an. [illegible] eundem C. de fideicom. & in d. l. si personam. Ang. in l. is cui. ff. de act. & oblig. & omnes in l. hæredes mei, §. i. ff. ad Treb. consulto apud Senam, vide Bal. in c. i. in [illegible] qui suc. te. ubi damnat gl. d. l. is cui. et dicit quod illa gl. loquitur in legato particulari, non autem in legato vniuersali. Bar. in d. l. is cui. dicit illam glo. esse falsam, et damnat a [illegible] videtur eam [illegible] Salic. in d. l. i. C. de his, qui an. aper. tab. sed uidetur [illegible] gl. d. l. is cui [illegible]. Bal. in l. 2. C. de lib. præte. glo. domi. Ant. et alij in c. Raynaldus. de testa. ubi dixit.

b Qualiter. Vide no. in l. [illegible] hęredibus, de lega.

§. Sed vt manifestetur. Omne, quod decisum est ab aliquo, si ad sua initia reuerti [illegible] reuertitur. qualiter emanauit ab illis, hoc dicit. Et ideo præstantiæ *a* quę restituuntur ciuibus, debent restitui prout exactę sunt primo, & eo ordine, quo exactæ sunt primis soluentibus de iure per ordinem.

ADDITIO.

a Præstantiæ. Vide quod dixi post Sal. in l. i. sup. de impub. & aliis substituit.

1 *Persona quando est de forma actus, nunquam receditur ab ea.*
2 *Commissio grauis potius videtur facta personæ, quam dignitati.*
3 *Onus sibi impositum an per alium quis adimplere possit.*
4 *Iurare dicitur cultus religionis.*
5 *Doctor an possit legere per substitutum.*
6 *Actus quidam dicuntur inserti formaliter.*
7 *Procurator potest substituere alium in negocijs, quæ non requirunt industriam.*
8 *Pater si instituit filium hæredem si iuerit ad sanctum Iacobum: si non potest ire, alium mittere potest.*
9 *Mandatarij factum est proprie factum mandantis.*
10 *Factum mandantis & facientis dicitur vnum numero.*
11 *Mandans alicui, quod dicit falsum testimonium, punitur tanquam particeps delicti.*
12 *Notarius officium suum alteri delegare non potest.*
13 *Testator si mandauit legatario quod ędificet domum hæredi, an teneatur ædificare suis sumptibus.*
14 *Damnatus fideiubere si soluit, an repetere possit.*
15 *Matrimonium quomodo potest contrahi per procuratorem.*
16 *Compaternitas an possit contrahi per procuratorem.*
17 *Legatarius si sit iussus dare causa conditionis implendæ, qualiter poterit repetere.*
18 *Nuncius scienter portans literas, quibus mandatur committi homicidium punitur de homicidio.*
19 *Facta, in quibus vertitur adminiculum acquisitionis, qui per alium facit per se ipsum facere uidetur.*
20 *Iuramentum fidelitatis, an quis, an personaliter præstare teneatur.*

§. Ne autem. Iste §. est valde no. & hoc dicit. onus qđ potest per aliū impleri, migrat de subiecto in subiectum: id est ambulat de legatario, cuius legatum est caducum, vel quasi, in substitutum, vel coniunctum eius, vel grauatum, apud quem remanet emolumentum. secus in grauamine, quod ab alio impleri non potest, nam illud non migrat de subiecto in subiectum. hoc dicit. vide Dyn. in regu. si quis in ius. † Et no. quod quando persona est de forma actus, nūquam receditur a persona & iste est casus in isto §. idem, si materia non possit adaptari personæ, vt hic, quia oportet quod agēs sit aptum ad id agere, vel equipollens; alias non admittitur substitutus. ff. de cō. indebi. l. si non sortem, §. libertus. Item quod mēte propria explicandū est, alieno animo fieri non potest. dici. glo. ff. de acquiren. hęred. leg. Paulus. Et commissio *a* extraordinaria & grauis, potius intelligitur facta personę quam dignitati. Specu. in titu. de instrumen. edi. §. nunc autem. versi. quid si Papa. † Ex isto §. colligitur solot. brocardi, *b* quo quęritur, an quis possit onus sibi impositum implere per alium; & dic; quia aut onus est in dando, & potest per alium adimpleri, vt leg. Aretusa, ff. de statu homi. & leg. vit. ff. de condi. institut. aut in faciendo; & tunc refert. aut non est electum proprium ministerium personæ, & idem, vt hic, versicu. sin autem in faciendo. Aut est electum ministerium personæ, & tunc non potest per alium adimpleri, vt hic in versicu. si vero talis. Butr. Tu altius considera; quia quidam sunt actus, qui sunt naturaliter inserti, quidam qui formaliter; quidam indifferenter. exemplum de primis; puta edere. ludere, coire, & similia. Et ista non possunt per alium explicari, sicut naturaliter patet; nam, vt dicit Auicenna, Deus gloriosus dedit vnicuique indiuiduo propriam comprehensionem, quam alteri communicare impossibile est. Et ideo nemo per alium comedit, vel bibit. vnde qui mandat adulterium fieri, non est adulter, nec vere nec ficte nec proprie punitur de mandato, sed tanquam fautor adulterii, vt not. ff. de vi, & vi ar. leg. i. §. quoties. nam adulterium proprium corpus commaculat, & a [illegible] in seipsum fit turpitudo licet in aliu[illegible] extendatur, vt not. in leg. 2. ff. de adulte. eodem modo dicere disciplinas. Primo est in quadam potentia naturaliter inserta, quæ vocatur aptitudo. demum per virtutem animę & exercitium studii deuenit ad perfectum, vt ff. de leg. 3. leg. Stichus. Et ideo per alium nemo addiscit, quia intensiue, non extensiue consistit. † Item nota, *c* quod quædam de natura sui personalia sunt, vt iuramentum pręstare, sed iuramentum suscipere reale est, vt eleganter not. in c. i. §. omnes filij. si de feu. fue. controuer. colla. 10. & est ratio, quia iurare est cultus religionis; quia persona non separatur, vt ext. de iureiur. cap. veritatis. per Innocen. & hoc de vinculo contracto, sed vinculum contrahēdum potest per alium explicari, vt not. in cap. vt circa. de electio. lib. 6. & in c. si personam. per quos fiat inuestit. & per quos recipi. Sed nunquid *d* per alium quis possit docere; Petr. dicit quod sic, si sint eiusdem peritiæ. tu dic, quod doctrina bene potest esse eadem, sed docens est diuersus; nec reputatur vnus, & idem. vnde dicit Innocentius, quod officium prædicandi alteri iniunctum, non potest alij delegari. extra. de offic. dele.

ADDITIONES.

a Commissio. Vide Doct. in c. i. ext. de offic. deleg.

b Brocardi. Vide quod no. Bal. post gl. in l. nec mulierem, inf. de vin. l. be. & de materia no. per Bal. post gl. in l. nemo est ff. de duo. re. & quæ ibi dixi per Bart. in l. veteris, de contrahen. & comm. stipu.
Item no. Vide infra.

c And. Bar. Sed nunquid. An Doctor poterit leges per substitutum. vide Bar. in l. nemo, ff. de duo. reis, & ibi Ioan. de Imo. & adde Bart. in c. cum dilecti. de rescriptis. & ibi dixi.

d Celsus. Adde domi. Co. post illatorē meum compatriotā & discipulum Ant. Corsing. [illegible] in versic. substitutus. incipien. volens [illegible] per substi[illegible] Bart. in l. nullam numero. 2. & quod ibi posui in apo. ad ipsum, in ver. substitutum. inf. de Decu. lib. 10. & ibi posui in addi. ad Iacob. Rebuf. dixi post Pan. in ca. i. nu. 3. post alios Conpostillatores extra, de sum. Tri. & ibi plene Felin. col. 2. post medium.

a dele. ca. quoniam Abbas. a nam prædicare populo requirit magnam industriam: & non minus moribus quam verbis prædicatur, sanctitas etiam vitæ auget prædicationis effectum. & ideo 5 opinio Innocen. vera. † De Doctore autem legum, vtrum possit legere per substitutum, dic ꝙ sic in casu necessitatis, in alio non, quia operæ non sunt eædem, vt ff. de cond. ind. l. leg. si non sortem, §. libertus, inter hæc, quæ naturaliter sunt inserta, connumerantur quædam, quæ ciuiliter inserta sunt, vt purgare se a crimine in causa capitali. nam in hoc requiritur præsentia personæ: & ideo non recipitur procurator, nisi in casu necessitatis, & tunc etiam non recipitur ad diffinitiuam, ꝙ dic vt not. in l. 2. 6 & l. reos, J. de accusatio. † Quidam sunt actus inserti formaliter, b hoc est per datam formam: verbi gratia, b testator mandat alicui, ꝙ per se pingat domum, vel Papa mandat alicui ꝙ personaliter accedat ad visitandum quoddã monasterium, nam hoc alteri committi non potest, iste est textus not. istius §. Quidam sunt actus, qui non considerantur respectu agentis, sed respectu sui effectus, ita ꝙ siue fiant per se, siue per alium, nihil refert, & tunc illa possunt per alium explicari, vt in d. §. sic. nihil enim. & ff. de verb. oblig. l. cum seruus. & l. continuus. §. item qui insulam. & ff. de duob. reis. l. nemo. Et hæc sunt vtilia etiam in materia feudorum, vt not. s. de Episco. & cler. l. quisquis. Item ꝙ quia non potest facere per se propter impedimentum facti, tamen potest facere per vicarium suum, vt ff. de offic. eius, cui manda. 7 est iurisdictio. l. 1. §. huius rei. Item † procurator potest alium substituere in negotiis, quæ non requirunt industriam, vt ff. mandati. l. si procuratorem. §. 1. In arbitratiis autem & cæteris, in quibus mandatario non potest dari certa forma, & ideo est electa industria, nemo potest substituere: quia arbitrium est inter-8 tum personæ, vt ff. de arbitris. l. in compromissis. † Et hæc faciunt ad quæstionem, si pater instituit filium hæredem sub conditione, si iuerit ad sanctum Iacobum pro anima patris, filius vult obseruare testamentum paternum, tamen quia non potest ire, vult mittere, nunquid sufficit? Respond. sic, vt ff. de verbor. oblig. l. continuus, §. si ab eod. nisi in propria persona consistat pondus, vt si Rex mandat filio, ꝙ vadat ad recuperandam terrã 9 sanctam, vt ext. de voto, c. licet. † Ex isto §. collige, b quod factum b mandatarii est vere, & proprie factum ipsius mandantis, quod sic probo, conditio apposita debet adimpleri vere, & non ficte vt l. si ita quis, §. si cui, ff. de lega. 2. Cum ergo hic dicat conditionem per alium impleri posse ad consequendum legatum, ergo 10 impletur vere. † Item pro hoc, quia mandantis & facientis dicitur vnum factum numero, vt not. Cyn. in leg. 1. inf. si reus vel accusa. mort. fue. & est gl. valde not. J. de accusa. l. qui de crimine. in glo. magna. in verbo, & tunc si eodem crimine. Item ex mandante & mandatario compilatur vnum & idem maleficiũ vt ff. de iurisdictio. omn. iudicum. l. si familia. In contrarium videtur, ꝙ cuiuslibet persona per se decernitur, & qualitas cuiusque in se proprie concernitur, vt J. de accusa. l. non ideo minus in verbo, ex sua persona. Non ob. ff. ad l. Pompe. de parrici. leg. diuus, quia ibi speciale. nam ille qui mandat filio, ꝙ occidat patrem, vel similibus personis geminum facinus committit: quia corrumpit animam eius, cui mandat, vt s. de furt. l. siquis seruo & delictum principale facit committi, & delictum alterius delicti adiectione augetur, vt J. de rap. virgi. l. 1. J. de sepulc. viol. l. qui sepulchra. & in l. omne delictum. §. 1. ff. de re militari. Solu. considera, aut id, quod mandatur requirit adminiculum iuris, & tunc proprie per alium explicatur, si ex iure mandatoris oritur, vt ff. de manum. vin. l. pater ex prouincia. aut est purum factum: & tunc considera, ꝙ in facto reperiuntur tria: scilicet ipsa res facta, & hoc est vnum & idem; personæ facientes, & hæc dinumerantur in plures, & tanto maius est delictum, quia delictum numero personarum augetur, vt ff. de iniur. l. si plures serui. & instrumenta, siue organum, vt manus & lingua, & istud non est vnum & idem, vt hic text. in verbo, suis manibus.

11 † Et ideo si quis mãdat alicui, quod dicat falsum testimonium, c ꝙ manu per tactam scripturam, & lingua per vocis emissionẽ committitur, non proprie falsum committit, sed interpretatiue, tamen eadem pœna puniuntur, tanquam eiusdem delicti participes, & eodem libello, vnica conclusione, & vnica inscriptione accusari possunt, vt ff. de fals. l. Athaletis. & facit quod not. ff. de fideiuss. l. si quis pro eo, & ff. de minor. leg. sed si vnius, §. seruus. Et no. quod in permissis tenet mãdatum dupliciter, scilicet quo ad seipsum, & quo ad mãdantis cõmodũ. Sed in criminibus non tenet, nisi quo ad pœnam. & vide Inn. extra, de homi. 12 c. ad audientiam. † No. arg. quod Notarius non potest alteri officium suum delegare, quia per se debet scribere, & non per substitutum, cum si dubitetur de scriptura, debeat fieri comparatio literarum. Item quia officium Tabellionis non sapit iurisdictionem, sed suis finibus exercetur, vt not. Guiel. in l. repetita. sup. de Episcop. & cleric. Item, quia si ipse iurat fideliter scribere, non dẽt committere alteri, & idem dico in publicis campsoribus, qui authoritate publica tenent tapetum: & eadem authoritate faciunt scripturas, vt not. in leg. quædam, §. nummularios.

ff. de eden. Solu. authoritas delegari non potest, sed facta matris scriptura per Tabellionem bene posset Notarius committere alteri merum factum scribendi: & sufficeret tantum subscriptio Tabellionis. Et hoc, si tabellio esset impeditus per se scribere: alias non, secundum Bar. in l. diuus. §. idem Senatus, ff. de fal. & talis scriptura non dr̃ exemplar, sed dicitur originale sumptum ex originali: quia idem Tabellio est author, qui potest ex eodem rogitu multa facere instrumenta, vt in l. ne casu de discu. lib. 10.

13 † Quarto, nunquid d si testator mandauit legatario, ꝙ ædificaret d hæredi domum, vtrum debeat ædificare sumptibus hæredis, an propriis? Dicunt Doctor. ꝙ recurrendum est ad coniecturas, ut si est amplum legatum, sumptibus legatarii: si paruum, sumptibus hæredis, tca. in l. Titius, ff. de leg. 2. vel determinare, ꝙ iste nõ tenetur nisi ponere operam, & pretium operæ: lapides autem, & tigna, quæ ædificio remanẽt inserta, & in substantia ædificii perseuerant, debet ponere sumptibus hæredis. † Secundo quæro, e 14 an damnatus fideiubere, si soluit, possit repetere? quidam dicunt e ꝙ non, quia debet fideiubere gratis, vt l. tribus, ff. de vsufru. earum rerum, quæ vsu consu. quod est verum, si fideiussio affert modicum damnum, vel dic, ꝙ hic est recurrendum ad coniecturas, secundum Petrum, & Cynum. Pone testator mandauit legatario, ꝙ aliquid faceret suis manibus, quod naturaliter poterat fieri per alium, nunquid substitutus tenetur ad hoc; videtur ꝙ non, per istam literam. dic ꝙ licet non possit implere in forma, implet in natura, id est, quantum implere potest, arg. ff. de conditi. insti. l. quæ sub conditione. in princip. & ff. de condit. & de-15 mon. l. in testamento. † Deinde no. in text. ibi, vxorem ducere, arg. ꝙ quis non possit contrahere matrimonium per procuratorem, ꝙ sic debet intelligi, ꝙ substantia matrimonii non fundantur in procuratore, sed in principali persona: licet ad loque-16 lam procuratoris contrahatur, vt in ca. vlt. de procu. lib. 6. † Quæ-f ri solet f de compaternitate, vtrum contrahi possit per procuratorem, nam cum compater sit spiritualis pater, non videtur in procuratorem cadere posse, nec per alium huiusmodi solennitatem implere posse, vt ff. de adoptio. l. post mortem. §. denique Ioannes. Andr. disputando tenet contrarium, & sic se habet consuetudo, maxime in Principibus, qui cõtrahunt compaternitatẽ baptizando per procuratores suos: quia ius canonicum non curat de subtilitatibus legum. imo est alia subtilis responsio, nam adoptio est quædam fictio. Item facere per alium, est quædam alia fictio, vt no. ff. de vi. & vi arma. l. 1. §. deiecisse. Sed duæ fictiones non possunt cõcurrere, paternitas vero spiritualis est rea vera, & nõ ficta, & ideo cessat ratio de duabus fictionibus incõpatibili-17 bus. † Quærunt hic Docto. si legatarius est iussus dare causa conditionis implendæ, & remanet penes hæredem, quo iure hoc repeteretur? Respon. ꝙ per condictionem ex hac l. Cyn. Vel dicti li ex testamento, quia hoc casu conditio vertitur ad præceptum sic supra, de conditio. insertis, l. cum quidam, & ff. de oper. libe. 18 l. si ita stipulatio. † Extra g quæro mandaui Titio per literas, ꝙ g committeret homicidium: nunquid nuncius qui scienter portauit literas, puniatur de homicidio subsecuto? Respond. sic, vt no. Cyn. in d. l. non ideo minus. Item si mandaui Titio, & Titius Seio, omnes tenentur, ar. ff. quod vi. aut clam. l. si ego. & ibi est tex. singula. per quem tex. dico, quod ille: qui facit per alium fa-19 cientem, ipse per se fecisse videtur, quod tene menti. † Item nota, ꝙ in omnib. factis, in quibus vertitur adminiculum acquisitionis, qui per alium facit, ipse proprie facit, vt extra de præben. ca. accedens, & ff. de preca. l. certe, §. 1. ubi est textus vnicus in iure. h Habeo duo h feuda a diuersis dominis, qui habent inter se guerram: quæritur cui debeo obedire? & videtur, quod antiquiori domino, ut in titu. hic finitur lex, deinde cõsuetudines regni incipiunt. c. 1. §. si. in contrarium videtur, quòd seruiam vtrique de feudo suo, iuxta redditus feudi pecuniam ei ministrando pro stipen-

ADDITIONES.

a Quoniam Abbas. Adde ꝙ imo est in c. quoniam Apostolicam. per Inno.
b Collige. Vide infra proxime.
Cel. Tu vide plenius per Bar. in l. si ita quis, §. si cui, in principio. & quod ibi dixi in Apostil. ad ipsum post Alex. & alios in versi. mandatarius, ff. de leg. 2.
c Cel. Per tactam scripturam. Facit hoc dictum ad propositum eorum, quæ not. Lanfranc. de Ora. & ibi dixi in Apostil. ad ipsum, in apostil. in vers. tactis scripturis, in c. quoniam contra. § instrumentorum productiones, extra, de prob.
d Nunquid. Vide quæ dixi post Imo in l. si seruus legatus, §. qui margaritam, de legat. 1.
e And. Barb. Secundo quæro. Nota illam q. pro qua vide Bal. in d. l. tribus, quia fui interrogatus in quodam examine.
f And. Barb. Quæri solet. An compaternitas poterit contrahi per procuratorem vide Federicum de Sen. cons. 15. Bar. & plene Dom. Ioan. in l. Gallus, §. forsitan, ff. de liberis, & post h. vide quæ plene dixi in c. si de offic. deleg. & ibi Do. Ant. Dom. Cardinal. & Ioan. de Imo. & Oldra. cons. 42. vbi disputat, quæ fiunt per substitutum.
g Extra. Vide in l. 1. §. incidit. & ibi Bar. ff. ad Turpil.
h Habeo duo. Vide Baldum in l. quæritur, ff. de stat. hom. in l. 1. in 23. q. ff. de re. diui. & in l. in operis, in lec. antiqua, ff. loca. per Ioan. And. in reg. contractus de reg. iur. in 6. in Mercuriali.

stipendio, vel mittendo sibi gentes sui castri. nam idem video quando seruitus debetur duobus prædijs diuersorum, vt ff. de aqua plu. arcen. l. in concedendo. De consilio autem debeo seruire antiquiori, quia non possum esse tergiuersator. Idem & de a propria persona. & hæc non habent locum in feudo a ligio, quia non possum esse vasallus nisi vnius, vt not. in capitu. pastoralis. de re iu. in cle. Apparet igitur quod ea, quæ in corpore proprio debeo facere, non debeo per alium facere. Sed ea quæ per patrimonium facio per alium facio, vt in hoc §. ne autem. † Sed b nunquid iuramentum b fidelitatis debet quis præstare personaliter? & uidetur quod sic; quia habet hanc formam, quod tactis scripturis. Dic, quod etiam per procuratorem potest iurare; quia inuestitura & fidelitas est istius naturæ, vt in cap. 1. §. personam. per quos fi. inuestit. & per quos recip. Secus in iuramento, quod præstatur a ciuibus, quod per se præstari debet, vt in pace Constantiæ. Nam est quædam proprietas appropriata rebus, vel actibus hominum, secundum quam subsistunt; & est duplex, scilicet ionata, & data, l. 1 §. si conuenerit, ff. depo. & l. cum quid, si cer. petat. Item quędam ea interpretatione facimus. nihil autem aliud est omnis interpretatio, nisi quędam adaptatio. Item ficta possessio non acquiritur per procuratorem. secundum Gui. ff. de pactis, l. ab emptione. Sed Bart. contra, quia illa fictio procedit ex consensu, vt ff. de preca. l. certe, §. 1. & extra de pręben. ca. accidens. coniuncto cap. 2. de consuet.

ADDITIONES.

a In feudo. De feudo ligio supra ca. 1. §. in primo.
b Iuramentum. Vide Baldum in l. 1 vlt. q. ff. de rerum diui. & in c. 1. §. nulla, per quos fiat inuestit. ad hoc bene faciunt no. per Barto. in l. qui bona, §. qui alieno in 3. q. princ. & ibi de hac q. ff. de damno infec. et ibi per Roma. in additionibus. per Bald. in c. 1. in fin. quo temp. mil. et i up. no. et in c. 1. §. fin. per quos fi. inuesti. et ibi quid de tutore.
And. Barb. Sed nunquid iuramentum. An iuramentum fidelitatis sit personaliter præstandum: et uidetur quod sic. Bal. tenet contra. in l. 1. ad fin. ff. de iu. di. et in l. fi. C. de cond. inser.

§. In omnibus.

Not. quod ubi unum statutum facit mentionem de alio, sufficit ipsum solum produci, quia perfectum est.

ADDITIO.

a No. Vide Bart. in l. admonendi. ff. de iureiur.

1 Coniuncti re & verbis, dicuntur quando in eadem oratione sunt coniuncti
2 Verbum dicitur duobus modis.
3 Ius non decrescendi, an habeat locum inter coniunctos re & verbis.
4 Dictio amplius, quando faciat repetitionem.
5 Coniunctionis fundamentum est vnio dispositionis.
6 Ius accrescendi in hæreditatibus, quæ defertur iure directo habet locum inter disiunctos.
7 Ius accrescendi, an habeat locum in hæreditatibus.
8 Hæreditas, an accrescat pro non scripto cum onere.
9 Pro non scriptum legati & fideicommissi, quod remanet penes hæredem non remanet cum onere.

§. His ita.

In hoc §. tractat aliam materiam iuris accrescendi, & non decrescendi. Et io hęc materia subtiliter est pertractanda. & ad euidentiam est pręmittendum, quod duplex est coniunctio, scilicet legis, & testatoris. Coniunctio legis contingit duobus modis: vno ex verbis legis, vt cum duo nepotes in potestate coniunguntur inuicem respectu patris emancipati: alio modo, quia per unam personam ex legis dispositione descendit ius in plures, vt ff. de lega. 2. l. & Proculo. Sic cum ex vno stipite descendit feudum in plures filios, isti possunt dici coniuncti coniunctione consuetudinis: quia ex vno fonte oriuntur, vt in ca. 1. §. cum vero Conradus, qui feud. dare poss. coll. 10. Dico quod alij sunt coniuncti coniunctione hominis, & hoc dupliciter; nam quandoque sunt coniuncti vna coniunctione tantum, vt verbis tantum, vel re tantum. Quan-
1 doque duplici coniunctione, vt verbis & re. † Circa quæ secundum Dyn. breuiter dici potest, quod coniuncti re & verbis dicuntur, quando in eadem oratione sunt coniuncti. & hęc est coniunctio uerbalis, quæ a me uocatur coniunctio formalis, & circa eandem rem, & hęc a me uocatur coniunctio materialis. Sic ergo ubi ratio uerborum, & ratio rei se complectuntur, ibi est ratio duplex & perfecta. Si autem verba testatoris coniungant personas, & distinguant portiones, vt lego Titio & Seio fundum ęquis portionibus; ibi sunt coniuncti verbis tantum. Secus si illud verbum, portionibus, non esset a testatore expressum, sed a lege subintellectum, quia licet intellectualiter ex intellectu legis sit facta distributio, tamen testator expresse non distribuit, sed prima facie in persona cuiuslibet locus est de integra re, vt nota in l. 1. ff. de usufr. accre. in magna gloss. Pręterea duo debent considerari, actus uidelicet & aptitudo. nam aptitudine potest unus eorum ad solidum peruenire: & etiam actu, si forte portio unius ipsorum fiat caduca. Qua propter coniuncti detractis portionibus sunt re coniuncti. & hęc est ueritas, ff. de verb. signifi. l. triplici. Considera,
a quod verbum dicitur duobus modis. a † Vno modo quælibet
2 vox prolata, siue sit nomen, siue sit coniunctio, siue aduerbium, vel quæuis pars orationis. & putant quidam quod coniunctio verbalis accipiatur hoc modo: videlicet pro uoce, quæ est copula, siue cōiunctio, sicut est dictio: cum; dictio, simul; dictio, vna, id est, simul; vt ff. de cond. inde. l. qui promisit, & ff. de vsufru. leg. l. illi cum illo. Secundo modo dicitur verbum, quod est proprie pars orationis per se, sicut est verbum, do, lego, relinquo. & similia. & quidam alij putant, quod coniunctio verbalis fiet solum in hoc verbo, ita quod sit vnum verbum de pluribus legatarijs prædicatum, vt lego Titio & Seio, ista sit coniunctio verbalis. Si autem illud verbum apponitur pluries, vt lego Titio fundum, & Seio lego eundem feudum, isti non sunt verbis coniuncti, quæ coniunctio non est illa, quæ inducit ius coniunctionis, sed vnitas sermonis secundum Bar. de hoc est glo. ordina. ff. de hære. instit. l. liber. homo §. Titius. & sic aut plures personæ reguntur ab eodem verbo, & tunc sunt cōiuncti verbis: aut ab alio & alio verbo, & tunc non. Domin. Cyn. in leg. Titius fundi. ff. de hæred. institu. in verbo, duo Titij. dicit quod vnio in verbo facit esse ver-
3 bis coniunctos. Cyn. † Quæro nunquid b inter coniunctos re &
b verbis, habeat locum ius non accrescendi; Glos. dicit quod sic. in cōtrarium videtur, quia sermo testatoris non attribuit rem cuilibet insolidū, vt J. si plures vna senten. l. j. & est ca. ua in l. cui fundus, in fine. & l. talis, de condi. & demonstratio. ff. Sed caue tibi, quia ego dico quod in uirtute copulæ, de necessitate inducitur eadem oratio. Et ad euidentiam pmitto, quod si testator diceret ita, lego Titio fundum, hoc amplius. Seio domum: quod Titius & Seius in feudo essent re & verbis coniuncti, licet sint orationes diuersæ. & hoc virtute repilogationis, quia hoc est dictū, Itē non solum Titio, sed & Seio. vnde posterior oratio est illa, in cuius vnitate consistit ius accrescendi respectu fundi. Considerandum au-
4 tem est, † quod dictio, hoc amplius, quando facit comparationem actus ad actū legandi, non inducit repetitionem, sed quando rei ad rem, sic: vt ff. de lega. 1. l. si seruus legatus, §. si ita scriptum. & dic vt ibi. eodem modo dico, quod si ponitur dictio &, quia plenam repetitionē inducit, quasi dicat, & Seio lego eundem fundū, id est non solū Titio, sed & Seio, vt ff. de fun. instru. le. Seia, §. Caio. Sed si testator non posuisset dictionem, &, cuius nouissima virtus est coniungere; nisi alia mens sit testatoris, vt ff. de hæred. instituen. l. si ita quis hæres: tunc punctum, quod ponitur loco copulæ inter orationes, non induceret coniunctionem uerbalem, quia tunc punctum ponitur loco copulę continuatiue, non cōplexiue & sic virtus eius non est cōiungere personas, & de hoc minime dubitandum est, si copula ponitur inter orationem perfectam, & imperfectam, verbi gratia, lego Titio fundum & Seio eundem fundum. nam perfecta oratio mutuat imperfectę illud verbum, lego, & vtrumque dispositum regitur ab actu & forma vnius & eiusdem verbi principalis. Quapropter indu-
5 bitanter sunt coniuncti re & verbis, quia fundamentum † coniunctionis est vnio dispositionis, vt J. ea. l. §. hoc ita. tam varie in vers. propter vnitatem sermonis. quasi in vnum corpus redacti sunt. & ille est melior & formaliter test. de hoc, qui sit in iure. His ergo euidentialiter præmissis, veniamus ad text. & ad apparatum, & reliqua. dicit ergo Imperator. quod non solum coniūctiuo modo quædam relinquuntur, sed etiam disiunctiuo, id est, seorsum verbis, seu orationibus separatis. Itē dicit, quod in pari coniunctione, vel pari disiunctione, pariter habet locū ius accrescēdi cum suo onere. Item dicit, quod si aliqui sunt coniuncti re & verbis, & aliqui verbis disiuncti, si deficit aliquis ex cōiunctis, accrescit collegæ; si ex disiunctis, accrescit omnibus. Itē dicit, quod ratio differentię quare magis accrescit coniunctis, est unitas sermonis, q̄ significat cōiunctos esse, quasi vnū corpus. Disiuncti autē non sunt vnum corpus, & separatorum separata est rō. Et hæc vera sunt inter cohæredes, quibus inuitis accrescit, hoc dicit vs-
7 que ad §. vbi autem legatarij. † Nota, quod licet in hæreditatibus, quæ deferuntur iure directo, habeat locum ius accrescendi, etiā inter omnino disiunctos: tamen coniunctis accrescit inuitis. Quid ergo est, quod dicit gl. quod ideo in hæreditatib. accrescit inuito, ne quis decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus; vel pro parte cum hęrede, uel pro parte sine, quod pertineret ad iniuriam testatoris, & creditorū, ut ff. de acquiren. hæred. l. si ser-

ADDITIONES.

a Cel. Verbum dicitur duob. modis. Gl. est de hoc ordina. in gl. 2. & ibi Docto. sup. de vsu. Bart. in l. eorem, §. qui maximos, ad prin. ver. secundo quæro ff. de publica idē in l. si tibi pecuniam, in 3. nota. ff. si certum. petat. Dominus meus Ias. May. in aut. nouissima sup. de inofficio. testamen. Alexan. cons. 42. volum 4.
b Nunquid. Vide Bart. in l. re coniuncti, in verb. 3. quæro, an inter coniunctos re & verbis. de leg. 2.
Cels. Adde vnum menti tenendum, quod inter coniunctos & coniunctione legali, habet locum ius accrescendi, ac si essent coniuncti & re & verbis: dixi post Bartol. in leg. re coniuncti. in 2. quæstio versiculo, 2. quæro. & in versiculo, idem dicerem & ibi in apost. dixi ipsam in eodem versiculo, post Alexan. ff. de leg. 3.

l.si seruus communis ab extero, sed dicta ratio hic cessat, cum possit accrescere disiuncto? Respond. non est vis: quia non pōt coniunctus inducere separationem voluntatis, vt s.de iure de- 7 libe.l.quidam elogio. † Oppo.& videtur, ꝙ in hæreditatibus non habeat locum ius accrescendi, vt ff.de bono. possessio.l. sed cum patrono. Sol. vt ibi not.& plene dixi in l.1.§.quando non pet.par. Item oppo.ꝙ non habeat locum ius accrescendi, vt ff.de acquiren.hæred.l.cum hæreditate. Sol. ibi hæreditas fuerat iam agnita,& ibi est speciale in casu illius l.qui nō reperitur alibi, l.ꝙ propter creditores ille, qui non vult vti iure accrescendi, debeat cedere parti, quam agnouit, & dic vt ibi. Oppo. dicitur hic, ꝙ accrescit inuito, contra infra ea.l.§.vbi autem. Solu. in legatarijs,& fideicommissarijs etiam vniuersalibus, non accrescit inuitis. Secus est in aditione hæreditatis; nam sicut persona testatoris est quoddam indiuiduum in se, ita eius repræsentatio, quæ debet 8 fieri per vnicum hæredem. † Oppo.ꝙ pro non scriptum non accrescit, cum onere, vt s.§.in primo. Sol. ibi in ꝓ nō scripto legati vel fideicommissi; hic in pro non scripto institutionis vel substitutionis directæ & ratio est, quia ab instituto nihil excipitur, neque emolumentum neque onus, vt ff. de hæred. institu.l.si quis ita hæres institutus fuerit, excepto fundo.& l.j. ff.si ex fundo. sed a legatis & fideicommissis bene potest de iure aliquid excipi, qđ 9 in eis non venit. † Sed contra hoc oppo. nam sequeretur, ꝙ pro non scriptum legati & fideicommissi, quod remanet penes hæredem, remanet cum onere, quod est falsum. Respond. ꝙ ille titulus non est conformis titulo hæredis, sed confunditur omnino, vt ff.de leg. 1.l.legatum,§.hæredib. Dicit de no. tes. ꝙ propter vnitatem corporis & sermonis, plures personæ censentur vna, & eadem persona. Et sume hic argumentum, ꝙ bona clericorū sunt ecclesiæ, deficientibus propinquis hoc no.Iac.de Are. ff.de iniusto testam.l.si quis exhæredato.

1 *Coniunctio verbalis disponit de virilibus portionibus.*
2 *Vsusfructus formalis, non capitur iure hæreditario.*
3 *Hæredibus verbum, debet adaptari secundum quod potest adaptari.*
4 *Copula quandoque plura requirit.*
5 *Quos relatiuum, importat nomina propria.*
6 *Iurisdictio vni concessa non intelligitur alteri denegata.*
7 *Iudex specialis quando deputatur alicui in priuilegium personæ, ille solus potest cognoscere.*
8 *Ius accrescendi, qualiter habet locum in hæredibus inuitis, & non in legatarijs.*
9 *Ius accrescendi, non debet inferri impositione, quę fit in iudicio: secus in aditione principali.*
10 *Iuri accrescendi, an sit locus inter legatarios.*
11 *Seruus communis, inducit coniunctionem.*

§. Vbi autem.

Inter legatarios & fideicōmissarios est locus iuri accrescendi: tamen nō accrescit inuitis, volētibus aūt accrescit pro virilibus portionib. cum suo onere. sed si sunt verbis disiuncti, non dicitur proprie accrescere, sed non decrescere, & ideo non sentit onus, quod nō est ad suam personam appositum, nec suo legato annexum. hoc 1 dicit vsque ad §.quæ autem antiquis. † Nota, ꝙ coniunctio verbalis habet disponere de virilibus portionibus,& hic est verum vbi non est appositum nomen collectiuum: tunc oēs in vnū collecti loco vnius habentur. dicit lex, ꝙ si lego Titio cum hæredibus & Meuio, ꝙ tres partes fiunt: vnam habet Titius, aliam oēs hæredes, tertiam Meuius. Item si testator legat Titio,& hæredibus suis; dimidiam habet Titius, & dimidiam omnes hæredes, & hæredes inter se sunt copulati per duplicem copulam verbalem: vna respectu extremi, quod est Titius: alia inter se, vt ff. de vsufr.accrescen.l.si quis Titio. & ff de vulg. substi.l.cohæredi,§. qui discretas. Sed de intellectu dictæ l.si quis Titio, a dubitatur, nam aut loquimur de hæredib. testatoris.& eis non potest b legari, vt l.legatum,§.1.ff.de leg. 1.aut loquimur de hēdib. legatarij, id est Titij,& tunc cum appellatio hęredem significet mortem Titij, impossibile est, hęredes concurrant cum mortuo, seu ꝙ faciant partes per concursum, vt ff.de hæred.institu en.l. quo loco, §.si iam mortuo. Solut. illa lex potest intelligi vtroque modo. nam si intelligatur primo modo de hæredibus testatoris, dic ꝙ etiam sit relictum a cohærede, vel aliquo legatario, secundum glos. vel subtilius hæredes non participabant legatum iure legati, sed hęreditario iure, quasi limitato legato in persona Titij, vt eodem tit.l.si mulieri, secundum. Butri. Vel subtilius dic, ꝙ vsufructus formalis potest legari ipsi hæredi, licet secus in proprietate. Et ratio differentiæ, est, quia impossibile est, quod vsumfructum formalem heres capiat a seipso. Sed oportet, quod nuda proprietas alteri sit legata: verbi gratia, dicit testator, lego Caio nudam proprietatem fundi Gabiani, cuius vsumfructum lego a Titio & hæredibus. meis. † Ex hoc apparet, quòd vsusfructus formalis non capitur iure hæreditario, & iste est verus intelle- a ctus a l.si quis Titio, secundum vnam lecturam. Item & alia le- b ctura b est vera, quando lego Titio,& hęredibus Titij; quia ibi testator senserat de hęredibus & filijs, qui legis prædestinatiue vocantur hęredes, vt l.in suis, ff.de liber.& posthu.& c.1.§. & si clientulus, de feudi aliena.& sic iuxta vulgare vulgi,& improprie, se- 3 cundum Ioan. † Et sic not. quod verbum, hæredibus: debet ada- c ptari secundum ꝙ pōt adaptari. c Vnde si Papa d dixisset ita, con- d cedimus tibi talē emphyteusim vna cū hæredibus tuis: filij mei procreati venirent principaliter pro dimidia,& non accessoriç, vel successoriæ expectata morte mea. Nō ob.de libe. & posth.l. Gallus,§.quidam recte, quia ibi pręcedebat ordo iuris & necessitatis, ad quem testator habuerit respectum secundum consilium Galli. Sed vbi non præcedit legis ordinatio: tunc dictio, cum, quandoque ponitur in vim propositionis,& tunc facit cōiunctionem, vt ibi. Quandoque in vim aduerbij temporis pro quando,& tunc interdum facit conditionem, interdum diem, 4 vt infra quando dies leg. cedit.l. his verbis. † Vlterius scias de natura copulæ, ꝙ quandoque est plura requirere, vt ff.de condit.insti.l.si hæredi plures.& tunc ponitur cōditionaliter, quādoque non est de natura actus plura requirere, & tunc ponitur partitiue. sic ff.ad Trebel.l.Lucius,§.Caio.& ff.de condition. & demonstra.l.falsa.§. vlt. Quandoque significat paritatem suorū extremorum propter rationē inęqualitatis vitandę, vt C.de impube.& alijs substi.l.quamuis. hoc facit tam ratio iuris, quam natura verborum, idem est vbicunque hoc dictat ęquitas, vt eodem titulo l.cum quidam. per Butri. ratio autem iuris est, quia informitas est vitanda in vniformiter copulatis, vt ff.de vulga. substitut.l.iam hoc iure.§.sed si alter. & supra de testamen. nulli.l.in testamento. Sed contra prædicta immediate opponitur nam si l.si quis Titio secundo responso, loquitur de filijs legatarij: illi non venirent cum patre, nisi in vnam portionem, vt C.de impuber.& alijs substit.l.fin. Sol. ibi in vulgari substit. Secus in legato vsusfructus formalis: quia ibi vnusquisq; per se decernitur propter cohęrentiam, quam vsusfructus formalis habet in propria persona. Alij recedunt ab ista lectura in secundo casu l.si quis Titio. sed non in primo casu illius, vt ibi sen- 5 tit gloss. idem Rayn. † Sed contra hoc e oppo. nam l. cauetur, e quod si testator ita dixit, libertis meis & Seiæ lego, quos hoc testamento manumisi, ita ne alienet, quod quilibet libertorum, & Seia veniunt in virilem. Sol. illud est propter relatiuū (quos) quod importat nomina propria, & propter grauamen de non alienando, quod pariter refertur ad singulos. Petrus & Cyn. vel ibi per meritum & affectio, vt docet manumissio. Not. in §.sin autem disiunctim. arg. quod si pluribus est concessa iurisdictio, cum assignatione sportularum, quod non debet quilibet 6 habere integras sportulas, sed debent partiri in capita. † Item f nota argumen. quod iurisdictio f vni concessa, non intelligitur alteri denegata, sed faciunt sibi partes exercitij per concursum: nam iurisdictio potest habere consortem, circa quod sic distingue, aut iurisdictio conceditur pluribus eadem l. aut diuersis legibus. Primo casu, aut copulatiue, vel cum certi numeri requisitione,& tunc requiritur, quod simul procedant, aut absolute & simpliciter,& tunc aut sunt simul aditi,& idem, saluo quod in casu necessitatis vnus potest supplere vices alterius in procedendo tantum: aut non sunt simul aditi, tunc præuenientis est iurisdictio, ad commodum tamen sportularum vtriusque collegæ, quia in sportulis sunt re coniuncti, vt l.1.ff. de officio Consu. Secundo casu principali, quando diuersis legibus; tunc refert, aut sunt diuersę species iurisdictionis, vt quando vni est datum imperium, alteri ciuiles causæ: tunc sicut distributæ sunt iurisdictionis, ita debent procedere exercere, ut ff. de iudic.l. solemus,§. latrunculator. idem si iurisdictiones sunt diuerse per summas, vt nota, supra de pedane. iudi.l.placet. Idem vbicunque iurisdictio est cōcessa vni, ita quod solus eam exerceat: puta iudici insinuationem per formam statuti, vt nota Bartol. ff.de solu.l.quod si forte,§.1.alias in dubio,

ADDITIONES.

a Intellectus. Vide infra, eadem l.
b Alia lectu. Vide Bar.in l.Gallus, c.etiam, ff.de libe.& posthu.& in l.huiusmodi,§. si Titio, de leg. 1.
Cels. Adde ad hanc materiam Do.& præceptorem meum Iacob. de S.Georgio in suo lib.feudorum in cap.1.§.& si clientulus, post princ. in titu.de feud.alie.in vsibus feud.
c Adaptari. Facit l.pro hærede,§.si quis tamen. cum ibi not.per Bart. ff.de acquirēd. hæred.
d Vnde si Papa.& vide Bar.in l.Gallus,§.quidam recte.ff.de liber.& posth.
e Sed contra hoc. iste est tex.in l.Lucius,§.Lucius, de leg. 2. quem volui alleg.
f Iurisdictio. Vide Bar.in auth.habita, sup.ne fil.pro pat. Ang.in l.cum prætor. per illum tex. ff.de iud. Modernio. in l.si quis cum procuratorio,§.fin. per illum tex.cū concor. ff.de procu.& dixi post Imol.in l.Gallus,§.ille casus, ff.de libe.& posth. per Bal.in l.1.in 2.q.ff.de officio procon. aliquid dixi in l.1.de officio præfec. huc alle. Ang.in l.testamenta.sup.de testam.& dicit ibi Pau.de Castro, quod si deputatus est certus iudex ad causas damnorum, quod potestas, qui est iudex generalis in ciuitate, potest etiam se intromittere per d.l.1.de officio pręfe. vrb.& est locus prçoccupationi. per l. si quis postea, ff de iud. & ad istam q. potest bene allegari tex.in l.nec quicquam circa fi.& ibi Bal. ff.de officio pro con. Pau.de Castro in l.congruo, in prin.ff.de offic.eius, cui man.est iuris. per Ang.in l.consulta.in aliquibus leg. supra de testam.

bio, cum iurisdictiones fauore publico concedantur, iurisdictio vnius nō derogat alteri tam concessæ, vt l. j. §. de officio præfec. vrb. nisi nouus iudex sit adiunctus veteri in suo processu, vt legit. & no. j. de appe. l. præcipimus. & in Authen. vt differ. iudi. §. 7 præcipimus. colla. 9. † Vidi dubitari a de tali casu. duo sunt iudices deputati, ita q quilibet solus vnus in causis pupillorum, alter in causis a decem libris infra: accidit q causa pupilli est a decem libris infra, dicūt quidam q inspicitur persona tanquam dignior, argumen. l. iustissime, ff. de ædil. edic. alij dicunt, qd vterque potent cognoscere diuersis respectibus sumpto argumēto de nobiliori ad ignobilius. illud scias, q quando in priuilegium personę deputatur alicui iudex specialis; puta dicit statutum, q de causis hospitalis Misericordiæ summatim cognoscat collateralis Potestas, quod ille solus potest cognoscere. hoc sentit Iacob. de Are. ff. de leg. 1. l. quod in rerum, ff. si quis quod verum est, quia ista commissio nondum est in specie, sed in indiuiduo, attento loco cui impenditur fauor, vt nota. Dyn. in cap. generi. & teneas ista menti. Ex hoc habes veritatem in antecedenti quæstione, nam iudex deputatus fauore personæ, deputatur tanquam magis discretus; sed qui deputatur ratione minoris summæ, deputatur tanquam minimus, vt ff. de iudi. l. fin. ideo debet attendi ratio personæ, tanquam maior, vt s. quando 8 Imperator inter pup. & vid. l. vnica. † Quæro, qualiter hæredibus accrescit inuitis b & non legatarijs? Respond. vt dixi supra; quia in hæreditate est ratio, ne testator decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, quæ ratio cessat in legato. Præterea legatum ascribitur mero fauore legatarij. Sed institutio hæredis non fit mero fauore hæredis, sed fauore creditorum & testatoris. Et ideo non potest hæres alterius fauori renunciare. Bal. & Cyn. quia interest testatoris habere hæredem, vt Instituit. ad legem Falcid. in princip. item & creditorum, vt 9 no. s. de successor. edic. in rubri. † Ex hoc nota, quod de iure accrescendi non oportet facere positionem in iudicio, licet secus de ipsa aditione principali, vt ff. de interroga. actio. l. quia plerunque. & not. ff. soluto matrim. l. si cum dotem, §. transigi edia 10 mur. † Oppo. quod inter legatarios c non sit locus iuri accrescendi, vt ff. de conditio. & demonstra. l. mulieri & Titio. Solu. ibi mulier admittitur ex dispositione contra ius commune; & quia dispositiones sunt odiosæ, non habet locum ius accrescendi; vel ibi non est coniunctio, quia beneficium sub quo mittitur mulier est aduersatiua coniunctionis alterius legatarij. vel ibi ideo, quia contra voluntatem testatoris non habet locum ius accrescendi, vt ff. de vsufr. l. dominus. scilicet de particulari ad particularem vel de particulari ad vniuersalem, vt §. de hęred. institu. l. quoties, §. si duo, in fine. pone, dispensatum est cum patre, q possit legare duobus suis spurijs, nunquid inter eos habeat locum ius accrescendi? videtur quod nō: quia dispensatio vt odiosa, est restringenda. Sed contrarium videtur, quia voluntas testatoris fauorabilis est, & amplianda. & de hoc minime dubitandum esset, si esset legitimati, nam ex hoc pri-11 uilegio se ponitur ius commune, scilicet habilitas. † Oppo. ad idem, ff. de le. a. l. & Proculo. So. dicit glo. in l. 1. ff. de usufr. accre. q ibi nulla est coniunctio hominis, sed legis. Tu dic, q ibi, nulla est coniunctio, sed vnicuique tantum acquiritur, quantum ratio iuris permittit, ut ff. de stipu. seruo. l. si seruus communis Meuij. §. fin. Certe l. 4. eodem titu. dicit, q per seruum communem inducitur coniunctio. Et ideo glo. vera. Et ratio differentiæ est, quia prouidentia legis non est ordinata ad ius accrescendi, sed stat in suis finibus.

ADDITIONES.

a Vide dubitari. uide Barto. in l. Gallus, §. ille casus. & ibi Imo. cum concor. ff. de li. & posthum.

b Inuitis. Vide Cyn. & Bar. sup. prox. & gl. hic.

c Cessante legatarios. Adde quod inter legatarios coniunctos re tantum, habet locum ius accrescendi. item inter coniunctos uerbis, vt not. Barto. in l. coniunctim in 1. & 2. q. & ibi dixi in apo. ad ipsum in versi. breuiter dico, ff. de leg. 3.

1 *Acceptans, an possit interim legatum petere, & vendere.*
2 *Hæreditas semel adita, non potest repudiari.*
3 *Ius accrescendi an per sententiam habeat locum in caduco.*

§. Sin autem ad deficientis.

No. quod si quis non loquitur, nec velle præsumitur, vt dicit Arist. & Boe. q voces sunt notę opinionum, & voluntatum, ergo econtrario non uoces a nō sunt notæ alicuius intentionis animę. Extra quæro, a secūdū Do. Cy. legata est eadem res desiunctim duobus: unus accepta-1 uit legatum, alter nondum acceptauit, nec repudiauit. † Quæritur, vtrum acceptans possit interim legatum petere, vel uendere? Respon. Cyn. q interim admittitur ad totum. Secus in hæreditate: quia non admittitur interim, nisi ad partem. Considera, isto duo legatarij faciunt sibi partem per cōcursum ipso iure, si legatum est purum, vt ff. de leg. 2. l. cum pater, §. fundo. ergo agnoscens non potest petere nisi partem suam. Si enim vult totum petere, faciat assignari terminum b collegatario ad acceptandū vel repudiandū, vt ff. de leg. 2. l. cū quidam ita. cum l. seq. Si aūt esset vni legatū pure, alteri sub conditione? tunc dies legati puri cedit statim insolidū. † Et ideo c interim in totum peti potest, quia cessat concursus. Sed in hæreditatibus est magis dubium; quia hæreditas semel adita postea non posset repudiari, nec ipso iure decrescere, q infixa esset: tamen glo. ordi. aliter distinguit in hoc passu in l. 2. ff. si pars hæredi. pen. Et finaliter tenet q si seruo testatoris pure instituto, interim totū assignauit, q interim totam hæreditatem vēdicare possit; ergo si postea existat conditio, ipso iure accrescit, legis fictione cooperante, quia fingitur retro fuisse hæres. sic ff. de acq. hęr. l. hęres quoque Et sic non obstat q ille, q semel est hęres, non pōt desinere esse hæres; quia fallit hic propter virtutem fictionis, & hęc est ipsa veritas, quicquid dicat hic Cyn. † Quæro, nunquid in caduco per sniam, habeat locum ius accrescendi & videtur q non. nam lege cauetur q ius communium libertorum accrescit, quando deficit ipso iure, secus si per sententiam, vt leg. si duo patroni, in princ. & ibi no. ff. de iureiu. Et redditur duplex ratio, prima, quia per sententiam non deficit ipso iure, sed ope exceptionis, quę exceptio nō prodest nisi victori. Item quia per sententiā non deficit uere, sed ficte, vt not. ff. de cond. indeb. leg. si non sortem, §. hęred. alij dicunt quod in l. si duo patroni. est ratio, quia ille, qui dicit se solū patronū, negat ius accrescendi, quia negat se habere coniunctum. Et pdicta faciūt ad quęstionē dictat statutū, q legata non insinuata intra mensem non valeāt. modo vnus ex cōiunctis insinuauit, alter non: nam cum illud nō valeat, intelligitur per sententiam, vt not. Bartol. ff. de fideiuss. leg. cum lex & sic ope exceptionis non habet locum ius accrescendi. Et quod intelligit per sententiam, sic patet: quia ista solennitas non requiritur ante factū, sed post factū, ex interuallo tēporis. vnde non irritatur ipso iure, vt ff. de preci. Impe. off. l. vniuersa. Itē nō est proprie solennitas, sed quædam probatio, qua deficiente, ex post facto non deficit ius. Sed si statutū diceret, q non valeat ipso iure, tūc bene haberet locū ius accrescēdi. nam licet legatarius interim agnouisset legatū: tamē illa agnitio fieret irrita ipso iure, nam potestas annullationis tollit intellectū acquisitionis, argu. ff. ad Treb. leg. si patroni, §. fina. Pone, alio statuto cauetur, q possit insinuari. nisi sit petitū cassari, quomodo potest peti cassari, qd nullū est? Resp. attēto q potest reparari, dicitur cassari quia perdit potestatē conualescentię, vt not. s. de contratab. l. posthumo. Et ideo si iudex pnūciasset nullum, & non esset petita cassatio, adhuc possetin insinuari: q expressio eorū, q tacite insunt (quanquam facta per sententiam) non operatur aliud, nisi qd tacite inerat, vt l. 5. li pen. ap. mors interue p Pe. & Cy. hoc non credo verum, quia dicta sententia facit ius, & transiuit in rem iudicatam. Item articulus nullitatis est præiudicialis. & ideo plus puto, q lite contestata super nullitate insinuatio non possit fieri, quia cum sit aduersatiua & pręiudicialis, obstat insinuationi petitæ, quia vbicunque sententia absorbet nouam ꝯtrouersiam, ibi litis pendentia suspendit eandem, vt ff. de excep. leg. fundum. & l. fundi. & ita ꝯsului, sed consilium non fuit intellectum: quia illud verbū, nō fuerit petitum cassari, male intelligebant, motu ex eo q aliud est cassum, aliud est cassari, vt ff. de iud. l. qui se dicit. Sed ibi loquitur in actu, qui non erat ipso iure dispositus per legem, & sic nō obstat. porro cassari & reformari dicitur etiam id, quod nullum est, vt inf. de accu. l. qui absentem.

ADDITIONES.

a Extra quæro. Adde quod Rapha. in l. plane, §. si coniunctim, de leg. 1. refert ista verba Bal. hic, & dicit quod pro Bal. facit l. si domino Stichus. de le. 1. nihil firmat. Pau. de Cast. ibidem in ect. Bononiensi videtur velle, q in casu huius §. bene possit primo veniens petere totū actione personali, sed non rei vendicatione, quia nō habet dominium, nisi pro parte alle. d. l. si domino Stichus. & dicit q non est actū ab alijs tu vide etiam Ange. hic. qui videtur tenere: contra Bald. vide Imo. in d. l. si domino, & in d. §. si coniunctim.

b Terminum. Hoc non videtur necesse, quia si alius non petit. & sic non concurrit, non uidetur dici posse. quod faciant partes per cōcursum, & illa videtur intentio huius literæ, & Cyn. hic in fi.

c Et ideo. Vide gl. in l. 2. ff. pars l. are. peta.

1 *Ius non de crescendi an habeat locum in contractibus.*
2 *Imperator debet esse clemens.*
3 *Vtilitas publica ratione priuatæ vtilitatis non debet impediri.*
4 *Imperator debet se habere imperialiter, & ab eo omnis auaritia debet esse remota.*

§. Cum autem.

Ibi; in mortis causa donationibus. no. hic. tex. expressum, q alibi non reperitur, q in mortis causa donationibus habet locum ius accrescendi. vnde hic sunt priuilegiatæ donationes causa mortis, sicut vltimæ voluntates. in alijs autem ꝯtractibus, dic vt dixi s. ea. l. & s. quando non pe. par. leg. j. † Pone, quidam concessit mihi & Titio, q possimus decoquere in furno suo gratis oī hebdomada decē sextaria frumenti, Titius defecit a rerum natura, vtrum mihi accrescat portio Titij; Considera, nam si sumus ꝯiuncti re & uerbis, venio per ius nō decrescendi, quod in contractibus habet locum. Cōtrarium est verum: quia cum semel

Titius

Titius fecerit partem, recessum est a iure non decrescendi, & oportet venire per ius accrescendi, vt subtiliter no. Bar. to. ff. de leg. 3. l. re coniuncti. in articulo de vsufr. sed ius accrescendi non habet locum in 3ctibus lucratiuis. Et no. subtilem considerationem. Extra quæro, pone q in diuersis orationibus sit facta dicta concessio, vtrum quilibet nostrum insolidum possit decoquere decem sextaria? & vr q non, sed quilibet pro parte, vt ff. de verb. obl. l. stipulatio ista, §. eum qui ita dicat. Sol. aut in eadē oratione, & tunc quilibet pro parte. aut in diuersis orationibus, & tunc aut ab eandē cām, & intelligitur vna promissio; aut ob diuersas. & tunc plures, arg. ff. de probat. l. quinquaginta. in dubio aut præsumitur liberalitas in quemlibet insolidū collata. qa concernit genus. & non determinatam speciem, quæ corporaliter diuiditur, ar. ff. de leg. 2. l. Meuius, §. duobus. † No. hic in verbo, clementiæ, quod Imperator debet esse clemens. Not. in verbo, vendicationem, b quod fisco acquirit dñium ipso iure. No. in verbo, augustum priuilegium. q idem est, qd plenitudo potestatis, quæ non debet exerceri in præiudicium subditorum. No. ibi, q communiter omnibus prodest, q communis vtilitas præfertur fisco, & Cæsari. No. ibi, priuatæ nostræ vtilitati, quod illud quod acquiritur fisco, immediate acquiritur Cęsari. † Et est arg. quod vbi de publica vtilitate tractatur, licet priuatam vtilitatē in se includat, tamen testis non repellatur, quia non debet publica vtilitatis ratione priuatę vtilitatis impediri. quod dic vt ff. de rerum diui. l. in tm, §. vniuersitatis. per Cyn. cum intituletur Reipublicæ, & idem de Regibus. † Et sic collige argumentum q illi qui sunt dānati soluere cameræ Regis, q idem est ac od fiscus, sunt condemnati fisco. No. ibi imperialiter, quod Imperator debet se imperialiter habere, magnifice & gloriose, & ab eo c omnis auaritia debet esse remota.

ADDITIONES.

a An. B. Adde Bal. in l. si mihi & Titio. in ver & ideo prædicta. ff. de ver. ob.
b Vendicationem. No. fisco ac ui ri dominium ipso iure, non autem possessionem l. commissam. ff. de pub. l. imperator. ff. de iure fisci. & l. fi. sup. de sacrosancti. eccl.
c Pri. D. Esse. Quinimo liberalis & gratiosus esse debet, & minime sordidus, aut auarus, vt idē dicit in l. & in l. ad fi. su. ad l. Fal. vnde non dēt nec pōt sine iusta cā priuatorum bona auferre, & nisi publica vrgeat vtilitas l. si verberatum. §. 1. ubi per Bar. ff. de rei uē. plenissime per Alex. in prima côll. ff. & in cons. 93. 4 par. et in rub. ff. si cert. pet. et cons. 36. ubi tradit, quando iusta dicatur causa. Cui adde Pau. de Cast. consi 105. & in l. ex hoc iure. ff. de iust & iu. Quid autē efficere possit Imperator, unde no. pistū in l. rescripta C. de pr. c. imp. off. & in l. 1. C. de iu an. aureo.

1 *Statutum antiquum est interpretandum secundum antiquam legem.*

§. Locum autem.

No. † q leges disponentes sup executione, seu effectu instrumētorum, in quantum respiciunt veritatē dispositionis, & ordinationis testamēti, nō habent locū in testamentis iam factis, sed in futuris, qd tene menti. vnde antiquum statutum est interpretandum sm interpretationē antiquæ legis, non aūt secundō interpretationem nouæ legis, nisi veniret ad interpretationē casus dubij veteris legis, vt elegāter dicit gl. ī Auth. de filijs ante dota. inst. natis circa fi. & adde qd no. s̄. de legi. l. leges & ɔstitutiones.

1 *Lex non ligat etiam scientes antequam publicetur.*
2 *Statutum comprobatur per ipsius publicationem.*

§. Hęc omnia.

Ibi omnibus. Collige, † q lex non ligat etiā scientes, antequam omnibus publicetur, quia non singulariter profertur, sed generaliter promulgatur qđ dic, vt no. in procę. Clemen. Secundo † collige arg. q per publicationem statuti, a ipsius statuti promulgatio ɔprobatur. Et ideo si esset necesse probare statutum editum p testes; quia forte codices statutorū sunt combusti & testes dicerent, q audierūt statuta publicari, q talis probatio sufficeret: qa ista publicatio est quoddam notorium, quo probato, probetur factum ꝑsumptiue, vt no. ī. de accusa. l. ea quidem, per glos. licet Cy. dicat ibi notoriū sufficit vt inquiratur, sed non sufficit ad decisionem causę. Ego dico hic sufficere p ipsius rei naturam quia publicatio est de natura legis. Et in his; quæ ordināur secundū naturam, ex altero præsumitur alterum.

ADDITIO.

a Celsus. Statuti. Adde omnino Firmanum in suo aureo Repertorio. in uers. publicatio. uers. 3.

De ijs qui ante apertas tabulas hæreditatem transmittunt. Rubrica.

LEX VNICA.

1 *Transmissio de iure antiquo non erat in vsu.*
2 *Recusans hæreditatem, nil transmittit etiam suis.*
3 *Debitam. verbum, qualiter sit intelligendum.*
4 *Mors fortuita, prouenit ex casu fortuito.*
5 *Maledictus si vadis ad extraneos, aut aufertur his qui sunt de sanguine, aut est contra naturalem affectionem.*
6 *Liberi contristantur naturaliter de morte parentum.*
7 *Transmissio si sit alicui facta, an repudiare possit.*
8 *Suus quando transmittit ad non suum, an sit repudiatio, vel abstensio.*
9 *Hæres in fraudem suorum creditorum, non potest abstinere.*
10 *Fideicommissum conditionale, non transmittitur etiam ad suos.*
11 *Frater hæreditatem fraternam non transmittit ad alium.*
12 *Transmissio gradibus præposteratis fieri potest.*
13 *Transmissio qualiter fieri debeat, quando sunt duæ matres, scilicet mater testatoris, & mater infantis.*
14 *Infans an sit fauorabilior in transmittendo, quam maior infante.*

PEr hanc.

hęreditas etiam non adita, de liberis ad liberos transmittitur etiam ignorantibus. Et ratio est, quia vendicant tanquam debitū & est solatium suæ tristitię: & quia natura non debet defraudari casu fortuito, fortius prædicta a habent locum in legatis & fideicōmissis. h. d. no. In tex. ibi in posterum valituram. † No. ergo, q ante legem non fiebat ista transmissio, quod verū est, nisi in suis hæredibus, vt dixi supra de iure de liber. l. si fratris. In tex. ibi, licet non sint inuicem substituti. No. reciprocam substitutionem inter filios nō ꝑsumi. In tex. ibi, seu cum extraneis. No. datione cohæredis extranei, ius transmittendi non impediri. Ex hoc sequitur, q fortior est transmissio, quam ius accrescendi. In tex. ibi, siue se nouerint iste casus erat dubitabilis, quia videbatur q iste sciens non transmitteret, nisi ius deliberandi tamen contrarium est verum, quia plena transmissio non tollitur per semiplenam, nec priuilegium per ius commune. In tex. ibi, hęreditatem non recusant. † No. q recusans b hęreditatem nihil trāsmittit suis & etiam ad suos. Vnde consueui dicere, q existentia sui hæredis elisa per abstensionem, impedit transmissionem & de iure ciuili: & maxime hodie de iure nouissimo, c per quod licet authoritate Iustiniani, & sic de iure ciui. suis abstinere volentibus onera creditorum euitare, sicut dicit ille text. fin. s̄. de iure deli. l. fi. §. & hac quidem in ver. ex præsentis legis authoritate. Et aduerte quia per hoc verificatur glo. quæ est in l. qui se patris, quia in filio abstento nullę remanent reliquiæ iuris ciuilis essicaces ad hæredis essentiam substantialem. Præsertim si suus post abstensionem mortuus est, & sic nullum subiectū in essentia est in rerum nā. vnde quanquam fuerit serto essentia, tñ tunc non est. Et sic ex noua legibus directo succeditur defuncto per posteriores, vt ī. de suis & leg. l. si defunctus. In tex. ibi tāquam debita. hoc verbū, tanquam, expone, vt no. s̄. de iur. & fac. igno. l. si emancipata. † Item no. in verbum debitam, nam ex hoc verbo quidam intelligunt hanc l. in posteris conceptis viuo testatore, vt no. s̄. de inof. testa. l. si quis filium in prin. quod est fallum; qa in venientibus ex transmissione, non consideratur cōceptio, vt ibi dixi. & patet hic, non obst. quod dicit debitam: qa considerat ordinē naturæ. In tex. ibi, quod scilicet. iste ver. in quantū loquitur de legatis & fideicommissis, cōtinet iura cōe in omnibus. In tex. ibi fortuitas ob causas, vel casus humanos. † Collige, q ex ista alternatiua apparet, q mors fortuita e dicitur prouenire ex casu fortuito. Sed mors naturalis f dicitur prouenire ex humanis casibus: quia quicquid nascitur, mortale est tamen idem iuris est de morte præter naturam, & de morte secundum naturam, quod est not. In tex. ibi aduersus auitum, vel proauitum desiderium.

ADDITIONES.

a And. Bar. Fortius prædicta. Vide alium tex. secundum Bal. in c. 1. an agna. uel cog. in usibus. feu. licet ibi non faciat mentionem de illo. uide Sal. in l. apud hostes. inf. de suis & le. & Mod. in l. necessarijs, ff. de acq. hæ.
b No. quod recusans Vide Imo. in l. uentre, ff. de acq. hær. ubi refert uerba Ang. allegantis istum tex. pro declaratione l. fi. de repu. hære. & uide quæ no. Barto. in le. si filius qui patri, ff. de uulg. et pupillari.
c Nouissimo. Vult hic Bar. quod hodie beneficium abstinendi sit de iure ciuili. uide Bal. in l. si paterna inf. de reuoc. his, quæ in fraudem creditorum al. sunt. & quæ leguntur. & no. in leg. necessarijs, ff. de acq. hær. & quod sit de iure ciui. tenet Sal. in l. apud hostes, inf. de suis & leg. & in l. qui se patris, sup. unde li. & uide Bald. in c. 1. an agna. uel filius. & in l. 1. cum seq. in 3. q. sup. quando non pe. par. & in d. l. si se patris, & ibi plene dixi. & quod sit de iure prætorio, ostendo. nam ius ciuile bene potest facere desinere quem esse hæredem, auth. hoc amplius, sup. de fideicō. no in l. in substitutione, ff. de uulg. & pup. ius prætorium uero non lcg. & si fine. §. sed quod Pap. ff. de min. unde si esset de iure ciuili, sequeretur quod filio abstinēte nunquam ex potentia suitatis confirmarentur tabu. pupillares, & alij effectus suitatis non resultarent, qui idem operantur, quod aditio. l. si filius qui se paterna. & in l. si popillus. ff. de acq. hæred. & in le. si filius qui patri, ff. de uulg. & pupcum fi. pro hoc etiam facit §. sed & his permittit prætor. inst. de hære quali. & diffe. & ff. de hac q. uide per Im. in l. uentre. ff. de acq. hær. Item si uera esset opi. Bart. non confirmarentur libertates deficiente illo nudo nomine hæredis, contra l. quasi, §. sed & si quis, ff. de fideic. libe.
d Tanquam. Et ibi est gl. ualde no. uide aliam in l. si quis legatum, ff. de fal.
e Mors fortuita. Vide. Bal. in l. 1. in fi. de his q. ad l. perme. nō po. & dum glo. in hac l. uult, q ista l extendat ad casum nō conditi testamenti. Vide Im. tenentē cōtrariū in l. uentre, ff. de acq. hære. & in l. si uero, §. de uiro. ff. sol. mat. Bal. tamen sequitur glo.
f And. Barb. Sed mors naturalis. Not. q mors naturalis dicitur prouenire ex humanis actibus. tu uide gl. sing. secundū Ang. Inst. de ca. diminu. ubi uenit ex dispositione Dei.

5 desiderium. † No. quod contra naturalem affectionem est, quod hæreditas vadat ad extraneos. & auferatur his qui sunt de sanguine, & tene menti. In text. ibi, superatu. not. quod omnino extranei
6 non debent successionem sperare. † In text. ibi, solatium tristitiæ. not. quod liberi naturaliter contristantur de morte parentum.
a Fortius tamen parentes de morte liberorum. *a* Et ideo attenta hac ratione, & attento debito naturali licet hæc lex loquatur de liberis ad liberos: tamen eius ratio porrigitur ad parentes, vt not. j. de suis & legi. l. apud hostes. Et dicit But. quod licet non transmittitur ea dispositione huius legis: transmittitur ex identitate rationis. But. fallit in infante, qui non transmittit hæreditatē ascendentium, nisi ad patrem, vt s. de iure delib. l. si infanti. vel
b verius *b* dic, quod illud erat verum tempore illius legis. Sed hodie etiam ad matrem transmittit, vt ibi no. nam lex nostra tanquā posterior est seruanda, cum sit per Iustinianum confirmata, vt s. de cad. tol. l. 1. §. in nouissimo. & hæc est veritas, quicquid dicat
c Cyn. j. ad Orfi. l. nam pro numero. nam ibi D. Cy. *c* mutauit opinionem suam antiquam in deterius. nec est nouum, quia quotidie in intellectu generantur opiniones nouæ ex nouis motiuis, vt ff. de arbi. l. licuri. Quomodo ergo respondetur ad tex. in l. non pro numero ubi illi duo filij mortui non trasmittunt ad patrem, &c. Respondeo, propter obstaculum maioris æquitatis: quia maior æquitas est, quod filij superstites habeant hæreditatem maternam, quam quod per accidens mortalitatis fiant eis partes, & minuatur ius successionis eorum per concursum paternum, quia pater omnino erat extraneus a successione vxoris. vnde eo ipso est fauorabilius ius accrescendi, quā transmissio. Porro si omnes quatuor decessissent, bene transmitterent ad patrem. & ista est ipsa veritas in ista transmissione irregulari. Regularis autem transmissio iuris deliberandi bene fieret, nec hoc ibi negatur. quia intellectus illius l. suppletur per §. in nouis-
7 simu. & ita firmiter teneas. † No. quod hæc lex quantum ad verba legis non habet locum, nisi de liberis ad liberos, habet tamen locum in linea masculina & fœmina. Item ex testamento, & ab intestato. & h. d. tertia gloss. Quæritur, vtrum isti, in quos sit
8 transmissio, possint repudiare? Dicit gl. quod sic. † Sed ego subtilius quæro, vtrū ista sit repudiatio, vel abstensio vt quando suus transmittit ad non suum. Respon. tex determinat in l. si quis filium, §. 1. ff. de acq. hær. quod est abstensio, licet nepos forte post mortem aui conceptus esset auo prorsus extraneus. Et est ratio, quia hæreditates transmittuntur cum suis qualitatibus inhærentibus transmittenti, vt subtiliter nota, in l. 2. & 3. ff. de pe. hære.
9 † Vlterius *d* quæro nunquid hæres possit abstinere in fraudem
d suorum creditorum? Et est arg. quod non, ff. de bo. li. l. liberto octuaginta. vel forte ibi est speciale fauore patroni, vt l. qui autem, ff.
10 quæ in frau. cre. † Quæro de tali quæstione, testator *e* habebat
e duos filios, Petrum & Ioannem. modo Petrus habebat filios. Ioannes non; & ideo substituit Petrum Ioanni, si Ioannes decederet sine liberis. Demum decessit Petrus, postea Ioannes sine liberis, quæritur vtrum filij Petri possint agere ex fideicommisso; Quidam quod sic: gl. quod non, quia fideicommissum cōditionale etiam ad suos non transmittitur. gloss. contraria est, ff. de act. & obl. l. is, cui. vt aliquid sit speciale in liberis. Tn dic, quod glo. nostra est vera, vt dixi sup. de cad. tol. l. j. §. sin autem aliquid sub conditione, nisi aliquib. indicijs seu coniecturis appareat, quod testator idem sensisset de nepotibus arg. ff. de hær. inst. l. Lucius. Sed pro glo. contraria facit, quia si testator cogitasset, idem statuisset de nepotib. ar. huius l. in ratione sui, & ff. de pac. l. tale pactum, §. fin. Sed respōde, quod aut aliquid est omnino omissum: & nunc habetur pro omisso, vt ff. de lib. & posth. l. commodissime. aut sequitur aliquid expressum, & tunc reputatur omissum casu. vt in contrario. & ff. de vulg. substi. l. iam hoc iure. † Quæritur hic,
11 vtrum frater hæreditatē fraternam transmittat ad alium fratrē & dic quod non, secundum Iac. de Ra. & Cy. & est expressum s. de
12 in. del. l. quoniam sororem. † Quæro, nunquid transmissio, quæ † t de beneficio huius legis, fiat gradib. præposteratis. v. g. primus gradus succedens matri, instituit tertium gradum, exhæredato secundo, vel instituto secundo in re certa; Respō. hanc l. locum habere, quia non consideratur hic ordo, sed sufficit quod de liberis
13 ad liberos. † Quæro, si sunt *f* duæ matres s. mater testatoris,
f & mater infantis, ad quam ipsum fit transmissio? Respond. iste casus determinatur ff. ad Tet. l. 2. §. si quis ex liberis, quem §.
14 declaraui in §. in nouissimo, s. de ca. tol. l. uni. dic ut ibi. † Quæro, vtrum infans sit fauorabilior in trāsmittendo, quam maior infante? Dicunt hic Iac. de Ra. & Petr. & Cyn. quod sic, uidelicet in casu l. si infanti. Sed certe ibi nihil statuitur fauore infantis. sed solum patris fauore, vel aui paterni. Sed hodie idem in linea
g materna, *g* ut ibi not. quod tene menti.

ADDITIONES.

a Fortius tamen parentes de morte liberorum. Ratio autem est in promptu. dicitur enim vulgo amorem ascendere nusquam, sed semper descendere. plus enim pater filium amore prosequitur. quam ipse patrem. testes sunt filij, qui omne sunt & patres, vt vult Tul. nostri in tit. 2. de Diuina post principium.
b Vel verius, uide Doc. et maxime Im. in d. l. ventre de acq. hær. et Barto. hic, qui tenet contrarium per Fol. in d. l. si infanti, hic alle. & vide Cy. hic in 8. & 9. q.
c Dominus Cy. Vide Bal. in d. l. 2. ubi idē tenet D. Io. Petrucij. sequitur hic Bal. idem tenet. Bal. in l. uentre. ff. de ac. hær. quod ista l. 1. habeat locū, ut transmittatur ad patrē hæreditas matris. contra tenet Bar. ibique sequitur Ioan. de Imo. in l. uentre. consulo nunc pro Bar. in causa delata ex Papia.
d Vlterius Vide quæ habentur in l. pater, & ibi dixi post Bar. ff. quæ in fraudē cred.
e Testator. Vide Bar. in l. si in personam, sup. de fideic. & Bal. & Im. in l. c. in ex filio in fi. prin. ff. de uulg. & pup.
f Si sunt, Vide Imo. in l uentre. ff. de ac. hær. & Bal. in l. apud hostes. inf. de suis & leg.
g Linea materna. Ponit Cy. in d. l. si infanti, in pe. q. tamen alij ibi hoc non ponunt nec Cy. expresse firmat, & expresse Ray. ibi contra Imolam tenet in l. uentre. in 6. regula. ff. de acq. hæ. uidetur dicere idem, quod Bal.

Quando dies legati, vel fideicommissi cedat. *Rub.*

LEX PRIMA.

1 *Legata annua in fine temporis possunt solui.*
2 *Legata & ipsi actus legandi si sunt tot, quot sunt anni qualiter solui debeant.*
3 *Annuum si legatur sine numeratione annorum, est soluendum in principio anni.*
4 *Præstatio an in fine cuiuslibet anni fieri debeat si sūt plures præstationes*
5 *Præstatio fieri debet tempore, quo fructus percipiuntur, si quolibet anno fructus relinquuntur percipiendi.*
6 *Annuum si legatur in pensionem domus, inspicitur tempus pensionis soluendæ.*
7 *Dies quamuis præstationi sit adiecta, tamen non facit diem.*
8 *Præstatio quando est vnica non refert an testator dicat, soluat quolibet anno, an dicat, percipiat quolibet anno.*
9 *Præstatio an fieri debeat in principio mēsis si testator legat, lego annuum.*
10 *Præstatio annua facta pluribus alternatim debetur cuilibet in principio sui anni.*
11 *Præstatio annua si legetur non est curandum, an testator dicat, lego per singulos annos, an singulis annis.*
12 *Anno si debes, &c. versus qualiter ad veritatem ipsius sit intelligenda.*
13 *Hæres an constituatur in mora per lapsum anni si testator ante annum vetuit ipsum capere legatum.*

SI competenti. Legata annua, ī principio anni cuiuslibet
5 sunt soluenda. hoc dicit But. † Opp. quod dimo in fin. temporis, vt ff. de verb. obl. leg. qui hoc anno Sol. ibi vna præstatio, hic plures. Et est ratio differentiæ, quia quando est vnum legatum, dēt tēpus aliqd operari, nec pt aliud operari, nisi dilationē, ergo differt. Sed ī singulos annos ibi tps apponit fauore legatarij, gratia pluralitatis legatorum. & iō nō uidet appositum cā differēdi
a † Quid ergo *a* si dictū sit. quod tot sint & ītelligāt legata, & ipsi actua
a legādi, quot sunt anni; vel qd si diuersis orationib. vt lego tib primo anno decē, lego tibi secūdo anno decē: Respon. dēt solui in
b fi. cuiuslibet anni, arg. ff. de ver. ob. l. scire debemus. Et est argū. *b* ad donationē, quod si est actū quod tot sint actus donādi, quot sunt centenari, quod nō indigeat insinuatione. Secus si dictum sit, quod tot sint donationes, quot summæ, cum claudātur sub vno actu donandi, & non sub pluribus contractibus licet eodem tempore factis, de quo vide quod not. in leg. sancimus. §. si quis autem ta-
3 lem, infra de dona. † Aduerte, glo. *c* ordin. dicit in leg. si. cui, ff. de
c leg. 1. Et est gl. valde not. quod hic est casus, quod vbi legatur annuum sine numeratione annorum, quod in principio anni soluendū est. Secus si legetur annuum cum numeratione annorum mensiū, vel dierum, quia tunc esset soluēdū illud legatum indubitanter in fi. anni. Et incipit gl. in s. l. elapsis. Et hanc gl. ibidem tenet Iac. de Ra. sed certe illa gl. intelligitur, quando vnum fauore debitoris est distributū p tempora: vt annua, bima, trima die, vt in l. lecta. ff. si cer. per. Secus si anni sunt dinumerati causa demōstrationis, & multiplicandæ obligationis, vt sup. dixi. Et facit de ver. ob. l. qui Romæ in prin. & ff. de vsufr. l. defuncta. & qd not. su. loc. l. adē. & ff. de vsufr. leg. l. habitationis. vbi videas. & qd not. in l. j. §. hoc interdicto, ff. de migrando. & ff. loc. l. itē quæritur, §. fi. quæ tamen leges non loquuntur in simplici anno, sed in annuo
4 ob cām. & adde quod j. dicam. † Secundo oppo. & videt, quod etiam quando sunt plures præstationes, in fin. cuiuslibet temporis debeat fieri præstatio, vt ff. si cer. pe. l. lecta. So. ibi loquitur in vsuris, quæ moram desiderant. In princ. autem non committitur mora, sed in fi. temporis: Vel ibi ideo, quia de prima dilatione, quæ

ADDITIONES.

a Quid ergo Vide in si quod no. Bal. in c. j. §. aut si libellario. quib. mo. feu. amit. & in c. 1. in prin. feu. dare pos.
Adde quod no. in trac. clausularum in clau. ulti. volun. testatorum, in ver. tot sint lega. & in clau. contra. in ver. tot sint donationes.
b Et ar. uide Bar. in l. Modestinus, in fin. ff. de don. cum concor. per quæ patet. istum male loqui. & facit quod no. Bal. in c. 1. §. aut si libell. qui. mo. feu. amit.
c Aduerte, gl. Vide Bar. in l. 3. j. de fideicom. & Fet. & Im. in l. qui hoc anno hic alle.

ne, quæ erat ad differendū, transmittitur ad secundum, s. ad præ-
5 stationem menstruam. † Tertio oppo. q nec in prin. anni, nec in fine, sed in alio tempore. nam l. cauetur, q si testator reliquit mihi fructus percipiendos quolibet anno, debet fieri præstatio tempore quo fructus percipiuntur, etiam si in medio anni, vel quocunque tempore percipiantur, vt ff. de cond. & dem. l. 1, in fi. So.
6 ibi ex natura legati inest dies, & sic non ob. † Quarto opp. ad idē, nam lege cauetur, q si annuum mihi legetur in pensionem domus, q inspicimus tempus pensionis soluendæ, quodcunque sit illud, vt ff. quando dies leg. ce. l. nec semel. §. si in habitatione. So. ibi, quando dies inest per relationem ad aliud, videlicet ad tempus soluendæ pensionis; sed ubi dies non inest, quia primo anno legatum est purum, ideo debetur prima die anni; alioquin sequeretur q non esset purum, quod est falsum. Ex his apparet q lex nostra loquitur in annuo legato, quod propriam diem non habet ex alio adiuncto. Secus si habet, vt ff. quando dies le. ced. Firmio,
7 §. pater. † Quinto opp. & videtur quòd licet sit dies adiecta vni præstationi, tamen non facit diem, ut ff. de verbor. oblig. l. liber homo. §. decem. Sol. ibi dies fuit apposita ad solicitudinem debitoris, non ad solutionem differendam. & licet sit apposita ad instruendum debitorem, & non ad differendum; tamen notandum est, q in vltima hora diei cōtrahitur mora, vt ff. de act. em.
8 l. ratio, §. fi. † Quæro, vtrum sit differentia, a an testator dicat, sol-
a uat quolibet anno, & sic verbis directis ad grauatum: an dicat, percipiat quolibet anno, & sic verbis directis ad honoratum, & vr̄ q sic, quia primo casu est in elect. grauati quando soluat. Secundo casu est in electione honorati, quando petat arg. eorum, quæ no. ff. de leg. 2. l. Lucio. Dicas, q nulla differētia est, vt ff. quā-
9 do dies leg. ce. nec semel. §. nouissime. † Quæro, quid si testator dixisset ita, lego annum, videlicet primo mense vinum, secundo mense frumentum, eum esset in horreo testatoris; vtrum debeatur in principio mensis, vel in fine? Respond. in principio, vt
10 ff. quando dies leg. ced. l. nec refert. † Quæro, quid si testator ita dixit, lego Titio & Seio decem annua, videlicet pro primo anno Titio, & pro secundo Seio, pro tertio Titio, pro quarto Seio, & sic de singulis alternatim? Respond. cuilibet in principio sui anni debetur, ut ff. de stipulatio. seruo. l. si seruus communis Meuij, §. fin. Secus si non esset præstatio repilogata, sed duæ præstationes tantum, vna vni, & altera alteri, nisi esset relictum ad pias causas. nam tunc fauore pię causę in principio debetur. Et quia ita est consuetum soluere verbi gratia, si testator ita dixi, mando q hæredes mei duobus annis præstent pro pitantia, videlicet fratribus minoribus in primo anno duas corbes frumenti, pro secundo totidem Prædicatoribus, nam licet hic nemo veniat nisi ad vnicam præstationem; tamen caput anni inspiciam, sicut in legato alimentorum. Et no. q ratio dictæ l. qui hoc anno, est: quia in dubio minus est in obligatione. minus autem dicitur, quòd magis differtur, ff. de verb. obligatio. l. si ita, §.
11 si ita. † Quæro, an sit differentia vtrum testator dicat, lego per singulos annos, an singulis annis? Bartol. dicit q sic, quia quando per accusatiuum, debetur in fine anni: qn̄ per ablatiuum, debet in principio. trusta est, quia dicit ꝯ casum §. nouissime. quem §.
12 alleg. hic Cyn. secundum Dyn. † Quæro, nunquid illi versus, b
b anno si debes & c. sint veri. Respon. sic, si intelligas anno, s. vno. l. qui hoc anno. sed si intelligeres anno. quolibet, versus sunt falsi,
13 secūdm Dynum, & Cyn. † Quæro, testator c legauit mihi decem,
c quę vetuit me capere ante annum, vtrum lapsus anni constituit eidem in mora; & vr̄ q nō, qa dies nō est apposita debitori, sed creditori. hoc probatur per l. promissor, §. 1. ff. de constitu. pecu, vbi tempus decem dierum non interpellat, quia non est appositum debitori, vt intra decē dies soluat sed arctat creditorem, nę ante decem dies petat sed certe gl. determinat contrarium, ff. dę constitu. pecu. l. si duo. §. fi. in gl. quæ incipit, idest ad tempus, & hoc tenet Cyn. per illam glo. & per l. cum stipulatus sim. mihi a Procul. ff. de verb. obl. coniuncta l. interdum. eo. n. ad hoc, ff. de vsu. l. in fideicommissi. & quod no. ff. solu. matr. l. si mora, & l. 1, ff. de pec. leg. Extra opp. & vr̄, q non sit expectandum tempus dilationis; qa si creditor expectat tempus, postea agere nō potest, quin repellatur ope exceptionis, nam lapsus diei habet vim pacti de non petendo: & sic tollitur actio ope exceptionis, non ipso iure, vt ff. de verb. obl. l. eum cui ita, §. qui ita. & ff. de leg. 1, nemo potest. Sol. ibi dies, fuit appositus, vt postea nō repetatur, nō autem vt interim non petatur, vt ff. manda. l. si mādauero, §. Pau
d lus. Extra quæro d nunquid lex nostra habeat locum in contractibus. Respond. sic, quando non desiderat impletionem aliquam ab agente: sed quando desiderat impletionem aliquam, aut est impletio, cui commensuratur debitum, & tunc loquitur
a d. l. si seruus communis Meuij. §. fi. e si est impletio successiua. Si autem est impletio instantanea, loquitur ff. de act. emp. l. Iulianus, §. offerri. & de excep. doli. l. pater. §. ex quadrante. Si autem non est factum commensurabile, sed nuda patientia, loquitur ff. de fid. ussori. l. si a colono. Vltimo si vis, potes distinguere falsis supradictis, secundum quod distinguit Bartol. in d. l. qui hoc anno. ubi uideas.

ADDITIONES.

a Vtrum sit differentia. Vide Bar. in l. qui hoc anno, ff. de uerb. ob. licet in die adiecta causa differendæ solutionis, quādo vnica est præstatio, facit illam differendā.
b Versus. Vide Bar. in l. qui hoc anno, in prin. hic alleg.
c Testator. Vide Bal. in c. 1. de eo, qui interfec. fra. domi. sui. & quod scripsi post Bar. in l. cum stipulatus. hic alle.
d Adde quod no. Domi. Alex. in apostil. ad Bar. in l. si duobus. §. fi. in alleg. gl. in ver. ad tempus. & ibi posui in apostil. ad ipsum, in versi. lapsus. anni. ff. de consti. pecu.
d Extra quero. vide Bar. in d. l. qui hoc anno. hic alleg. qui tenet q sic.
e §. fi. vide Bar. ibi.

L E X II.

1 *Succedens in re subiacente restitutioni transmittit ad quemcunque.*

Agrum. Quod libere capitur, restitutioni non subiacet hoc dicit. No. hic, quod superstes successit ex capite non existentium liberorum primi mouentis: & tandē iste decessit sine liberis, dubitabatur an teneretur restituere? & respondetur, quod non. Ratio dubitandi erat, qa vterque decesserat sine liberis. facit in Authen. de non eligen. secun. nuben. §. Gregoria. & ff. de lega. 2. l. peto. §. fratre. † Et sic not. quod vltimo succedens in re subiacente restitutioni per prius succedit libere, & transmittit ad quemcunque. facit J. de don. l. si auia.

L E X III.

1 *Soror si ex forma statuti non succedat superstite fratre, intelligitur tempore mortis patris.*

Si Pontionilla. Legatum relictum si ad certam ętatem peruenerit, īpletis dieb. transmittitur ad hęredem. h. d. Quid si ante decedat? Dic ut infra. eo. l. ex
a his uerbis. No. quod ille a qui per aliquem casum ī successione includitur, licet iste casus non perseueret, remanet inclusus.
1 † Et ideo si statutum dicit, quod soror non succedat, superstite fratre: & intelligitur tempore mortis patris. & licet postea frater moriatur non resumit successionem semel extinctam, Secus si statutum loqueretur verbis impersonalib. puta, non succedat donec pater superuiuit, nam eo mortuo sine liberis successionem resumeret, §. de secun. nup. l. fęminę, §. fi.

ADDITIO.

a No. quod ille. Vide Bal. in c. 1. §. 1. episcopum vel Abb. & Bar. in d. l. §. cum obser. ad Tertul. ad Treb.

L E X IIII.

1 *Conditio sufficit, quod momento temporis sit impleta.*

1 **Cum vxori.** Sufficit, † q conditio in momento temporis sit impleta. arg. ꝯ, ff. de in rem verso, l. si pro parte, §. versum. Sol. hic causa consummauit suum effectum, ibi non.

L E X V.

1 *Monosyllaba unde dicitur.*
2 *Aetas perire potest, sed tempus in genere perire non potest.*
3 *Tempus debet esse completum, nec sufficit annum esse cęptum.*
4 *Annus cęptus an habeatur pro completo.*
5 *Dies quando differat solutionem.*
6 *Dilatio est expectanda.*

Ex his verbis. Quando tempus certę ętatis adijcitur post pręcedentem dispositionem puram, non facit conditionem, sed differt in tempus impletum, & ideo interim non impedit transmissionem. hoc dicit notanter.
1 † Not. quod monosyllaba, cum, a facit conditionem, vt not.
a ff. ad acquiren. hęre. l. ex parte. scilicet quando una est oratio, secus si soluties, vt hic. Et dicitur a monos. quod est unum, & syllaba. scilicet una syllaba. Oppo. contra istam l. & uidetur quod tempus facit conditionem, & impedit transmissionem, vt ff. de lega. 1. in l. si cui legetur. Solut. ibi testator apposuit tempus ętatis in forma legati, & sic inseruit substantię legati, verbi gratia, lego Titio cum erit ętatis legitimę. hic autem ętas non fuit apposita dispositioni. sed perceptione & executioni, quia primo testator legauerat Hęlię. Seuerinæ, & Secundinę decem simpliciter: postea inseruit, quæ legata accipere debebunt, cum ad legitimos annos peruenerint, nam non sine causa testator disiunxit orationes verborum, vt ff. de lega. primo, l. quidam testamento. & ff. de alimen. & cibar. lega. l. Lucius. Refert, an testator aliquid adijciat orationi completæ, an incompletę.
2 † Aduerte, tempus quod apponitur, aut est certum omni certitudine, & facit simplicem diem, aut est certum in se, sed non est certum in proprio subiecto. verbi gratia, tempus uigintiquinque annorum, certum est in suo cursu, tamen illud tempus qualificatum ætate, non est certum respectu ętatis: quia ętas perire potest, sed tempus in genere perire non potest. & tunc di-

ADDITIO.

a Quod monosyllaba, cum. De hac dictione, vide plene per Bar. in l. 1. ff. de cond. & demonstra.
Adde quod no. in apost. ad istam post eum in l. cum necq, num 3. in apost. in versic. ti. sup. de inst. & sul. & ti. sub cond. tac.

tunc distinguitur, aut concernit voluntatem disponendi, aut praeceptum soluendi. Primo casu facit conditionem, vt l. si cui legetur, de leg. j. Fallit, quando relinquitur coniunctae personae: nam tunc in dubio facit diem, & h. d. illa no. l. ff. ad Treb. l. Seius Saturninus. Secundo casu refert, aut punitur per dictionem, si, vel aequipollentem, vt per dictionem, nisi, & tunc facit conditionem, sic ff. de cond. & demonst. l. quib. dieb. §. quidem Titio. aut quod ponitur per dictionem, cum, & tunc facit dilationē vt hic; quia natura istius dictionis, est principaliter facere tempus. aut est tempus incertum omnino, & tunc semper facit conditionē, vt d. l. Seius Saturninus, vbi gl. ponit veritatem istius materiae, & melius est, quā alibi. † Secundo oppo. dr̄ hic, quod dēt esse completum totum tps, nec sufficit annum esse cœptū. Contra, ff. ad Trebe. l. qui filiū, §. Sabinus. Sol. quod hic dr̄, est regulare: tamen ista regula fallit ex coniecturata voluntate defuncti. & hoc est, quod ibi dicit litera, motus aequitate rei, & verbis testamenti, equitas. n. est pp filium, cui debebat fieri restitutio, verba sunt quia verba patiuntur hoc. nā ibi testator distributiue disposuerat in filium antequam ad annum vigesimum perueniret, & in filiam, si ante vigesimū. & proprie ante dr̄, quod omnino est ante. vnde ibi vnum praeceptum per aliud declarauit. † Hic ergo venit illud brocardum, nūquid annus cœptus [a] habeatur pro completo? Super quo dic aut loquimur de cōplemēto quod requiritur de momento ad momentū, & non habetur pro completo, aut de alio complemento, & tunc aut testator, vel lex vltra procedit declarādo, & stamus declarationi legis, vel testatoris: aut lex, vel homo vltra nō procedit, & tūc requiritur tps cōpletum: quia iste est propriae vocis significatio quod dic, vt no. ff. de min. l. 3. §. minorem. & l. qui ętate, vbi p gl. ff. qui testa. face. poss. Deinde scias, quod Iac. But. hic ponit talē distinctionē: aut verba sunt apposita, vt faciant conditionem, & tūc legatum est conditionale, aut vt faciant diem, & tūc aut apponitur dies fauore heredis, & differtur obligatio: aut fauore legatarij, & tunc differtur solutio. But. † No. istam dñiam, quia vult, quod qn̄ fauore haeredis obligatio sit nata enunciatiue, tn̄ non sit natiuitas consumata in dubio aut dies certa est apposita cum verbo obligatiuo, vt lego tibi decem post pascha, & tūc differt obligationem. aut est apposita cum verbo executiuo, vt lego tibi decē dāda post pascha, & tunc differt solutionē tn̄. But. Cyn. dicit, quod aut apponitur ad capitationem beneficij. & tūc obtinet, vt s. de vsufr. l. ambiguitatem. aut ad inchoationem bñficij: & si additur substantiae legati, facit conditionem: aut additur prestationi post legatum simpliciter relictum, & tūc facit diē. Cy. & ambo loquūtur de die futurae aetatis determinato tpe, & no. quod ī hac l. testator vsus est duplici commemoratione verborum; sed in l. si cui, de leg. 1. vns trū. Ray. † Quaero, quae erat ratio dubitationis in l. nostra. Rn̄. primo dubitabat, quia dilatio erat ꝯsumpta. & sic videbatur legatum deinceps esse purū vt ff. de statu hom. l. Arethusa. & ff. ad Trebel. l. a filia, §. alumno. Sed ꝯtrarium est verum, quia ea pectanda est dilatio, ut ff. de vsufr. leg. a l. uxori usum fructū villae, & ff. de cond. & demō. l. Publius, §. fi. Item eꝯ erat dubitatio; quia impossibilitas superueniēs uitiat legatum, sed hoc erat impossibile euenire tēpore ętatis, vt ff. de uerb. obl. l. si homo mortuus. sed ad hoc rn̄deo, quod nō facit legatum impossibile; quia utile per inutile non uitiatur, ut l. legatum, ff. de usufru. legato.

ADDITIO.

a Celsus. Annus cœptus. Adde quod no. in l. 1. in vers. quasi annum vigesimum compleuerit, ff. de manu. & in l. non putabam, in apost. in eodem vers. ff. de cōd. & demon. & dixi post Bar. in l. si cui, in prin. vers. pro cuius declaratione, ff. de cond. & demonst.

L E X VI.

1 *Actio acquiritur ignoranti.*

Si fideicommissum. Fideicommissum etiam ab intestato relictū transmittitur, etiam per ignorantiam, salua quarta Trebell. h. d. No. 1 † actionem ignoranti acquiri.

Vt in possessionem legatorum, &c. *Rub.*

L E X P R I M A.

1 *Aequalitas, ex qua nouatur actio, probari debet.*
2 *Cognitio summaria procedit aliquando oculata fide.*
3 *Cognitio summaria qua dicatur.*
4 *Hodie verbum an ponatur pro vna die.*
5 *Arbiter ad litis infinitatem potest prorogare, cum tempus est appositum ad litis celeritatem.*
6 *Cautio inducit agnitionem debiti.*
7 *Index probationes, quae non descendunt ex libello, non debet recipere.*
8 *Statutum quo cauetur, quod in quibusdam causis procedatur per simplicem querelam, qualiter sit intelligendum.*
9 *Cautio an praestetur nomine implendarum conditionum.*

Quoniam. Ex summaria cognitione venitur ad satisdationem legatorum. h. d. In tex. ibi, nihil amplius. no. secundum Vltramontanos, quod index non debet se extendere ad illa, quae non sunt petita, de hoc no. ff. si cer. pet. l. vinum, & inf. de fideicom. liber. l. fi. nisi veniant in consequentiam petitorum lite contesta. vt no. ff. de dam. infec. l. si quis mistum, §. iudex. Adde, quod qui male petit, sibi imputet, vt no. ff. de in rem verso. l. quidam. † Item aequalitas, ex qua nouatur actio competens ex simplici propositione facti, debet probari. l. habebat, ff. de instito. Et vbicunq; diuersificatur aliquorum ex trib. substantialib. libelli, s. res, causa, vel actio, non pt̄ subsequi condemnatio, vt d. l. hēbat, cum similib. De hoc plene dixi in l. edita, sup. de eden. & forma a lege tradita semper est seruanda, alias non nocet, vt ff. de appe. l. licio. In textu ibi, subtiliter. de subtili cognitione, hēs inst. de sentē. quae pro eo, quod interest. l. prima. §. in alijs. de summaria, seu succincta cognitione habes hic. † Et no. quod summaria cognitio aliquando procedit oculata fide, & non ex auditu testiū, vt l. edicto. sup. de aedic diui Adr. tol. Aliquando procedit ēt ex dictis testium, vt hic. In prima specie summariae cognitionis requiritur scriptura, nulla habens in se euidentiam maculam; nec pōt testibus validari, [a] si maculā hēt oculatam, vt no. But. in authen. si quis in aliquo documento. sup. de eden. & idem est, vbicunque statutum dicit, nisi instrumento, sic fiat. nam dēt esse scriptura sine vitio visibili, ff. si tabulae testam. nullae extab. l. 1. † Et ea pone literam duobus modis, vno modo non debet subtiliter, idest, ad plenam probationem, quasi dicat, non exigitur plena probatio, sed summaria, vt ff. ad Trebell. l. ille a quo, §. si de testamento: nam in summarijs exceptionibus, quae opponuntur ab aduersario, nisi in promptu offeratur probatio, praesumitur opponi gratia litis differendae, vt l. fin. infr. de ord. cog. & no. per Doctor. extra de concess. praeben. cap. proposuit, & inf. de fal. l. satis aperte. Modo ego quaero, quid est dictum, hodie constat. idest, constare potest. hodie agatur, idest videatur. † Nunquid istud verbum hodie, ponitur pro una die? Respon. non immo plures dies significat iudicis arbitrio, vt no. ff. ut in possessio. lega. l. si is à quo [b] in a. gloss. dum tamen non excedat tempus decem dierum, [b] ut ff. de iudi. l. si debitori, uel duorum mensium, vt ff. de iure fisci. l. aufertur, §. qui compensationem, vel ad plus trium mensium, vt no. Azo. infra, de operis noui nuncia. l. vnica. † Et hic est argumen. [c] ad quaestionem, in qua consului, arbiter fuit electus ad arbitrandum cum termino decem dierum, vel alio breuissimo spatio, data sibi potestate prorogandi. consului, quod cum tēpus esset appositum ad litis celeritatem; quod arbiter non possit prorogare ad litis infinitatem, quinimo nec vltra tres menses. † Secundo quaero, [d] nunquid sit necesse, quod fiat plena probatio? & vr̄ quod sic: quia cautio inducit agnitionem debiti, & affert plenum praeiudiciū, vt supr. ad l. Fal. l. fi. Erit ergo haec cognitio plena sm̄ quid, idest quo ad probationes: & summarie sm̄ quid, idest quia cito expeditur: & extraordinarie, scilicet per officium iudicis. Sed istud esset uerum, ubi reus suscipit in se onus probandi. & ita intelligitur glo. singul. quae est in d. l. si is, à quo. quae incipit, scilicet fideiussores. quam tene menti, quia non est aliqua gloss. in iure, quae ita bene distinguat de summaria cognitione, dic autem, quod si reus non excipiat, vel excipiat, & non offerat se probaturum sufficit summaria probatio actionis, dummodo habeat figuram probationis, vt per testamentum in scriptis, uel nuncupatiuum cum septem testibus: licet allegentur infames, vt supra de edict. diui Adria. tollen. l. fina. secus si non habet figuram probationis, vt per duos testes, vt d. l. edicto. in ver. legitimum. a contrario sensu. Modo restat respondere ad d. l. fin. s. ad leg. Falc. nam dico, quod haec satisdatio non inducit agnitionem debiti, quia non fit sponte, & quia iura

ADDITIONES.

a Validari. Vide Bar. in l. 3. in repe. inf. de pig. & quod scripsit Bald. in l. fi. de fideic. Pau. de Cast. in l. fi. de edi. diui Adr. tol. per illum tex. sequitur illud dictum Bald. summum est in parte substantiali, & Bart. in l. 1. in fi. de his, quae in testam. delen.

b Phil. Dec. Dierum. Et ad hoc per Spe. in ti. de frig. & malefi. Aduerte tamen, quod dictio, hodie intelligitur etiam de tota die, iuxta doctrinam Bar. & Doc. in l. liber homo, §. hodie, de verb. obl. in reliquis tene hic istum.

c Et hic est arg. Dixi post Bar. in l. qui bona, §. fi. ff. de dam. infec per Rom. in l. 2. ff. de re iud. & in rub. ff. de arbi. circa medium. Bal. in c. tua, nob. extra, de app. & aliquid per. Lud. Rom. in l. si finita, in prin. ff. de dam. infec. & intelligo dictum Bal. hic in potestate prorogandi, data partibus, prout ipse loqui uidetur, & prout loquitur etiam Spe. in tit. de arbi. §. excipitur, uers. sed quid si actum fuerit compromisso. secus si talis potestas esset data a lege, seu statuto, quia intelligitur, quod possit prorogari, quousque oportunum est. l. 1. l. uelut, §. haec nox. & ibi Barto. ff. de eden. & no. Cyn. & Bal. in l. fideicommissa, §. si quis, de leg. 3.
Et hic est arg. No. quod arbiter debet intra paucos dies laudare, licet poterit prorogare, non tamen potest ultra tres menses. Tu uide gl. in sing. l. Aemilius Largianus, ff. de mino. ubi potest prorogare tantum terminum, intra quantum potest causa decidi. uide Bal. in c. 1. de noua forma fide.

d Secundo quaero. Vide Bar. in l. 1. §. quod si is, cum concor. ff. de posito.

iura satisdantis intelliguntur reseruata, vt d. §. si testamento, & ff. de dam. inse. l. pretor, §. si controuersia. † Vltimo. no. hic argumen. quod iudex non debet recipere probationes, quæ non descendunt ex libello: & ideo quando libellus, & probationes sunt diuersorum generum, oblatio talium probationum nihil operatur. Secus si faciant adminiculum, vt l. momentaneæ cum sim. sup. qui legi. perso. † Quæro, dicit statutum, *a* quod in quibusdã causis procedatur summarie, & de plano. s. per simplicem querelam, quid est hoc dictum? R. si. idem est dicere, q̃ sine libello, vñ sufficit quod in actis faciat scribi suam petitionem verbalem, vt no. inf. de accu. l. si quis sc. & tene menti. † Quæro, an conditionum implendarum nomine caueatur? Respon. sic, si est actum de cauendo. vt l. dedi, in prin. ff. de condi. ob cau. Sed si hoc non est actum, tunc aut loqueris in vltima voluntate, & dic vt s. de indi. vidui. tol. auth. cui relictum, aut in contractibus; & tunc dicit gl. q̃ cautio nihil releuat, sed debet omnino conditio impleri, vt no. s. de pac. l. 1. in fi. magnæ gl. Ego dico idem in ꝯtrib. si transmissio *b* impediretur, & omnis vtilitas deperiret, vt super vsufructu, quia eadem est ratio, sine inutilis reddatur dispositio. Item in vltima voluntate, si lego Titio post mortem eius, si non ascenderit Capitolium, non habet locum cautio Mutiana, quia ex ea non potest resultare aliquis effectus.

ADDITIONES.

a Statutum. Vide Bal. in l. appellatione, inf. de app. glo. & Bal. in l. si quis sc. hic alle. & Bal. in l. eadem, sup. loca. & tex. cum gl. hic.
b Ego dico. Vide Bal. in auth. cum relictum, sup. de indi. uidui. tol.

stitu. l. leges sacratissime, & ff. de legib. l. 2. vers. oportet autem. & l. omnes populi, ff. de iustitia & iure, & sup. de testam. l. testandi, & l. quidam decedens, in prin. ff. de admin. tut. † Quæro, q̃d si statutum *f* dicit, quod pater filię ingressę monasterium non possit relinquere nisi certam summam, vtrum pater possit relinquere maiorem summam? Resp. sic quia dictum statutum non valet, tanquam religioni contrarium, vt sup. de Epi. & cler. l. Deo nobis. † Sed quid *g* si statutum dicit, quod nuptę extra territorium non possit relinqui, vtrum poterit relinqui? videtur quod nõ, vt l. 1. inf. non licere habita metro. lib. 11. sed ibi loquitur quo ad res illius territorij, q̃ sunt in iurisdictione statuentium: sed in quantitate, vel in genere, non videtur dictum statutum valere, quia p̃ nuptias translatum est omnino forum, etiã originis, & sic amodo filia non est subiecta statuẽtibus mutato loco & foro, vt no. inf. de municip. & orig. l. pen. lib. a. Tu dic valere, eo quod nõ inspicimus personam, cui acquiritur; sed disponentem, l. testatorẽ qui est municipio subditus, & ideo obligatur legib. municipalibus, & potest ei per legem municipalem interdici, vt no. Bart. de fideiussor. l. cũ lex. & l. si quis pro eod. Porro vbi causa efficiens est inhabilis, ibi nullus effectus sequitur, nec etiam naturalis obligatio cõtrahitur, vt ff. de leg. 3. l. j. §. si filius. † Deinde no. tex. huius l. in verbo, ad publicam vtilitatem quod obseruantia testamentorum pertinet ad publicam vtilitatem, l. 3. ff. qui testa. fac. poss. vnde dicunt quidam, q̃ quilibet extraneus posset stipulari super obseruantia testĩ, vt factum fuit in l. hmõi, in prin. ff. de leg. 2. quod non placet, vt ibi no. quia nemo põt alteri contrahere, nisi sit publica persona, vel loco publicę personę adhibitus per iudicẽ, vt l. 3. ff. rem pup. sal. fore. & in ca. quanquam, de vsur. lib. 6 de conuet. conin. c. dudum. per Innoc.

ADDITIONES.

a Quærit hic gl. Vide Bal. in l. 1. sup. his, quæ pęna nomine, & hic adde Bar. in l. nemo potest, de leg. 1. Pet. & Cy. hic tenent, quod imo testator non potest ipso iure, sed ita non obstabit exceptio. Pau. de Cast. in l. nemo, præall simpliciter per regula huius l. tenet, quod testatur potest disponere, quod non competat hypotheca, & quod non transeat dominium rei legatæ. ad hoc all. l. Sempronius, de vsufr. leg. quia hæc fuerunt inducta in fauorem legatarij. & no. etiam Bal. hic, licet ipse non alle. Bar. hic sequitur gl. quod possit prohibere hypothecam, & etiam Sal. hic.
b Sed contra. Vide Bar. & Doc. in l. nemo potest, de leg. 2.
c An. B. In contrarium facit. Vide Bal. in c. eccl. de const. vbi alleg. d. l. nemo.
d An. Bar. Quæro si testator. No. quod testator non potest propter legatum subijcere clericum iurisdictioni seculari, an autem Papa hoc possit, vide Io. And. in c. ex parte, & c. cum instantia. de cens. ibi per D. Ant.
e And. Bar. Quæro, nunquid. An per pactum possit disponi contra auth. cassa. vide Bal. in l. fi. sup. de pac. inter emp. & vend. & an statutum laicorum possit facere, q̃ prior fraternitatis laicorum possit exigere legata ad pias causas facta. D. Pe. in ca. canonum, de const. tenet quod sic, & ita dicit de facto vidisse cõsultum. No. quod testator non potest disponere contra ius municipale. uide Bald. in l. plane. ff. quod falso. tu. aut. vbi aliter loquitur, vide quod no. Bal. in l. maximum vitium. C. de lib. præte. & Bal. in l. 1. in prin. sup. de cad. tol. & c. tua nobis, de testa. quod dixi in c. requisisti. eo. ti.
f Quid si statutum. Vide in fine Bal. in l. fi. sup. de pac. & etiam Bar. sequitur Pet. de Anch. in c. canonum statuta, vers. ad idem quæritur, verum valeat. de const. & vide quod sequitur inf prox. q.
Quid si statutum. No. non valere statutum quod pater non teneatur relinquere filię monialis nisi certam quantitatem, quæ est religioni contrarium & cum illo transit D. Pe. de Anch. in c. canonum de const. & all. Bal. in l. fin. C. de pac. & l. Deo nobis, C. de epi. & cle. tu vide Mod. in l. stipulatio hoc modo, de ver. obl. & Bal. in authen. si qua mulier, sup. de sacros. eccl.
g Sed quid. Vide Barb. in l. si sup. de pac. & ibi Bal. & quę no. Bal. in l. cunctos populos, sup. de sum. Tri. & fide Cath.
Celi. Tu adde omnino de hoc statuto & eius inualiditate, istum in l. Deo nobis, in 2. vers. sed vlterius quæro. vbi dixi in apost ad istum in vers. nupserit, su. de sacros. eccl. dixi post Bar. in l. 2. in ver. monasterium, ff. de his, quæ pæ. no. & no. Franc. de Cremo. sing. suo 74. inci. in c. si maritus.

LEX II.

1 *Testator tacitam hypothecam, quæ oritur pro legatis, potest remittere.*
2 *Testator facere potest, quod legatarius non habeat dominium sine possessione.*
3 *Testator an possit facere, quod legatario non currat præscriptio minor cẽtum annorum.*
4 *Testator non potest facere, quod legatarius non possit conueniri sub iudice competenti.*
5 *Testator an possit disponere contra ius municipale.*
6 *Statutum non ualet, quod est religioni contrarium.*
7 *Statutũ non ualet, quod filia nupta extra territorium non possit relinqui.*
8 *Testamentorum obseruantia pertinet ad publicam vtilitatem.*

Ipsis rerum. Testator potest remittere satisdationes, quę ex edicto prætoru descendunt; si testator mandat heredi, q̃ de solutione legatorum faciat confici instrumentum alias iterato exigatur; an valeat, q̃ iterato exigi possit sume arg. ea no. in Spec. de proba. §. uidendum, in uersic. sed pone, q̃ in instrumento, & dic, q̃ iterato tenetur soluere. tamen primo solutum poterit repetere. sic ff. de condi. indeb. l. Iulianus. in s. gl. & l. Neratius. eo. ti. in gl. 1. Opp. inf. eo. õ. l. scire debius. dic, vt ibi. † Quærit hic glo. *a* singul. nunquid testator possit remittere tacitam hypotecam, quæ oritur pro legatis? & dicit glo. quod sic, & bene. quia expressum derogat tacito. Non obst. ff. de lega. 3. l. nemo potest, quia ibi loquitur quo ad solemnitatẽ, quæ respicit meram legis authoritatem, cui derogari nõ potest, cum concernat ius publicum authoritate, & necessitate. Et per † hanc glos. dico, quod testator potest facere, ne dominium transeat in legatariũ sine possessione. Sed nunquid p̃t facere, q̃ legatario currat pręscriptio annalis, quæ de iure communi est perpetua? R. si. sic ope exceptionis, nõ ipso iure. dico. n. q̃ perpetua præscriptio obstat actioni perpetuę. i. pręscriptio roborata tempore q̃ perpetuum censetur, scilicet 30. vel 40. annorum, & quia pręscriptiones sunt iure publico introductæ, vt ff. de usu. l. 1. ideo nõ potest ipso iure abrumpi priuatorum potestate, vel arbitrio, vt ff. de seruitu. l. seruitutes. † Sed ꝗ̃, *b* an testator possit facere, q̃ legatario non currat minor pręscriptio centum annorum? & vĩ q̃ non, quia lex non patitur actionem viuere. In ꝯ̃trium facit ff. *c* de ædil. edic. l. q̃ si nolit, §. si quis ita. sed ibi loquitur in quadam præscriptione extraordinaria. quæ facilius tollitur q̃ ordinaria. Porro si testator vult, q̃ præscriptio non patrocinetur, ita dicat & quoties præscriptum fuerit, toties lego, & ꝯ̃hẽs dicat, quoties præscriptum fuerit toties promitto, nam ex desinentia vnius, alterius origo proficiscit̃, vt ff. quib. mod. vsusfr. amit. l. si eum in annos. † Quæro, si testator *d* instituit clericum, & grauat eum, q̃ det Titio decem, subijciens eum iurisdictioni potestatis secularis, nunquid possit coram eo conueniri? Resp. non. Idem si subijceret eum alij foro incompetenti. Et ꝗ̃ si disponeret q̃ sub iudice competenti non posset conueniri, non ualet dispositio testatoris, quia est contra ius publicum. de hoc est gl. sing. in dicta l. nemo potest. † Quæro, nunquid *e* testator possit disponere contra ius municipale: verbi gratia, statutum disponit, quod nõ valeat testamentum, nisi intra mensem sit registratum in archiuo publico, sed testator statuit, quod immo valeat? Respond. statutum legis prævalet statuto hominis, ut sup. de legibus, & con-

LEX III.

1 *Pignus prætorium qualiter constituatur.*
2 *Realitas in feudo acquiri non potest sine corporali inuestitura.*
3 *Bona non erant olim pro legato obligata.*

Si postquam. Prius inductus ĩ possessionẽ ex pignore prętorio, potior est, q̃ emptor, vel creditor posterior sc. h. d. † Quęro qualiter constituatur pignus prętorium? Respondeo non nudo verbo iudicis, sed est necessariũ, quod creditor inducat̃ in possessionem, vt ff. de pig. act. l. non est mirum, §. sciendum. Fallit vbi per casum fortuitum, vel resistentiã potentioris aduersarij non potest in possessionem iri, nã tunc habetur inducto in ipsam possessionem, tex. est singular. in l. ꝗ̃tus, ff. de bon. author. iudicis possid. Sed tunc ego quęro quare non potest iudex per suum decretũ verbale constituere pignus, sicut constituit contrahens, cum nõ minor sit authoritas prętoris, quam contrahentis, vt ff. de acqui. poss. l. qui vniuersas, §. itẽ cum Prętor. Respon. quia prętoria missio non dat nisi quãdam defensionem, quę facti est: & sine facto nihil est. † Quæro

nunquid

a nunquid eo casu, *a* quo feudum possit pignorari, constituatur pignus sine inductione in possessionem, ita ꝙ possit agi hypothecaria? Res. non: quia nulla realitas pōt acquiri in feudo sine corporali inuestitura, vt in c. j. in prin. quid sit inuestitura. colla. x. qđ
3 est menti tenendum. † Quæro, nunquid olim pro legato essent
b bona tacite obligata? *b* Gl. hic innuit, ꝙ non. ꝙ verum est, nisi in executione legati essent assignatæ certę res, quia tunc etiam iure veteri illę res erant tacite obligatę, vt ff. de ali. & cib. leg. l. Lucius, & ff. de ann. leg. l. fundus. alij dicunt, quod etiam de iure veteri erat inducta tacita hypotheca pro legatis, & fideicommissis, hoc tenet Dy. ff. de separa. l. creditoribus, & subdit, quod hoc non inuenitur alibi, ita bene expressum. Modo quęro, cum legatarij habeant tacitam hypothecam, nunquid præferuntur creditoribus chyrographarijs: & gl. dicit ꝙ sic, non quia potiores, sed quia soli in hypotheca, ita no. in l. is, cui §. q prior, ff. vt in possessio. lega. Quam gl. Dy. reprobat per casum d. l. creditorib. Dy. Tu dic, ꝙ gl. est vera, si agatur hypothecaria cōtra tertium; quia legatarius potest agere hypothecaria, chyrographarius non. Sed si tractetur de bonis vendendis, creditores sunt potiores, vt sup. de iure delib. l. fi. §. licentia, quia credita absorbent legata, vt sup. de leg. l. vniuersa.

ADDITIONES.

a Nunquid eo casu. Vide quod no. Bal. in c. 1. in prin. de prob. feu. ali. per Fe. & in c. 1. §. aut si liuellario. quib. mo. feu. amit. tex. hic alle. per Bal. loquitur quo ad translationem vtilis dominij, & illud est regulare in hypotheca, l. 1. ff. de pig. act. & in casibus feudalibus seruamus ius commune, si aliud non est expressum, ca. 1. de cog. feu. & in c. 1. de gra. suc. in feu.
b Cel. Bona tacite obligata. Tu vide no. in apost. ad Bar. post Alexan. in l. fundus, ad prin. ff. de ann. leg. & dixi in apost. ad eundem in l. Lucius Titius, ad fin. in ver. obligata, ff. de ali. & cib. leg.

LEX IIII.

1 *Tractus futuri temporis spectant ad iudicem, cum agitur de fauore.*
2 *Hæres rogatus post mortem, interim non potest conueniri.*
3 *Cautio an habeat locum in substitutione directa.*
4 *Archimedora coram quo iudice conueniri potest.*
5 *Fideiussores coram quo iudice conueniantur.*
6 *Remissio fit ad contractus, vbi quis promisit se sisti certo loco.*
7 *Remissio fit ad locum contractus, qualiter sit intelligendum.*
8 *Delinquens quare remittatur ad locum delicti.*
9 *Vasallus remittendus est ad dominū occasione seruitiorum impēdēdorum.*
10 *Dolus dat aliquando causam consensui.*
11 *Pactum de dote promisso, si non seruatur, an competat aliquod remediū.*
12 *Statutum non potest dare robur pactis contra bonos mores.*
13 *Missio an possit fieri in legatis.*

c Superest persona. Non est putandum, quod ad hoc ut possit hæres minoris petere restitutionem in integrum ad adeundum, quod oporteat, quod hæreditas sit sibi magis debita, quam aduersario, quia sequeretur, quod hęres minoris iure communi posset admitti, & sic cessaret subsidiarium remedium restitutionis, l. in causæ. ff. de mino. & sic intellectus, quem ponit Bal. hic, post Cy. communiter non approbatur. vt no. hic per Iul. sed uult dicere Bal. quod superest persona; cui magis debebatur hæreditas primæ personæ defunctæ, non dico hæreditas [illegible] transmittere nolebat.

d l. Plane, §. si coniunctim. Et ibi uide Bal. & plenius, Imo. cum concor. ibi signat.

e Vel dic. Vide Imo. in contrarium in l. si paterfa. ff. de hær. inst. per Lud. Rom. in l. si quis hæres, §. fi. ff. de acq. hær.

LEX III.

a *Hæreditati non uidetur renunciare exclusus per prætorium.*

Matri intestatæ. Ius ciuile nõ excluditur tẽpore, licet p̃torium excludat̃, h. d. † Ex hoc no. ꝙ exclusus per prętorium, non vr̃ renunciare hęreditati, sed remedio pretoris. uide l. suum. sup. de iure delib.

LEX IIII.

Quoties. Descendẽtes pręferuntur ascendentibus. hoc dicit.

LEX V.

1 *Dignitas materna nocet filio.*
2 *Filiorum genera sunt quatuor.*
3 *Filij primi legitimantur per matrimonium, & non secundi.*
4 *Filij quando legitimantur per matrimonium, debet inuenire solemnitas.*
5 *Imperator quando legitimat spurium, sufficit exprimere in genere quod sit illegitime natus.*
6 *Conceptus vulgo si non habet matrem, quis ei succedere potest.*
7 *Bastardus cum filio legitimo institui potest.*
8 *Conceptus uulgo dicitur, cuius mater se supponit omnibus.*
9 *Libertas quando datur alicui, forma intelligibiles in eo imprimuntur.*

Si qua illustris. Mulieri illustri spurius ltĩs extantib. non succedit: secus si ex legitimo.

ADDITIO.

a Si qua. Arg. istius l. determinat Host. quod sic. & refert Io. And. in capitu. [illegible] de fil. presbit. in Nouel. in fi. quod non ualet dispensatio facta per Papam cum nato ex coniugato et soluta nobili, nisi de illius nobilitate in literis sit facta mentio. Tene menti, et uide illum infra.

mo concubitu sit natus, & ex illostri. h.d. No. casum, in quo spurius non succedit matri. † No. q dignitas materna nocet filio: Quæro de quo spurio loquitur? Resp. de vulgo concepto, nam si certus esset pater, tunc iste natus esset ex stupro, quia natus esset ex illustri virgine, vel vidua, & ideo sicut adulterini non succedunt, quia talis coitus potest accusari, ita nec (vt ita dixerim) stupratiui. Vnde hic glo. dat pro regula, q vbicunque parentes possunt accusari de adulterio, stupro, vel incestu, tales spurij tanquam nefarij, a non possunt per aliquem modum succedere patri, vel matri, vt in Auth. quib. mod. nat. effi. sui. §. fi. colla. 7. Quid ergo b si mater per vim fuerit stuprata? Respō. cum mater non possit accusari de stupro, talis filius ei succedit, vt Insti. de succ. agn. §. vulgo. nam quæ vim passa est, non mutauit infamia, ff. de postula. l. 1. §. remouet. † Modo ego quæro, quot sunt genera filiorum? Respon. quatuor, vt no. Inst. de adop. in princi. Tu adde duo genera. Nam quidam sunt legitimati per gratiam, naturales vero per naturam, ut bastardi legitimati per principē. Quid sunt legitimati per gratiam, spurij per naturam, ut adulterini, & similes a Principe solenniter legitimati. † No. primi legitimantur c etiam per matrimonium, secundi non, e ut ff. de statu homi. l. Paulus. Et hoc probatur expresse ex coniunctione duorum §§. in Auth. quib. mo. nat. effi. sui. §. si quis igitur dotalia. ubi dicitur per matrimonium filios legitimari. & §. vlt. si quidem, ubi dicitur, q nati ex damnato complexu non gaudent hoc beneficio, neque alijs formis legitimandi per d. Authen. introductis. Vulgo concepti, d nec per matrimonium, nec per Principem legitimari possunt, quia in certum patrem habent, vt hic dicitur in litera, tamen in hoc staretur assertioni patris, & matris. non enim est interdictum vulgo conceptum ex indicijs vocare filium, & amplecti eum vt filium, vt ext. de fil. presbyt. cap. Michael. † Item no. quod quando filij legitimātur e per matrimonium, debet interuenire quædam solennitas, s. instrumentum matrimonij atque dotis. alias quantum ad succedendum non sunt legitimi: licet sint legitimi quo ad ordines ecclesiasticos, vt ext. qui filij sint leg. ca. tanta. † Item no. f quod quando Imperator legitimat spurium, sufficit exprimere in genere, q sit illegitime natus, nec oportet descendere ad speciem, puta q sit illegitime natus ex monacha, vel ex incestu: nam clausula, non obstante d. §. fina. omnia supplet. & quia genus includit omnem suam speciem, maxime in fauoribus, & ista est opi. Ioan. Andr. † Quæro, quis succedat g vulgo concepto, si matrem, vel lineam maternam non habet? Respondeo, succedat vxor. Si non habet vxorem, & habet tutorē, succedat tutor, vt not. ff. de reg. iur. le. quo tutela. Et ideo expositis h apud hospitale Misericordiæ succedat hospitale, vlnmo loco succedet fiscus tanq̄ in bonis uacantibus. † Quæro, habeo filiū legitimum & bastardum, quos hæredes instituto coram duobus testibus, videlicet bastardū in vnica, legitimū in residuo, vtrū valeat institutio bastardi? Spec. dicit quod si, alleg. l. fin. supra de confir. tut. sed illa lex hoc non dicit, qa tutor uenit confirmandus ex indicijs, & hæreditas non defertur extraneis ex Indicijs. Item allegat. l. 2. & l. humanitatis, s. de natu. lib. sed l. 2 non dicit aliquid de hoc, lex uero humanitatis loquitur in legitimato. qua propter vī, quod totum ptineat ad filium legitimum, vt s. de testa. l. hac consultissima, §. ex imperfecto. sed pro Spec. facit ratio tex. in Auth. de testa. imper. quia si naturalis causa inspicitur, de matre non esset dubiū q ualeret matris testamentum. de hoc. in Specul. de insti. edi. §. compendiose. ver. sed quid si pater naturalis. Quæstio fuit de facto, i q quidam habens sororem carnalem instituit bastardum coram quibusdam mulieribus, soror dicebat testamentum nullum. In contrarium allegabatur dictum Spec. multi & plerique Doctores consuluerunt pro sorore, nam si non potest quis instituere patrem suum coram duobus testibus, vt dicit Spec. in d. §. versi. quid si filius. ergo multo minus bastardum, cui nihil debetur iure naturæ. Præterea auth. licet, s. de nat. lib. dicit, quod parem pietatem debent hrē parentes liberis naturalibus, & econuerso. Sed filius naturalis non potest instituere patrem coram duobus testibus, ergo nec eō. Non obst. l. vlt. s. famil. ercis. quia loquitur illa lex de iustis filijs tm̄ suis & emancipatis, non de iniustis & illegitimis. Vnde si spāle est in filijs iustis, ergo ɔtrarium est in iniustis. & hoc de iuris rigore magnis mihi placet, quia nō sic respici debet ad naturam, q a uinculis legitimi sanguinis discedatur. † Vltimo no. quod ille proprie est vulgo conceptus, cuius mater se supponit omnibus differenter. Sed si stat lex mensibus cum uno, & alijs sex mēsibus cū alio, superinde est, sed non uulgo conceptus, quia pater demōstrari potest. & de illo loquitur l. si spurius, & l. hac parte, ff. vñ cog. Et adde q̄dam alia, quæ dixi s. de fideic. l. eam q̄. & Instit. de nup. §. fi. † Et not. quod si do tibi libertatem, formo in te libertatem, nā intelligibiles formæ imprimuntur, & tñ non minuuntur a proprio subiecto informante. ita Imperator dat legitimitatem. i. format in subiecto hanc qualitatem, sicut Sol. format quasdam qualitates in materia, quæ non sunt in sole, vt colores. & hoc est quod gl. nesciunt proprie loqui in l. manumissiones. ff. de iusti. & iure.

ADDITIONES

a Nefarii. Vide Bar. in l. fi. ff. de his, quibus ut indig.
b Quid ergo. Vide Bal. in l. eam quam, de fideicom. supra.
c Secundi non. Et uidetur etiam probari in c. cum haberet, de eo, qui du. in mat. quā pol. per adul. & Bal. in l. eam, quam supra de fideicom.
d Vulgo concepti. Vide Bal. in l. eam, quā in ver. denuo quæro, supra de fideicō.
e Legitimantur. Vide Bal. in l. cum quis, supra de natu. lib.
f Item no. Vide Bald. in c. 1. §. naturales. in prin. ff. de feu. fue. cōtr. inter do. & ag. & quæ dixi post Bar. in auth. ex cōplexu, supra de ince. nup. & Io. An. in c. fin. de fil. presby. & quæ dixi post Bar. in l. Gallus §. & quid si tantum, ff. de lib. & posth. Bal. in l. eam quam, ver. pone quidam supra de fideicomm. Barto. in l. Paulus. ff. de sta. ho. & vide Bened. de Humb. in l. 2. ff. de nata. resti. Bal. in c. nisi cum pridem extra, de renun. in cons. 184. dixi sup. in prin. huius legis.
g A. B. Quæro, quis succedat. Vide Bar. in l. nutritoribus, inf. commu. de succe. & Bal. in l. cum eo, ff. de pac.
h Expositis. Vide no. per gl. in l. nutritoribus, infra com. de suc.
Cels. Quæstio fuit de facto. Hāc q. habes ventilatam, & decisam per Ang. in Auth. de ince. nup. in prin. de qua ibi vide, quia diffuse tractat.

LEX VI.

1 *Nepos conceptus post mortem aui, an succedat auo.*

Quidam ancillæ. Nati ex ancilla manomittēda, facta iā mora libertati, nascūtur ingenui & successibiles actiue & passiue. h. d. no. † Quærit gloss. a utrū nepos conceptus post mortem aui, vel auiæ, succedat auo, vel auiæ? Placentinus dixit, q sic, quia de sanguine est: gl. dixit q non, quia quo ad ius succedendi in hæreditate, non agnoscitur nec cognoscitur, hæc vera ex sua persona, sed transmissione bene posset succedere, vt plene dixi in l. 1. de his, qui ante aper. tab.

ADDITIO.

a Quærit gl. Vide in l. item prætor, ff. de suis, & legi.

De legitimis hæredibus. *Rubr.*

LEX PRIMA.

1 *Soror a fratre dotata non tenetur conferre dotem fratri suo.*
2 *Frater & soror ad hoc ut succedant titulo consanguinitatis, non requiritur quod sint utrinque coniuncti.*
3 *Cognatio operatur idem quod agnatio.*
4 *Frater consanguineus ita succedit in feudo, sicut utrinque coniunctus.*
5 *Clausula in fine posita refertur ad omnia.*

IN successione. Titulo consanguinitatis, vel cognationis ita succedit soror, etiā dotata, sicut frater. † Quæro, nunquid ista soror dotata a fratre, teneatur dotem conferre fratri? Resp. non, quia in successione transuersalium cessat collatio dotis. ita dicit gl. hic, & sup. de colla. l. si emancipati. † Quæro, an sit differentia, vtrum sint vtrinque coniuncti, necne: gl. dicit q non, hoc de iure veteri, sed hodie econtra, vt inf. comm. de suc. auth. itaque. Sed contra hoc oppo. plores rationes vincunt vnam, nam aliquid additum pari, reducit illud ad potioritatem, vt in cap. duobus de rescrip. libro 6. † Considera hic, q tempore huius legis caput vnde agnati præferebatur capiti vnde cognati. & ideo licet essent duo fratres vtrique coniuncti, & alter ex latere patris tantum, nulla ratio prælationis surgebat ex latere matris tantum, sed solum ex paterno, cum ergo dicit, quod duæ rationes uincunt unam, concedo, sed hic non est, nisi vna, quia altera est impertinens. hodie vero a cognatio operatur idem, quod agnatio, & ambæ simul sunt duæ rationes, & uincunt unam. † Et per hoc b determinatur quæstio feudi, quia in feudo ita succedit frater consanguineus tantum, sicut vtrinque coniunctus, quia mater nihil patrocinatur in feudis, secundum D. Iac. de Dom. Ardizone Veronen. in laudabili Summa sua super feudis, & ipsa est ipsa ueritas. Modo accidit c quæstio ardua Pisis sub his terminis. Statuto cauetū, q frater excludat sororē dotatā, si statutū non diceret vltra intelligeretur ab hæreditate dotantis, d non alterius, per glo. hic positam.

Alio

ADDITIONES.

a Hodie vero. Sed non uidetur bona rō secundum Raph. hic. quia etiam antequam sublata esset differentia agnationis & cognationis, ut in §. nullum, in Authen. de hær. ab intesta. erat statutum, q frater utrinq. coniunctus præferretur fratri consanguineo tantum, ut in Auth. de consan. & uter. frat.
b Et per hoc. No. ad limitationē eorum quæ no. Bal. in auth. defuncto ad Ter. & vide Bal. in c. 1. de gra. suc. in feu. & Ang. in consi. 108.
c And. Barb. Modo accidit. Vide Lud. Ro. in con. 31. ad quod alle. Bal. & in consi. incip. uisa constitutione municipali.
d Dotantis. Vide no. per Bal. in l. si mater pro filia, su. de iure do. Pet. de Anch. in ca. canonum statuta, de consti. & ita et consulit Ray. de Monte in consi. inci. q mulieris dotatæ, &c. & dicit Ban. no. in consi. inci. factum si se habet, quidam decessit. alias incipit, quidam decessit intestatus, &c. q statutum dicens, q filia dotata excluditur ab hæreditate patris, intelligitur si fuit dotata tēpore mortis patris secus si post, per no. in l. si alienum, §. in extraneis, ff. de hær. insti. & idem Bar. in l. si plures, sup. de cond. inser. vide no. per. Bar. in l. Titio centum, §. Titio genero, de cōd. & dem. & de isto statuto etiā qualiter intelligatur. vide Bal. in l. fi. sup. de dotis promis. & plene in l. fi. sup. de pac. & in l. pactū, in 20. q. su. de col. & dicit Bal. hic, qđ istud statutū intelligitur ab intestato. idē Bal. in d. l. fi. sup. de pac. & adde Barto. & gl. hic, unde Ang. in consi. 133. Pau. de Ca. in cōs. 333. & in consi. 109. Pet. de Anc. cō. fi. 76. & in consi. 159. per Bar. hic alle. tex. in l. quoniam nouella, in fin. tu. de inoff. test. & Pet. de Anch. in consi. 288.

Alio statuto cauetur, quod si frater, qui sororē excludit, decedat sine liberis, & fratre ꝯsanguineo, vel filio fratris agnato masculini sexus, teneatur dictę sorori relinquere dimidiam partis suæ. Accidit ꝙ Do. Pet. habens filium, filiam ve dotatā, facit testamentum, in quo masculū hæredem instituit, & filię supradictæ relinquit decem iure īstitutionis; demum dictus frater decessit relicta quadā filia fæmina, condito testamento, in quo instituit agnatū; quęrebatur an filia dicti Pet. deberet habere dictam dimidiam? Videbatur ꝙ sic, propter uerbum masculini sexus, qđ a videtur etiam ad liberos referendum: *a* nā uerbum commune 5 refertur ad omnia, vt ff. de vul. subst. l. iam hoc iure. † Item clau b sula in fine posita *b* refertur ad omnia, vt l. vlt. ff. de re. dub. & extra, de appel. cap. secundo requiris. Consului contrarium, quia quando prima clausula habet propriam, & specialem determinationem, clausula ultimo posita non refertur ad illud, ut not. in l. j. §. deinde. ff. de postu. & de leg. 1. l. talis scriptura. Item ista filia dicti Petri non excludit per fratrem, sed per testamentum paternum. Vnde dictū statutum debet intelligi ab intestato; ut ff. de inofficio. testa. l. Papi. §. sed nec impuberis. qua propter dicta filia sperare non potest id, quod est alij applicatum, ut inf. de dona. l. fin. §. sin autem. Et de materia clausulæ absolute positæ no. in Specu. de instr. edi. §. nunc autem, versi. item excipe. Sed quando clausula ponitur in coniunctione, & non absolute, non c respicit nisi proprium *c* determinabile, ut plene dixi in l. j. sup. de li. præte. Item si præcedentia sunt aduersatiua, respicit illud, cui probabilius adaptatur. & si est dubium, respicit ultimo loco dictum, vt l. si idem, §. fi. ff. de iurisd. om. iud. quia in ultimis stat conclusio, ut no. ff. ad Treb. l. qui filium, §. fi.

ADDITIONES.

a Referendum. Adde in simili Bart. in l. doli. in prin. ff. de seruo corrupto.

b Clausula in fine posita. Adde quod no. post Bar. in addi. ad ipsum in l. talis, §. j. uer, ex quo nota in ver. efficeretur inutilis, ff. de leg. 1. idem consi. 39. incip. sola reliquit.

c Nisi proprium. Vide Bal. in l. 6. de reb. dub.

LEX II.

1 *Patria potestas apta nata quærere non nocet filio.*
2 *Filius in quærenda hæreditate an teneatur allegare iussum patris.*
3 *Possessio bonorum per longam patientiam non probatur agnita.*

SI EIUS. Hęreditatem patri nō quæsitam per filium, mortuo patre, ꝗrit filius pleno iure, h. d. † No. quod patria potestas pręcedēs apta nata quęrere, non nocet filio, si non fuit ꝑducta ad acquisitionis actum. Sed videtur, quod imo fuerit quæsita patri, vt supra, de pet. hære. l. si filius So. ibi filius lōgo a tempore possedit uiuo patre, & ideo ex longi temporis *a* patien2 tia præsumitur solennis aditio præcessisse. † Sed nunquid *b* b necesse est allegare iussum patris? Videtur quod sic, vt ff. de usu. l. cum de in rem uerso. So. satis habet lex ꝙ interuenerit longa patientia, quia agitur principaliter de fauore patientis. Non ob. l. cum de in rem uerso, quia illa loquitur de probanda obligatione: sed quæstio nostra quærit de probanda acquisitione. simile no. glo. sup. de iure delib. l. si infanti. in glo. ibi, ex quo videtur. 3 † Sed nunquid per patientiam longi temporis, probatur boc norum possessio legitime agnita coram Prętore? Respon. *c* non, quia patientia non potest adaptari Prętori, qua propter etiam in simili dico, ꝙ ea possessione longi temporis pacifica, & sine vlla ꝯditione facta, non præsumeretur insinuatio donationis, quia nihil commune habet patientia, vel authoritas Prætoris d cum possessione. Item si statutum *d* requirit certas personas ad esse contractui mulieris non ideo præsumeretur eorum ꝑsentia, vt s. vnde legiti. l. non hoc. Fateor tamen, quod in bonorum possessione pater, qui passus est per decennium filium possidere, qui filius agnouit bonorum possessionem coram iudice, qđ præsumeretur patrem dictam bonorum possessionem ratificas4 se infra utile tempus: quia † quando longa patientia habet in se principium & finem, sufficit principium, quia potest momento fieri. hoc est, quod no. subtiliter in l. j. qui admit. ad bo. posse. qđ e reduco tibi ad memoriam. Et no. *e* quod ratio dictæ l. si filius. & l. qui in aliena, ff. de acq. hære. est, quia promiscua est possessio patris & filij, & quasi unum corpus: unde & uno possidente, intelligitur alter possidere, ut l. fi. s. de vsufr.

ADDITIONES.

a And. Barb. Ex longi temporis. Ex longo tempore præsumitur patientia, vide quæ no. Bal. & Ang. in l. qui in aliena. §. 1. ff. de acq. hære. & ibi dixi, in ca. licet Heli. de simo. & uide not. text. in ca. significauit, de consti. vbi non præsumitur authoritas Episcopi interuenisse.

b Sed nunquid. Vide Bar. in l. qui aliena, §. 1. de acq. hær. ubi sentit contrarium, & istud uidetur verius per l. si adulterium cum incestu, §. idem Polliom, ff. de adul. & Pau. de Cast. in d. l. qui in aliena, §. 1.

c Phi. Dec. Respon. Nam ea solo animo nō cognoscitur, sed corā prætore agnosci, dēt, ut per istum in rub. supra qui admi. ad bo. pos. & in l. fi. eo. tit. per Doct. Et unde in gl. Inst. de hære. qual. & diff. in uer. ad legitimam per Ang. consi. 14. ubi dicit bonorum poss. non faciet quem bon. possessorem, nisi eam coram iudice agnoscat. Et adde Alex. in rub. & Raph. d. l. h.

d Item si statutum. Vide Bal. in l. si filius in fi supra de pet. hær. & in l. qui in aliena. in §. 1. ff. de acq. here.

e Et not. Ista responsio tollitur per c. puenit, cum glo. extra, de emptio. & uenditio.

LEX III.

1 *Prior in gradu, potior est in iure.*

CONSANGUINITATIS. Soror fratris filio antefertur ciuili ac pretorio iure ex gradus prioritate. h. d. Opp. nam idem ius est tributum filijs fratris, quod ipsi fratri, vel sorori, vt J. auth. cessante. Sol. hæc corrigitur a per l. illam. Scias tamen, *a* ꝙ vltra filios fratrum standum est re2 gulæ, † ꝙ qui prior est in gradu, potior est in iure. Vnde regula istius legis est vera, & non fallit hodie, nisi in fratrum filijs & facit J. eo. l. meminimus, §. eum autem.

ADDITIO.

a Scias tamen. Vide Cynum in authen. cessante. infra eo. Barto. in auth. post fratres. infra eo.

AVTHENTICA.

1 *Filij fratris interdum cum patruo succedunt.*
2 *Transuersales ueniunt in capita.*
3 *Vlteriores post fratres & filios eorum succedunt per se.*
4 *Successio in Baronia dicitur successio singularis.*
5 *Masculus descendens per filiam præfertur filiæ alterius fratris.*

a CESSANTE. *a* Vbi non subsistunt descēdentes, vel ascendentes fratres, & sorores vtrinque cōiuncti, & eorum qui ex his præmortui sunt filij, reliquis agnatis & cognatis omnibus præferuntur, qui fratrum filij vocantur in stirpes. h. d. vsq. ad versi. & cum proximis. Ibi aūt dicit, ꝙ vocantur cū ascendentib. in gradu proximis, vsq; ibi, & quidem. Ibi aūt dicit, ꝙ filius fratri vtrinq; ꝯiunctus prefertur fratribus & sororibus coniunctis ex vno latere tantum: unde nō seruatur gradus, sed qualitas cōditionis fortioris, & duplicis, quia duę rationes uincunt unam. Modo ista auth. uidetur clara in se, tamen in rei ue1 ritate nō est clara. † Et ideo quæritur de tali q̄stione, tres erant fratres. Titius, Lucius & Sempronius. decessit Titius vno filio sup stite: decessit Lucius duobus filijs superstitibus: tertio decessit Sēpronius sine prole ab intestato: quęstio est de bonis inter dictos suos nepotes, nā filius Titij dicit se debere habere hæreditatis dimidiā totius, asserēs, ꝙ duo filij Lucij uocantur in stirpes, & illi dicunt, ꝙ in capita, quæritur quid iuris? Azo. subtiliter cōsiderans dixit, ꝙ interdum filij fratres ueniunt cū patruo ad succedendum, & tunc necesse est, ꝙ ingrediantur gradum paternū iuris fictione, & ꝙ sint pares in gradu cum patruo, & ideo succedunt in stirpes. Idem dico, si uenirent cum ascendente in gradu proximiori: sed interdum ueniunt soli & per se, & tunc sunt pari cognatione, sed dispari numero: & ideo quot capita, tot portiones, quia non est rō, quare in natura pari, licet multiplicata, quilibet non debeat deferre partem suam pari modo, nam in na2 tura pari nulla est naturalis prælatio. hanc opi. tenet Ia. Bu. † nā regula iuris ueteris est, ꝙ omnes transuersales ueniant in capita vt in l. lege 12. tab. infra, eo. nec reperitur, ꝙ ista regula sit correcta, uel modificata, nisi quādo fratrum filij ueniunt cum ascendentibus transuersalibus, & in gradu proximis, vel cum recta linea ascendēte, vt hic. ergo standū est tā rationi naturali quam b regulæ iuris antiqui, s̄m Iac. Nec ob. ꝙ *b* fratrum filij succedant loco parentum, quia verum est, quoad succedendum, non quoad succedendi modum, secundum Ray. de For. Sed glo. nostra tenet contrarium ꝙ succedunt in stirpes. Et ratio est, quia quilibet descendens repręsentat suum stipitem ex necessitate naturæ, vt ff. de colla. bon. l. dedit dotem. Sed hęc ratio e non ualet: sequeretur enim, ꝙ idem esset in nepotibus fratrum, quod est falsum, quæ quæstio formatur in feudis, & communiter determinatur ꝙ duo nepotes ex vno fratre, & vnus ex altero, succedant in capita. sed ratio potest esse in feudis, quia seruitium diuiditur in capita, ergo & successio, argumento sumpto a proportione commodi

ADDITIONES.

a Cessante. No. hic, quod si nepos succedit in locum patris eius, quando venit ad successionē patrui, uel auunculi, uenit una cum alijs patruis & auunculis, ut hinc inde, quando uenit ad hæreditatem quorumcunque ascende[illegible] ium, l. si quis ff. de suis & legit. & Insti. de hæred. quæ ab intest. §. cum autem. quando uenit ab successione aliorum una cum patruis aut auunculis, tunc non repræsentat personam patris sui, sed excluditur a patruo magno, aut auunculo magno, ita uidetur probari in l. 2. de success. edic. cogita, & uide infra pro[illegible] [illegible] Bar. post Cy. in auth. post fratres, per Aug. in corpore, und[illegible] [illegible] casus, et bene facit l. auunculo, inf. cōmunia, de succe. et uide Bal. J. et Bar. in l. 2. § 1. in ff. de suis et legi.

b And. Barb. Nec ob. Sal. hic tenet opin. Dom. Azo. tu uide Baldum in l. 2. sup. de suis et legiti. et in c. 1. §. 1. qui feu. dare poss. et c. 2. de grad. succes. et in c. 1. de natu. succes. fen. et ibi omnino uide tex. uide Bar. in l. 2. §. hæreditas, ff. de su[illegible], et legit. Ang. in Auth. de hæred. ab intest. §. si uero. tenet, quod [illegible] stirpes, et uide Iac. de Bel. Salyc. dicit in contrarium uideri, pone quod sit unus nep[illegible] ex fratre, et quinque ex alio, ius erit, quod ille solus tantum habeat, quantum [illegible] cum de futuro sint æquales in parentela, unde cum his casus non rep[illegible] [illegible] ut in corpore apparet, ergo etc. si uero dicat, quod non probat op[illegible] per uer[illegible], diximus, non comprehendit solum casum, de quo dixerat. Et cogita, Rol[illegible] fuit di[illegible]. Azo. tenuit opinio Azo. in tit. de bon. poss. unde Ang. et Bar. ten[illegible] op. Accur. per §. si non mares, quem Accur. alleg. eo. tit. l. illud. [illegible] Iac. de Bel. ita concludit. et Bar. in consi. super hæreditate Domini Nicollæ, et est in ordine. 255.

commodi & incommodi. Et reperitur vnum c. extrauagans, qđ ita determinat. Sed si vera esset opi. glo. debemus distinguere, ꝙ aut feudum defertur iure hæreditario, & tũc fratres veniunt in stirpes. aut non iure hæreditario, sed simpliciter tanquam agnati, & tunc veniunt in capita: hoc aũt liquere potest ex tenore inuestituræ. In patrimonio aũt libero, in quo successio non est nisi hæreditaria, vt vides, est differẽtia inter Do. Accursium, & Do. Azonem, præceptorem eius. Ista enim materia nõ vadit omnimode per naturales rationes, sed quia sic æquũ videtur Legislatori, & ideo in hęrendũ est tex. in corpore huius auth. qui dicit, vt in parentum iure succedant. hoc tenet Bar. & glo. in corpore quę incipit, no. si fuerit. nam tex. in ver. si vero, neq; filios fratrũ relinquat, tunc veniunt in capita. ergo si filios fratrum reliquerit, veniunt in stirpes; vt sic aduersetur in iure. Idem tenet glo. Insti. de le. agn. succes. §. hoc etiam. & Cy. hic, & glo. ℑ. ea. lege, in vl. glo. volo te mulare super tex. quia nũquam tex. loquitur in stirpes, nisi quando filij fratrum veniunt ea priuilegio, vt paret in corpore in verbo, priuilegium & in verbo, beneficium. quæ verba ibi pluries repetũtur. Sed certum est, qđ qñ veniunt ex sua psona, non veniunt obtentu alicuius beneficij, sed ipsius naturæ, & secundum regulas rigorosas graduum, ergo veniunt in capita. Ego timens recedere a glossis in consulendo, iam consului secũdum gl. Modo tamen vr̃ mihi, ꝙ opi. Azo. & sequacium

3 sit magis consona literę & naturæ.† Et no. per istam auth. quod vlteriores post fratres & filios eorum, succedunt per se, & ideo non consideratur persona eius, a quo descendunt, sed tantum ipsæ personę succedentes veniunt in capita. secus in præcedentibus, vbi consideratur persona a quo. & est necesse, vt eius vice fungatur, & ideo veniunt in stirpes. Vnde facit ad quęstionem

2 Consuetudo *a* est, ꝙ filius nõ succedat in Baronia, Pone, quidã Baro habet fratres, & nepotes ex filia præmortua: decedit, nunquid admittiẽ nepos? Videtur dicendũ, ꝙ nõ. quia iste nepos venit ex persona suæ matris, & ideo repellendus. sed vbi non essent

b fratres, nec fratrũ filij, sed vlteriores, tunc bene veniret *b* nepos, quia tunc non ꝯsideramus personam eius, a quo descendit, vt

4 hic, secundum Iac. de Ra. & Cyn. in auth. post fratres. Cyn.† Et

c no. *c* ꝙ successio in Baronia est successio singularis, sicut hęres in re certa. Vel verius. Baronia est quid vniuersale, sicut peculiũ castrense. & ideo potest quis habere vnum hęredem in Baro-

5 nia, & alium in pagania.† Item no. *d* quod per hanc theoricam

d vr̃ destrui quædam sententia, de qua fit mentio in c. 1. de eo, qui sibi, vel hæred. suis mascu. & fæm. colla. 10. vbi dicitur, ꝙ masculus per filiam descendens prefertur filiæ alterius fratris. non. n. paret locus fæminę in feudi successione, donec masculus super est ex eo, qui primus de hoc feudo fuit inuestitus. Dicas, ꝙ in illo capit. tenor inuestituræ ponebat oẽs masculos ex una parte, quos fœminis præferebat, & ideo nimirum si non est locus fœminæ, vt l. in multis, ff. de statu. ho. Sed circa illum casum vbicũque ex vi intestati succeditur tenore ꝯstus non obuiãte, potior est filia, quam filius alterius filij, quia ad excludendam filiam oportet, ꝙ nepos veniat per fundtionem, quę est quædã fictio: necesse est enim, ꝙ fungatur loco matris, ergo non potest tanquam masculus iudicari, certe nec mater mortua excludit viuẽtem sororem. Quare de primo ad vltimum cõcludendo, si feudum est indiuisibile, filia est potior nepote, & hęc est veritas. dixi in l. quoties, s̃. de suis & legi. sequitur in tex. & quidem prędicti. Hic dicitur, ꝙ filius fratris & sororis vtrinq; coniuncti prefertur fratribus & sororibus defuncti coniuncti ex vno latere tantum. Oppo. in isto fratre concurrunt duæ rationes, scilicet quia frater, & quia agnatus sed filius sororis non est agnatus, qa descendit ea fęmina, ergo potior debet esse frater ea vno latere coniunctus, quam filius sororis vtrinque coniunctæ, vel saltem par, attento ꝙ in vtroque extremo sunt duæ rationes, & sic est paritas. Solu. filius sororis habet iura agnationis, vt inf. eod. leg. meminimus, §. cum autem. Item sublata est differentia agnationis & cognationis. & sexus tam producti quam producentis, & sic non ob. oppositio.

ADDITIONES.

a Consuetudo. Vide Bart. in l. liberorum, in fi. uers. quæro, quid si filia dotata, ff. de uerb. sig. & hęc sunt formalia uerba Cy. in auth. post fratres, la. 2. inf. eod.

b Bene ueniret. In contrarium quod no. Spec. in tit. de loc. §. nunc aliqua. uers. 146. Bal. in auth. si quas ruinas, in fi. supra, de sacrosan. eccl. Ioan. And. in Specu. de test. in rub. ad fi. & illud forte Dyo. facit in c. 1. §. hoc autem, qui feu. da. pos. & quod no. in l. liberorum, ff. de ver. sig. in uers. quæro, aliquis decessit relicto nepote, &c. nec ob. tex. in aut. post fratres, la. 2. inf. eo. quia in eo cessat ratio, quod exclusa esset ibi fœmina. i. mater fauore masculorum, ut est in casu nostro & traditur per Bar. in d. l. liberorum.

c Et no. Consulo contrarium, quia sequeretur, quod mulier in dote, quæ est ius uniuersale, posset decedere testata, & in reliquo non. contra no. per Bal. & Angel. in l. si cum dotem, in prin. ff. sol. matr. nec reperitur iure cautum & esset contra l. ius nostrum, ff. de re. iu. & bene facit, quod dicamus de uerbo, relinquo, relato ad dotem, gregem, uel peculium, quamuis sint quid uniuersale, tamen non infertur ad institutionem, licet secus si referatur ad quotam hæreditatis, unde plene per Ioan. de Imo. in cap. Raynucius, in testualibus. extra, de testa. tamen Imo. in d. l. si cum dotem tenet contra Bal. & Ang. hic dicta ratione.

d Item no. Vide per Bal. in l. fi. de suis & legi.

AVTHENTICA.

1 *Ascendentes succedunt in viriles, & transuersales in stirpes.*

a Post fratres. *a* Supra posuit primo ordinẽ transuersalium vtrinque ꝯiunctorum, nunc ponit secũdum ordinem, scilicet coniunctorum ex vno latere tm̃. & in primo ordine posuit sex personas, scilicet patrem, sororem, filium fratris, & filiam. Item filium & filiã sororis. Similiter nunc ponit de dictis personis ex vno latere tantum coniunctis, quæ succedunt quando in primo ordine nullus est successus, qa natura ordinis est, ꝙ donec extat aliquis de illo ordine successor, nullus de posteriori capite vocatur, ut hic. Sequitur in text. ibi autem. In isto versic. pone casum. Petrus & Paulus fuerunt fratres carnales, decessit Paulus superstitibus duobus filijs, scilicet Sticho, & Ioanne ex eadem vxore, vel alia. decessit Ioannes superstite Antonio eius filio, deinde decessit Stichus sine liberis superstite Petro eius patruo, & superstite Antonio eius nepote transuersali. Certum est, ꝙ pater est in tertio gradu lineę transuersalis superioris, & nepos est in tertio gradu lineę transuersalis inferioris: quęritur igitur an patruus & nepos pariter succedan: Resp. quod solus nepos succedit, qa respicit inferius lineã transuersalem. Dicit gl. Insti. de legi. agna. suc. in fina. quia nepos similis est fratri: & sicut frater excludit patruum, ita fratris filius hoc dicit no. Nota rationem, cum dicit, pares, &c. quod quoties duo parificãtur, quod excluditur per vnum, excludiĩ per aliud. quod tene menti. Sed quid dices, pone, quod iste Antonius haberet filium, & repudiaret, vtrum succederet filius Antonij, an Petros, qui est patruus defuncti? Respondeo, licet nepos excludat patruum patrui sui, tamen secus est in filiis nepotis quia verum est, ꝙ nepos ingreditur gradum paternum, sed filius nepotis non ingreditur gradum auitum, hoc dicit authent. post fratres. quæ statim sequitur. & hoc dicit Cyn. ℑ. commu. de success. auth. itaque.

ADDITIO

a Post fratres. Ad intellectum huius auth. & seq. uide Iac. de Bel. in §. si uero post hac fratres in Auth. ut cum de ap. cogno. coll. 8. & hoc adde, dicit statutum, quod defuncto succedant proximiores consanguinei ex latere patris, an admittantur pariter consanguineus frater, & frater utrinque coniunctus. Petr. de Anchar. ca. canonum statuta. uer. occurrunt aliæ quæstiones, &c. de constitut. dicit, quod statutum prædictum debet intelligi secundum ius commune, scilicet quod præferatur utroque coniunctus, & ideo reprehendit quendam Doctor. qui contrarium consuluit & uide quod in simili no. Mod. in l. cum ita §. fi. post gl. ibi de lega. 2. in uer. proximo.

AVTHENTICA.

1 *Prior in gradu transuersalium est potior in iure ex successione eorum.*

2 *Successio transuersalium diuiditur in capita exceptis filijs fratrum qui succedunt in stirpes.*

3 *Successio inter auum, & auiam ac filium sororis, diuiditur æqualiter.*

4 *Intellectus auth. post fratres.*

Post fratres. Hic ponit tertium ordinem successionis transuersalium ab intestato, & duæ dan-

1 tur regulæ. Prima, †ꝙ inter fratres & fratrum filios, qui prior est in gradu transuersalium, potior est in successione eorum, siue masculus siue fœmina, siue agnatus siue cognatus, siue sit de linea transuersali sursum, siue inferius. Secundo datur quædam

2 regula transuersalis, valde no † ꝙ successio transuersalium diuiditur in capita exceptis filijs fratrum, qui succedunt in stirpes. Et scias, ꝙ ista regula non habet locum in successione rectæ lineæ ascendentis, vel descendẽtis: verbi gratia, si est auus & auia paterna, & auus maternus solus, vel econtra: dicti auus & auia vnius lineæ computantur pro vna persona, & linea coniungit eos, vt no. in authen. defuncto. s̃. titu. 2. ibi, paternos, &c. Aliud exemplum in recta linea descendente in filijs nepotum, qui succedunt pro auo in stirpes, vt Instit. de here. quæ ab intest. §. cum

3 filius.† Modo quæro: pone, Titius defunctus est superstitibus auo & auia paternis. Item superstite vno filio sororis, & duob. filijs fratris, qualiter isti succedant? Cyn. mouet istam q. Et vr̃, ꝙ quatuor partes fiant, vnam habet auus, alteram auia, alteram filius sororis, alterã duo filij fratres. sic enim seruatur qu[illegible]ra omni respectu. Nam ascendentes succedunt in viriles & transuersales in stirpes. & hæc est ueritas. quid si decedens habet auum, & decem nepotes ex fratre? Respond. omnes decem vnam virilem partem faciunt, quia pro vna persona computantur. vnde auus habet dimidiam, & isti decem habent aliam dimidiam. cum auus æquiparetur fratri defuncti, secũdum veram opi. Itẽ frater reuocat filios alterius fratris ad succedendum in stirpes, ergo idem ius seruandum est in auo, per rationem positam s̃ in authen. præcedente. quæ ratio debet attendi tanquam uirtus intrinseca legis; & tanquam genus prædicans de suis singulis speciebus, vt leg. & not. Institu. de leg. pa. tu. in princi. cum simi.

4 Et no.† quod ista, & superior auth. loquuntur, prout tollũt differentiam germanitatis, vbi esset aperta uia intestati. Sed in querela inofficiosi testamẽti, dic vt s̃. de inoff. te. l. fratres. quia est ex testamento expugnanda, sic & ꝯtra dicitur ex testamento, quia testamentum est obiectum eius, quod nititur expugnare, ac si diceret, visus est ex collore, id est aspectus, in que textus iste co-

lor. Item ex pomo nascitur vermis, i. ex corruptione eius. sic ꝯ. tab. oritur ex testamento. sic etiam querela occasionaliter non formaliter ex testamento proficiscitur.

LEX IIII.

1 *Testamentum pupilli non dicitur testamentum.*

1 **Si autem nullum.** Nihil & inualidum æquiparatur. h.d. † No. quod testm̄ pupilli non dicitur testm̄, *a* & ideo non excludit legitimos, concor. s̄. de testamen. mil. l. fin. ergo pupillus non decedit testatus, sed carens testamento.

ADDITIO.

a Testamentum pupilli, non dicitur testamentum. Ratio autem est in promptu quia testm̄ nullum non dicitur testamentum, sicut nec falsus denarius dr̄ denarius. sed adiectiue dr̄ testamētum nullum, quemadmodum homo pictus, dr̄ pictus homo. & de hoc dixi plene in addit. ad Iac. Rebuf. post eum in l. semel. num. 2. in addit. in versi. falsus denarius inf. de apoc. pub. lib. 10.

LEX V.

1 *Suus & necessarius heres excludit caput agnatorum transuersalium.*

Defunctis. Si suus hæres abstinet, vel repudiat hæreditatem defuncti, frater defuncti ex l. 12. ta. hæreditatem potest adire, si est consanguineus, idest agnatus.

1 † In tex. ibi, defunctis. datiui casus. Op. quod suus & necessarius hæres excludit caput agnatorum transuersalium: quod patet, qa lex 12. tab. facit suum hæredem, velit, nolit. ergo per consequēs excludit omnem alium a iure ciuili; quia cum primum caput assumpsit effectum suum ea primo capite, ergo secundum caput nullum est. vt l. 1. §. sciendum. ff. de suis & legi. Sol. intellige l. nostram quando suus abstinuit de iure ciuili, vt quia erat institutus sub conditione, si uoluerit, vel habebat cohæredē extraneum vel substitutum vulgarem, quibus casibus vacat suitas *a* de iure ciuili; alias esset impossibile, ꝙ ea aliquo capite legis 12. tab. ueniret sequens in gradu, vel sequens in capite, vt no. Iac. de Ra. Bu. & Cy. s̄. vnde lib. l. qui se patris. Itē si pater dedisset ei licentiam abstinendi, hoc modo etiam decedens ab intestato, qa dixisset, do filio meo licentiam abstinendi; nam ut puto, hanc gratiam facere potest pater filio quocūque iudicio uoluntatis, licet talis uoluntas non sit testamentum, arg. sup. vt in pos. le. l. 3. Ex his apparet, ꝙ Bar. qui allegauit hanc l. contra Vltramontanos in l. qui se patris. nam nō recte intellexit. Modo quæro; pone ꝙ filius abstinuit de iure prætorio, nō ciuili, & decessit, ti sic non transmittit iura suitatis; quia suitas elisa per abstensionem ipso iure non transmittitur, vt s̄. de iud. del. l. cū antiquioribus, & arg. s̄. de transa. l. cum mota. nam dicta suitas fuit, sed non est. Sed suitas pendens, quę tenet medium inter ens, & non ens bene transmittitur. Respon. puto & tunc agnatos succedere posse: quia tunc destituitur suitas ab omni suo effectu, ut hic. & iste est intellectus gl. & l. qui se patris.

ADDITIO.

a Suitas. Hoc est contra text. hic, in versi. suit. quia iste tex. & iste titulus tractat de succes. intesta.

LEX VI.

Patruo. Frater patris præfertur fratri matris, sed hodie corrigitur. hoc dicit.

LEX IX.

In successione. Soror pręfertur auo & auiæ materni s. hodie corrigitur. hoc dicit.

LEX X.

1 *Succedentes ab intestato pupillo, licet non petant tutorem, non tamen cadunt a legatis.*

2 *Fiscus an ueniat in successione pupilli, excluso primo hærede ab intestato.*

3 *Fiscus an ueniat in successione pupilli omnibus gradibus exclusis.*

4 *Pœna non imponitur adultis, qui non petierunt tutorem pupillo.*

Sciant. Omnibus successuris ab intestato pupillo moriēti incūbit onus intra annum petendi, vel ordinādi tutorem. Item si iure substitutionis pupillari, alias ipso iure cadunt a successione. hoc dicit. Hic repete, quæ dixi s̄. ad Ter. l.

1 matres. † Quarto, an priuetur *a* singularibus legatis? Respon. non

a nec ob. s̄. de leg. l. pen. quia ibi fuit relictum propter tutelam ge-

2 rendam, hic non. † Quæro, *b* excluso primo hærede, vtrum ve-

b niat fiscus? Respon. non, sed sequens in gradu, vt in l. 2. §. fin. ff. ad

3 Tert. † Quæro, si nec sequens intra annum petit tutorem? Respon. eum priuari secundum Bar. quia tex. dicit. Sciant omnes, sed gl. dicit contra s̄. qui pet. tut. l. nepotibus. nam si hoc esset, sed quæreretur, ꝙ exclusis omnibus gradibus, ueniret fiscus: quod nō

4 est de mente legis. † Quæro, quare ista pœna non imponitur adultis, si non petant? Respondeo, quia in adulta ætate pęna non potest incipere: ergo nec permanere, vt ff. de fideius. l. Vranius.

c Extra oppo. *c* nam aut iste, qui non fecit tutorem ordinari, erat minor, & non punitur, l. 2. sup. si aduer. deli. aut erat maior, & tunc non potest petere alium dari, nec seipsum dari, quia ipso iure est legitimus tutor, vt ff. de legit. tuto. l. legitimos, ergo litera falsa. Sol. tutor legitimus punitur, si non petit intra annum, sibi concedi administrationem pręmisso inuentario. Item si non

d est idoneus, dēt petere idoneum, *d* vt d. l. 2. §. si mater, ff. ad Tert. Item de pupillari substituto pone exempla, quando substitutus erat 1. motior in gradu, & sic nec de facto, nec de iure, poterat esse tutor legitimus. Certe istud exemplum non placet per glos. quæ est in d. l. matres, dic vt ibi.

ADDITIONES.

a An priuetur. Vide etiam per Bar. hic.

b Quæro. Vide Bal. in l. matres, sup. ad Tertu.

c Extra opp. Vide Bal. in l. precip. versi. sed quid si mater, sup. de impub. & ali. sub.

d Item si nō est idoneus, debet petere idoneum. Casus est hic, ꝙ electus ad aliquod officium vel dignitatem, teneatur detegere suam inhabilitatem, alias punitur, de quo dixi post Iaco. Rebuf. in l. 1. num. 1. infra ne quis liber inuitus actum reip. gere. col. lib. 11.

LEX XI.

1 *Reseruatio idem operatur in quolibet correlatiuorum.*

1 **Si ab eo.** Reseruatio † idem operatur in quolibet extremorum, siue in quolibet correlatiuorum, tam actiue quam passiue. h.d. no.

LEX XII.

1 *Quinquagenaria potest parere legitimum partum.*

2 *Nubere apte est nubere pari.*

1 **Si maior.** Etiam † quinquagenaria potest parere legitimum partum & ex legitimo matrimonio. nec

2 est miraculum, sed raro contingens, h.d. no. † No. ꝙ si quis vult apte nubere, nubat pari: tm̄ etiam inter impares tenet cōiugium.

LEX XIII.

De emancipatis. Fratri emancipato sine liberis decedenti succedunt fratres in proprietate, pater in vsufructu, & vtrinq; ꝯiuncti in bonis a matre quæsitis defuncto, pręferuntur fratribus consanguineis tm̄ id est coniunctis ex latere patris tm̄. h.d. Pone, pater per rescriptum Principis emancipauit filium absentem, vel infantem qui emancipatus decessit sine liberis, & sine testamento superstite patre & fratribus ac sororibus, dr̄ hic, ꝙ cum per Anastasium iura legitima fratribus sint reseruata, ꝙ frater & soror succedunt in tota proprietate, pater in toto vsufructu; nec debet pater de hoc turbari, cum eius votum naturale esse debeat, ad suos filios & filias res peruenire. Sed qd si iste filius defunctus habebat quęsita a matre, & habebat filium consanguineū tm̄, & alium vtrinque coniunctum? Respondetur vtrinq; cōiunctum, & maternum tm̄, in maternis pręferri: sed in alijs bonis pariter vocari, & iste est vetus casus. Et no. hic duo arg. primum est, ꝙ propter fratrem existentem in medio ius fratris minuitur tam in succedendo, vt hic: quam in transmittendo, vt s̄. ad Orfi. l. non pro numero. Secundo no. ꝙ patrem succedere filio, non est de iure natura

a li, sed de iure artificiali seu positiuo, *a* quia non est introductum de necessitate naturæ, & est variabile. Et no. ꝙ ista lex corrigitur in duobus, primo in eo, quod dicit de solo vsufructu. Secundo corrigitur in vltimo responso, vt j. commu. de succes. auth. itaq;. No. in hac l. de voto parentum non solum in masculis, sed etiā in fœminis.

ADDITIO.

a Positiuo ex quo sunt omnes successiones mundi, secundum istum in l. seq. & Gui. Benedict. Gallicum in rep. c. Ray. de test.

LEX XIIII.

1 *Lex dicitur recte posita, quæ prospicit humano generi.*

2 *Filius vitia patris non debet grauari.*

3 *Germanus & germana, dicitur frater & soror, consanguineus & consanguinea.*

4 *Filia si per statutum non succedat fratri, nunquid etiam intelligatur quod frater non succedat filiæ.*

5 *Filius sororis non habet veram agnationem.*

Lege duodecim. Ista l. primo ponit proœmium. & dicit, ꝙ lex. 12. tab. inter ma-

1 res & fœminas non facit distinctionem, † quia natura vtrumq; corpus edidit, vt perinde humanū genus maneat immortale, & alterum alterius auxilio egeat: & si corrumperet alterum, corrumperetur genus humanum. Sed postea superuenit media iuris prudenti. q̄ impiam induxit differentiam: & quasi ipsam naturam vulnerans, innocentē prolem fœminam grauauit paterno vitio, si vitium est generare fęmellas, recitat autem hic vitia medię iuris prudentię, quæ statuit vt licet germanæ sorores succederent fratribus & sororibus, tamen sorores vterinæ nō succederēt, & tū versa vice eisdem succedunt. Item statuit, ꝙ patris soror non succedat filio fratris sui vna cum masculis, & plures alias differentias introduxit. Vnde Iust[illegible] hoc corrigēs statuit, ꝙ filius & filia fratris, vocētur ad successionem patrui pariter. Item ꝙ germanæ consanguineæ filius & filia: & vterinæ filius & filia succedant, sublatis de medio [illegible] prosi[illegible] omnibus, statuens, ꝙ successio non in stirpes, [illegible] in capita diuidatur, & quod vterinæ filius in gradum legitim[illegible] transferatur, & [illegible] vocat iura agnationis, concludendo, qd [illegible] sororis consanguineæ vel vterinæ patruus & amitis pariter succedant in capita non in stirpes. h.d. Et no. quòd gl. dicit, quod hodie in stirpes. Tu dic, vt dixi in auth.

auth. cessante. vbi hunc articulum plene examinaui. Not. in hac l. de immortalitate generis humani, sic in Auth. de nup. in prin. Quod enim non pōt saluari in indiuiduo; natura (quæ generare non cessat) saluat in specie, ſm Arist. & eius Commentatorē 2. de anima. Secundo not. ꝙ lex non debet offendere naturam.
2 Tertio no. † quod generare fæminas si vitium est, vitium est generantis, id est patris. Quarto no. in successionibus æqualitatem hincinde seruari: vñ qualiter quis succedit, taliter succeditur ei.
3 † Quinto no. quod statutū, qđ derogat fæminis in succedendo. est iniuriosum. impropriē tamē loquitur, vt no. Cy. J. de adulte. l. j. No. ex hac l. in prin. quod illa lex est recte posita, quæ prospi-
4 cit humano generi. Not. † in ver. sed posteritas. *a* ꝙ solis filijs &
a filiabus defertur successio de iure naturali; sed vlterioribus gradibus descēdentibus ex filia, non debetur successio de iure naturali, quia non per legem 12. tabularum. Verius dicas, ꝙ ab intestato debetur hæreditas de iure naturali filijs primi gradus, nō vlterioribus, l. sed & si conditioni, §. nepotes, ff. de here. instit. Et hoc est, quod dicitur, ꝙ nepos sub omni conditione potest institui. hoc etiam patet, quia legitima succedit loco alimentorum, sed nullum animal alimentat nisi genitum proprium. qđ ergo dicitur in l. posthumorū, ff. de iniu. testa. & in l. Gallus, §. in omnibus, ff. de libe. & posth. est de iure artificiali, siue positiuo, non de iure naturali primçuæ intentionis. Ex testamēto autem considera, ꝙ magis est de iure naturali liberum arbitrium testatoris, quam successio filij; & ideo per primam iuris prudentiam filius poterat exhęredari iustę, vel iniuste, vt ff. de li. & posth. l. in
5 suis. Vel † dic; oēs successiones mundi esse de iure positiuo. & si q̄ dicantur esse de iure naturali, debet exponi de iure ciuili per suadēte naturali in coadiuuatione ꝯstituto, vt ff. de verb. sign. l. pronunciatio, §. familia. Et ideo cum omne ius ciuile sit mutabi-
b le, *b* valent statuta, quæ disponunt super successione filiorum & filiarum, & sufficit, ꝙ statutum habeat aliquod motiuum, licet non contineat ęquitatem, sed statuentiū voluntatem, & authoritatem. Porro vbi de nullius pręiudicio tractaref, omne statu-
6 tum valet, siue habeat in se rationes, siue non. † Item not. ibi & paterno vitio, patris vitio filium nō grauari, & illud est verum per viam punitionis; sed bene grauatur p viam indignitatis, vt superius. Item per viam contractus existentis istiua naturę, vt in feudo, vbi fælonia patris nocet filio, quando feudum erat apertum patri; secus si nōdum apertum, puta viuo auo, vt no. in c. 1. §. si vasallus culpam. si de feu. contro. suc. vbi videas. Sed nonne istud est contra naturalem rationem, vt in l. 3. ff. de interdi. & rele. Resp. non, quia filius debet venire tanquam hæres. si autem veniret ex propria persona, delictum patris sibi non noceret, vt l. an vitium. §. 1. ff. de diuer. & tempo. præscr. Et illud, quod dicitur, ꝙ dominus debet habere suæ iniurię vltorem, verum est in vita delinquentis, arg. in l. peto, §. prædium, ff. de leg. 2. Alij dicūt, ꝙ in feudo paterno nocet filio, quasi macula imposita ad radicem. Secus in feudo antiquo, cuius radix nō est vulnerata, & iō
7 pullulat adhuc, vt in c. 1. de natu. suc. feu. † In glo. sed quare. No.
c quod germanus *c* & germana dicitur frater & soror cōsanguineus & consanguinea. Frater autem & soror vterinus vterina, dicuntur non germani, quia germen attribuitur patri, nō matri quia actiuum passiuo dignius est. Lombardi vero referunt hoc nomē germanus, cum adiuncto, puta cusinus germanus, & tūc cum adiuncto significat fratrem patruelem secundum eorum vulgare. Sed si sine adiūcto proferatur significat fratrem carnalem eodem tempore natum. Item appellant patruum barbam, siue barbanū. Item filium filij appellant abiaticum. Item filium
d fratris in suo vulgari appellant *d* nepotem, & secundum communem vsum loquēdi debemus ita interpretari sermones prolatos in vulgari, sed prolatos in literali sermone debemus interpretari secundum artem literarum, vel secūdum grossum modum loqnēdi literaliter, vt ff. de leg. 2. l. liberorum, §. quod tamē Cassius, & not. sup. de dona. ante nup. leg. cum ante, per Cyn.
8 † Quæro, statutū *e* dictat, quod soror nō succedat fratri, nunqd
e videatur dictare, ꝙ econtra frater non succedat sorori? Respon. non, quia dato vno inconuenienti, nō debet dari maius. & hoc patet ex eo, quod hic recitatur de media iuris prudentia. nam staret statutum eius, nisi hęc lex vltra procederet, remouendo inconueniens. nam propter inconueniens lex est male posita, va-
9 let tamen donec corrigitur. † Quæro, *f* virum Iustinianus filio
f sororis tribuat veram agnationem? Respon. non, quia est contra diffinitionem agnationis, & sic aliud est ius agnationis. concor. J. eo. l. meminimus.

ADDITIONES.

a Sed posteritas. Vide in l. fi. inf. quo. bo. & quod infra sequitur.
b Mutabile. Vide Bald in l. 1. §. ius naturale. ff. de iust. & iure.
c Germanus. Vide tex. in l. contrari in duob. locis, quis autem dicatur frater & soror, vide Bar. in l. Lucius, §. quæsitum, de lege. 3.
d Appellant. Vide glo. in §. cum igitur, in ver. filios, in Auth. de non ali. secundo nuben. colla. 1. & per Bar. in l. si quis filiabus, cum l. seq. ff. de test. a. n. te. & in l. si quid earum, in prin. de leg. 2. & in l. liberorum, ff. de verb. sig.
e Statutum. Sequitur Pet. de Anchar. in cap. canonum statuta, in ver. vlterius pone statuto cauetur, quod soror. de constit. & idem dicit hic Pau. de Cast. qui dicit secus esse, si statutum affirmatiue loquatur, ut quia dictat, ꝙ uitricus succedat priuigno, cui de iure non succederet, l. uitrico inf. eo. seq. uidetur tacite disponere, quod priuignus succedat uitrico non ca. catibus alijs prosimioribus, uel eodem modo quo uitricus sibi, per illum tex. in uersi. cum enim, & c. statutum enim in uno de correllatiuis, habet locum in alio, l. si ab eo, sup. eo.
f Quæro. Vide quæ dixi post Bart. in l. 2. ff. ad Treb. & Bald. in l. proxi. & gl. in rubr. sup. unde leg. & Bal. in c. 1. an agn. vel fil.

LEX XV.

1 *Differentia emancipationis & patriæ potestatis sublata est respectu paternæ successionis.*
2 *Frater & soror vterini præferuntur omnibus remotioribus in successione.*
3 *Tutelæ deferuntur ad similitudinem hæreditatum.*

a **Meminimus.** Primo confirmatur *a* lex pręcedens. Secundo dr̄, ꝙ sicut per prætorem filius emancipatus succedit patri de iure prætorio: ita per hanc ꝯ-
1 stitutionem succedit de iure ciuili. † Et sic no. quod per hanc l. sublata est differentia emācipationis, & patriæ potestatis respectu paternæ successionis. Demum dicit, ꝙ ad fratrem successionem emancipati non vocabuntur, nec filij fratrum ad successionem suorum patruorum, quod corrigit, statuens, ꝙ filius & filia fratris sui emancipati, ad similitudinem suorum succedant patruis, sine aliqua diminutione. Demū dicit, ꝙ frater & soror vterini per hanc constitutionem consequitur ius agnationis, i.
2 similitudinem quandam, vt patet in verbo, tanquam, † & præferuntur omnibus remotioribus, & hoc propter gradus proximitatem, quia sunt in secundo gradu. Demum dicit, ꝙ in tertio gradu, idest in successione patrui, fratris & sororis filij sunt esequati. Deinde subdit, ꝙ si aliquis istorum renunciat, accrescit acceptantibus: sed si omnes renunciant, veniunt sequentes in
3 gradu, nō in stirpes, sed in capita. † Vltimo dicit, quod ad similitudinem hæreditatū deferunt tutelæ, & hoc vēdicat sibi locū, quo ad futuros casus. nā casus pteriti nouis legibus non reformātur.

ADDITIO.

a A. R. Primo confirmatur. Vide Lud. Ro. consi. 31. incip. uisa constitutione municipali, ubi all. Bal. hic, ꝙ si statutū ęquiparat ascendentes & descēdentes, & fratres, & postea statuit matrē excludi per fratres, ꝙ uī excludi p auū, ut de ibi.

1 *Existentia sui hæredis, non est penes emancipatum.*
2 *Fratres sunt in secundo gradu, secundum leges.*
3 *Tanquam dictio significat fictionem.*
4 *Ius accrescendi potentius est, quam successorium edictum.*
5 *Tutorem esse sit grauamen.*

a **§. Cum igitur.** † Ibi, ad suorum similitudinem. no-
1 ta, ꝙ emancipati *a* non sunt sui, sed similes, & similes non sunt idem, vt ff. de ver. sig. l. mortis. & ff. depositi. l. quod Nerua. & ideo nemo dixerit penes emancipatū fore existentiam sui hæredis, vt s̄. de col. l. si emancipati. In tex.
a ibi, tam proximo gradu. † Not. fratres esse in secundo gradu secundum ll. nam sicut duæ manus hominis nō sunt una manus, & dextra non est sinistra: ita impossibile est, ꝙ sint unus gradus duo fratres. Fallit quo ad matrimonia, quæ matrimonium non constat nisi ca duobus, vt s̄. l. proxi. in princ. In tex. tanquam si
3 consanguinei. † No. dictionem, tanquam, *b* quæ significat fi-
b ctionem. Et ideo si statutum facit mentionem da agnatis, non
c intelligitur de filio sororis. *c* Item non intelligitur de nepote *d*
d concepto post emancipationem patris sui. nam iste non agnascitur auo, sed fingitur agnasci. hoc dicit tex. in uersi. ad suorum similitudinem. & no. s̄. unde legi. l. qui se patris. in gl. j. hæreditatem. in princ. & patet Instit. de succes. cogna. 1. respon. & licet statutum trahatur ad ius commune: concedo, sed per ius commune modus iste signandi est approbatur, licet per quandam
e extensionem sit impropriatus. Item statutum *e* non pertinet ad fictionem, vt ff. de neg. gest. l. 3. §. hæc verba, quia ubi fictio, ibi nō est veritas terminorū. Non ob. ff. ad leg. Fal. l. j. §. lex Falcidia. quia ibi fictio non respicit ueritatem, sed eius confirmationem; nam fictio postliminij, & lex Cornelia tendunt ad ꝯfirmationem testamenti. ipsum autem testm̄ de se uerum est, & tanq̄
f verum respicit legis statutū. licet Bar. dicat, ꝙ ibi fictio passiua *f* non

ADDITIONES.

a Emancipati. Vide Bal. in aut. in successione, sup. de suis & legit.
b Cel. No. dictionem, tanquam. Adde istum in l. 1. sup. de her. inst. Bar. in l. pater, §. fi. de adq. Car. in cle. 1. in fi. extra, de usu. Panor. in c. ex parte, n. 11. & quod ibi posui in apost. in uer. dictio. tanquam, extra, de spo. dixi in addi. ad Phi. Fran. in cap. 1. in prin. in uer. de hac dictione, tanquam, extra, de sum. tri. & fi. cath. lib. 6. tenet Pau. de Cast. consi. 212. & Alex. consi. 29. alias est consi. 30. uol. 4.
c Filio sororis. Vide sup. prox. in fi. per Bald. & quod ibi scripsi. hoc sequitur Pau. de Cast. in l. §. fi. §. in computatione, sup. de iu. delib. ubi per hoc dictum dicit, qđ statutum licet debeat interpretari secundum ius commune, tamen hoc est uerum secundum ius commune ordinarium & regulare; & nō autem secūdum extra ordinarium, ut colligitur hic attento qđ per hanc l. extraordinarie inductum est, qđ filius sororis dicatur agnatus, & idem dicit Pau. de Cast. in d. §. in computatione, & Bal. in l. si auia, sup. de succ. edi.
d Nepote. Vide Bal. aliter dicentem in l. qui se patris, sup. unde libe.
e Item statutum. vide Bal. in l. omnes populi, & seq. ff. de iust. & iu.
f Passiua. Bar. loquitur de interpretatione passiua, non de fictione, uide quæ scripsi post Pau. de Cast. in l. 2. §. lex Falcidia, in lect. Bononien. hic alle.

non actiua, & aliquando Accur. fuit locutus isto sermone in alia materia, vt not.ff.de transac. l.qui cum tutoribus. in princ.
4 †No.tex.ibi, vt si qui ex secūdo gradu, &c. ꝙ donec superest aliqua persona ea secundo gradu, quæ possit venire per ius accrescendi, nunquam patet tertio gradui locus. vnde hic est expres-
a sum, a ꝙ ius accrescendi potentius est, ꝗ̃ successionum edictum,
5 †No.in tex.ibi, grauamini, ꝙ esse tutorem est grauamen.

ADDITIO.

a Expressum. Vide Bal.in l.i.sup.quando non pet.par.pe.accre.

Communia de successionibus, *Rub.*

LEX PRIMA.

1 *Soror non excludit fratrem emancipatum a successione fraterna.*

Scire. †Soror in potestate retenta non excludit fratrē emancipatum a successione fraterna, sed pariter succedunt, h.d.

LEX II.

1 *Tutor prioris consobrini potest conueniri ab agnato harede, ut reddat rationem tutela.*

5 **Si pater.** †Tutor prior consobrini potest conueniri ab agnato eius hærede, vt reddat rationem administrationis tutelę.h.d.

LEX III.

Vitrico. Maritus matris meæ mihi non succedit ab intestato. ratio dubitādi forte erat, quia uidebatur haberi loco parentis, vel saltem protectoris.h.d.

LEX IIII.

1 *Iura omnia loquentia de seruo habent locum in monacho in his, qua possunt adaptari.*

a **Seruus.** Seruo nemo succedit.h.d. Idem in monacho, a vt
1 in auth.ingressi.†Et vnum scias, secundum Inno. in c.cum olim.extra, de priuig. ꝙ omnia iura loquentia in seruo, habent locum in monacho, quod intellige in his, quæ possunt adaptari monacho, non in alijs, vt no.s̄.de pac.l.filius. Simile dicimus, ꝙ masculinum concipit fęmininum. verum est in istis, quæ possunt adaptari fęminæ. Secus in alijs, vt l. quisquis, ad filias, J.ad leg.Iul. Maiest. & J.vnde ui.l.si quis in tantam. per Butr. Item secus in his, quæ ratione carent.

ADDITIO.

a Monacho. Vide quæ in simi.no.in l.1.§ lex Falcidia, ff.ad leg.Fal.

LEX V.

Amitæ. Priuignus non succedit nouercę p se, sed p mediā psonam natorum ex ea, qui sunt fratres sui ea latere patris.h.d. No.quod aliquid consequor alio mediante, quod immediate consequi non possum.

LEX VI.

Auunculo. Auunculus præfertur fratri consobrino, quia auunculus est in tertio gradu, consobrinus in quarto.

LEX VII.

1 *Affinitas dicitur duplex.*
2 *Posthumus quo ad successionem, habetur pro nato.*
3 *Affinitas non potest esse, nisi aliqua persona mediante.*
4 *Vir sicut succedit uxori, an ita succedit socer nurui.*

Affinitatis. Affinitatis iure nulla successio deferī.h.d. Op. maritus & vxor sūt affines, vt ff.de ↄd. ob cau.l. qd Seruius. & iure mariti defertur successio vxori, & ecōuerso, iure vxoris deferī ei successio mariti, vt l.j.s̄.vnde vir & vxor. ergo regula falsa. Sol. vir & vxor nō sunt affines, sed ip-
1 sius affinitatis causa efficiens. †Scias tamen, quod duplex est affinitas, scilicet initiatiua per sponsalia puerorum, & consolidata siue consummata per verū matrimonium de præsenti, & neu-
a tra a istarum affinitatum in successionibus ponderatur. sed in matrimonijs sic, quia ex prima oritur quoddam īpedimentū, quod vocatur iustitia publicæ honestatis. Vnde si duo impuberes maiores septennio se desponsauerūt, & alter decessit, ille, q superuiuit, nō poterit cū aliquo attinente illius mortui usq; ad quartum gradum contrahere sponsalia, nec matrimonium, vt capi.1.de despon.imp.li.6. Sed ubi est affinitas solidata, siue per matrimonium fuerit carnaliter consummata siue non, istud proprie appellatur impedimentum affinitatis, & similiter obstaculum. verbi gratia Berta & Girardus contraxerunt matrimonium. Berta mortua est, Girardus non potest accipere aliquam cōsanguineam Bertę in vxorem usque ad quartum gradum .i. vsq; ad quartam generationem inclusiue non computata Berta, vt ext. de consangui. & affini. c.non dēt. & econuerso idem si decederet Girardus, & superuiueret Berta, nā & Berta non posset ↄhere matrimonium cum aliquo ↄsanguineo Girardi usq; ad quartū gradum. No. ergo a quatuor psonis incipere prohibi-
2 tionem. s. a spōso & spōsa, viro & uxore. Item no. ꝙ in hac phibitione, nō nati habenī pro natis verbi gratia, Girardus vult accipere in vxorē ↄsanguineā Bertę natā post triginta annos post mortem Bertæ; certe non potest, licet in materia successionum hęreditatum ille, qui non erat conceptus, habeatur pro nullo, vt no.in l.fin.sup.ad Orfi. Et no. ꝙ filius Girardi ea alia vxore, bene posset contrahere cum filia Bertæ ex alio marito, quia inter eos
3 nulla est affinitas. †Item no. ꝙ affinitas non potest esse, nisi aliqua persona mediante, & ideo non est inter vir. & uxor. ita dicit gl.no. Vel dic aliter, ꝙ nulla affinitas potest esse sine capite. caput autem affinitatis sunt vir, & uxor, sponsus, & spōsa, ad quos debet recurri tanquam ad stipitem affinitatis, & sunt sicut signum positum ad sagittam, & illis demptis a computo graduum, alij
b gradus successiue debent dinumerari. Pone, statutum b dictat, ꝙ causæ debent compromitti inter consanguineos, & affines, nunquid compromittentur inter virum, & uxorem? Vī ꝙ non,
c ut dicitur in ista gl. In contrarium, quia propter c unum quodque, & illud magis, arg. ad hoc.ff.de test.mil. quod constitutum. quod uerius puto, quia agitur hic de iurisdictione, quæ de facili prorogatur propter maioritatem rationis: nam propter publicā utilitatem, isti arbitri iudices sunt, ut s̄.de iudi. l.pen.in fin. Extra oppo. morte soluitur affinitas, & amor, ut ff.de re iudi. l. sed hoc ita: ergo falsum dicit hæc lex, scilicet, ꝙ affinis nō succedat non affini: qa deberet dicere nō affinis non cedit nō affi. Sol. hic cōsi-
4 derauit nomen & reliquias affinitatis. † Extra quæro, d nunquid
d sicut succedit uir vxori, ita succedat nurui; vel econtra. cogita-
e bis. Item nota, e ꝙ Aduocati Perusini dicebant, ꝙ statutum de compromissis inter affines cessat, si quæstio est inter priuignum & nouercā mortuo patre, qa sopita est affinitas quo ad omnia, pręterq̃ ad matrimonium, vt l.cui eorum, §.affinitates. ff.de post. & uera est eorum sententia, quia affinitas consumpta pro nullo habetur. Item si statutum diceret, ꝙ inter patrem & filium deberet fieri compromissum, & esset soluta adoptio, cessaret statu-
f tum, quia consumpta est qualitas. Casus f de quo hodie sum interrogatus. Clericus in minoribus declinauit forum Potestatis, deinde deposito habitu, & tonsura, accepit vxorem. Potestas iterum vult procedere, quia qualitas clericatus est consumpta, uidetur, ꝙ posset, vt in Auth. ut iud. sine quoque suffra. §. oportet. Secundo, quia depositus est a canone. In contrarium, quia suppositus est Episcopo, respectu pęnę, & respectu loci. s̄. de iu. om. iud. l.2. nec consideratur quo ad præterita, nisi tempus delicti, vt not.ff. de leg.1. l. nemo potest. quod uerius est.

ADDITIONES.

a Neutra. Idē dicit Bal. dicit Bal. in auth. præterea, sup. vnde vir & vxor. cum cōcor.
b Pone, statutum. Adde ꝙ tale statutum est fauorabile, secundum Bal. in l.qui se patris, sup. vnde lib. & ita etiam dicit Roma. in l.1. in prin. sup. unde vir. & vxor. Pet. de Anch. in cons. 175. incip. Apud me. & contrarium eius, quod hic dicit tenet Bal. in d.l.1. in princ. & Bart. in l.non ideo, sup. 2. de hęre. instit. & in l. quod Seruius, de cond. ob cau. ff. Roma. in d.l.1. tenet opi. Bal. hoc idem tenet Sal. in d.l.non ideo minus. & Pau. de Cast. in d.l.1. licet de Bald. mentionem non faciat, idem tenet Ful. hic.
c And. Barb. Quia propter. No. ꝙ si causa debeat compromitti inter affines, comprehenduntur vir & vxor. contrarium decidit Bald. in l.1. sup. vnde vir & vxor. tenet quod hic, eleganter dicit in l.cum acutissimi, ff. de fideicom.
d Extra quæro. Vide Bal. in l.1. sup. vnde uir. & uxor.
e Item no. Vide Bal. in l.fi. sup. de ver. sig. Bar. Bal. & Ang. in §. affinitates, hic alle. Pe. de Anch. in re. c. canonum statuta, de consti. in 35. char. in uer. quarto ulterius de uerbo, consanguineus.
f Casus. Adde, quod talis clericus gaudet priuilegio fori, in c.2. in uer. nullum, & ibi Dom. ext. de foro compe.
Cels. Casus. Ego in hac quæstione adhærerem opi. 2. quæ etiam est ipsa ueritas per ea, quę no. plene in addit. ad illum, licet, in casu omnino contrario, in l.1. nu.2. uer. & ista faciunt ad quæstionem, sup. an seruus ex suo facto.

LEX VIII.

5 *Causa testati prefertur causæ intestati.*

Antequam. Etiam si institutus sit ille, qui non est capax totius hæreditatis, sed partis tm̄, cā testati præfertur causæ intestati. hoc dicit. Quęro ergo, quid fiet de portione, quam non capit? Dic ut no. in leg.1. sup. de natu. libe.
5 † Oppo. & videtur, ꝙ causa testati p̄fertur causę intestati, vt ff. de hær. inst. l. si quis ita hęres instituatur, si legitimus. Sol. aut est institutus, & tunc loquitur hic; aut est substitutus venienti ab intestato, & tunc loquitur ibi. nam ꝓpter voluntatem testatoris, veniens ab intestato obtinet gradum instituti. Quęro, nunquid illa lex habeat locum si pater substituit vulgariter filio dicendo si filius meus ab intestato hęres meus non erit, talem substituo? gl. dicit talem substitutionem non ualere, quia suus est præteritus. Bat. dicit ↄ; quia filius est pręlatus, & nullam ex hoc patitur iniuriam, cum sit positus in pręrogatiua successione, per l. si qs cum, §. fi. ff. de vulg. substi. & per d.l. Gallus, in princi. nam certe iste non est præteritus a primo gradu; quia non est gradus testamenti. nec secundo gradu; quia qui potest excludere substitutum nuda voluntate, non dicitur præteritus. vt ff. de lib. & posthu. l. si posthumus a primo. §. quod vulgo. Si quis vult tenere opi. gloss. nullam aliam potest reddere rationem, quia testm̄ est factum preter iuris ciuilis regulas, cum semper filio sit necesse aliquid relinqui iure institutionis honoris causa, vt not. in leg. filium, in prin. ff. de leg. præstan.

LEX

LEX IX.

Ancillæ. Per contubernium, cum non cōstat matrimonium, successio non defertur. h. d.

LEX X.

1 *Tutor omnibus deficiētibus ī successione pupilli prefertur fisco & quādo*
2 *Pupilli. loquela non facit ius.*

Nutritoribus. Iure nutricationis successio non acquiritur. h. d. Opp. de gl. quę est de reg. iur. l. quo tutela. Sol. ibi non loquitur in simplici educatione, sed 1 in tutore, † qui omnibus aliis deficiētibus prefertur fisco quod intellige, si pupillus decessit in pupillari ætate, secus si postea, qa tunc non inueniret se in officio. Verius puto ipsum venire post fiscum: quia non est a lege cautum, q̄ præferatur fisco. Quæro, quæ erat rō dubitationis huius l. Respon. qa Bononiētes alumnantem vocant patrem, & alumnatum vocant filium, sed in 2 hoc non est vis, † quia populi loquela non facit ius.

AVTHENTICA.

1 *Consuetudo potest ligare peregrinos & aduenas.*
2 *Peregrini pro represaliis ciuitatis capi non possunt.*
3 *Vouentes facere passagium vltra mare, si in via decedunt, bona eorum non applicatur passagio.*
4 *Consuetudo præsens si tollatur, & futura.*
5 *Consules ciuitatis possunt deputare executorem in executione testamēti.*
6 *Superior quādo cessat consuetudinē, sufficit apponere clausulā generalē.*
7 *Princeps non potest priuare Duces feudo, nisi prius iudicentur indigni per pares.*
8 *Consuetudo cōtra iuris prohibitionem non valet.*
9 *Pœnæ qualitas debet esse secundum qualitatem culpę.*
10 *Dubium facti debet decidi secundum naturalem æquitatem.*

Omnes peregrini. Aduenæ & peregrini debent recipi ad hospitium, & habēt liberam potestatem testandi de suis bonis: & si decesserint intestati, ad hospitem nihil debet peruenire. Sed Episcopus dēt legitimis hæredibus bona eorum tradere, quibus non repertis, ea in pias causas expendere, hospitesque tenentur bona Episcopo assignare sub pęna tripli, non obstante aliquo statuto, vel consuetudine contraria. Et intestabiles fiunt, qui cōtra testamēta eorum præsumunt, impediendo, vel bona non assignādo puniuntur etiā criminaliter, prout reatus qualitas exegerit. h. d. & ista auth. est valde not. Casus. Decreto Principis cuiusdam prouinciæ continetur, q̄ creditoribus cuiusdam mercatoris cessantis & fugitiui, satisfiat per hūc modum, videlicet. Prima gratuitis. Secūdo vsurariis, quo ad sortem eorum tm̄, computatis vsuris in extenuatione sortis. & hoc non obstāte qualitate hypothecę, vel temporis pręrogatiua. Deinde mandat per nouum decretum, iustitiam sibi fieri, seruatis suis decretis & statutis loci: quę statuta disponūt hipothecarios præferri, sicut etiam est de iure communi. Modo quęritur, quid iuris; nam illa copula seruatis decretis & statutis, cadit inter contraria. Secundo vr̄ dicendum q̄ decreta præualeant, qa constitutio Principis derogat consuetudinibus, & statutis locorum, ar. huius auth. de naturalitate legis est, q̄ ab habentibus potestatē sit edita. de virtute, & obsone legis est, q̄ sit publice diuulgata de substātia cōsuetudinis est, q̄ inducentes consuetudinem habeant statuendi potestatem?

1 † Nunquid ergo cōsuetudo potest ligare a peregrinos & aduea nas. Hic est arg. quod sic; nam cum hoc sit speciale, ergo in contrarium est ius commune. dic q̄ non potest imponere necessitatem consensui. Sed circa res, quas secū ferunt, bene valet bona consuetudo; puta quod debent p̄ syndicum ciuitatis dispensari pro alimentis carceratorū. nam cum ibi morantur, perpetuo etiam ibi domicilio funguntur; sicut in simili etiā dicimus 2 in c. beneficium, de reg. iur. lib. 6. † Item est arg. in ista authen. q̄ aduenę & peregrini, vel eorum bona, non possint capi pro represaliis ciuitatis; quod verum est propter aduerbium, libere, qd̄ est in tex. Item not. q̄ omnia statuta subiacent legibus communibus, vt s̄. de test. leg. fin. & l. 2. vbi sena. vel clarissi. Item not. hic expressum, q̄ causa intestati regulatur secundum leges domicilij, non secundum locum, vbi quis moritur, puta si Perusinus moriretur Venetijs Item no. quod omnis cōsuetudo, quę dicitur trāsgressio, non valet, vt no. Arch. 11. distin. cap. in his, de his, in quorum natione tribuitur Imperatori actualis confirma 3 tio. 23. dist. c. In nomine domini. † No. quod illi, q̄ vouerūt facere passagium vltra mare, si decedūt in via, eorum bona non applicantur passagio, sed eorū hęredibus. & idem in quibuscunq; peregrinis limina sanctorum visitantibus. Item not. casum in ista authen. in quo succedit Christus, & non fiscus in bonis vacan- 4 tibus. hæc tamen auth. vr̄ loqui in bonis mobilibus. † No. quod b quando Princeps *b* intendit tollere rationem consuetudinis tanquam abusiuam, tollit consuetudinem pręsentem & futuram, vt hic, & l. 3. §. diuus, ff. de sepul. vio. nam non solum remouet statutum, sed inhabilitat statuētes, de hac paterna. no. Arch. 11. distin. cap. in his. & aliqn̄ consuetudo est in vno loco, & non in alio, & tunc inspicitur locus ꝯtractus. Fallit in dote tam promittenda, quam restituenda, vbi inspicitur domiciliū viri, vt ff. de ind. l. exigere dotē. nō dico sponsi, vt no. ff. de iu. om. iu. l. cū q̄dam puella. Et ideo si statutum disponeret de lucri inter sponsum & sponsam, nondum celebrato matrimonio, inspiceretur locus contractus. Et vnum scias, q̄ consuetudo, q̄ prior canonicus possit optare præbendam, quia est rationabilis, pręscribitur in ecclesia longo tempore. 12. dist. c. ꝯsuetudinis. per Arch. Not. q̄ aduenę & peregrini non debent ab hospitalitate repelli, ꝯcordat leg. 1. ff. fur. aduer. nau. cau. Not. quod omnes ignoti possunt testari: quia quilibet præsumitur testabilis & bonæ famæ. Not. casum, in quo episcopi sunt executores causæ intestati. Item not. quod vbi non reperiuntur hæredes, bona defuncti debent per diœcesanū loci distribui inter pauperes, vel in alias pias cās. 5 † Et no. quod Spec. de instr. edi. §. nūc vero aliqua, circa prin. ver. quid si testator. vr̄ dicere, q̄ Consules & cōsilium ciuitatis possunt deputare executorem super executione testamenti. quod in casu istius aut. falsum est: nam si nō valet statutū, nec ꝯsuetu- c dine loci, ergo multo minus decretū Consulum, vel Potestatis. Sed in aliis casibus dictum Spe. est verum & notabile. nō tamē officio episcopi potest derogari in his, quę sunt ad pias causas. Vlterius no. quod lex Imperialis potest cassare consuetudinē & statutum locorū, adeo quod nō excusant delinquētē a pęna, & d sic statutum inualidū d non excusat a delicto. quod tene menti. 6 † Item & aliud est hic notandū, quod qn̄ superior cassat ꝯsuetudinem & statuta, sufficit apponere gn̄alem clausulā, licet nō ape ponat tenorem statutorum. Et istud est no. dignum pro literis e 7 Papalibus, quę ad beneficia cōceduntur. † Consuetudo feudorum dicit, quod Princeps non possit priuare Duces, nisi prius p̄ pares iudicentur indigni. An Imp. possit statuere cōtrarium, & abusiuas facere dignitates; Respō. nō, vt in c. j. de natura feu. nā cōsuetudo, q̄ disponit in ipsum Principē, maior est ipso Principe, nisi consuetudo tendat ad euersionem vel quasi status Imperij. Spe. in tit. de instr. edi. §. nunc aūt. ver. fin. Pone casum. Fuit f facta q̄dam reformatio f ꝯtria statuto: tn̄ statutū ante & post fuit practicatū. Respon. cū reformatio non fuerit more vtentiū approbata, statutum præualet, quia nō dr̄ interruptum alias, quod semper viguit. 4. distin. cap. fina. per doctrinam Archid. Ibidem. 8 Item † quādo prohibitio iuris cōis importat necessitatē, nō valet ꝯsuetudo ꝯtra. v. g. non męchaberis. 19. distin. ca. de epistolis per g Arch. Vltimo g † no. q̄ qualitas pęnę debet esse s̄m qualitatē 9 culpę, si statutū, pōt interpretari sane. i. quo ad sanitatē verborū statuti s̄m ius cōe. Ita dēt intelligi idē in rescriptis. Priuilegium, aūt continens sensum iuris cōis non dēt cōfirmari vt priuilegiū 10 vt no. in Spe. de instr. edi. §. nunc autem. † Ecce q̄ in dubio de iure stamus iuri communi. Quid in dubio facti v. g. dicit statutum equus non redhibeatur, nisi sit bulsus. duo testes dicunt esse bulsum, alij duo ꝯtrium. Ius aūt cōe dicit in omne vitium occultū redhibendum. dico. n. in dubio p̄sumi esse in causa redhibitionis quia dubium facti debet decidi s̄m naturalem æquitatem. Item quia emptor est deceptus nedum in tanto, sed in toto pretio, qa nil valebat animal. l. in hac, ff. de tritica. & l. in actionib. ff. de in litem iur. in gl. ff. de ædil. edi. l. bouem, §. aliquando.

ADDITIONES.

a *Phi. De.* Ligare. Ad hanc quæst. uide omnino per Car. in cle. sæpe. §. & quia. 4. q. de verb. sig. & in c. ii. de consue. Et adde si uacat, Spec. titu. de consue. Et adde vnum notabile dictum Ang. in l. ea causa ff. de postu. quod licet consuetudo vnius territorij non porrigatur ad aliud territorium omnino diuersum, bene, tamen porrigitur ad aliud eiusdem territorij forum, quod est no. & uide ibidem Ang.
b *And. Barb.* No. quod quando Princeps. No. quod. tollens consuetudinem præsentē tollit etiam futuram. unde Bal. in l. dudum, supra de contrahen. emp. glo. fin. in cle. statutum, de elec. & c. 2. de re. eccle. nō ali. Doc. in c. cum dilectus. de consue. Ang. in repeti. §. ex non scripto. Insti. de iure natu.
c Nec consuetudo. In contrarium facit quod dixi secundum Pet. de Anch. post Bar. in l. cūctos populos supra de summa Trinitate, super q̄n statuta laicorum ligent clericos. vide in ii. quod no. Bal. in l. testamenta, supra de test. & Bar. in authe. hoc amplius. de fideicom.
d Statutum inualidum. Faciunt no. per Bal. in l. iuste, in fi. ff. de acquir. poss. & uide Bal. in auth. nauigia. supra de fur.
e Literis. Vide Bal. in auth. nauigia. supra de fur. & Bar. in extrauag. ad exprimendū.
f Reformatio. Sequitur Petrus de Anch. in c. canonum statuta. in uer. quarto vlterius facta fuit, & de consti. & no. in c. 1. de treu. & pace.
g Vltimo. Sequitur Pet. de Anch. in c. canonum statuta. vbi supra.

LEX XI.

Sancimus. Hęc lex ex toto corrigitur præterquam in eo, quod dicit, consanguinei ad paterna, vterini ad materna, bona veniant, vt statim dicam in auth. itaque, & ibi per Cyn.

AVTHENTICA.

1 *Transuersalium sunt tres ordines.*

Itaque. Coniuncti ex vtroq; latere, pręferuntur in omnibus bonis coniunctis ex vno latere tantum, hoc dicit. Quæro, quid si non extant coniuncti ex vtroque, puta vnus ex patre tantum, alter ex matre tantum? Responde, secundū gl. in bonis lineę paternę, paternus, & in materna, maternus frater. In reliquis succedunt pariter. prima duo membra probantur in l. de emancipatis, s̄. tit. j. Tertium membrum probatur: qa sublata est differentia agnationis, & cognationis. hoc clarius not. ...

per Cyn. in magna disp. vt plurimum collecta ex dictis Domini Dy. habes etiam glo. magistram Insti. de ser. cognat. §. toties. sed illa glo. non est per omnia perfecta. † Et in summa no. tres ordines transuersalium, de quibus per ordinem dicit in auth. cessante, cum duabus auth. sequentibus. Et est quidam ordo anomalus videlicet inter fratres consanguineos tantum, & vterinos tantum, in quo (vt dixi) inspicitur; vnde bona; de quibus est quæstio, habuerunt originem, vt supra eo. l. fin. Quæro, si omnes sunt vtrinque coniuncti, quare nulla prælatio est inter eos? Respondeo, quia in natura pari nullus debet alteri præferri.

De bonis maternis. *Rub.*

LEX PRIMA.

1. *Administratoris legitimi officium quod sit.*
2. *Pater super bonis filij a matre delatis in retinendo transigere potest.*
3. *Pater in causa filij an possit constituere procuratorem.*
4. *Pater rem filij potest in iudicium deducere, & non alienare.*
5. *Pater habens administrationem bonorū filij, debet dare fideiussorem.*
6. *Præscriptio non currit impedito.*
7. *Vsusfructus si est filio legatus, pater est legitimus administrator.*
8. *Filius si est maior infante, quo ad administrationem suorum bonorum an consensus eius requiratur.*
9. *Pater si est minor 25. ann. an pro filio possit esse in iudicio.*
10. *Pater si est absens, filius agere poterit.*
11. *Vsusfructus actionis personalis quid sit.*
12. *Filius sicut dicitur hæres proprietarius, ita eius pater dicitur vsufructuarius hæres.*
13. *Expensæ per maritum factæ in iudicio, non minuunt dotem.*
14. *Capitulū tenetur facere expensas cū prosequitur electionē prælati electi.*
15. *Procurator p verba mādati, an possit facere quicquid posset facere dñs.*
16. *Vsusfructus an acquiratur patri in emphyteusi vxoris, quæ peruenit ad communem filium.*

RES quæ. In delatis filiofamilias a matre, pater acquirit vsumfructū & administrationē, sed nō alienandi potestatē: unde emptori tenetur de euictione, & filio uendicanti præscriptio nō obijcitur. h. d. In tex. ibi pñte. l. administratoria. In tex. ibi, dominio id est nuda proprietate. † In tex. ibi, patētes autem. not. quod sit officium legitimi administratoris. Item nota, ꝙ pater est legitimus administrator ratione vsusfructus. Item not. ꝙ potest constituere procuratorem in iudicio. Item no. ꝙ sumptus litis debet facere de fructibus. In tex. ibi, vel ignorans, no. ꝙ ignorantia emptoris, non officit filio proprietatem habenti. In tex. ibi, docere, nota ꝙ ille, qui vendidit rem, debet probare suam esse. In text. ibi, fideiussorem, no. fideiussorem dandum emptori, quando de iure tenetur, & imminet euictio. In tex. ibi, nullam præscriptionem, no. ꝙ donec viuit pater, qui de facto alienauit, filio præscriptio non decurrit. Idem in Prælato: quia eo viuente, qui dereliquit, præscriptio Ecclesiæ non decurrit. † Quæro, an pater possit transigere? Rñ. sic in retinendo: sed in dando rem filij est secus, vt hic. Sed nunquid pt transigendo promittere rem non petere? Rñd. sic, si dñium non est liquidum, vt s. de transac. l. præses. Nam qui remittit litem, & controuersiam, non tenetur satisdare de euictione, nec possessorem cōstituit dñm, etiam si ipse sit dñs, qui taliter promisit, nisi iura sua cedat, ut no. s. de transact. l. siue apud acta, in gl. dī pendere. adeo quod nec tenetur transferre vsucapiendi cōditionem, quia non dat titulum possessori, sed solam exceptionem præstat: & sic remittere litem non est dare, ut no. in d. l. siue apud. supposita habilitate datoris Bal. † Opp. dicitur hic, ꝙ pater potest constituere procuratorem in iudicio. contra, s. de procur. l. neque. Sol. dicit gl. ꝙ hæc l. intelligitur secundum illam, videlicet, ꝙ constituat procuratorem, postquam pater est effectus dominus litis, post litē conte. & non ante. Et est ratio, quia ad iudicia ante lit. conte. nemo constituit procu. nisi suo nomine habeat actionem, ut ff. de iniu. l. sed si unius. §. procuratorem, & patet in diffinitione procu. ff. de procu. l. 1. in prin. quia ante lit. contest. non est iudicium, siue firmata persona in iudicio. Per. dicit, ꝙ etiam ante lit. conte. quia plus iuris habet pater, q̃ tutor. Spe. dicit, ꝙ si pater litigat de suo vsufructu, ꝙ potest constituere procuratorem quandocunq;, sed si litigat de proprietate, & sic de mero iure filij, non pōt, nisi post lit. cont. & tu pone exemplum, ff. de vsufr. l. cuiuscunq;. §. si fundus. Iac. de Arez. & Cyn. tenent idem, quod Pet. quod est verius: quia pater censetur procurator in rem suam, vel verius missus in rem suam, & filij. Item quia non solum habet mandatum, sed aliquid plus. i. commodum, & sic non solum habet mandatum formale, sed causale. i. coniunctum cū dominio vtendi, & fruendi. alias sequeretur ꝙ filius posset præiudicare patri in iure patri quæsito, contradicendo procuratori patris, quod est absurdum, vt s. de pac. l. filius. Item hēt pater gñale mandatū cum libera, & plenissima a lege, in quo mandato includit, ꝙ posset pcuratorē cōstituere, vt no. in fin. ff. de iur. omn. iud. l. solet, & text. est hic, q̃d tene menti. Secundo opp. dr hic, ꝙ pater non potest alienare. tamen potest rem in iudicium deducere. Contra. nam lege cauetur, ꝙ ille, qui non potest alienare, non potest agere, vt ff. de in. deli. l. ait prætor. Sol. quidam sunt, qui non possunt alienare, nec administrare, & sic loquitur contrarium. Quidam sunt, qui nō possunt alienare, & possunt tamen administrare; & tunc aut possunt administrare pro proprio interesse, & constituunt procuratorem etiam ante lit. conte. vt hic. & idem dico in episcopo, qui tanquam pater pauperum exequitur testm̄, quia loco domini censetur. Quidam sunt simplices administratores, & isti post lit. cont. possunt non ante. s. ad iudicia, sed ad negotia quandocunque, vt ff. manda. l. si procuratorē. §. j. Vel dic vno verbo, ꝙ qui non potest alienare suo nomine, non potest agere suo nomine, vt in prio. sed alieno, vel suo & alieno sic, vt hic, & J. tit. 1. l. cum oporte. §. cum autem in prin. in verbo, suo nomine. Et quia vsusfructus non consistit in priuationib. sed in acquisitionibus, vel retentionibus, ideo pater in his quæ ordinantur ad agendum, defendendum, est legitimus administrator, vt hic, & no. J. tit. e. auth. excipitur, & l. 1. §. si filio. ff. commo. Sed in alienando, vel obligando, nisi ex hoc correlatiuo surgat melior vtilitas, s. de iure delib. l. si infanti. † Tertio opp. dicitur hic, ꝙ pater debet dare fideiussorem nomine euictionis. Contra, ff. de præto. stipu. l. 1. §. stipulatio duplæ. Sol. hoc ideo, quia euictio imminebat. & hoc erat liquidum, vt no. in l. habitationum, §. fi. ff. de pericu. & commo. rei ven. & Institu. de suspe. tuto. §. suspectus, & ff. de excep. doli. l. pater, §. ex quadrante. Modo quæro hic, emi fundum, qui mihi traditus est, quem possideo, & fructus percipio, & vēditor petit pretium. Ego dico, ꝙ imminet euictio, & lis est mihi mota: nunquid teneor ad vsuras pretij? & videtur. ꝙ sic, quia non est æquum vt fructus lucrer, & pretium non soluam, vt s. de actio. em. p. l. curabit. Solu. aut venditor offert fideiussorem, & teneor ad vsuras pretij; aut non, & tunc, quia non sum in mora, & vsuræ non veniunt nisi ex mora. Imputet ergo sibi venditor culpā suam, quia in mora est non offerendo fideiussorem; nec est absurdum, ꝙ faciam fructus meos, quia ex re mea. † Opp. dicitur hic ꝙ impedito non currit præscriptio, contra, imo currit, sed datur restitutio, vt ff. de ser. rest. prædio. l. & Aristicinus. Sol. ibi in impedimento facti, hic iuris, secundum Pet. dic, ꝙ si quis impeditur rem in iudicium deducere, non currit præscriptio, vt hic. Secus si non impeditur rem in iudicium deducere, vt in contrario. † Quæro si filio legatus sit vsusfructus, an pater sit legitimus administrator? Dicit Azo. J. tit. in summa, quod sic, quia pater vtilitatem habet, filius formalitatem, & ideo concludendum est, ꝙ pater sit legitimus administrator non solum, quia habet vsumfructum, sed quia habet commoditatem solam. quod est nota. † Quæro, si filius est maior infante, vtrum requiratur consensus filij? Quidam Doct. dicunt ꝙ sic, argu. ff. de proc. l. filiusfamilias, §. sed & filia. & J. tit. 1. l. cum non solum: Ita no. magni. Doc. extra de procu. c. accedens. Tu dic, ꝙ solus pater sufficit, quia litera dicit, ꝙ omnia potest agere tanquam, id est sicut, si haberet solidum & perfectum dominium, & quia non minor est pater tutore. Sed an ipse satisdet de rato? Dic ꝙ non per istam literā, quia cogetur filius habere ratum. hoc not. institu. de satis. §. eadem. † Quid si pater est minor 25. ann. Respondeo, aget cum auctoritate curatoris, & cauebit, ꝙ in integrum restitut. non petet vt l. 3. ff. rem ratam hab. vel dic vt ibi. † Quid si pater abest, nunquid filius potest agere? Tu dic ꝙ sic, si est legitimæ ætatis, vt s. de colla. auth. quod locum. Item debet cauere de rato, vt ff. qui satisd. cogan. l. filiusfamilias. Sed contra hoc opp. quia habens actionem suo nomine, non cauet de rato, imo releuat alium, vt Inst. de satisd. §. si vero. Sol. illud verum, qñ suo nomine hēt plenam actionem. quod hic non est, quia ad patrem pertinet vsusfructus. † Quæro, quid est vsusfructus actionis psonalis? Respondeo, interesse, quod accedit ratione moræ, vt s. de act. emp. l. curabit. & ff. de verb. signific. l. vsura pecuniæ. † Quæro, an sicut filius dicitur

---

ADDITIONES

a Celsus. Est legitimus administrator. Adde hoc esse verum, nisi sit turpis, vel infamis persona: ita notat Bar. in l. si cum dotem, §. eo autem tempore, ff. Solu. matrimo. & in l. 2. ver. item quæro id, quod dicitur. de vulg. & pup. & alle in l. humanitatis, de impu. & alijs subst.

b Donec. Limita vt per Bal. in auth. nisi inf. eo. Item. limita in acquisitis filio, vt hic, secus autem in acquirendis, quando ad talem acquisitionem non requirebatur actus iudicij ordinarij, l. cum ibi no. sup. qui admit.

c Quæro, an pater possit. vide per gl. in l. de re, ff. de transact.
Celsus. Adde Azo. in Summa, de bon. quæ lib. Bar. & Doct. in l. nulli. & illum in l. præses, de transa. sup. & Lanfr. de Oria. in suo tract. de arbi. par. 3. q. 5.

d L. siue apud. Adde in ver. pendente, iuncta gl.

e Opp. Adde Bal. & Ang. in l. sicut, inf. de præscri. 30. anno.

f Filius. Vide quæ hic scripsi post Bar.
Ant. Barb. Quæro, si filius. Vide Ang. & Doct. in l. si. §. pupillus, ff. de verb. obl. & Ang. in l. 1. ff. de procur. vbi tenet contra hanc gl. & finaliter illam falsat. vide omnino.

g De rato. Vide in l. si. §. nolente, inf. tit. seq. & quid econtra, vide inf. proxi.

h Abest. Vide Bald. in l. si cum dotem, §. si pater, ff. sol. mat.

dicitur proprietarius hæres, ita pater posset dici vsufructuarius hæres, seu successor vxoris? Et est ar. ꝙ sic, Inf. eo. l. pe. cõtrarium dico, quia non a se, sed filio mediante capit, vt ff. de lega. 2. l. cum filio, & ff. de vulg. sub. l. qui liberis, §. fin. Et no. ꝙ hæc lex inducitur in argum. ad tres quæstiones. Prima quæstio est. Pater habẽa duas *a* filias, quæ erant hæredes matris suæ, maritauit primo vnam, & dedit ei in dotem quartam partem hæreditatis: deinde maritauit aliam præsente prima, & eius viro, & dedit, & tradidit ei residua bona materna, illa tacente, vel non audente contradicere: demum mortuo patre, ista vendicat partem suam, quæritur nunquid possit? Dicunt Doct. ꝙ sic, per illam literam, quæ dicit, ꝙ silentium non nocet filio, viuo patre. Sed ꝯ eorum determinationem est gl. *b* ordi. sup. de pact. l. cum proponas filios. Sed illa gl. cõiter reprobatur. Et ego plus dico, ꝙ silentium pp patris reuerentiam interueniens, potius reputatur cõtradictio, quam consensus. ista est gl. no. *c* & singu. in l. 1. §. quæ onerandæ, ff. quarum rerum actio non datur. † Secunda quæstio *d* est, maritus accepit in dotem quandam hæreditatem, pro qua oportuit longo tempore eum litigare, nunquid istæ expensæ minuant dotem? Glo. ordin. dicit ꝙ non, quia videtur tacite actum cum viro, ꝙ omnes sumptus faciat de propria bursa, ita dicit gl. sing. in l. 1. ff. de impen. in re. dota. fac. Nec obst. ꝙ expensæ factæ in dote minuant dotem, quia istæ expensæ non sunt factę in corpore dotis, sed in iudicio. Barto. dicit contra: quia minus non solum dicitur in re, sed in actione propter sumptus litis. ista est gl. ordi. š. mãd. l. per diuersas. Solu. distingue, aut vir percepit aliquos fructus dotis: & tunc eatenus debet expendere de fructibus, & non repetit. text. est hic in ver. sumptus ea fructibus impigre facere. si vero non percepit aliquos fructus, tunc est uera opin. Barto. nisi forte sit facta modica impensa. & si tu dicas, impensæ non sunt factæ in corpore dotis. istud est falsum: quia corpus dotis est quoddã vniuersale, sicut hæreditas, & peculium, vt sup. de iure deliber. l. fi. §. in computatione, vbi est casus. Inducitur etiam ad tertiam quæstionem. † Capitulum *e* tenetur facere expensas, cum prosequitur electionem prælati electi in concordia. pone ꝙ ea consuetudine capitulum lucratur fructus spiritualium, sed non temporalium ecclesiæ vacantis prælatus repetit fructus: capitulum vult compensare cum expensis factis in prosequutione electionis, quæritur quid iuris? Pet. dicit posse compensare. Tu dic contra, quia electo prælato non vacat ecclesia, vnde fructus percepti tempore vacationis non concernunt litem prosequutæ electionis. † Inducitur etiam ad quartam quæstionem: nunquid *f* per hæc verba mandari, ꝙ possit facere procurator, quicquid posset verus dominus, an dictus procurator possit vendere, vel donare? & dico, ꝙ ista verba intelliguntur secundum qualitatem officij, & administrationis, non dilapidationis: & ideo non potest donare, nec apponere i contractu renunciationes gratuitas, sed vniuer negotia domini gerere potest citra speciem dilapidationis, & in his consideratur utilitas domini, non ipsius procuratoris, ut in l pen. ff. si quis cau. l. creditor, § fi. ff. mandati. & ff. quod ui, aut clam. l. postidere. §. plane, & sup. de pact. l. tale pactum, & l. pręses. sup. de transac. ff. de verb ob. l. qui Romæ. §. Callimachus. in fi. & ff. de pact. l. contra iuris, §. fin. † Quæro, an ille usufructus acquiratur patri in emphyteusi uxoris, quæ peruenit ad cõmodum filij? & uĩ ꝙ non, quia esset usufructus. Item quia alienari non pt. Item quia iure mariti non succedit, in Auth. de nõ alien. *g* §. emphyt. Sol. dic, ut dicam in auth. ideo est, j. de bon. quæ lib.

ADDITIONES.

a Pater habens. Vide latius per Cyn. hic.
b Gio. Per istam gl. videtur tex. in l. vxorem, §. testamento, & quod ibi gl. Bar. & Do. de lega. 3.
c Gl. no. Adde gl. in l. filius, §. inuitus. quam ibi ponderat Bal. l. j. ff. de procura. scripsi post Imo. in l. si cum dotem, §. eo autem tempore, ff. solu. mat.
d Secunda quæstio. Vide gl. in l. 1. ff. de impen. in reb. dota. fac.
e Capitulum. Vide Cyn. hic latius.
Celsus Adde illum, & Panor. in c. vt præteritæ. ver. in gl. ibi, vel alias, extra, de elec. dixi post Panor. in c. bonæ, la 2. num. 28. in ver. in stipendio eod. titu. Mandagotus plene in suo tract. de elect. par. 3. q. 58. & ibi in gl. & adde ad ipsum in ver. pertinentibus, & per Berth. de Fermo in tract. de episc. par. 4. lib. 3. q. 39.
f Nunquid Adde l. procurator cui generaliter libera. & ibi Doct. ff. de proc. & Bal. in l. si procurator, sup. de procurat.
g Aut. idem. Pone etiam in l. cum oportet. inf. de bo. quæ lib.

AVTHENTICA.

1 *Dominium acquiritur per præscriptionem.*
2 *Præscriptionis exceptio impedit processum, vbi per præscriptionem quęritur directum dominium.*

Nisi tricennale. Ista aut, dicit expresse, ꝙ possessor dicitur dominus cõpleta præscriptione, quę tamen non currit filio in potestate posito. hoc dicit, sed istud ultimum intellige, si pater habet usumfructum, sed ubi pater non habet usumfructum, filius habet plenam administrationem in iudicio, & extra, saltem patre requisito, & ideo filiofamilias *a* legitimę ętatis bene curreret pręscriptio, ut supra de collatio. auth. quod locum. Sed quid dices, si statutum dictat, ꝙ oĩbus currat p̃scriptio, qui sua debita non exegerint intra decẽ annos: nunqd currit filiofamilias? & vĩ ꝙ sic, vt extra de resti. in integrũ. c. constitutus. Cõtrarium est verum, *b* quia illa regula, ꝙ impedito agere nõ currat præscriptio, est regula naturalis: quia vbi non est negligentia, non dẽt esse pęna: & iõ habet locũ etiam in statutis. † Modo quæro, *c* nunquid sit verum, ꝙ per pręscriptionẽ q̃ratur dñium? Martu. dicit, ꝙ sic. Bal. dicit, ꝙ quęritur vtile, non directum. Canonistæ dicunt, ꝙ acquiritur uerum dominium: & quia verum, ideo perfectum. Hãc opinionem tenet Pet. quia per præscriptionẽ seruitutis acquiritur dicta seruitus, vt ff. si serui. uen. l. si quis diuturno. ergo per præscriptionem rei acquiritur directum dominium. Item pone, ꝙ vnus habeat vtile dñium, alter directum, certe illud directum põt præscribi s̃m Petrum. Alij dicunt, ꝙ si apud eundem est plenum dñium, præscribitur vtile; sed si penes diuersos, præscribitur directum, ne p̃scriptio sit inutilis, s̃m Ray. de Forl. Guil. de Cun. tenet gl. per l. si duo patroni, §. Iulianus ait. ff. de iureiur. vbi dicitur, si quis iurauit fundum suum esse, post longi tpis præscriptionẽ habet vtile in rem. ergo habet vtile dominium, nõ directum. Et hoc probatur tali ratione. dominia sunt de iure gentiũ, sed præscriptiones longi tpis sunt de iure ciuili, quod non potest tollere ius gentiũ, sed effectum eius. Item seruitutes, quę sunt de iure gentium, vt Instit. de vsucap. in fi. non quęruntur directę, sed vtiles, vt l. 1. de aqua plu. arcen. & hoc tenet Bar. vel posset distingui. *d* Aut est p̃scriptum contra scientem, & patientem, & tunc quasi, alias tanquam ex tacito, consensu eius quęratur directum. Aut ꝯ ignorãtem, & tũc vtile, quia non interuenit ꝯsensus, *e* nec silentium, ꝙ habeatur pro consensu, & sic dñium directũ, quod est de iure gentium, non est sublatũ. Porro si pręscriptio interuenit ad corroborationem consensus, tunc quæritur ius directum, vt l. fi. de his, quia non domi. & in l. bello, §. si qs seruũ, ff. de capti. & postli. reuer. & no. in l. 2. sup. qđ met. cã. de præscriptione aũt longissimi tpis, dic vt j. de p̃scr. trig. ann. l. si quis emptionis. † Ex p̃dictis infero talem cõclusionem, ꝙ vbi per p̃scriptionem quæritur directum dñium, exceptio præscriptionis impedit processum, qa agẽs nõ potest actionem edere, vt quia est exceptio litis peremptoria: secus si est præscriptum utile dominium quia agens potest edere directam in rem, super qua potest fundari litis cõtestatio. vel dic ut no. ff. de præscr. longi temp. l. emptor.

ADDITIONES.

a Et ideo. Idem tenet Bar. & Ang. in l. 1. inf. de ann. excep.
b An. Bar. Cõtrarium est verum. illud sequitur Pet. de Anch. in c. canonum statuta, ver. occurrunt aliæ quæstiones, de constitut. & facit ad no. per Bar. in l. fi. sup. in q. cau. in integ. rest. non est necess.
c And. Bar. Modo quæro. An præscriptione quæratur dominium, vide plene Sal. in l. traditionibus, sup. de pact.
Cels. Adde quod no. ibi in apo. ad Bar. in ver per præscriptionem, ad princ. & ibi etiam notans post illum in addit. ad eundem.
d Posset distingui. Hanc opi. reprehendit in c. fi. extra de præscrip.
e Consensus. Vide Bar. in l. fi. sup. in qui. cau. in int. g. restit. non est necess.

LEX II.

1 *Vsusfructus finitur patria potestate finita.*
2 *Extensio ad quid est necessaria.*

Quicquid. Iure ptãtis ita quærit vsusfructus auo paterno in bonis obuẽtẽtibus aliena materna, sicut patri sub lata alienandi ptãte, & morte finitur vsusfructus. h. d. † Et no. *a* ꝙ Plac. intellexit, ꝙ morte filij, quia cum finita est patria ptãs, finitur usufructus. Sed ꝯtrium est uerum, quia ex quo q̃situs est patri, durat in uita patris. quod est notãdũ. Sufficit ergo patria ptãs in initio acquisitionis, nec requiritur eius p̃seuerantia. Sed nunquid idem dices, si per monachũ est acquisitus vsusfructus monasterio, & duret mortuo monacho? Rñ. nõ, nisi esset relictus contemplatione monasterij. textus est no. in l. fi. š. de vsufru. Et no. hic, ꝙ pater in vsufructu non hẽt successorem & filium. † Quęro, ad quid est necessaria extensio *b* huius legis, quia l. j. š. eo. loquitur de oĩb. q̃ deuenisit filijs a matre. ista extendit se ad genus maternum. cum. n. nomina filij contineantur oẽs descendentes, satis videbaĩ esse prouisum per l. 1. sup. eo. Sol. non est ita, qa qñ lex derogat iuri alterius, noĩe filij non continetur nepos, & noĩe matris nõ continetĩ auia. vnde cum l. 1. š. eod. veniat in derogationem tam legis antiquę, quę disponebat, ꝙ quicquid filius acquirebat, acquireret patri iure patriæ ptãtis, q̃ etiam in derogationem iuris paterni, fuit necessaria huius legis extensio quod est notandum.

ADDITIONES.

a Philip. Dec. Et nota. Vide quod scripsi ex sententia gl. contra istum, & Plac. in l. si quis, sup. ad Treb. ad fin.
b Extensio. An appellatione matris veniat auia, faciunt no. per Bar. in l. liberorum, ff. de ver. sig. & per Bal. in l. quod vero, ff. de legi.

LEX III.

1 *Pater acquirit vsumfructum virilem per filium emancipatum, succedentem matri.*

Pater

2 *Pater si donat filio in casu emancipationis, an requiratur insinuatio.*
3 *Filius deterioris conditionis esse non debet, quam nepos.*
22 liari, vt accusatio furti:quia disputatẽ de bonis aduẽtitijs.† Quæro vna cum gl. an coram arbitro possit filius procedere sine consensu patris? Respondet glo.quod sic:nã cũ in cõpromisso non cõtineatur pater;ergo nõ habet iudicium validare, vel inualidare. Item quod iste §.nõ loquatur in compromisso,apparet,quia dicit necessitate per officiũ Iudicis imponenda cõsentire filio. sed hoc non potest arbiter, quia est extra personas compromittentium. Item quia processus arbitri non est processus autorizabilis,vt l.1.sup. de arbi.Sed pone, duo sunt statuta in ciuitate, vnũ, q̄ filiusf.non possit se obligare sine consensu patris, aliud, q̄ oẽs cãæ dẽant cõpromitti,nunquid filiusfam. poterit compromittere sine consensu patris? R.s. sic,quia statutũ de compromissis est magis speciale. Item quia compromissum potest fieri his verbis,compromittimus in talem, nulla obligatione intercedente, sicut mandatum, & prorogatio iurisdictionis, & hoc est quod

23 vocatur compromissum nudo pacto, vt §.de arb.l.pen.† Subse- g quenter quærit glo.quo tempore *g* debeat pater cõsentire filio? Respon.sufficit,q̄ consentiat tempore litis conte. ut in §. eo autẽ tempore.nã tunc forma iudicij deducitur ad suum esse p tres personas substantiales. Item si pater dicit consentio lit. contestationi,sufficit pro tota causa,vt ff. de procur.l. qui procuratorem

24 dat,quia iudiciũ est in diuiduum,vt qui partem tangit,totã tan- h gere videtur,nisi haberet limitatum mandatum.† No.q̄ cõsen- i sus semper pręsumitur *h* esse de substantia, sed non consilium, vt no. Archi.18.dist.ca.Episcoporum. Item authoritas, licentia, &

ADDITIONES.

a Celsus. Nunquid filiusfa. sit integer homo in iudicio. Adde istum in conf.93.uolu.3.& 512.eod.volu. Raph.Fulg.consi.103.in prin.& Bartho.Socin.in sum.tract. fallen.reg.151.

b Litis contest. Vide infra & Bar.in l.1.3.op.supra qui admit.& hic in uersi. quæro, quo tempore,& Bal.inf.in uer.subsequenter quærit gl.quo tempore.

c Consensus patris. Vide Bal.in auth.quod locum,supra de colla.qui aliter dicit. Celsus.Adde Guil.de Cu.hic,nu 4.& quod illum posui in apost. ad ipsum in uer. sine consensu patris,& dixi etiam hic in addi.ad Bar.nume.9.in uers. contrarium dixi post Dy.in reg.decret.in uers.consentiente,& in apost.ad Collec.in ca. accedens,nu.2.in uer.in castrensi pecu.de procu.

d Mentitus. Vide Pau.de Cast.in consi.172.

e Præceptum guarentigiæ. Vide Bar & alios,in l.error,supra de iur.& fac. ign.

f Statuti. Vide quod sequitur,& Bar.in l.cum filius,in prin.ff.de uerb.obl. Imo.in l.pe.§.ad crimen,ff.de publ iu.in uer. item extra q' uidetur obstare huic,§.

g Quo tempore. Vide Bar.sup eo & cum gl hic transit Ang.in l.licet,ff.de iud.& Albe in 3.par.statu.q.62 in fi contra Bar.hic.

h Præsumitur. Vide Bar in repe.l.1.§.si plures,ff.de exercito.

i Celsus. Sed non consilium. Et ideo est,quod quamuis consilium requiratur a legis consuetudine,uel statutorum,si tamen non interu. niat, non reddit ipsum actum nullum,ita nota.iste in rub.de instit.uers.sed hic quæro,& in c.2. in tit. de feudo sine culpa fiam.& dixi plene in addi.ad Panor.in c.fi.nu.7.in uers.consi.prius uo petito.extra de eccle.ędif.

& decretum semp præsumuntur esse de substantia, vt ff. de rebus eorum l. magis puto. §. si es. & no. per Barto. ff. de aqua plu. areen. l. si autem. a Modo pone *a* quod pater non consensit tempore debito, sed postea ratificat, vtrum conualescat processus, glos. dicit q non: quia pater non potest ratificare, quod suo nomine non est gestum. Considera, quod duplex est ratihabitio. s. attributiua, quæ ratum habenti tanquam principali negocium 25 attribuit; & tunc loquitur regula. Alia † validatiua; & tunc potest quis validare, q suo nomine non est gestum, sic ff. de pig. l. si fundus. §. primo & ita videtur hic ualidari, sed certe oportet q pater hic faciat iudicium suo nomine, & authoritate: & ideo sumus in prima specie ratihabitionis. ista ratio est falsa quia nomine patris non uentilatur istud iudicium. Itẽ quod est fundit⁹ nullum, non potest conualescere, vt no. Inno. in c. prudentiam. de offi. dele. Item non est seruata forma iudicij in personis legitimis, vt l. instar. de iu. fis. lib. 10. sed Iac. de Are. dicit ratihabitio 26 nem valere. † Considera elegantia *b* verba *c* Inno. dicit enim, b quod differentia est inter decretum, authoritatem, & ꝯsensum, c & q authoritas interponitur, quando agitur ipsum negotium, vel parum post, vt in c. dudum. de re. eccle. nõ alie. lib. 6. & quando authoritas requiritur, non sufficit eius consensus, qui autho d ritatem præstare debet, sed sicut uerbum sonat, *d* debet authoritas præstari, vt no. Innoc. extra de consue. cap. cum consuetudinis. hæc uerba refert Arch. 18. quæst. 2. ca. quidam. & ibi dicit e Arch. q conscientia *e* ponitur pro authoritate, quæ requiritur ex publico officio. quod est notatu dignum. Et ex prædictis dicimus, quod in alienationibus rerum ecclesiarum debet interuenire authoritas Episcopi tempore contractus. nam ut eleganter f ait Innoc. omnis *f* consensus, qui pertinet ad aliquem ratione 27 publici officij, est authoritas. † Et ideo dicit Arch. 18. q. 2. c. nullam. quod alienatio rerũ ecclesiæ facta sine authoritate Episcopi, ipso iure nõ tenet: adde, quod nec sufficit ecclesiæ utilitas, cũ contra ius, & authorita. canonum sit contractum. ar. ff. de leg. j. l. si quis inquilinos, §. si item. in hoc seruanda est cõsuetudo Episcopalis curiæ; quia potest hanc iurisdictionem, & ordinem decreti interponendi præscribere, & dic vt dixi supra eo l. quæcunque, & omittendo materiam impertinẽtem, redeo ad propositum, & dico quod pater non cõsentit ex aliquo publico officio tamen, quia consentit ad integrandã personam filij in iudicio, oportet, q consentiat debito tempore, quo iudicium debet legitime initiari, vt sup. q da. tu. po. l. in uniuersis Item dico, qđ sufficit, q pater dicat consentio, ut ff. de proc. l. filius §. sed & filia. qa 28 verbum consensus, plenum habet significatum. Quæro nung quid consensus *g* patris possit interuenire ex parte ante. Respõ. sic, etiam causa nondum mota: orta tamen materia quæstionis vt ff. quod cuiusque vni no. in l. item eorum. § si decuriones. vel verius, etiam ad oĩa futura. Non ob. §. si decuriones. quia ibi loquitur in eo, quod pertinet ad aliquem rõne publici officij constituti in ius dicendo; & ideo pertinet ad futuri temporis tra-29 ctus, vt l. i. § fi. ff. de usur. † Quid si pater *h* ita dicit, consentio fih lio meo in tali causa, & in alijs; nõ uidetur ualere; cum causa di i catur demum post lit. conte. vt no. s. de transa. l. causas, vel lites. nisi dicat ad causas mouendas. credo, quod hoc intelligatur tacite ex natura commissionis, vt ff. de proc. l. omnium. Quod si in ista concessione apponitur clausula generalis: uidetur, quod re K stringatur *k* ad præcedentia, vt supra de transac. l. si de certa. Cõtrarium est verum: quia aut agitur de præiudicio generando ratione generalitatis, & loquitur ibi. & ff. de transl. l. cum Aquiliana, nisi præiudicium veniat in consequentiam commissorum, aut non generatur præiudicium; & tunc non fit restrictio, vt l. si 30 seruitus. ff. de ser. vrb. præd. † Quæro, nunquid *l* in obligatione l extra iudiciali operetur patris authoritas? Respon. non, fallit in Macedo. & voto. in Vellia. autem non fallit; quia licet pater consentiat filiæ suæ, q fideiubeat: non tamen valet fideiussio; quia non mouetur sexus per consensum paternum. Quærit glo. quid in castrensi peculio, & dicit nõ requiri consensum patris, & bene; quia in istis filius redigitur ad instar emancipati. unde p emãcipationem non augetur effectus, vt ff. de furt. l. serui, & filij, §. j. 31 † Quæro, an sufficiat *m* præsentia patris, absque eo, quod lo-m quatur pater. dico q non; quia non intelligitur cõsentire, vt ff. n de procur. l. filius. §. mutus. nisi appareant indicia *n* consensus, vt quia pater ducat Aduocatum, vel instruat causam, ar. ff. sol. mat. l. s. §. uoluntatẽ. & ff. de regul. iu. l. vbi non uoca. & ff. de ado. l. si pater naturalis. & ff. de procur. l. mutus. & ff. ad Treb. l. seruo inui. §. si pupil. licet aliud sit in authori. tuto. qui debet loqui, quando interponit authoritatem, & similiter iudex debet loqui cũ 32 interponit decretum, alias est nullum. Quæro † si duo filij inuicem litigant, utrum pater potest eis uno uerbo consentire, ut dicendo consentio uobis. & uidetur, quod non; quia est sibi contrarius. ar. ff. de pc. l. licet. §. si plures. Cõtrarium est verum, quia non est sibi contrarius, sed facit, q eã desiderat, ut ff. de author. tu. l. accipientis. ipse tamen pater non postet pro, & contra litem contestari, propter repugnantiam officij, & ita loquitur l. con-33 traria. † Quæro quid si est præstitus consensus in causa principali. vtrum requiratur nouus consensus in causa appellationis. Respond. non: quia persona principalis legitima est, arg. sup. de procur. leg. ita. demum. Quæro, quid in causa reconuentionis. Respon. idem, argu. ff. de procu. l. sed & hæred. §. defendere, 34 in gloss. † Quæro, quid in extraordinarijs *o* iudicijs. videtur, quod non requiratur consensus patris, ff. si cer. pet. l. cum filius, sed ibi pater erat absens, hic tacite consentiens, vt ff. de iud. leg. p si longius. §. fina. Quæro an filius *p* possit insinuare donationem sine consensu patris? Respond. sic arg. leg. j. supra qui admin. ad 35 bono. poss. possunt. † Item quæro, vtrum *q* possit impetrare q rescriptum sine consensu patris. Respond. sic. si interrumpitur sola citatione, secus si lit. contestatione. Quæro, si pater consensit in iudicio, an in executione sententiæ requiratur nouus consensus? Respond. non, vt not. ff. de min. leg. 3. §. sed vtrum. 36 † Quæro nunquid consensus præiudicet patri, vt in eum fiat executio? Respond. non, quia patri non generatur præiudicium, vt sup. hac leg. Et est ratio, quia consentit authorizando, non

ADDITIONES.

a Modo pone. Vide Pau. de Cast. in l. si cum dotem, §. eo autem tempore, ff. sol. matri. scripsi post Bal. in l. si quis mihi bona, §. iussum, ff. de acquiren. hære. vbi etiam per gl. Bar. & Bal.

b And. Barb. Considera elegantia. Vide Abb. in cap. 1. de rebus eccle. non alien. lib. 6. vbi tenet, quod potest consensus præcedere in contrarium, vide glo. & Doct. in cap. edoceri. de rescrip. vide Ioan. And. in cap. si Abbas, de elect. libro 6. sequitur Lapus allegat. 36. quod vbi requiritur licentia alicuius ad legitimationem personæ: tunc non sufficit tacitua consensus, quod dictum Modern. in l. secunda, §. sed verum, ff. sol. matrimo. dicunt non fore alibi. de licentia. vide cap. quam sit, & ibi Ioan. And. de elect. in 6. vide quæ dixi in cap. cura. de iure patro. & do. Abb. ibi vide quæ dixi in cap. edoceri. de rescrip. & ibi Docto. in cap. cum dilectus, de consuetu. & vide Bal. in l. secunda, de ser. reipublicæ manu. ibi loquitur egregie an authoritas debeatur ex interuallo. sequitur Domicilium & alios in cap. primo de rebus eccl. non alien. lib. 6. vide Bald. in l. quæcunque. supra eodem glo. & Doc. in cap. edoceri. de rescrip. & ibi Bald. qui pulchre loquitur. vide dom. Abb. qui alleg. cap. si qua de rebus, 12 quæstio. 2. quod non probat. dictum suum, vide ibi. & Bal. in cap. primo, de alie. feu. pat. ubi dicit, quod si statuto capituli antiquo debeat interuenire authoritas prælati, non reconualescit, licet postea interueniret ratificatio. Episcopi alleg. Arch. vide ibi, qui pulchre loquitur. vide dom. Petr. in cap. primo de fo. compet. vbi dicit, quod si alienus iudex fert sententiam sine consensu Episcopi, non potest illam ratificare unde dictum Inn. in cap. venerabili. de offic. deleg. ubi dicit, quod quoties cons. est præstandum per Principem officij, intelligitur pro consensu. vide cap. primo, de foro compet. in vers. cons. vbi intelligitur pro licentia, ubi dicit fieri cum cons. Episcopi. & sic collige, quod authoritas debet præstari in rebus expressis. ita allegauit do. Abb. in cap. 2. de pact. & Bald. sed ignorauit quorum, & dicit quod Innoc non dicit hoc in d. c. cum consuetudinis, unde vide per Bal. in l. 1. §. minus ff. de in.

c Verba Inn. Vide supra proxi. eo. vbi quid de conse. & de conscientia. vide inf. proxi. & adde illis Bal. in l. quæcunque, supra eo. cum concordan. plene per Inno. in c. cum nos, extra de his quæ fiunt a præla. sine consen. cap.

d Verbum sonat. Vide Ang. & Imo. in l. si quis mihi bona, §. iussum, ff. de acqui. hæredi. sed Pau. de Cast. ibi contra.

e Conscientia. Quando debeat authoritas Episcopi interuenire, uide Imo. in præalleg. §. iussum, & Ang. in §. emphyteu. sim. in Auth. de ali. & emphy. ubi aliter dicit: & dixi post Bar. in l. si autem plures, ff. de aqua plu. arc. & Bal. in rub. supra de exercito. & Lud. Rom. in d. §. iussum.

f Omnis. Vide per Doct. in c. cum nos. extra de his, quæ fiunt a præla. sine consensu capituli, & in c. cum consuetudinis, hic alleg.

g Nunquid consensus. Adde quod Bald. in l. iubemus, infra de emancipa. lib. dicit quod sufficit patrem consentire imperatoris rescripto, unde Bar. in l. tam is § fi. in fine, ff. de donatione causa mortis, & Bald. in §. proxi. & Cyn. hic in l. tertia quæstione. & Pau. de Cast. in l. si cum dotem, §. eo autem tempore, ff sol. mat.

h And. Barb. Quid si pater. Et pondera, si est causa ardua an pater poterit agere sine consensu filij, vide Inn. in c. edoceri, de rescriptis. ubi dicit, quod prælatus potest agere sine consensu conuentus: tamen si sunt negotia ardua non potest, vt in c. 1. de procura. & idem dicendum in patre.

i Consentio. Vide Bal. intra proxi. & Bart. in l. si quis mihi bona. §. sed utrum, ff. de acquir. hered.

K Restringatur. Vide Lud. Rom. in l. damni. la prima, §. si is qui. ff. de damno infect.

l Quæro nunquid. Bene facit l. fi. §. primo, cum ibi no. per Doct. de verb. obliga.

m An sufficiat. Vide gl. no. in l. si cum dotem, §. 1. in prima gl. ff. sol. mat. & ibi Doc. Io. And. in c. fi. in ver. assensu. de iud. in 6. & uide quod no. Bald. in l. fi. fine. sup. ad Velleianum.

Adde omnino Ant. Corset. singularibus suis in vers. taciturnitas. incipi. in onerosis.

n Iudicia. Vide Io. And. in Spec. in tit. de requi. consilij, ad finem, & in titu. de rebus eccl. non alien.

o Quid in extraordinarijs. Vide omnino Bald. in l. nec quicquam, §. de plano. ff. de off. procon. & uide gl. & Bar. in l. 1. supra qui admini. & Spec. in ti. de actio. §. 1. ver. quid si conuenitur.

p An filius. Vide Bal. in l. 1. in 21. oppo. supra qui administ. & in l. nec quicquam, §. de plano ff. de off. procon.

q And. Barb. Quæro utrum. Et an filiusfamilias poterit impetrare rescriptum absq; consensu patris: ego puto, quod sic argu. eius, quod notaui in l. causam de iud. ubi in simili iudicio meo optime probatur, sed hodie cum melius inuestigarem vidi do. de Rota, qui singulariter tenent, quod sic in decis. 93. quæ incipit, q remissio impetrata, & antequam eos viderem, sic mihi visum fuit, sed non allegant c. causam præallegatum, & ibi plus dicunt, quod si filiusfam. constituisset procuratorem; & postea fuisset emancipatus, quod actus. ille valet, licet in constituendo procuratorem non interuenerit consensus patris, quod puto mirabile, Tene menti uide glo. in c. fi. de proc. quæ dicit, quod unus de capitulo potest impetrare pro ecclesia. uide quæ dixi in cap. cum M. de constit. uide c. dilecti. de excep. ubi excommunicatus potest impetrare seu interuenire in causa appellationis.

Adde in quantum hic dicit, quod excommunicatus potest impetrare rescriptum, uide Lud. Ro. sing. suo 719. in c. illud, quod dicitur & no. in ca. prudentiam, in 12. & ibi in usi. rescriptum ab excommunicato, extra de of. del. & no. Fel. in ca. cum uenissent, uer. fallit secundo, extra de excep.

do,non se obligando,vt l.cum quædam,s̄.de admi.tu.Item pater non sperat lucrari:ergo non debet sentire damnum,vt s̄.de iure deli.l.cum aliqs,nisi de peculio,vt no.ff.sol.mat. l.si filio.& ff.de noxa.l.& si cōdemnatus.Pone filius agit possessorio recuperandæ,vel retinēdæ,vel agit actione vi bo.rap.vel.conditione furtiua,quæ dantur spoliatis:& videtur audiendus,dummodo caueat.ꝙ pater habeat ratum,vt j.si per vim,vel alio modo·l.j.sed hoc videtur falsum.nam patris ratihabitio non facit valere processum,vt supra dixi,ergo frustra cauetur. Resp.quando est cautu de rato,legitima est persona,vt le.inter quos,§.alieno.ff.de dam.insc.& ideo ratihab..valet,vel melius in d.l.j.erat q̄stio de bonis profectitijs,& non de aduentitijs,& sic non ob.

37 † Quæro,vtrum sufficiat *a* generalis consensus patris,& videa tur,quod sic,vt ff.de decur.l.honores. § finali,& hoc tenent quidā,quia nulla l.cauetur,ꝙ pater debeat specialiter ꝯsentire;q͞a in contrarium videtur,quod vbi requiritur speciale mādatū ro procuratore,requiritur & in patre mādante,immo in criminali requiritur specialis cōsensus,arg.j.de iniur.l.fi.Item iste nō est simplex cōsensus,& autoritas:& ideo non debet interponi in nube,sicut nec sub conditione,vel alia incertitudine.ff.de autho.tu.l.sed & si conditionalis.Solut.dico generalem licentiam sufficere arg.ff.quod cum eo.l.fin.& ff.de minor.le. sed si vnius.§.procuratorem,nisi in his quę requirunt speciale mandatū.argu.ff.de rebus eo.l.si pupillorū,§.si pater. Et breuiter,vbi indefinita non æquipollet vniuersali,non sufficit promissio generalis,alias sic.ff.de verb.obli.l.qui Romę.§.Callimachus & ideo generalis licentia patris non sufficeret filio in petenda restitutione in integrum.Et est ratio,quia uidetur data ad ea quæ sunt de iure communi,& nō ad ea,quæ sunt de iure speciali,vt ff.de mi.l.quod si speciali.Considera illa l.loquitur in ꝓcuratore,qui venit ad rescindendum factum mandantis,sicut ergo illud factum consistit in suo singulari casu,ita debet esse mandatum ad illud rescindendū,sed in quæstione proposita filius venit ad rescindendum factum ipsius filii,non factum paternum. Pręterea istud non est mādatum,sed quædam habilitas,immo quædam iutis prouisio,quæ etiam per epistolā explicari potest. Pone,la b ra *b* & sententia pro filio,in causa appellationis,reus proponit,quod iste fuit in matrimonio legitimæ natus,confitetur,quæritur nullo alio probato,vtrum debeat iudicari processus nullus.& uidetur,quod sic,quia pater præsumitur viuere,non abesse,

38 nam absentare se est magis facti,quam abstinere,& † quod plu c rimū facti *c* habet,illud est probandum.in contrarium videtur,quia præsumitur pro sententia,& quia in dependentibus a futuro contingenti,ex prętérito non præsumitur in pręsenti,quia si pater non consensit,processus iudicis ad quem est nullus ergo remanet sententia firma,cum appellator fungatur vice acto d ris.*d* petit enim.dic vt no.in Spec.de ac.§.t.versic.quod si postquam & ver.seq.vbi etiam Spe.dicit,quod præsumitur quis absens,nisi probetur præsens,quod verbum facit ad materiā auth. e pręsente.j.de fideiuss.Ego dico,*e* quod ibi debet fieri rimatio,alias imputet sibi actor.

ADDITIONES.

a Vtrum sufficiat.Vide supra proxi.& quæ no.Bal.in l.1.supra de sacrosf.eccl.& Cy.hic in 2.q.& Bar.in l.si quis mihi bona.§.sed vtrum ff.de acqui.hær.

b Pone lata.Vide Ang.& Bal.in l.sed & si de sua.ff.de acqui.hær.

c Facti.Hoc etiam vult Bar.in l.is potest.ff.de acq.hęr.& uide Ang.in l.pe.inf.quib.non ob.lon.temp.præscr.& Bar.in l.relegati.de pœn.ff.

d Actoris.Vide quod no.Bal.in fi.& quod ibi dixi po.l.eum infra de fideicom.lib.& quod no.Bar.in l.1.an pen.ff.nil no.ap.inter.idem tenet gl.fi.in c.si subdelegato.de off.del.in 6.& in cle.si appellatione.in gl.mag.de appe.

e Ego dico.Vide Bar.in l.ex duobus,in fi.ff.de duobus reis,& in l.is potest.ff.de acquiren.hæred.

Filius maior xxv.annorum,an habeat legitimam personam standi in iudicio.

1 *Curator non datur personæ quæ est in alterius potestate.*

§.Si autem.

† Supra dixit,quando filius est in plena ætate.i.ętate perfecta,qua maior 25.ann.nunc.dicit quando est in ætate semiplena,quæ vocatur secunda ætas,& incipit post 7.ann.supple & post annos cohærentes infantiæ.i.postquam lex habet ipsum pro doli capace,& quod tempus sit istud,not.Instu.de inuti.stipu.§.pupillus. Et durat ista secunda ætas vsque ad 25.ann.inclusiue,& de ista secunda ętate loquitur vsque ad §.vbi autem pueriliis ætas.in d.§.loquitur de infantili ætate,quę est minus,quam semiplena,quia infantilis ætas,ꝙ videt ingnorat,vt j.de fal.mo.l.j.in fina. Dicit ergo noster.§.quod si filiusfa.est in secunda ætate,potest adire hæreditatem patre nolente. Item repudiare,& pater adire saluo beneficio in integrum restitutionis,& quod ratione minoris ętatis ipso petente dabitur curator dictę hęreditati.Et not.mirabile,ꝙ pupillus doli capax potest hęreditatem adire,& repudiare.Et est speciale in filiosfam.alias secus,vt l.pupillus,ff.de acquir.hęreditā.In adulto *a* est regula generalis,quod habet potestatem adeundi,& repudiandi,si non habet curatorem,Not.casum in quo pupillus petit dari curatorem.& in hac petitione non est necessaria patris authoritas.Item in adulto nota hæreditatē vo- 2 catiā etiam aditam.† Not.curatorem *b* nō dari personæ,quę est b in alterius potestate,& si daretur,non valeret cura,sed debet dari reb.vel ad actiones mouendas,& suscipiēdas,& potest etiam c dari curator ad vnam rem,vel ad vnam litē:quia curator *c* potest esse non solum vniuersalis,sed etiam singularis.hoc eleganter dicit gloss.hic,quæ incipit,nam filio.nunquid minori possit dari curator ad consulendum,si forte statutum requirat consilium?Respon.consilium eius,qui non potest disponere,non datur,vt not.Arch.63.dist.c.non debet.& ad merum tactum non datur curator minori.sic ff.de ina.testa.l.Lucius.& adhuc non sufficit curator solus in iudicio:nisi pater consentiat in signum & priuilegiū patriæ potestatis:quia non plus operitur curator, d quā legitima ætas,vt dixi supra § prox.Porro,sufficeret *d* si pater cōsensisset in petitione curatoris,nec esset necessarius alius consensus:quia si consensit in officio,consensit in eius exercitio,vt no.ff.de admi.tu.l.Lucius Titius Caium Seium,in secunda gl.quam singulariter,no.

ADDITIONES.

a In adulto.Vide per Fulg.hic.

b Andr.Barb.No.curatorem.Vale c.quia frustra.de vsur.vbi potest vsurarius impetrare,sed non repellitur ab agendo in iudicio.vide gl.c.ad nostram,el secundo,de iureiu.quæ dicit fuisse supplicatum,sed non apparet per quem.

c Quia curator.Adde l.nec non,cum l.seq.ff.de tu.& cur.datis ab his.

d Porro sufficeret.Vide Bal.supra §.proxi.

1 *Pater potest hæreditatem castrensem a filio repudiatam adire.*

§.Similique modo

Hic † no.istum versic.quod castrensem hęreditatem a filio repudiatam,pater potest adire.Et isto ver.pater,ꝙ falsa est ratio Bul.qui dicit,ꝙ proprietas accrescit vsufru.cum in castrensibus nullus sit in usufructus patris.Et ideo glo.elegantius dicit ꝙ istud ius paternum succedit loco antiquæ occupationis ire peculij,vt j.de bo.dam.l.si filius,& l.si seruus communis M.cuj ff.de stip.ser.& ff.de leg.j.le.seruum filij.in princ.& tene menti hanc singularem gl.quæ incipit,quid ad rem.

1 *Pater est legitimus administrator filij,vbi habet vsumfructum.*

2 *Pater non tenetur cauere de rato,quamuis filius sit absens.*

§.Vbi autem.

Dictum est superius,quādo pater & filius discrepant in hęreditate amplectenda,hic quando consonāt.† Et not.*a* quod ubi pater habet a vsumfruc.ibi est legitimus filij administrator cuiuscunque ętatis sit filius,nec hoc casu datur curator proprietati ipsius filij minoris,cum omnis administratio sit penes patrem sumptibus b paternis.& quanquam pater *b* sit legitimus administrator;tamen in agendo,& desfendendo requiritur consensus filij?vt c hic eleganter dicit *c* litera,dum dicit.adhibeatur etiam filiorum consensus.qui tex.non est alibi,& per hunc text.dicit dominus Ray.de Forl.ꝙ illud,quod dicūt Doct.in l.j.s̄.de bon.mater.ꝙ possit pater constituere procuratorem,debet intelligi,dummodo ipse constituat consentiēte filio.& male intellexit,quia non est necessarius consensus filij in constitutione procuratoris,sed in iudicio,quando procurator patris contestabitur litem,vt ff. 2 sol.ma.l.si cum dotem.§.eo autem tempore.† Sed quid *d* si filius esset absens,nunquid pater tenetur cauere de rato?Respon.glos.ꝙ nō.Alij contra.gloss.est vera;quia aut filius longe abest,& æquiparatur infanti:aut prope,& debet explorari eius voluntas,vt ff.de proc.l.mutus.§.his quib.lo tex.ibi longe absunt,no. e ꝙ tunc quis dicitur abesse,quando longe *e* abest,quod facit ad multas quæstiones statutorum.

ADDITIONES.

a And.Barb.Et no.No.quod pater vendicat sibi vsumfructum in bonis filij sumptibus proprijs,vide Bal.ff.vsufruc.quemad.c.l.1.§.interdum ubi dicit,quod ille,qui habet vsumfructum ex promissione legali,intentat actionem suo sumptu.secus si ex promissione hominis alleg.Gui.ita dicendum hic.Tene menti.

b And.Barb.Et quanquam pater.No.quod pater licet sit legitimus administrator tamen requiritur consensus filij vide Ang.in l.fi.§.pupillus.ff.de verb.obl.ubi est singulare dictum Inn.in cap.accedens,de procu.uide Bald.in l.1.supra de bo.mat.gl.c.edocere de rescrip.quæ dicit,quod prælatus non potest constituere procuratorem sine consensu conuentus,& pondera,quia gl.s.dicit,quod non potest agere sine consensu conuentus,ergo hic non potest sine filius consensu constituere procuratorem,si pater potest agere sine consensu filij:ergo potest constituere procuratorem:& ad istum textum cogita.Responde & pōdera,si potest dici,quod tale iste procedat in arduis.alias secus,vide c.1.de proc.ubi constitutione procuratoris debet prælatus adhibere consensum clericorū.Et Inn.ibi dicit procedere in arduis.secus in leuib.quia,solus potest cōstituere procuratorē.sequitur do.Abb.in c.edoceri.prælate.facit c.nouit & c.quādo.de his quæ fiunt a præla.faciti § .porro.quæ dicit quod Episcopus non potest reddere rationem super arduis,sed super leuibus sic.

c Eleganter dicit.Vide tamen Bal.in l.1.hic alleg.

d Sed quid.Vide Bar.in l.2.§.fi.ff.sol.mat.

e Phi.Dec.Quando longe.Ad quod uide per Alex.in l.præsens,ff.de procu.Et plene per Fel.in c.quoniam frequenter vt li.non contest.

1 Pater

1 *Pater propter æs alienum hæreditarium, an possit alienare nomine filij sine decreto iudicis.*
2 *Alienatio facta per patrem nomine filij causa cognita pôt confirmari.*

§. Sinautem æs. Supra dictum est de administratione paterna, a & de iudi. & quãdo pater non potest alienare; sed quia interdum imminet æs alienum, ideo dicit hic Imperator, quod propter æs alienum hæreditarium, pater nomine filij potest alienare res hæreditarias; hoc ordine, videlicet primo res mobiles, secundo res immobiles; hanc autem alienationem facit nomine filij, tãquam legitimus administrator, & nõ solum habet licentiam, sed necessitatem, vnde si negligit soluere ipse pater, de redditibus, uel de substantia paterna soluit usuras & damna, hoc dicit usq; ad §. sinautem legata. † Et no. b quod nulla mentio fit hic de decreto iudicis, nec de aliqua subhastatione rerũ minoris, de quib. fit mentio alias infra de præscript. xxx. annor. l. 1. & l. 2. sup. si prop. pub. pensi. ubi dicitur expresse, quod non debet ad emptionem accedi, nisi ex permissu Principis. Item ibi dicit, authoritate p̃sidis præcedẽte. & sic sopita est quæstio, de qua dixi in §. necessitate. c allegando Inno. & Archi. tex. illius legis secundæ, est melior tex. qui reperietur in iure. Et est ratio, quia solemnitas debet interuenire eodem cõtextu, vel tacite inesse. uide omnino quod no. Archi. 73. distinct. c. solemnitate. & c. obeuntibus. ad idem facit text. qui expresse determinat, quod authoritas debet præcedere, sed consensus potest sequi siue in ipso contractu siue post. & si incontinenti interueniat valet cõtractus l. obligari. §. fi. & ibi gloss. ff. de autho. tuto. sed consensus potest sequi, ut infra de emancip. liber. l. iubemus. ibi, dum dicit, authoritate præcedente. & postea dicit, ante preces, vel postea. † Sed nunquid pôt confirmari causa cognita. Responde sic, vt infra de iure fisci. l. instar. lib. 10. quia ad hoc tenetur iudex, vt iudex; quoniam iudicium factum causam demonstrat, & sic non ualet ut authoritas, sed ut cõfirmatio, si est actus, qui ab initio possit esse in pendenti; alias non ualet, quod postea fit: quia non recipit suppletionem in patre, sed sufficit patris consensus d etiam sine solẽnitatibus prædictis nimirum, quia lex non solum permittit, sed iubet: ideo quod fit legis authoritate, valet, ut not. Azo. in summa huius tituli. quod tene menti, videlicet, quod pater alienando propter necessitatem res filij, decreto iudicis non eget. & est in §. sinautem patre. nec est alibi, secundum Bart.

ADDITIONES.

a And. Barb. Paterna, Vide dom. Mattesil. in 7. no. ubi dicit, si quis tenetur omni anno monasterio, & hẽt duo millia in bonis, & relinquit usumfructum vxori. & alium instituit hæredem, qđ non debent deduci mille de bonis, prout valet actio competens monasterio, ad respõsionem qõnis pateis, sed salua dẽt remanere proprietas duorũ millium. de fructibus ante oĩa soluendũ est annum. & de reliquis uxor percipiet usumfructum. arg. huius §. & ita dicit se audisse à domino Ioanne de Marisc.
b Et no. Vide in fine huius §.
c Cell. In §. necessitate. Scilicet an sufficiat, quod decretum interueniat post actum, & quid in authoritate & consensu. Adde omnino de hoc quæsito per Anto. Corsetum sing. suis. in uer. minor. & quod ibi no. in apo. & incipit, præalle. singul. decretum iudicis
d Consensus. Vide supra eo. §. & Bal. in l. 3. supra, de prædijs minorum.

1 *Domus pretiosæ dicuntur quodammodo steriles.*

§. Sinautem legata. Hic dicitur, quod si sunt soluenda legata, vel fideicommissa, pater dẽt soluere de suo vsufru. seu redditibus. si autem nõ sufficiunt, vendat primo res mobiles, secundo immobiles steriles. tertio domos & casamẽta, deinde cætera. & no. bene istum vers. ꝙ vniuersalis vsusfructuarius tenet soluere de redditibus. † Item no. quod domus p̃tiosæ sunt quodãmodo steriles; q̃a non correspondẽt redditus pretio domorũ. Itẽ no. ar. p executoribus a testamenti, ꝙ debeant seruare ordinem in vendendo p satisfaciendis legatis. Item ꝙ non pôt vẽdere vltra, q̃ sit necesse. sic ff. de exercito. l. Lucius. Item quia dẽt illico soluere, & nõ pôt hẽre fidẽ de pretio, & si hẽret, non valeret ɔ̃tus, vt s̃. præcedenti ver. in ver. vt illico reddat. & ff. de iure fis. l. si pcurator.

ADDITIO.

a Executoribus. Vide Bart. in l. alio. ff. de ali. & cib. legat.

1 *Pater tenetur alere mancipia, de quibus usumfructum habet.*
2 *Pater filij proprietatem in nullo potest deteriorare.*

Ver. Hoc proculdubio. Hic † dicitur, ꝙ p̃r vsumfructũ mãcipiorum habens, debet mancipia alere. Item † ꝙ pater in nullo potest proprietatem filij deteriorare: vnde non potest arbores incidere, vt ff. sol. matr. l. diuortio. §. si uir in fundo.

1 *Materna reuerentia non excusat matrẽ a reddenda rõne administrationis.*
2 *Cautio non est de substantia usufructus.*

Ver. Paterna reuerentia. Hic dicit, ꝙ paterna reuerẽtia excusat patrẽ a reddenda ratione administrationis rerum filij. Item non tenetur satisdare de vtendo fruendo arbitrio boni viri. † Quærit gloss. quid in matre. a & respondet matrem teneri. & no. gl. idem no. s̃. de secun. nup. l. si quis prioris. §. fi. † Ex isto §. collige, quod cautio non est de substantia vsusfructus.

ADDITIO.

a In matre. Vide Bal. in l. cum oportet, §. fi. in fi. supra eod.

1 *Alimenta debentur filio de iure naturali.*
2 *Vtraque, dictio, ponitur interdum complexiue, & interdum coniunctiue.*

§. Ipsum autem filium. Hic dicitur, quod pater debet alere filiũ, non ratione vsusfructus, sed ratione ipsius naturę, nec debet imponi necessitas a filio vendendi proprietatem suam nudam, & ex pretio ipsius proprietatis viuere, quod est notabile dignum. † No. quod alimenta debentur filio de iure naturali & formali, quia debentur quantum sufficiat ad viuere; sed legitima est de iure naturali, non formali, quia potest per statutum augeri & minui, non tamen in tantum, quod filius non habeat, vnde se alat, vt hic. Item no. quod filius non potest retractare factum legitimum patris. † Hic gloss. dicit b vtraque, interdum ponitur complexiue, siue coniunctiue: interdum ponitur disiunctiue, vt ff. manda. l. creditor. §. duobus, & in Auth. de iudic. §. ne autem. Et facit ad quæstionem, si quis dedit in mandatis Titio, & Seio. & vtrique eorum in main si dixisset, & cuilibet eorum, talis distinctio cuilibet insolidum rem approbare solet, vt no. ff. de le. 3. l. si pluribus & vñ, quod natura huius dictionis, vterque, sit coniungere non diuidere, vt ff. ad Trebel. l. hęredes m. 1. §. cum ita. & ideo dicti procuratores habent mandatũ pro parte, quia plures per copulam connexi, vt ff. de procurat. le. plurib. sed dictio, vter, ponitur diuisim, vt ff. de condit. instit. l. vter ex fratribus, & facit l. j. infra de aquæductu. lib. 11.

ADDITIONES.

a Necessitas. Vide infra ead. l. §. filius autem.
b Glos. dicit. De hac dictione. uide Bar. in l. hoc articulo. ad fi. ff. de hær. instit. & in l. si apud, cum concord. infra de appellat.
Cels. Adde quod plene de hac dictione notaui in tractatu clausu. illarum in clausu. iudi. uersic. alter alteri auxilium.

1 *Solemnitas in alienatione rerum ecclesiæ est necessaria.*

§. Non autem licentia. Hic dicitur, ꝙ extra p̃dictos casus pater legitimus administrator non pôt vendere res immobiles, nisi sint a onerosę hæreditati, vel damnosæ. † Et not. argu. ad alienationem rerum dotalium, & rerum ecclesię, tamen solemnitas est necessaria. vt l. si fundus sit sterilis. ff. de rebus eorum.

ADDITIO.

a Nisi sint. Facit quod notat per gl. in l. ob æs. supra de prædijs minor. & quod ibi dixi post Bart.

1 *Filiusfamilias appositum iuramentum non valet.*
2 *Iuramentum dolo interpositum per episcopum debet relaxari.*
3 *Periurus non est is, cui a Papa fuit iuramentum remissum, nisi obrepserit Papæ.*
4 *Iuueniles calores sunt refrenandi.*
5 *Iuuenilis calor potest esse in homine centum annorum, si non potest bono regimine disciplinari.*

§. Filijs autem familias. Hic dr̃, quod filij familias, res, vel in quibus parentes habent vsumfructum, alienare non possunt, donec legitimus administrator viuit, nec de eis facere testamentum. † Modo a hic quæritur, quid, si filiusfamilias apposuit iuramentum? Respon. non valere iuramentum. Non obst. auth. sacramenta puberum. s̃. si aduer. vendit. quia ibi ętas, hic alia prohibitio. Sed hoc etiam tenet Spe. in tit. de actore. §. j. versi. quid si super hoc iurauit, adeo ꝙ patre mortuo b filius non potest compelli per epm̃ ad obseruantiam talis inualidi iuramenti. Præterea c iste filius similis est prodigo, cui bonis interdictũ est, vt hic innuit ibi, quare &c. prodigi autem d iuramentum non valet, quia non representat cum sanorum morum, vt no. Iac. de Are. in l. qui haber. ff. de tute. Si autem filius iuraret cum authoritate patris, bene ualeret suum iuramentum, ita ꝙ filius non indigeret curatore. & ita sentit gl. quæ incipit, sed nunquid, quam per petuo tene mẽn. Considera enim, quod interdum alienatio p hibetur propter specialẽ fauorem, vt in dote, & minore, & tunc iuramentum bona fide interpositum est seruãdum. † Si autem dolo interpositum esset; per epm̃ est relaxandum, uel competeret actio de dolo, vt s̃. de transact. l. si quis maior. Interdum prohibet̃ alienatio, ideo ne quis vtatur male substantia sua. i. ne abutatur ea. & iste prohibitus redigitur ad instar prodigi, vel pupilli, vt

ADDITIONES.

a Modo. Vide glo. hic.
b Patre mortuo. Cogita, & uide per Bal. in l. dominus, §. 1. de pecu. leg.
c Præterea. Not. de iuramento. Et uide per Inno. in capit. cum contingat, in tertio membro. extra de iureiurando. per Pau. de Cast. plene in l. & hæredi, §. filia. ff. de pactis, & Bald. in repetitio. l. secundæ, de iureiurando.
d Prodigi autem. Sed tu pondera, quia verbum supplet defectum minoris ętatis ut dicta authen. sacramenta. aut loquimur quo ad præiudicium ipsius minoris, & ualet iuramentum: alias secus, cogita tamen, & pondera tex. hic in uer. citra uoluntatem, ergo non est inhabilis alienare nisi propter præiudicium patris.

li, vt hic. Interdum prohibetur fauore publicæ vtilitatis principaliter & secundario, & tunc non valet iuramentum, vt j. de agric. & censi. l. quemadmodum, li. 13. & ff. de iure pat. l. adigere. §. fi. & ibi no. & ff. de leg. j. l. si quis inquilinos. §. fin. & no. quod iuramentum est seruandum metu pœnæ periurij, & ideo vbi non est iste metus, non cogitur quis seruare, vt ff. ad municipa. leg. fina.
3 † Et no. *a* quod si Papa *b* remittit iuramentum non est quis periu-
a rus, nisi fuerit Papæ obreptum, vt no. Archi. 19. distinct. cap. in
b memoriam. Vltimo † no. quod iuueniles calores sunt refrenan-
4 di, & potest esse iuuenilis † calor etiam in homine centum an-
5 norum si non pôt disciplinari a bono regimine, vt dicit Arist. in primo Ethicorum cap. 2.

ADDITIONES.

a Et no. Vide in c. quanto, extra de iureiurando.
b Celsus. Si Papa. An & quando possit Papa suo iuramento dispensare, notaui in apost. ad Fan post eum in c. cum inter. nu. 9. in vers. dispensare, extra, de renun. & ibi quæ sit causa dispensandi. no. Feli. in c. 2. uer. tertia declaratio. extra, de spon. & do. & præceptor meus Phil. Dec. consi. 151.

1 *Infans adire, vel repudiare hæreditatem non potest.*

1 **§. Vbi autem.** hic dicitur, † quod infans nô potest adire nec repudiare, sed pater sic, & filius veniens ad ætatem côgruam, potest ratificare, & si est restitutus in integrum, non potest iterum implorare contrarium, ne leges sint ludibrio.

1 *Pater bona aduentitia filij an possit dare filiæ in dotem.*
2 *Pater licet fecerit expensas pro filio doctorando. tamen patre mortuo talis expensa non debet fieri de communi.*

§. In seruis. Hic dicit, quod in acquisitione momentanea, pater non acquirit vsumfructum, &
a sic no. de momento *a* non curari, quod est notandum. Item no.
2 in officijs filij patrem non succedere. † Vltimo in hac materia quæro, nunquid pater bona aduentitia filij & filiæ in dotem possit dare ipsi filiæ? & videtur quod sic, quia ista alienatio est necessaria. contrarium est verum, quia ista alienatio nô descendit ex causa hęreditaria, nam mater non tenebatur dotare filiam. Item nec frater viuo patre. Sed quid si pater multa expendit in studio filij, nunquid poterit tantundem expendere in dote filiæ? Respon. non, quia non est licita ista compensatio, argu. eorum. quæ no. in l. qui originem. §. j. ff. de mune. & hono. verba Barto.
a ita dicunt. † No. quod licet pater *b* fecerit expensas pro filio mili-
b tando, vel doctorando, vel vxorando, mortuo patre, pro alio filio non debet fieri expensa de communi, & si alius frater vult eadem impedia facere de communi pro simili actu, non auditur, sed debet facere sumptus de proprio. Sed quæstio nostra quærit viuo patre.

ADDITIONES.

a De momento non curari. Vide Cyn. hic, & facit iste tex. quod illud, quod acquirit filius in potestate patris, non acquirit patri existenti in articulo mortis, secundum gl. in l. si. ver. nepotes substitutos, ff. de condi. inst. quod no.
b And. Barb. No. quod licet pater. Vide tex. no. in l. si pater, ff. de cast. pec. Barto. in l. qui bis, ff. de uerbo. oblig. gl. est in contrarium, l. si mandauero, §. interdum; ff. mā. vide duas gl. fi. in l. qui fundum, §. j. ff. pro emp. & l. 1. §. antepe. ff. de ui, & ui arma. Celsus. Adde quod posui in apo. ad Jtium in l. filiæ cuius, nu. 4. in apo. in uer. ad municipales, iu. de coll. dic post Bar. in l. 1. §. nec castrense, in fi. in uer. nô tenebuntur hæredes, ff. de col. bo.

De hæreditatibus decurionum, cohortalium, militum, & fabricensium, siue nauiculariorum. Rub.

LEX PRIMA.

1 *Collegium succedit collegiato.*
2 *Ecclesia succedit clerico excluso fisco.*
3 *Ciuitas quare non succedit ciuibus.*
4 *Nobiles succedunt hominibus suis sine hærede decedentibus.*

1 **S I quis.** Hæc lex cum sequentibus dicit, quod † collegium succedit collegiato decedenti ab intestato sine alio hærede, excluso fisco. Sed qua-
a re *a* succedit collegium. dic, vt hic. Item † ecclesia
2 succedit clerico excluso *b* fisco, vt sup. de Episc. &
b cleri. l. si quis presbyter, & no. in l. si quis filio exhæredato. ff. de inju. test. per Iac. de Are. & tamen ciuitas nô succedit ciui suo, vt no. j. de bo. vac. in l. j. lib. x. & ff. de po. pos. l. 3. §. municipibus. nisi esse ciuitas, quæ haberet regalia fisci ex consuetudine vel pri-
3 uilegio. Respondeo, quia † ius ciuitatis non côsistit in singulis,
c sed in uniuerso corpore; sed ius collegij sic. Quæro, *c* quid de † no-
4 bilibus, *d* qui habent homines suos; vtrum ipsis hominibus suc-
d cedant decedentibus sine hęrede legitimo? & uidetur quod sic, quia cuius ipsi sunt, eius omnia sua esse cognoscant, vt j. qui. cap. colo. cen. dominos accusa. pos. l. fi. li. 12. Strictius enim sunt obligati domino, quam collegiatus collegio, & libertus patrono. si tamen vellent testari de proprijs bonis, non prohiberentur, nisi aliter se haberet consuetudo, vt no. d. l. fin. quia ingenui sunt, vt no. Inst. de iure perso. in glo. quæ incipit, sed quid de statulibero, quam diligenter nota.

ADDITIONES.

a And. Barb. Sed quare. vide Bald. in l. 2. sup. de castr. pecu. ad fi.
b Phi. Dec. Excluso Sed sic clericus non decedat ab intestato, sed hæredē fratrem fecerit, grauatū tamen de hæreditate restituenda filio bastardo testatoris, & ipsius, & sic incapaci, an in ea succedat. uide per illū in d. l. si quis presbyter. Cæterum, an & quādo in prælati bonis succedat ipsa ecclesia, uide eleganter per Philip. Cor. consi. 79. incip. in hac. ad literam G.
c And. Barb. Quæro. vide Ang. qui melius loquitur, quam alius in auth. itaque, sup. commu. de succes. quis succedit defuncto, non superstitibus côsanguineis.
d Nobilibus. Facit ad no. per Bar. in l. fi. sup. ad Trebel.

FINIS.

D. IOANNIS PETRI MANGRELLÆ,

IVR. CONSVLTI NEAP. CELEBERRIMI,

Annotationes Nouę ad Baldi Vbaldi Perusini Lecturas, super Sexta Cod. parte: necnon ad Additiones ad eum.

In Tit. de seruis fugitiu. &c.

ANNOTATIONES.

REquirendi,] Vide Ang. vers. vestem celestem, nu. 41. l. 2. in princ. pag. 4. col. 1

Retinere,] Ang. in d. vers. nu. 41. ibid. nu. 1. p. 4. c. 2

Pœna furis,] De pœna furti, vide c. regni ad hoc, sub rubr. de furt. & addit. ibi Auth. sed nouo iure, nu. 50. p. 5. c. 3

Enormi,] Vide Ang. in d. vers. vestem celestem, nu. 23. auth. sed nouo iure, in addit. lit. f. p. 5. c. 2

Contrectauit,] Fur contrectans rem furatam in diversis territorijs, an in quolibet possit puniri, Ang. in ver. vestē celestem, n. 25. Adde Alexan. consi. 19. nu. 3. vol. 7. autho. sed nouo iure, num. 8. p. 5. c. 3

Quæritur,] statuto cauetur, quod percutienti manus, quę percussit, amputari debeat, non apparet quæ manus, & habet vnam debilem, quænam debeat amputari, vide Marth. in constit. si quis aliquem, in 3. not. Item quid si vnam habet, vide de hac quæst. Marth. in d. consti u. quæst. 5. ibid. numero 15. p. 5. c. 3

Fecisse,] Ang. in d. ver. vestem, n. 25. auth. sed nouo iure, in add. lit. K. p. 5. c. 4

Quicunque,] Ad materiam istius leg. vide constit. regn. seruos, & ancillas, vbi imponitur alia pœna, quam hic seruum fugitiuum recipienti & detinenti, l. 4. in princ. p. 6. c. 1

Statuto,] Alex. cons. 80. nu. 2. vol. 1. ibid. nu. 12. p. 6. c. 3

In tit. de furt. & seru. corrupt.

ANNOTATIONES.

Furtis,] De pœna furti, vide cap. Regni ad hoc, sub rub. De furt. in rub. tit. nostri. p. 8. c. 3

Inciuilem,] De materia Cæpoll. caut. 10. l. 2. in prin. p. 10. c. 3

Non domino,] Possessor rei furtiuæ an præsumatur fur, & an teneatur indicare a quo habuit, Aug. in ver. Vestem cælestem, nu. 19. Add. Hippol. in sua pract. §. diligenter, num. 91 & Gramm. cons. 14. ibid. nu. 1.

Si is cui,] De ista lege Cassan. notabiliter in consuet. Burg. fol. 42. col. 4. nu. 9. l. 7. in princ. p. 11. c. 4

Hæreditati,] Nota quod res surrepta hæreditate iacente est vsucapibilis, de cuius intellectu, vide Ias. in l. 1. num. 3. eod. titu. l. 10. nu. 10. p. 12. c. 4

Hoc scias.] Afflictus an sit fructus industrialis vel naturalis, Matdecis. 44. col. 3. l. 12 nu. 17. p. 14 c. 1

Eos qui,] Recipiens in custodiam res furtiuas, tenetur actione furtiua, Hipp. sing. 13. & de materia Hipp. cons. 29. Niconitius alleg. 9. & cons. 10. & 47. Bald. cons. 48. volu. 3. & 375. eod. Matth. in c. 1. §. Item si furem, col. 2. in fin. quib mod. feud. amitt. Cassan. fol. 42. colu. 4. in consuetud. Burg. l. 14. nu. 1. p. 14. c. 3

Ad l. Iul. pecu.] Ang. in vers. Vestem celestem, nu. 22. l. 14. in addit. lit. b. ibid.

Sibi credendum,] si deprehenditur quis in coitu cum muliere, & dixerint matrimonium fuisse contractum inter eos, quod statur eorum assertioni. Tiraq. de leg. connubialib. l. 5. gloss. 1. part. 6. num. 12 dum sit inter eos æqualitas, l. 19. nu. 7. p. 15. c. 1

And. Barb.] Vide Camp. in c ad hoc, nu. 78. fol. 48. ibid. in addit. lit. a. p. 15. c. 4

Secundum,] Vide plene per Roman. singul. 13. l. 19. numero 18. p. 16 c. 1

Si quis seruo,] not. tex. secundum Paul. cons. 277. in causa carceratorum, vol 2. nu. 11. per quem ibi determinat, quod maritus vxori suæ potest iniungere, si de pudicitia solicitabatur, quod fingeret se præbere aures, & dare sibi tempus & horam, vt possit illum interficere, & ex hoc nullam culpam incurrit, l. 20. in princ. p. 17. c. 3

Quid si dominus,] Per istum §. dicit Cyn. prout refert Paul. hic, quod si stat statutum, quod res vendatur proximiori, & aliquis sit me proximior, emere autem noluerit, quod potero ipsum cogere, vt emat ad hoc, vt ego ab eo emam, quod nota. l. 12. nu. 9 p. 19. c. 1

In tit. De oper. libertor.

ANNOTATIONES.

Dubitatur,] vide istum in l. cum antiquioribus, nu. 11. Insr. de iur. deliber. Gram. decis. 1. quod succedit nepos, l. 10. nu. 24. p. 21. c. 1

And. Barb.] And. cons. 44. vol. 1. & 128. col. fin. eod. vol. l. 10. in addit lit. h. p. 22. c. 4

Diffinitum,] Calcan. cons. 33. in lit. b. quod est notabilis consilit. ibid. nu. 37. p. 23. c. 1

In tit. de bon. libert. & iur. patronat.

ANNOTATIONES.

Quæro] vide Soc. cons 275: in lit. c. col. pen. col. 2. Paul. cons. 218. vol. 2. Rom. sing 168. Dec. cons. 235. nu. 5. & nec venit emphyteosis. Alex. cons. 88. oportune. vol. 3. quod est consilium duplicatum, & plenius cons. 13. nu. 10. l. 1. nu. 5 p. 23. c. 4

Patronus,] vide Decis. Delphin. nu. 34. in fin. & 291. Bertran. cōs. 105. nu. 2. & seq. vol. 2 & vide Guid. Pap. sing. 451. & 844. ibid. in addit. lit. d p. 23. c. 4

In tit. quan. non petent. par. petentibus accrescant.

ANNOTATIONES.

Homo facit dominum,] Princeps familiæ vir est, vide Bal. in l. obseruatio, quæ est 2. C ne vxor pro viro. & idem Bal. in l. si ego, § dotis autem causa, ff. de iur. dot. Bart. in l. quidam in suo, ff. de condit. instit. l. 1. nu. 7 p. 35. c. 2

Concessum,] vide Bal. cons. 29. 1. lib. & cons. 100. 3. lib. & vide quę addidi hic inferius, & Bald. in cons. 180. vol. 3. Ad euidentiam præmittenda. l. 1. nu. 36. p. 37. c. 1

Non decrescendi,] Vide Dec cons. 325. Paul. cons 237. quod habet locum ius accrescendi per lineam alterius fratris mortui, si concessio est facta in solidum. Alex. cons. 189. vol. 2. & si est facta concessio cuilibet ipsorum. Idem Bal. in c. 1. §. filia. in fin. de success. feud. Ias. in l si mihi, & tibi, nu. 10. & in l. re coniuncti, nu 230. de leg. 3. Alex. cons. 21. nu. 11. vol. 5. & cons. 19 viso processu. vol. 4. Franc. de Curt. cons. 49. memoriæ recolendæ dux. Dec. cons. 318. num. 3. Alex. cons. 30. numero 9. vol. 1. ibid. num. 36.

In tit. de bonor. poßeß. Unde liberi.

ANNOTATIONES.

